This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08248653 5

MEMORIAE

POPVLORVM, OLIM AD DANVBIVM, PONTVM EVXINVM, PALVDEM MAEOTIDEM, CAVCASVM, MARE CASPIVM, ET INDE MAGIS AD SEPTEMTRIONES INCOLENTIVM,

E

SCRIPTORIBVS HISTORIAE BYZANTINAE

ERVTAE ET DIGESTAE

A

IOANNE GOTTHILF STRITTERO,
GYMNASII ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE CONRECTORE.

TOMVS III.

TVRCICA, CHAZARICA, VNGRICA, PATZINACICA, VZICA, COMANICA ET TATARICA.

COMPLECTENS.

PETROPOLI,
IMPENSIS ACADEMIAE SCIENTIARVM.
MDCCLXXVIII.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1896.

TOMI TERTII
PARS I.

TVRCICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE TVRCIS.

Turcorum Nomen.

NOMEN gentis peculiare *Turci* (Τȣϱκοι) ab eo inde tempore, quo gens ipſa Romanis primum innotuit, apud hiſtoriae Byzantinae ſcriptores occurrit: et, quod in aliis rariſſime ſolet fieri, eodem modo ab omnibus enunciatur. Sunt tamen alia quoque nomina, quibus a dictis ſcriptoribus Turci inſigniuntur: eorumque alia quidem antiquiora, alia recentiora. Ad antiquiora refero, cum *Cermichiones* (Κεϱμιχιωνες al. Εϱμηχιονες, quod idem nomen eſſe arbitror) a Perſis, a veteribus autem *Maſſagetas* et *Sacas* (truncate credo) eos vocatos eſſe, Theophanes Byzantius et Menander auctores ſunt; *Scythas* idem Menander, *Scythas orientales* (id eſt, vt ipſe explicat, ad Bactrianam, Sogdianam et Nigrum fluuium, ſeu Til, incolentes) Theophylactus vocant; *Hunni* denique Theophani Confeſſori, et *Hunni verſus Boream et Orientem* habitantes Theophylacto audiunt: ad recentiora autem refero, cum, doctrinam Muhammedis amplexi et Perſia potiti, *Perſae*, *Agareni*, *Muſulmani* et *Saraceni* a Scriptoribus Byzantinis vocantur.

TVRCOMANORVM nomen, quod apud Annam Comnenam, Georgium Acropolitam et Ioannem Cinnamum eſt, non totam gentem; ſed, ſecundum Acropolitam quidem eos, qui extremos Perſidis fines incolebant, ſecundum Cinnamum vero, qui nomadicam adhuc vitam ſectabantur, cum reliqui Turci vrbes colerent, deſignabat.

In originem nominis *Turcorum* ſolus, pro more ſuo, inquirit Chalcocondylas: quippe qui, gentem vel a *vita nomadica*, vel ab *vrbe* Perſidis *Turca* Turcos appellatos eſſe, autumat.

Turcorum Genus et Tribus.

INTER omnes hiſtoriae Byzantinae ſcriptores vnicus Chalcocondylas originem Turcorum diligentius inueſtigare aggreſſus eſt. Is enim cum, ab aliis genus eorum ad Scythas, Tataros puta, ab aliis ad Parthos referri, dixiſſet: priorem ipſe ſequitur ſententiam; quod Turcis non in lingua tantum, ſed etiam in quotidiano vitae vſu cum Tataris quam maxime conueniat. Alii vero, vt idem refert Chalcocondylas, eos ex vrbe Perſidis Turca, alii e Coeleſyria adeo et Arabia originem ducere, putabant.

Vniuerſam Turcorum gentem circa a. C. 568. in *quatuor*, vel, vt alio loco prodit, in *octo tribus* ſub totidem ducibus, diuiſam fuiſſe, Menander auctor eſt. Supremus Turcorum princeps, ipſis *Chaganus* dictus, Theophylacto teſte. ſe, in litteris ad Mauricium datis, *ſeptem gentium* et *ſeptem mundi climatum dominum* appellat. Nomina tamen iſtarum tribuum neuter horum ſcriptorum recenſet.

Vngros eadem, qua Turcos, ſtirpe ortos eſſe, Conſtantinus Porphyrogenneta docet.

Gentes Turcis ſubiectae.

INTER gentes Turcis ſubiectas circa a. C. 568 Menander numerat *Ephthalitas*, *Auaros*, praeterea *Choliatas* et *Vguros*. Ephthalitae quidem, quos Hunnos Albos Procopius vocat, Catulfi cuiusdam, qui eiusdem gentis erat, proditione vna cum Sogdaitis in Turcorum ditionem venerunt. Choliatas, qui Turcos inter et Perſas medii fuiſſe videntur, Turcis paruiſſe legimus. quando vero et quo pacto ſub imperium eorum ceciderint, de eo ſilent ſcriptores Byzantini. Auari olim ſub Turcorum ditione tenebantur, ſed magna eorum multitudo, ab illis profuga, in Europam commigrauit: non pauci tamen eorum Iuſtini II. et Mauricii adeo aetate Turcis adhuc paruerunt. *Alani* et *Vniguri* iidem forte, qui Vguri et Vitiguri) gentes validiſſimae, cis Attilam, ſeu Volgam, fluuium, Pontum Euxinum verſus habitantes, bello a Turcis victi, iis circa a. C. 579. ſeruiiſſe memorantur. *Perſas* adeo ipſos aliquam-

quamdiu, Theophylacto teſte, Turci habuerunt tributarios, donec tandem imperante Mauricio, ab Hormiſda, Perſarum rege, debellati, quae antea a Perſis accipiebant, his ipſis pendere cogerentur tributa. Eodem tamen tempore Turci Abdelas, Ephthalitas aliis dictos, Auaros orientales, *Ogor*, fluuii Til, ſeu Volgae, accolas, a quibus Auari, ad Iſtrum habitantes, genus ducebant, et *Colch* gentem debellarunt. Longo poſt tempore Perſarum regno, quod tunc Saracenis parebat, et ſubinde maxima Aſiae parte, quae ad meridiem et occidentem porrigitur, potiti, gentes, quae vaſtos illos terrarum tractus incolebant, ſuo adiecerunt imperio.

Turcorum Sedes et Migrationes.

TVRCI, Kermichiones, ad orientem Tanais fluuii, vt Theophanes Byzantius tradit, Hermechiones Theophanis Confeſſoris interiores barbarorum terras, ad Oceanum [Caſpium mare, credo] habitarunt. Menander paulo accuratius de Turcorum ſedibus memoriae prodidit. Secundum eum Sogdaitis ad orientem habitarunt, Perſis, quos inter et Turcos locum *Talas* dictum memorat, propiores. Primi Turcorum ducis, Chagani nomine inſignis, ſedem ad montem *Ektel*, vel, vt alio loco habet, *Ektag*, ſeu *montem aureum*, ſtatuit, inde, vt Theophylactus docet, quadringentis milliaribus aberat orientem verſus *Ikar*, locus latis in campis ſitus; quo Turcorum principes, bello ciuili diſiuncti, proelio decertarunt.

Ad ſedes Turcorum definiendas nonnihil facere poſſe videntur, quae Menander de itinere legatorum e Turcia narrat: quae ad haec fere redeunt. A Chliatarum vrbe profectis primum occurrebat *Oïch* (Ωιχ) fluuius, a quo longo viae ſpatio diſtabat *ingens* et *lata palus*, fluuii *Hich* et *Daich* (Ιχ, Δαϊχ), *paludes*, *Attila* fluuius, *Vgurorum* terra, *Cophines* (Κοφην) fluuius, qui in magnam exoneratur paludem, *Alania*, ad laeuam *Mindimiana*, *Apſilia*. *Rogatorium* (Cantoclarus in Notis emendat: ἐς το Διοσκουριαδος χωριον), *Pontus Euxinus*, vnde itinere maritimo *Byzantium* veniebatur.

TAVGAS (Ταυγας) vrbs et nobilis Turcorum colonia, ab Alexandro M. primum condita, flumine, vt Theophylactus auctor

eſt,

eſt, ſecabatur, quod duos olim populos, alterum nigra, alterum cocco tincta veſte indutum, diſcreuit. Aliam vrbem idem Theophylactus memorat, non multis millibus a Taugas diſſitam, *Chubdan* nomine (Χεβδαν), ab Alexandro M. conditam, quae duobus rigetur fluminibus: cuius incolae ſerici conficiendi peritiſſimi habeantur, elephantos alant, et ad Indos boreales ad mercaturam abeant.

Haec fere ſunt, quae de priſcis Turcorum ſedibus ad finem vſque ſaeculi poſt C. N. ſexti ſcriptores Byzantini memoriae prodiderunt. Saeculo poſt Chriſtum natum octauo eos magis etiam ad occidentem Caucaſo a ſeptemtrionibus obuerſos offendimus. Per quem ſaeculo vndecimo erumpentes per Araxidem fluuium in Perſiam commigrarunt; vnde ſuccedente tempore per totam Aſiam meridiem et occidentem verſus, effuſi ſunt.

Turcorum Hiſtoria.

TVRCI veteres, gens in oriente nobiliſſima ac validiſſima, circa a. C. 598. Romanis primum ſub hoc nomine a) cogniti ſunt. Ea enim tempeſtate, cum, Ephthalitis, Sogdaitis et aliis gentibus plurimis imperio ſuo adiectis. potentia in immenſum creuiſſent; vna iſtarum gentium, Sogdaitae, DIZABVLVM, Turcorum principem, vt, legatione ad Perſas miſſa, ipſis ſimul ſericum in Perſia venum exponendi copiam faceret, rogarunt. Conceſſit eorum precibus Turcus; et Sogdaitae ad Perſas profecti ſericum attulerunt, liberum eius ſibi cum Perſis rogantes commercium. Perſae vero, quibus haec minime grata erat legatio, ſericum emerunt quidem, ſed in conſpectu legatorum igni cremarunt, vt hac merce ſibi opus non eſſe, oſtenderent. Tamen alteram miſit legationem Dizabulus, qua Perſas ſibi amicos conciliare nitebatur. Hos adeo, ne regni ſui fines amplius intrandi Turcos voluntas caperet, veneno cibis mixto Perſae ſuſtulerunt; cauſa mortis eorum in coeli conditionem, quae Turcis, in alio aëre viuere aſſuetis, infeſta eſſet, collata. Dizabulus, haec per fraudem ficta eſſe, non ignorabat: tamen de Perſis ſumere vindictam adhuc dubitauit.

Caeterum non haec magis, quam Auarorum defectio ac fuga in occidentem, Turcis legatos ad Iuſtinum Iuniorem mittendi occa-

a) Nam legationis ab ASCEL, Hermechionum rege, miſſae iam ſub a C. 562. mentio fit.

occaſionem praebuerunt. partim quidem, vt Romanorum ſibi pararent amicitiam, et ſerici ad eos transferrent commercium; partim vt, ne Romani gentem Auarorum profugam intra fines ſuos reciperent, rogarent. Hic primus Turcorum ad Romanos aditus, hoc foederum fuit initium: quae ſequenti ſtatim anno alia legatione magis confirmata, vt Turci pariter ac Romani maiori fiducia bellum aduerſus Perſas pararent, effecerunt.

Sed haec non admodum diuturna fuit Turcorum et Romanorum amicitia. Nam cum Tiberius Caeſar anno imperii ſui ſecundo ad TVRXATHVM, Turcorum principem, legatos miſiſſet, qui ſe [Tiberium] ad Caeſaris dignitatem euectum nunciarent, foedera Dizabulum inter et Iuſtinum iuncta confirmarent, et Turcos ad bellum contra Perſas ſuſcipiendum ſollicitarent: barbarus eos, ob Auaros non diu ante a Romanis ſuſceptos ira ardens, durius tractauit, et exercitum adeo, Bochano et Anagaïo ducibus, ad vrbem Boſporum miſit, qui eam captam diruerunt.

Perſas circa idem tempus tributarios habuerunt Turci, donec ab illorum rege Hormiſda Mauricii Aug. aetate bello victi, ipſi iisdem tributum pendere cogerentur. quo tempore eos in Perſarum exercitibus militaſſe legimus. Eodem tamen Romanis imperante Mauricio, plures finitimarum gentium circa a. C. 597., quae antea ipſis paruerant, ſed iugum excuſſiſſe videntur, (rurſus) ſub ſuam redegerunt poteſtatem. Chaganus, qui tunc genti imperabat, Turum quendam, ſibi cognatione iunctum, res nouas molitum, in praelio occidit: et rebus hoc modo optime conſtitutis, cum Taugaſenſibus foedus percuſſit, et ad Mauricium horum omnium feliciter geſtorum nuncios legatos miſit.

Poſt id autem tempus ad annum C. vſque 728. nullus e ſcriptoribus Byzantinis Turcorum meminit. Circa a. C. 729 et 731. Maſalmam, Saracenorum principem, per Caſpias Portas irruentem Turcos in terra ſua bello petiiſſe; ſed metu correptum rediiſſe; a. C. 763. et 764. Turcos per easdem in Iberiam et Armeniam irrupiſſe, et terram late vaſtaſſe legimus. A. C. 803. Bardanii Turci rebellio refertur; a. C. 987. Turci ab Inarcho Perſa ſollicitati res Saracenorum concuſſiſſe memorantur. Et haec fere ſunt, quae de

de Turcis longo quadringentorum et triginta annorum ſpatio ſcriptores Byzantini memoriae prodiderunt.

Qui huc vſque in Borealibus tantum Aſiae partibus, vltra Caucaſum et mare Caſpium habitarunt, Turci circa a. C. 1037. fines imperii ſui proferendi commodam hanc nacti ſunt occaſionem. Machumetus, qui Perſidis, Choraſmiorum, Oretanorum et Mediae imperium tenebat, rebus aduerſus Indos et Babylonios infeliciter geſtis, e Turcis auxilia aduocare decreuit. Legatos hac de re miſſos Turci libenter audierunt, ſpe iam occulta Perſidis imperium praecipientes. Miſerunt itaque ei in auxilium tria ſuorum millia, TANGROLIPICE [Togrul-beg] MVCALETO., Mikeil filio, duce. Quorum ope cum Perſa Piſaſirium, Arabum principem, ſuperaſſet, eosdem aduerſus Indos etiam et Babylonios ducere in animo habebat. Turci vero, diuturniorem auerſantes militiam, vt ſibi in patriam redeundi poteſtas fieret, et praeſidium a ponte ſuper Araxide ſtrato, qui ipſis tranſeundus erat, abduceretur, rogarunt. Quorum precibus tantum abſuit vt concederet Muchumetus, vt vim iis, ſi parere nollent, intentaret. Turci itaque in hoc conſtituti diſcrimine, defectione facta in Carbonitidem ſeceſſerunt ſolitudinem; indeque ſaepius erumpentes Saracenorum terras depraedati ſunt. Haec indigniſſime ferens Muchumetus validum in eos miſit exercitum, qui noctu a Turcis oppreſſus et profligatus eſt. Hac vero victoria et crudelitate Muchumeti, qua hic decem ducibus, qui iſti exercitui praefuerant, oculos erui iuſſit, et militibus poenam ignominioſam denunciauit, permoti multi, ad Turcorum caſtra tranſierunt. Quibus auctae Tangrolipicis copiae breui tempore ad quinquaginta millia excreuerunt. Cum his ſe Muchumeto obuium ferre acieque decernere non amplius dubitans Tangrolipix, aduerſus hoſtem infeſtus contendit. Proelium tunc ad Aſpacham, vbi Saraceni, Muchumeto ipſo numeroſum, et ex variis gentibus conflatum exercitum ductante, Turcis occurrerunt, commiſſum eſt acerrimum. Quo cum Muchumetus, hinc inde incautius obequitans, equo caeſpitante, ceruices fregiſſet; vniuerſus hoſtilis exercitus ad Tangrolipicem tranſiit, eumque Perſiae regem ſalutauit. Qui ita regno potitus, Turcis aditum in Perſidem patefecit, eamque vniuerſam inter illos, prorſus oppreſſis indigenis, diſtribuit, *Sultani* nomine honoratus.

His

His elatus ſucceſſibus Sultanus Babyloniam et alias finitimas terras imperio ſuo adiunxit. Non diu poſt Romanis quoque, qui copias eius, quae ipſius conſobrinum Cutlumum perſequerentur, vltro laceſſierant, bellum intulit. Et ex eo tempore Turci continenter Romanas infeſtarunt prouincias, et magna Aſiae minoris parte occupata, Iconii, capto Romano Diogene Auguſto, poſiti ibi regni ſedem conſtituerunt, aliis in Perſide remanentibus, qui magno Sultano, quem ſcriptores Byzantini dicunt, parebant. Ita demum poſt varia et diuturna bella aduerſus Romanos et Latinos quoque, qui Palaeſtinam Saracenis erepturi in Aſiam ingentibus copiis ruebant, feliciter geſta, initio ſaeculi poſt C. N. decimi quarti ſub OTMANE, Orthogulis filio, imperii Saracenico-Turcici, quod ipſius nomine Oſmanicum vocatur, iecerunt fundamenta.

Principes et viri inter Turcos illuſtres.

ASCEL (Ασκηλ) rex Ermechionum circa a. C. 562.

DIZABVLVS (Διζαβουλος, alio loco Διλζιβουλος) rex a. C. 568.

Maniach (Μανιαχ), Sogdaitarum, gentis Turcis ſubiectae, princeps, a. C. 568.

Tarchan (Ταρχαν) nomen dignitatis, qua circa a. C. 569. *Tagma* (Ταγμα), Maniachi filius, ornatus fuit.

TVRXATHVS (Τουρξαθος vel Τουρξανθος), filius Dilzibuli, vnus ex octo Turcorum principibus a. C. 579 —.

ARSILAS (Αρσιλας), ſenior Turcorum tunc temporis monarcha.

TARDV (Ταρδου), primus inter Turcorum principes, in monte aureo ſedem habens, Turxathi conſanguineus.

Bochanus (Βοχανος) dux exercitus a Turxatho ad Boſporum vrbem miſſi.

Chaganus (Χαγανος) titulus principis Turcorum.

STEMBISCHADA (Στεμβισχαδας) ſocius Turcorum Chagani.

Turum (Τουρουμ) Chagano cognatione iunctus, rebellionem facit, et in proelio occumbit. a. C. 597.

SPARZEVGVN KVNAXOLA, TVLDICH (Σπαρζευγουν, Κουναξολα, Τουλδιχ) tres Chagani, belli aduerſus Turum ſocii.

TAISAN (Ταισαν) i. e. *filius Dei*, titulus principis Taugaſenſium.

Bardanius (Βαρδανιος) Turcus, orientalium prouinciarum ſub Nicephoro I. a. C. 803. praefectus.

Tuſper (Τουσπερ) Turcus, copiarum Aegyptii Amerae dux a. C. 1030.

Salamanes (Σαλαμανης, Edeſſae a Martyropolis Amera praefectus a. C. 1032.

TANGROLIPEX MVCALET (Ταγγρολιπηξ Μουκαλετ. al. corruptius etiam Τραγολιπακης, Σταγγρολιπης Ταγκρολιπηξ) *Mikeelis* (Μικεηλ al. Μακεηλ) filius, primus Sultanus et Perſiae rex; a. C. 1027.

Kutlumus (Κουτλουμους) Tangrolipecis conſobrinus.

Aſan (Ασαν) Tangrolipecis ex fratre nepos, dux exercitus a. C. 1047.

Abramius Alim (Αβραμιος Αλιμ) Tangrolipecis ex altero parente frater; dux exercitus a. C. 1048.

duces exercitus a. C. 1048. *Choraſanites* (Χωρασανιτης) *Aſpam Selarius* (Ασπαμ Σελαριος) Abramii ex altero parente frater.

Seriphus (Σεριφος) magiſtratus apud Turcos, legatus CPlin miſſus a. C. 1048.

Chalipha (Γλαφυρας. in marg. Χαλιφα al. Χαλυφα), aequali et eodem honore apud Turcos, quo Deus, celebratur.

Alkan (Αλκαν) Choraſiniorum dux a. C. 1050.

Abimelech (Αβιμελεχ) Cutlumi frater, dux exercitus a. C. 1040.

Melech (Μελεχ) Abramii filius, fugae Cutlumi comes; a. C. 1052.

Samuch (Σαμουχ) et *Choroſalarius* (Χοροσαλαριος) duces militiae a. C. 1066 — 1067.

Amertices (Αμερτικης) et *Apſinalius* (Αψιναλιος) duces militiae a. C. 1067, 1068.

ASAN (Ασαν vel Αξαν) Sultanus, qui Romanum Diogenem Aug. proelio victum cepit a. C. 1071.

Artuch (Αρτουχ al. Αρταουχ) dux Turcorum circa a. C. 1072.

Tutach (Τουταχ) e Perſide erumpens, terras Romanas vaſtat, a. C. 1072. — 1074.

SOLYMAN (Σολυμαν) filius Kutlumi, Nicaeenſium Turcorum princeps, a. C. 1074 —.

Chryſoſculus (Χρυσοσκουλος) dux Turcorum, qui cum Manuele Curopolata ad Romanos confugit, a. C. 1070.

Maſurus (Μασουρος) filius Kutlumi.

Kamyres (Καμυρης) dux exercitus Alexio I. Comneno a Sultano auxilio miſſi a. C. 1082.

Apel.

Apelchaſem (Απελχασημ) frater Solymanis, Sultani Nicaeni a. C. 1083.

Puzanus (Πουζανος) dux a Perſidis Sultano cum exercitu in Aſiam minorem miſſus, a Tutuſe occiſus, a. C. 1083.

Charatices (Χαρατικης) Satrapa Turc. a. C. 1083.

Siaus (Σιαους) magiſtratus Turcicus.

Pulchaſes (Πουλχασης) frater Solymanis, Cappadociae ſatrapa a. C. 1083.

Proſuch (Προσουχ) dux exercitus Perſidis Sultani. a. C. 1083.

TAPARAS (Ταπαρας) Perſiae Sultanus, a. C. 1083.

PARGIARVCH (Παργιαρουχ al. Παραγιαρουχ al. Σπαργγαρουχ. al. Παργχαρουχ) filius Taparae, Perſiae Sultanus.

Chaſii (Χασιοι) i. e. *ficarii.*

KLITZIASTHLAN (Κλιτζιασθλαν. al. Κλιτζιαςραν) Solymanis fil. Nicaeae Sultanus a. C. 1083 —.

Mochumet (Μοχουμετ) Nicaeae a Klitziaſthlane praefectus.

Elchanes (Ελχανης) et *Scaliarius* (Σκαλιαριος) ſatrapae ad Alexium I. Comn. tranſeunt circa a. C. 1083.

Tzachas (Τζαχας al. Τζακατζας) gener Klitziaſthlanis, ſatrapa, a. C. 1083 —.

Galabatzes (Γαλαβατζης) a fratre Tzacha Mitylenae praefectus, a. C. 1083 —.

TANISCAN (Τανισκαν) Sultanus.

Azan (Αζαν) dux exercitus.

KVRPACHAN (Κουρπαχαν) Choroſanis Sultanus.

Tangripermes (Ταγγριπερμης) ſatrapa, vrbis cuiusdam Epheſiorum prope mare ſitam dominus.

Maraces (Μαρακης) ſatrapa.

Iſmaël (Ισμαηλ) Kurpachanis filius.

Atapakas (Αταπακας) Damaſci ſatrapa.

ab a. C. 1097.

SAISAN (Αμηρ Σαϊσαν) Amer et Sultanus Choroſanis vocatur.

Monolycus (Μονολυκος), *Contogmes* (Κοντογμης) et *Muchumet* (Μουχουμετ) ſatrapae.

SOLYMAN (Σολυμαν) [Iunior] Sultanus [Nicaeae, quae ei a Romanis erepta].

KLITZIASTHLAN (Κλιτζιασθλαν) [Iunior, ſenioris filius, Solymanis frater] Iconii Sultanus.

SAISAN (Σαϊσαν) Iconii Sultanus [eundem cum Klitziaſthlane putant].

Maſut (Μασουτ) dicti Sultani frater nothus.

Aſan Katuch (Ασαν Κατουχ) ſatra-

ab a. C. 1109.

ſatrapa, cuius filius *Gaſes* (Γα-σης).

Pucheas (Πȣχεας) et *Eleg-mus* (Ελεγμος) ſatrapae.

Alpicharas (Αλπιχαρας) Laodiceae ſatrapa, a. C. 1118.

Taniſmanius (Τανισμανιος) Cappadociae ſatrapa, a. C. 1125.

Muchumet Μȣχȣμετ) Caſtamonis ſatrapa, a. C. 1125.

MASVT (Μασȣτ) de quo ſupra, Iconii princeps, a. C. 1125.

Samuch (Σαμȣχ) ſatrapa, a. C. 1125.

Iagonpaſan (Ιαγουπασαν) ſatrapa, Romanorum ſocius, a. C. 1141—.

Chaeres Χαιρης) vir inter Turcos nobilis, a. C. 1141—.

Pupaces Πȣπακης) Turcus, in caſtris Romanorum militans, Solymanis Iconienſis ſatrapae ex fratre nepos, a. C. 1144—.

Pharcuas (Φαρκȣας) Sultani pincerna.

Raman (Ραμαν) dux exercitus.

Solyman (Σολυμαν) Turcus nobilis ad Romanos legatus miſſus.

Pamplanus (Παμπλανος. al. Μαμπλανης) dux exercitus, a. C. 1150.

Solyman, ſatrapa, a. C. 1157.

Soniſan (Σανισαν) frater Klitziaſthlanis Sultani. a. 1158.

Iagupaſan (Ιαγȣπασαν. An qui ſupra Ιαγουπασαν) Saniſanis gener, Caeſareae et Amaſiae ſatrapa.

KLITZASTHLAN (Κλιτζασθλαν) Maſutis filius, Sultanus Iconii a. C. 1158. vid. §. 300 in variet. lect. et 303.

Dadunes (Δαδȣνης) ſatrapa, gener Maſutis, a. C. 1158. §. 300, var. lect.

Solyman et *Gabras* (Γαβρας) duo e proceribus Klitzaſthlanis; ille a. 1159. hic 1171. inclaruit.

Atapacus (Αταπακος) dux exercitus a. C 1172.

Same (Σαμη) Ameras, a. C. 1185.

KAICHOSROES (Καϊχοσροης) Iconii Sultanus, a. C. 1188. cuius filius *Kopatinus* (Κοπατινος).

Arſanes (Αρσανης) Ameras, a. C. 1189.

Maſut, filius Klitzaſthlanis, a. C 1200.

RVCRATINVS (Ρȣκρατινος) Sultanus, Klitzaſthlanis filius.

IATHATINES (Ιαθατινης Iconii Sultanus, a. C. 1204—.

Amyrachures (Αμυραχȣρης) nomen dignitatis.

Peclarpakis (Πεκλαρπακις) i. e. ſupremus exercitus dux.

ALA-

AZATINES (Ἀζατινης) Iconii Sultanus, a C. 1261.

Melec (Μεληκ) frater Azatinis, a. C. 1269 —.

Amurius (Ἀμȣριος) ſatrapa, a. C. 1269,

Salpakis Mantachias (Σαλπακις Μανταχιας) dux exercitus a. C. 1280.

Salampaki (Σαλαμπακι) ſatrapa, a. C. 1294.

Melec Maſur (Μεληκ Μασȣρ) Sultani Azatinis filius, a. C. 1302.

Amurius, *Laminſes* (Λαμινσης) *Atman* (Ατμαν) ſatrapae, a. C. 1302.

Hales Amurius (Ἁλης Ἀμȣριος) filius dicti Amurii, ſatrapa, cuius frater *Naſtratius* (Ναστρατιος).

Solymampaxis (Σολημαμπαξις) ſatrapa, a. C. 1303.

Atines (Ατινης), *Aliſyras* (Αλισυρας, *Salampaxides* (Σαλαμπαξιδες. An qui antea Σολυμαμπ.?), *Alaides* Αλαιδης), *Ameramanas* (Αμεραμανας), *Sphondilus* Σφονδιλας), *Pagdinas* (Παγδινας), *Carmanus Aliſyrius* (Καρμανος Αλισυριος), *Sarchanes* (Σαρχανης, *Saſan* (Σασαν), *Kalames* Καλαμης, *Karaſes* (Καρασης, *Chalel* (Χαληλ, — ſatrapae ab a. C. 1303 — 1326.

Turcorum, Catelanis militantium dux, a. C. 1308.

Omaros (Ομαρος) primus Turcorum legiſlator.

Iuduzalpas (Ιȣδȣζαλπας), vir ex tribu Oguziorum nobilis, cuius filius

Oguzalpes (Ογȣζαλπης).

|

Orthogrules (Ορθογρȣλης)

|

OTVMANVS (Οτȣμανος) imperii Oſmanici conditor.

Scriptores de Turcis.

INTER ſcriptores hiſtoriae Byzantinae eorum Turcicarum memoriam conſeruarunt Agathias, Theophanes Byzantius, Menander, Theophylactus Simocatta, Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius Bibliothecarius, (Conſtantinus Porphyrogenneta), Incertus Conſtantini Continuator, Cedrenus, Ioannes Scylitzes, Zonaras, Conſtantinus Manaſſes, Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Cinnamus, Georgius Acropolita, Nicetas Choniates, Georgius Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Ioannes Cantacuzenus, Michael Glycas, Georgius Codinus, Ducas et Chalcocondylas.

Prima Turcorum mentio eſt apud Theophanem Iſaacium et Anaſtaſium in legatione Ermechionum regis ad Iuſtinianum I.

 Aga-

Agathias ſemel tantum eorum in tranſitu breuiſſime ſub eodem imperatore meminit. Menander vero, dum varias a Turcis ad Romanos et a Romanis ad Turcos Iuſtini II. et Tiberii Conſtantini temporibus miſſas deſcribit legationes, multa de terra, viribus, viuendi ratione et moribus gentis, memoria ſane digniſſima, ab obliuionis iniuria vindicauit.

Theophylactus ſub Mauricio Aug. de bellis Turcorum tam externis, cum finitimis Perſis, Ephthalitis, Auaris, Ogor, Kolch gentibus geſtis, quam internis et ciuilibus, de terra praeterea Turcorum et ſacris, vrbibus Taugas et Chubdan memoriae prodidit. Quaedam de his habent Theophanes, Anaſtaſius et Zonaras. Ab a. C. 597. vsque ad a. 728. altum eſt apud Scriptores hiſtoriae Byzantinae de rebus Turcorum ſilentium. Ab a. C. 728. vsque ad a. 1032. ſparſa quaedam et pauca de iis apud Theophanem, Anaſtaſium, Incertum Conſtantini Continuatorem et Cedrenum occurrunt.

Poſt id autem tempus Turci antiquis ſedibus egreſſi, Perſiam indeque terras finitimas, et Aſiam adeo vniuerſam inuaſerunt. Quo factum eſt, vt ſcriptoribus Byzantinis, qui iſtorum temporum hiſtoriam conſcriberent, vberrima eſſet de rebus geſtis Turcorum dicendi materia. Et res quidem ad annum vſque 1072. geſtas fuſiſſime omnium Cedrenus et Scylitzes, breuius paulo Zonaras, enarrarunt. non pauca de iis Nicephorus Bryennius et Michael Glycas, quaedam etiam Conſtantinus Manaſſes et Codinus habent. Ex hoc vero tempore quae genti acciderunt, ad a. C. 1081. vſque, ea Bryennius inprimis perſecutus eſt, vt multa tamen eorum apud Scylitzen etiam ac Zonaram, quaedam apud Glycam et Annam Comnenam legantur.

De rebus ſub Alexio I. Comn. geſtis praeter Zonaram, Nicephorum Gregoram, Nicephorum Bryennium et Glycam, Anna Comnena, eaque omnium diligentiſſime, memoriae prodidit. Quae de temporibus Ioannis et Emanuelis, Comnenorum, nouimus, Cinnamo et Nicetae, quae de rebus ſub Alexio II. Comn., Iſaacio et Alexio, Angelis, Nicetae accepta ferimus; ſemel earum ſub Alexio Aug. Acropolita meminit. Res Turcorum ſub Theodoro

Laſc.

Laſc. I. geſtas Nicetas, Nicephorus Gregoras, et Acropolita, hic quoque ſub Ioanne Duca, memorant. Sub Theodoro Laſc. II. Ioanne et Michaele Palaeologo Acropolita, Pachymeres, Nicephorus Gregoras, et ſub Michaele Pal. etiam, ſed breuiſſime, Ducas, Turcorum meminerunt Andronici II. tempora Pachymeres, Nicephorus Greg. et Cantacuzenus fuſiſſime perſequuntur. De genere denique Turcorum et initio regni Otomanici quaedam apud Chalcocondylam relata legimus.

INDEX

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Antiquiſſima Turcorum memoria in legationibus ab iis primum ad Perſas, deinde ad Romanos miſſis, et in foedere Turcos inter et Romanos iuncto. a. C. 562. 568.*

§. 1. Regis Hermechionum legati CPlin veniunt.

§. 2. ~~Coma Turcis eſt impexa et complicata.~~

§. 3. Sogdaitae, Dizabuli regis Turcorum permiſſu, ad Perſas proficiſcuntur, de libero ſerici commercio acturi cum Choſroë rege; hic ſericum emit, et igni cremat.

§. 4. Legati de foedere iungendo ad Perſas miſſi, veneno tolluntur; ſparſus de morte eorum rumor.

§. 5—8. Legatio de ſerici commercio et foedere ad Romanos miſſa, itineris deſcriptio; imperii Turcorum ratio; gentes ab iis debellatae; pax cum Romanis iuncta.

CAPVT II. *Prima Romanorum ad Turcos legatio; bellum Perſis, ſollicitantibus Turcis, a Romanis illatum. a. C. 569. 571.*

§. 9. Iuſtinus Iunior Zemarchum ad Turcos legatum mittit; Turci:, qui antea Byzantium venerant, comitibus.

§. 10. Turci legato in Sogdaitarum regione obuii, ferrum vendunt; eum et comites thure accenſo luſtrant

§. 11. Legatus ad Chaganum, ad montem aureum habitantem, admiſſus, eum ſalutat.

§. 12. Conuiuia celebrata; tentoria, potionis genus, vaſa aurea, ſtatuas animalium argenteas.

§. [illegible]

§. 13. *Zemarchus Dizabulum contra Perſas proficiſcentem comitatur; Perſarum legatus Dizabulo in loco Talas dicto occurrens, ab eo cum Zemarcho ad conuiuium adhibetur.*

§. 14—17. *Zemarchus a Dizabulo dimiſſus, cum pluribus Turcorum legatis iter ingreditur; quod deſcribitur.*

§. 18. *Romani Perſis bellum inferunt, a Turcis ſollicitati.*

CAPVT III. *Alia Romanorum ad Turcos, eorumque principem Turxathum legatio; ab a. C. 579—582.*

§. 19. *Valentinus a Tiberio ad Turcos legatus mittitur; plures eum comitantur Turci, alii alia de cauſa antea Byzantium miſſi.*

§. 20 *Iter legatorum; Turxathus et Arſilas, Turcorum principes; imperium Turcorum in octo tribus diuiſum.*

§. 21. *Valentinus Turxathum de Tiberio ad Caeſarum dignitatem euecto certiorem facit; de foedere renouando ſignificat.*

§. 22, 23. *Valentinus Turxathum ad bellum Perſicum ſollicitat; Turxathus ob Abaros profugos a Romanis ſuſceptos iratus, ſuperbe minatur, quem Valentinus mitigat.*

§. 24. *Valentinus et comites ob mortem patris Turxathi facies ferro violare iubentur; inferiae.*

§. 25. *Valentinus ad Tardu, ad montem aureum habitantem, mittitur; vrbs Boſporus a Turcis vaſtatur; dimittitur Valentinus.*

§. 26. *Turci Cherſonem cum exercitu obſident.*

CAPVT IV. *Bella Turcorum externa et ciuilia; legatio ad Mauricium; ab a. C. 587—597.*

§. 27, 28. *Perſae Turcos, quibus tributum pendebant, vincunt, et ab iis tributum accipiunt.*

§. 29. *Choſröes a Barame rebelle victus, ad Turcos, an ad Romanos ſecedat, ambigit.*

§. 30. *Turci in bello aduerſus Baramem capti, crucis ſignum nigris punctionibus effigiatum in fronte praeferunt; cauſa huius rei.*

§ 31. *Turcorum Chaganus legatos ad Mauricium mittit; victorias de gentibus Abdelarum, Ogor, Var et Chunni, et Colch reportatas iactat.*

§. 32. *Chaganus cognatum ſuum Turum bello vincit.*

§. 33. *Locus Icar, et mons aureus deſcribuntur.*

§. 34. *Turcorum regio, nunquam peſtem et terrae motus experta.*

§. 35. *Religio Turcorum.*

§. 36. *Chaganus Turc. cum Taugaſenſibus foedus percutit.*

§. 37. *Varia de Taugaſenſium principe, moribus, vrbe, populo, vxoribus regiis.*

§. 38. *Vrbis Chubdan ſitus, conditor, princeps, commercium.*

CAPVT V. *Varia de primis bellis Turcorum aduerſus Saracenos geſtis; ab a. C. 729—1032.*

§. 39, 40. *Maſalmas Saracen. dux in Turcorum terram irrumpit; proelio congreſſus per Chazariam reuertitur; eam iterum petens, metu correptus redit.*

§. 41, 42. *Turci Armeniam vaſtant; captiuos abducunt; breui poſt in Iberiam abeunt, vbi cum Saracenis pugnant.*

§. 43. *Bardanius Turcus contra Nicephorum I. rebellionem facit; ſit monachus.*

§. 44. *Inarchus Perſa nobilis a Saracenis deſectione facta, Turcorum ſibi adiungit auxilia, res Saracenorum affligit.*

§. 45. *Turcus Tuſper ab Aegypti Amerumna contra Tripolis Ameram miſſus, redit.*

§. 46. *Salamanes Turcus, tres Edeſſae turres Maniacae duci Rom. donis corruptus tradit.*

CAPVT VI. *Turci Muchumeti, Perſiae et vicinarum regionum principis, ſocii; Perſia a Turcis occupata; bellum Tangrolipecis [Togrulbeci] primi Sultani aduer-*

aduerſus conſobrinum Cutlumuſum et Romanos geſtum; ab a. C. 1027? – 1048.

§. 47. *Turcorum genus, ſedes &c.*

§. 48. *Muchumetus Perſidis &c. princeps Turcos auxilia rogat.*

§. 49. *Tragolipaces cum tribus millibus Turcorum per Araxidem in Perſidem venit, Muchumetus eius auxilio Piſaſirium Arabum principem vincit.*

§. 50. *Turci reditu negato, in Carbonitidem ſolitudinem ſecedunt, indeque Saracenos infeſtant.*

§. 51. *Turci Muchumeti exercitum inopinato adorti delent, eorum numerus mire augetur.*

§. 52. *Milites Muchumeti, minis eius territi ad Turcos tranſeunt; Muchumetus in proelio ad Aſpachan commiſſo occiditur; Tangrolipex Sultanus declaratur.*

§. 53. *Tangrolipex Babylonia potitur; Cutlumus, eius conſobrinus, a Carbeſio, Arabum principe, victus, in reditu per Mediam coactus cum Romanis confligit, eosque vincit.*

§. 54. *Tangrolipex Cutlumuſo de clade accepta iratus, ei inſidias ſtruit; Romanos adoriri non audet.*

§. 55. *Cutlumus defectione facta, Paſarem vrbem in Choraſmiis occupat; Tangrolipex ab Arabibus victus, Paſarem fruſtra oppugnat; exercitum contra Romanos mittit.*

§. 56. *Aſan cum Turcis in Baaſpracaniam [Mediam] irrumpit; a Romanis dolo victus, occiditur.*

§. 57. *Tangrolipex alium exercitum aduerſus Romanos emittit; Romani ad Oſurtru in Iberia caſtra metantur, ibique Liparitem cum Ibericis copiis exſpectant.*

§. 58, 59. *Romani in locum aditu difficilem recedunt; Turci Artzen pagum per ſex dies oppugnatum, igne domibus ſubiecto capiunt.*

§. 60. *Romani Liparitae copiis aucti, ad Capetrum caſtellum aciem inſtruunt; Romanis proelio victis et Liparite capto redeunt Turci.*

§. 61. *Imperator Conſtantinus de pace legatos mittit, Liparitem pro dono a Sultano recipit; legatus Turcorum Byzantium*

tium venit, vt Romani Turcis tributum pendant, poſtulat; re infecta diſcedit.

CAPVT VII. *Iteratae Turcorum in orientales Romanorum prouincias irruptiones; ab a. C. 1050—1067.*

§. 62. *Tangrolipex ad Conium vſque penetrat; incolis vndique in caſtella fuga elapſis, re infecta reuertitur.*

§. 63, 64. *In Baaſpracaniam irrumpens, Mantzikierte vrbem fruſtra oppugnat; diſcedit; Romano exercitu accedente, domum abeunt Turci.*

§. 65, 66 *Abramius, Tangrolipecis frater ad Cutlumuſum fugit; proelio cum Sultano commiſſo, Abramius occiditur, Cutlumus in Arabiam fugit; Sultanus Iberiam vaſtat, exercitu Rom. accedente diſcedit.*

§. 67. *Auguſta Theodora graſſationes Turcorum cohibere nititur.*

§. 68. *Bryennius a Michaele Stratiot. in orientem mittitur, Samuchi et Turcorum irruptiones in Armeniam prohibiturus.*

§. 69, 70. *Erbebius Francopulus cum ccc. Francis defectione facta ad Samuchum tranſit; diſſidia inter illos et bellum oriuntur; Erbebius victor cum ſuis in vrbe Chleat perfide occiditur.*

§. 71. *Turci Iſaacio Comn. imperante orientem premunt.*

§. 72, 73. *Imperante Conſtantino Duca Turci Romanorum prouincias impune vaſtant; Sultanus Anium et loca vicina in ſuam poteſtatem redigit.*

§. 74, 75. *Turci ſub Eudociae imperio omnia vaſtando in Ciliciam et Syriam penetrant, cauſa huius rei.*

CAPVT VIII. *Prima imperatoris Romani Diogenis contra Turcos expeditio. a. C. 1068.*

§. 76. *Turci Ciliciam et Antiochiae regionem infeſtant, Sultanus ad partes boreales irrumpit; Romanus Diogenes exercitum colligit.*

§. 77.

§. 77. *Sultanus vanometu territus diſcedit; exercitus tamen auſtrum et boream verſus immittit.*

§. 78. *Diogenes reverſus boream feliciter geſta, Syriam et Ciliciam petit.*

§. 79. *Turci Neocaeſaream euertunt, Diogenes eos inſecutus caedit, captiuos recipit.*

§. 80. *Diogenes regionem Teluch inuadit; alium exercitum Melitenen mittit, qui inopinato a Turcis oppreſſus, a Diogene ſuccurrente aegre ſeruatur.*

§. 81, 82. *Imperator Hierapolin capit, ibi cum Turcis et Chalepitis pugnatur, ſuperioribus tandem Romanis.*

§. 83. *Imperator ad oppidum Azae accedit, re infecta diſcedit, Artach oppidum capit; per Taurum in Romanam regionem reuerſus, Byzantium abit.*

CAPVT IX. *Tres reliquae Romani Diogenis contra Turcos expeditiones; captiuitas eiusdem, liberatio; pax inter eum et Sultanum iuncta; ab a. C. 1069—1071.*

§. 84. *Criſpinus Francus Turcos caedit.*

§. 85. *Imperator Turcos non procul a Caeſarea proelio vincit.*

§. 86. *Turcos ad Euphratem caſtra habentes petit, iis fugientibus, per Taurum in Celzenem redit, Philareto cum copiis relicto.*

§. 87. *Philaretus cum ſuis territus ſtatione decedit, Turci eum inſequuntur, ab imperatore repulſi per Cappadociam recedentes Iconium vaſtant.*

§. 88. *Imperator Iconium petit, Turcis ad fines Chalep reuerſis, exercitus parte relicta, Byzantium redit.*

§. 89. *Manuel Comnenus aduerſus Turcos miſſus, proelio victus, capitur.*

§. 90. *Turci Chonenſem rempublicam occupant.*

§. 91. *Manuel Comn. cum Turco, a quo detinebatur, ad imperatorem venit.*

§. 92. *Imperator cum exercitu in Aſiam transgreſſus Theodoſiopolin ſe confert.*

§. 93. Mercenarias copias ad Chliat mittit; ipſe urbem Matzicert petit, et capit.

§. 94. Exercitus Rom. Bryennio et Nicephoro Baſilacio ducibus, a Sultano vincitur, Baſilacius, a Bryennio deſertus, capitur.

§. 95. Turci noctu imperatoris caſtra adorti, die illuceſcente repelluntur.

§. 96. Imperator copias a Chliat reuocat, quae cum Ruſelio et Tarchaniote in ſolum Rom. redeunt; imperator ſe ad proelium accingit.

§. 97. Sultanus de pace legatos mittit, quam amici imperatoris diſſuadent.

§. 98. Imperator proelio Turcos inopinato adortus vincit; ipſo ſigna retro conuerti iubente, multi id fugiendi cauſa fieri rati, fugiunt, Turci reuerſi Romanos caedunt, et imperatorem capiunt.

§. 99, 100. Imperator a Sultano benigne habitus, foedere percuſſo in ſolum Romanum deducitur; vbi a rebellibus captus, oculis priuatur.

CAPVT X. *Bellum a Turcis, iniuriam Romano Diogeni illatam vlciſcentibus, reparatum; res Turcorum ſub Artatucho, Tutacho, et Cutlumuſi filiis Maſuro et Solymane; ab a. C. 1072 – 1078.*

§. 101. Turci iniuriam Romano Diogeni illatam indigne ferentes, in terras Rom. irrumpunt.

§. 102. Imperator Michael Ducas Ruſelium cum Francis et Iſaacium Comn. cum Romanis contra Turcos Iconium mittit; ille rebellans, Turcos vincit, hic cum Turcis congreſſus, vincitur, capitur.

§. 103, 104. Alexius fortiter contra Turcos pugnat.

§. 105. Iſaacius Commenus libertate recepta Ancyram venit.

§. 106, 107. Iſaacius et Alexius paucis comitantibus CPlin petentes, in itinere ſtrenue aduerſus Turcos pugnant.

§. 108.

§. 108, 109. Michael Turcorum principem Artuch (vel Artatuch) contra Ioannem Caeſarem et Vrſelium rebelles aduocat; qui eos proelio victos capit, pretio acc pto dimittit.

§. 110, 111. Vrſelius, ſibi ab Alexio Comneno contra ipſum cum exercitu miſſo timens, ſe cum Tutacho Turcorum principe coniungit; ab eoque, pretio inducto, Romanis deditur.

§. 112. Alexius in reditu cum Turcis praedatum emiſſis confligit.

§. 113. Iſaacius Comn. in Syria cum Turcis proelio congreſſus, capitur; quem Antiocheni redimunt.

§. 114. Solyman Cutlumuſi F., Michaeli Ducae contra Nicephorum Botan. auxilia mittit, Nicephorus pecunia iis data, vt redeant, efficit.

§. 115. Nicephoro Botan. imperii potito, Turci in Aſia late dominantur.

§. 116. Cutlumus cum quinque filiis contra Sultanum Perſidis pugnaturus, ſe Nicephoro Botan. adiungit; Chalipha pacem inter illos conciliat.

§. 117, 119. Imperator Nicephorus Botan. ſibi Turcorum principes Maſurum et Solymanem apud Nicaeam degentes contra Bryennium adiungit ſocios; quorum ope Bryennius victus, capitur.

§. 120 — 122. Nicephorus Meliſſenus, Turcorum inſtructus auxiliis rebellat; Georgius Palaeologus Turcos ad caſtellum Baſilia proelio vincit.

§. 123. Vrbs Cyzicum a Turcis capta.

CAPVT XI. *Res Turcorum, ſub Sultanis 1) Nicaeae; a) Solymane, eius praefectis Apelchaſemo, et Pulchaſe et b) filio Clitziaſthlane, eius praefectis Mochumeto et Elchane, 2) Perſidis, Topara et filio Pargiarucho, eorumque praefectis Tutuſe, Puzano et Proſucho geſtae; ab a. C. 1081 — 1083?*

§. 124 Alexio I. Comneno imperii potito, Turci orientem late vaſtant.

§. 125.

§. 125, 126. *Alexius repreſſis Turcorum graſſationibus, pacem cum Solymane Sultano iungit, Draconte fluuio vtriusque imperii termino conſtituto.*

§. 127, 128. *Turci, a Solymane Romanis auxilio ſubmiſſi, Alexio aduerſus Baimundum militant.*

§. 129. *Apelchaſemus terras Rom. vſque ad Propontidem vaſtat.*

§. 130. *Solyman Philareti transfugae ope Antiochiam capit.*

§. 131. *Tutuſes frater Toparae, Perſiae Sultani, et Solymanis patruus, hunc proelio vincit; Solyman ſe ipſum occidit.*

§. 132. *Sultanus Perſ. ſibi a Tutuſe metuens, de affinitate ineunda legatum ad imperatorem mittit; legatus fidem Chriſtianam amplexus, plures vrbes, litteris Sultani abutens, imperatori tradit.*

§. 133. *Apelchaſemus ſibi Nicaeam, et alii Solymanis praefecti alias vrbes ſibi vindicant; imperator, qui Apelchaſemum debellaret, Taticium mittit.*

§. 134. *Taticius Nicaea tentata, redit et ad Baſileam caſtra munit.*

§. 135. *Proſucho a Sultano Perſiae Pargiarucho cum exercitu miſſo, Taticius diſcedit, cum Apelchaſemo proelio congreſſus, Byzantium abit.*

§. 136 — 139. *Apelchaſemus prouincias Rom. vaſtat; proelio a Taticio victus, et ſibi praeterea a Proſucho metuens, pacem amplectitur, CPlin venit.*

§. 140. *Dum Apelchaſemus CPli honore ac deliciis omnibus fruitur, imperator in vicinia Nicomediae arcem maritimam exſtruendam curat; qua perfecta Apelchaſemus dimittitur.*

§. 141. *Proſuchus Nicaeae obſidionem, Romanis auxiliis vrbem ingreſſis, ſoluit; in interiorem Turciam redit.*

§. 142. *Sultanus Perſ. Puzanum aduerſus Apelchaſemum mittit; litterae Sultani ad imperatorem de affinitate et foedere.*

§. 143. *Puzanus Nicaea fruſtra tentata diſcedit; Apelchaſemus ad Sultanum Perſ. gratiam impetrandi ſpe contendit; ab eo non admiſſus, in reditu a Puzani militibus ſtrangulatur.*

§. 144. *Imperator affinitatem Sultani auerſatur; tamen eum vana ſpe lactat.*

§. 145.

§. 145. *Sultanus Toparas, ſubmiſſis a fratre Tutuſe ſicariis; occiditur.*

§. 146. *Puzanus Chorosſanum reuertens proelio cum Tutuſe congreſſus, occiditur; Tutuſes a Pargiarucho victus, occiditur.*

§. 147. *Imperator cum Pulchaſe, Nicaeae poſt Apelchaſemum praefecto, de pace agit.*

§. 148. *Clitziaſthlan Solymanis fil. e Choroſano reuerſus, Nicaeae Sultanus declaratur; qui Pulchaſen praefectura mouet, eamque Mothumeti concedit.*

§. 149 — 151. *Elchanes archiſatrapa Cyzico et Apolloniade occupatis, regionem maritimam infeſtat; Cyzico a Romanis recepto, Apolloniade oppugnatus deditionem facit; CPlin abit, quo et duo alii ſatrapae inuitati veniunt.*

CAPVT XII. *Res Tzachae, generi Clitziaſthlanis, terra ac mari aduerſus Romanos geſtae, bellum ei ab imperatore et Clitziaſthlane illatum; caedes Tzachae; pax inter Alexium I. Comn. et Clitziaſthlanem iuncta; ab a. C. 1083—1096.*

§. 152. *Nicaeae praefectus expeditionem in Nicomediam parat.*

§. 153. *Tzachas claſſe adornata Clazomenas, Phocaeam, Mitylenen, Chium capit.*

§. 154 — 159. *Tzachas claſſem Rom. vincit; Dalaſſenus cum claſſe Chium miſſus, vrbem oppugnat, Tzachas ei ſubſidio venit, armis doloque Romanos adortus, nihil proficit; diſcedit; vrbs capitur.*

§. 160. *Tzachas ditionis Rom. terras et inſulas inuadit; Scythas ad Cherſoneſum occupandam ſollicitat; auxiliares Turcorum copias, imperatori ſubmittendas, ſibi adiungit.*

§. 161. *Tzachas Smyrnae habitans, nomen et inſignia regis ſumit; Romano inhiat imperio, Alexius exercitus cogit.*

§. 162—165. *Ioannes Ducas, frater Auguſtae, contra Tzacham miſſus, ad Mitylenen iteratis cum eo proeliis congreſſus, vrbem deditione capit, Tzachae reditu libero conceſſo.*

§. 166. *Dalaſſenus Tzacham foedifragum inſecutus, plures eius naues perdit, et inſulas recipit.*

§. 167. *Imperator contra Tzacham miſſo cum claſſe Dalaſſeno, Sultanum Clitziaſthlanem contra eundem concitat.*

§. 168 — 169. *Tzachas Abydum oppugnat, contra ſe cum claſſe Dalaſſenum, cum copiis pedeſtribus Sultanum accedere videns, hunc adit, a quo inter epulas occiditur.*

§. 170. *Clitziaſthlan cum imperatore pacem facit.*

CAPVT XIII. *Bellum ab occidentis principibus et Alexio I. Comn. Turcis illatum, vſque ad Nicaeam captam; a. C. 1096, 1097.*

§. 171. *Alexius ad reprimendas Turcorum irruptiones, fines imperii munit.*

§. 172. *Petrus [Eremita] occidentis populos ad expeditionem aduerſus Saracenos ſuſcipiendas ſollicitat.*

§. 17.. *Pars occidentalis exercitus Nicaeae regionem vaſtat; cum Turcis confligit; Xerigordum capit.*

§. 174. *Elchanes a Sultano miſſus Xerigordum recipit, occidentales dolo circumuentos ingenti clade afficit.*

§. 175. *Imperator miſſis auxiliis Petrum et exercitum ſeruat.*

§. 176. *Imperator Baimundum et ſocios conſiliis inſtruit.*

§. 177. *Pelecanum concedit, id agens, vt Nicaeam a Turcis obtineat.*

§. 178, 179. *Nicaeenſes Turci ab occidentalibus oppugnati, cum imperatore de deditione agunt.*

§. 180. *Sultani aduentu cognito, promiſſa retractant; Turci proelio vincuntur.*

§. 181, 182. *Turci iterum vincuntur; occidentales vrbem acriter oppugnant.*

§. 183. — 185. *Imperator copias, quae lacum Nicaeenſem occuparent, mittit, vrbem, clam cum Turcis agens, in deditionem accipit.*

§. 186. *Butumites quae fecerit, vt et a Latinis et a Turcis tutus eſſet.*

§. 187. *Imperator mira humanitate erga Turcos vtitur.*

CAPVT

CAPVT XIV. *Res a Latinis et Romanis contra Turcos geſtae; ab a. C. 1097–1105.*

§. 188. Latini in Dorylaei campo cum Turcis confligunt, eosque ad poſtremum vincunt.

§. 189. Latini Turcos ducibus Taniſcane, Aſane et Clitziaſtrane ad Hebraicam, iterumque ad Agruſtopolin, proelio ſuperant.

§. 190. Latini Antiochiam oppugnant; Baimundus cum Armeno quodam de proditione agit.

§. 191. Curpagan Choroſanis Sultanus dum vrbi ſubſidio venit, Baimundus vrbem proditione capit; arcem Turci defendunt.

§. 192. Curpagan vrbem, Latini arcem oppugnant.

§. 193. Imperator Alexius Tzachae et Tangripermae irruptiones reprimere, et Latinis Antiochenſibus ſuccurrere parat.

§. 194. Ioannes Ducas Smyrnam deditione capit.

§. 195. Idem Epheſum petens Tangripermen et Maracen proelio vincit.

§. 196. Turcos iterum ad Polybotum clade afficit.

§. 197. Imperator Philomelium venit; Curpagan Iſmaelem filium ei cum exercitu occurrere iubet.

§. 198. Imperator abiecto Antiochenſibus ſuccurrendi conſilio, diſcedit; ingens Chriſtianorum multitudo eum, metu incurſionis Turcicae, ſequitur.

§. 199. Iſmaël praedam ſibi ereptam indignatus, Paipertum arcem oppugnare ſtatuit.

§. 200. Latini Antiochia eruptione facta, Turcos inſigni clade afficiunt, immenſa praeda in caſtris eorum potiti.

§. 201. Latini multis arcibus potiti, Hieroſolyma expugnant.

§. 202. Atapacas Damaſci princeps a Latinis ad Antaradum inopinato oppreſſus, clade afficitur.

§. 203. Alexius Sangelis Latini conſilio in vertice quodam ex aduerſo Tripoli arcem exſtruendam curat.

§. 204, 205. Latini, qui nuper ex occidente venerant, recta Choroſanem contendentes, in Armenia a Turcis occidione caeduntur.

CAPVT XV. *Turci Alexii I. Comn. ſocii; iteratae Turcorum in prouincias Romanas irruptiones, ducibus inprimis Aſane, Cappadociae ſatrapa, et Saiſane Chorosanis Sultano, ſatrapis denique Monolyco, Contogme et Muchumete; ab a. C. 1107—*

§. 206. *Alexander Cabaſilas proeliis cum Turcis commiſſis clarus.*

§. 207. *Scaliarius Turcus in proelio ad Deuram caeſus.*

§. 208. *Turci Alexio contra Baimundum militant.*

§. 209. *Baimundus pace cum Alexio facta, quas vrbes Turcis eripiat, ſe imperatori acceptas laturum; quae vero ſe imperatori dedant, eas ſibi non vindicaturum, ſpondet.*

§. 210. *Alexius vrbes a Turcis vaſtatas reſtituendas curat.*

§. 211. *Romani Turcos ad Lampen inſigni clade afficiunt.*

§. 212. *Aſan Cappadociae ſatrapa cladem vlturus Philadelphiam contendit.*

§. 213, 214. *Apparatu idoneo deſtitutus Philadelphia diſcedit; copias in varia agmina diuidit, quae a Romanis caeduntur.*

§. 215. *Saiſane cum exercitu Philadelphiam petente, imperator ei exercitum opponit, ipſe in Cherſoneſo ſubſiſtit.*

§. 216. *Gabras Conſtantinus Turcos ad Cerbianum proelio vincit; Saiſan de pace legatos mittit.*

§. 217. *Alexius aequis conditionibus pacem facit.*

§. 218, 219. *Accepto de Turcorum irruptione nuncio, Alexius in Aſiam transgreſſus. Nicaeam contendit.*

§. 220. *Monolycus, Contogmes et Muchumetus ſatrapae prouincias Rom. depopulati cum praeda diſcedunt.*

§. 221, 222. *Camytzes Nicaea egreſſus Turcos proelio vincit; hi e fuga reuerſi, Romanos imprudentes adorti caedunt, Camytzen capiunt.*

§. 223. *Imperator Turcos ad Acrocum inopinato oppreſſos vincit.*

§. 224, 225. *Machumet cladem popularium vlturus cum magno exercitu, etiam Turcomanis, imperatorem inuadit; in fugam vertitur; Camytzes fuga captiuitatem finit.*

CAPVT XVI. *Res Turcorum, et bella aduerſus Romanos geſta ſub Sultanis Solyma et Clitziaſthlane [II.] Saiſane dicto; pax cum Romanis iuncta; caedes Clitziaſthlanis.*

§. 226. *Solymas Sultanus Aſiam depraedari parat; Alexius Comn. bellum occupare ſtatuit; Iconii Sultanum Clitziaſthlanem inuadendo.*

§. 227. *Alexio ob pedum dolorem decumbente, Clitziaſthlan Aſiam infeſtat, imperatori illudens.*

§. 228, 229. *Alexius in Aſiam transgreſſus, Turcos ad locum Cotaeraciam dictum clade affi it; Lopadium redit.*

§. 230, 231. *Imperator rurſus contra Turcos mouet; qui a ducibus Alexii proelio victi fugiunt.*

§. 232, 233. *Turci Monolyco duce aduerſus Nicaeam expeditionem parant; imperator exercitum locis commodis diſtribuit; Nicomediam ipſe redit.*

§. 234, 235. *Imperator Iconium petit; aciem pro Turcorum pugnandi more inſtruit.*

§. 236. *Pucheas Cedream arcem tenens, Camytzae aduentu nunciato fugit.*

§. 237. *Sultanus Solymas, aduentu imperatoris cognito, Aſiam late vaſtat.*

§. 238. *Bardas Burtzes cum Turcis ad Amorium confligit; alia eorum manus caſtra Bardae depraedata, recedit.*

§. 239. *Bardas cum alia Turcorum manu confligit; Turci loco non cedunt.*

§. 240. *Imperator Bardae auxilio uenit, Turci fugiunt.*

§. 241. *Imperator Philomelium occupat, copias Iconium mittit.*

§. 242. *Monolycus Romanos adortus, cum ſuis in iuga montium euadit.*

§. 243, 244. *Sultanus Clitziaſthlan, fruſtra eum dehortante Monolyco, cum Romanis confligit; victus, aegre fuga elabitur.*

§. 245 — 248. *Sultanus bello parum feliciter geſto, de pace cum imperatore agit.*

§. 249. Imperator Sultanum de inſidiis ipſi a Maſute fratre notho ſtructis monet; Sultanus conſilio imperatoris neglecto Iconium redit.

§. 250, 251. Sultanus ſecurus nimis Tyganium ingreditur; ibi proditione Pucheae captus, oculis primum, deinde Maſutis iuſſu vita priuatur.

CAPVT XVII. Bellum imperatori Ioanni Comneno a Turcis, Maſute, Iconii Sultano, duce, illatum; ab a. C. 1117—1136.

§. 252. Ioannes Axuchus, genere Turcus, magnus domeſticus a Ioanne Comn. appellatus.

§. 253. Imperator Turcis, foedera violantibus, bello illato, Laodiceam et Sozopolin et plures alias vrbes capit.

§. 254 Caſtamonem, Perſarmenio ſatrapa eiecto, capit.

§. 255. Vrbem, a Taniſmanio receptam et poſt eius obitum a Muchumete poſſeſſam, recipit imperator.

§. 256. Gangram vrbem deditione capit; quae a Turcis rurſus expugnatur.

§. 257. Imperator Edeſſae a Turcis oppugnatae ſuccurrens, in itinere cum Turcis confligit; Iconienſibus Turcis e Syria pulſis, agrum eorum populatur.

§. 258. Iſaacius ſebaſtocrator cum fratre imperatore in gratiam redit.

§. 259 — 261. Imperator Muchumeto Caeſareae et multorum in Meſopotamia et Iberia locorum domino bellum infert; Ioanne, ſuo ex Iſaacio fratre nepote, ad Turcos tranſeunte, re infecta redit.

§. 262 — 264. Reliquae Ioannis Comn. aduerſus Turcos expeditiones.

CAPVT XVIII. Res Emanuelis Comneni aduerſus Turcos, inprimis Iconii Sultanum Maſut geſtae; pax cum eodem iuncta; ab a. C. 1141—1149.

§. 265. Emanuel Comnenus poſt patris obitum exercitum per Turcorum terras non petito per legatos commeatu ducit.

§. 266.

§. 266. *Andronicus Comnenus et Theodorus Daſiotes inter venandum a Turcis capti.*

§. 267. *Imperator Bithynorum finibus aduerſus Turcorum excurſiones proſpicit.*

§. 268. *Turcis, ob Pracanam vrbem expugnatam et alia damna Romanis illata, bellum infert; qui ad Pythecam profligantur.*

§. 269. *Turci Celbianam regionem vaſtant; imperator Sultano hoſtilis aduentus ſui cauſas ſignificat, qui ſuperbe reſpondet.*

§. 270. *Turcorum manus, a Sultano aduerſus Romanos miſſa, ad Acrunum deletur, Sultanus ipſe fugit; imperator litteris ei timiditatem exprobrat; Philomelium capit.*

§. 271. *Sultanus vltra Iconium fugit; inter hanc vrbem et Cabalam caſtra locat.*

§. 272. *Imperator Sultani exercitum ad Cabalam fugat; ſuos in inſidias delapſos ſtrategemate ſeruat.*

§. 273. *Imperator Iconium nimis munitam videns, loca quaedam ſuburbana incendens, recedit.*

§. 274—276. *Imperator ipſe cum paucis Turcorum praecurſores laceſſit.*

§. 277. *Imperator ſe maximis obiiciens periculis, aegre ſeruatur; inſidias diſponit.*

§. 278—281. *Imperator cum toto exercitu confligit; Sultanus de pace legatos mittit.*

§. 282. *Imperator in reditu cum Turcis praedatum egreſſis proelium committit; eosque fugat.*

§. 283. *Solus in Turcos irruit, pluribus occiſis, reliquos in fugam vertit, vulneratur.*

§. 284. *Ad exercitum reuerſus, Byzantium verſus reditum inſtituit.*

§. 285. *Iterum in Turcos mouens, parat ſe ad expugnandum Iconium; pax iungitur; conditiones illius.*

CAPVT XVIIII. *Latinorum et Emanuelis Comneni aduerſus Turcos et Sultanum Clitziaſthlanem expeditiones;*

tiones; pax hunc inter et imperatorem reconciliata, a Clitziaſthlane violata; ab a. C. 1150–1159.

§. 286. Latini ſe Turcos bello petere, nulla vero Romanis damna illaturos, iurant.

§. 287. Turci ab Emanuele Comn. in Latinos concitati, ad Maeandrum inſigni clade afficiuntur.

§. 288. Iagupaſan Turcorum phylarchus et Sultanus Clitziaſthlan Aſiam infeſtare ſtatuunt.

§. 289. Latini cum Raimundo duce non procul Berrhoea noctu a Turcis oppreſſi occiduntur.

§. 290. Andronicus Sebaſtocrator res nouas moliens, ſibi Sultanum conciliat.

§. 291. Turcorum incurſiones per duces ſuos reprimit Emanuel, ipſe eos in Phrygia minore proelio vincit, agros eorum vaſtat.

§. 292. Legati Turcorum adſunt, cum Renaldus Antiochiae princeps ſe imperatori ſubmittit.

§. 293. Turci imperatorem CPlin redeuntem laceſſunt.

§. 294. Imperator duces ſuos diuerſis partibus in terram Turcorum irruere iubet, ipſe eodem proficiſcitur.

§. 295. Proelio cum Turcis commiſſo, iisque profligatis, Byzantium redit.

§. 296. Imperator in Bithyniam veniens, Sultani legatos re infecta remittit, Turcorum agros incurſat.

§. 297. Solyman Pupacem ad imperatorem mittit.

§. 298. Imperator cum parua manu ingenti Turcorum multitudine profligata Byzantium redit.

§. 299. Turci Philetam et Laodiceam, vrbes Rom., diripiunt.

§. 300. Imperator Sultani conſanguineos ad bellum aduerſus illum ſollicitat; Sultanus pacem ab imperatore impetrat, captiuos reddit.

§. 301. Ioannes dux e Palaeſtina rediens cum Turcis, ipſum adortis, confligit.

§. 302. Sultanus de hac re maxime ſollicitus, maioribus promiſſis prioribus additis; imperatorem placat, imperator Byzantium redit.

§. 303.

§. 303 – 306. *Sultanus Clitzaſthlan vltro Byzantium venit, pacem confirmat, benigniſſime habitus et muneribus cumulatus Iconium reuertitur.*

§. 307. *Sultanus plures Rom. vrbes occupat, cognatos ſuos bello perſequitur.*

§. 308. *Imperator Sultanum pacem amplecti cogit.*

§. 309. *Sultanus, Solyma miſſo facta excuſat, tamen ſuos in agros Rom. praedatum mittit.*

§. 310. *Imperator mala Turcis rependit, praedatores clade afficiens.*

CAPVT XX. *Reliqua Emanuelis Comn. et Turcorum, praeſertim Sultani Clitziaſthlanis bella; ab a. C. 1163 – 1176.*

§. 311. *Andronicus Comnenus apud Sultanum Chaldiae commoratur.*

§. 312. *Vrbes Aſiae propter incurſiones Turcorum munitionibus firmatae.*

§. 313. *Alexius protoſtrator ad Sultanum Iconii tranſit.*

§. 314. *Lycaoniae Sultanus, et alii Turcorum duces Rom. fines incurſant; minis imperatoris territi, pacem amplectuntur.*

§. 315. *Clitzieſthlan vicinos dynaſtas principatibus exuit; vrbes Romanas reſtituere recuſat; imperatore in Aſiam tranſire parante, territus, vrbes ſe redditurum pollicetur.*

§. 316. *Imperatore, qui vrbes reciperent, mittente; Sultanus promiſſis ſtare renuit; imperator bellum parat.*

§. 317. *Michael Gabras Dorylaeum inſtauratum mittitur; Turci id impedire conantes ab imperatore caeduntur; Saniſan cum exercitu in regiones vltra Iconium miſſus, a Turcis oppreſſus, aegre euadit.*

§. 318. *Clitzieſthlan Amaſiam deditione capit; quam per legatos fruſtra repetit imperator.*

§. 319. *Imperator oppidum Sublas inſtaurat; Turcos profligat; Byzantium redit.*

§. 320. *Clitzieſthlan oppida ſe reſtituturum per legatos promittit; imperator bellum parat.*

§. 321. *Imperator cum exercitu in Aſiam transgreſſus, cum Turcis leuibus proeliis decernit.*

§. 322. *Sultanus pacem per legatos petit; fruſtra.*

§. 323—325. *Imperator incautius iter faciens, ad cliſuram Zybritze multos de exercitu ſuo perdit.*

§. 326, 327. *Imperator cum exercitu in ſummo diſcrimine conſtitutus.*

§. 328. *Pacem, a Sultano oblatam, admittens, domum redire inſtituit.*

§. 329. *Turci tamen Romanos in reditu laceſſunt; imperator cum exercitu Philadelphiam venit.*

§. 330. *Imperatore pacis conditionibus ſtare recuſante, Sultanus urbes Rom. alias deditione, alias vi capit.*

§. 331. *Ioannes Batatzes cum aliis contra Turcos miſſus, eos ad Maeandrum proelio vincit, dux Turc. Atapacus ab Aſiano quodam acciditur.*

§. 332. *Turci imperatoris aduentu nunciato territi, fugiunt.*

§. 333. *Andronicus Angelus contra Turcos Characenos miſſus, turpiter fugit, eius legatus Manuel Cantacuzenus exercitum ſeruat.*

§. 334. *Turci Claudiopolin obſidentes, accedente imperatore obſidionem ſoluunt.*

CAPVT XXI. *Res Turcorum ſub Clitzaſthlane Sultano, eiusque filiis Caichoſroë et Rucratino, Azatine, Iathatine et Caichoſroë iterum Sultano ab a. C. 1181—1203.*

§. 335. *Sultanus Clitzaſthlan poſt Emanuelis Comn. obitum plures Romanorum urbes et prouincias ſubigit.*

§. 336. *Turci Nicaeenſibus aduerſus Andronicum Comn. auxilium ferunt.*

§. 337. *Turci Angelum Theodorum ab Andronico oculis erutis vltra fines Rom. eductum, ſuſcipiunt.*

§. 338. *Clitzaſthlan per Samen Ameram Thraceſiorum prouinciam vaſtat; imperator Iſaacius Ang. pacem redimit*

§. 339.

§. 339. *Theodorus Mangaphas in Iſaacium Ang. rebellans, a Caichoſroë copias impetrat, ab eodem imperatori deditur.*

§. 340. *Fridericus occidentis imperator Turcos duobus proeliis vincit.*

§. 341—343. *Iterum cum iisdem ad Iconium proelio commiſſo, vrbem capit; obſidibus acceptis in Armeniam abit.*

§. 344. *Alexius, ſe imp. Emanuelis Comn. filium mentiens, Sultanum adit; ab eo copiis auctus prouincias Rom. incurſat.*

§. 345. *Cilix quidam eandem fabulam ludens, ab Ancyrano ſatrapa opibus adiutus, vicina Romanorum oppida populatur.*

§. 346. *Iſaacius Comn. res nouas moliens fruſtra Turcorum auxilia ſibi adiungere nititur.*

§. 347. *Ancyrae ſatrapa duces Rom. vincit; vrbem Dadibram capit.*

§. 348. *Imperator ob equos a Sultano Caichoſroë interceptos, negotiatores Iconienſes, bonis ſpoliatos in carcerem coniici iubet.*

§. 349—351. *Caichoſroës prouincias Rom. incurſat; imperator expeditionem contra eum ſuſceptam, morbo oppreſſus in aliud tempus differre cogitur.*

§. 352. *Caichoſroës cum fratribus diſſidia exercet.*

§. 353. *Byzantium venit; Iconium reuerſus a Rucratino fratre imperio exuitur; primum in Armeniam, inde iterum Byzantium abit.*

§. 354, 355. *Romani naues mercatorum Iconienſium ſpoliant; Rucratinus, pretio ab imperatore reddito et tributo promiſſo, pacem ſeruat; quam imperator inſidiis vitae Rucratini factis violat.*

§. 356. *Latini CPli capta aliarum nationum regnis inhiant.*

§. 357. *Theodorus Laſcaris Turcorum copiis auctus principatum conſtituit.*

§. 358. *Iathatines vt Sultani dignitate potitus ſit; Alexius Ang. Comn. eius ope imperium recipere nititur.*

§. 359. *Ad Antiochiam ad Maeandrum ſitam Theodorus Laſc. et Iathatines proelio congrediuntur; hoc occiſo, Turci pacem amplectuntur; capitur Alexius.*

§. 360, 361. *Maurozomes Manuel imperium affectans, a Caichoſroë adiutus, pace facta plures a Theodoro Laſc. vrbes accipit.*

§. 362. Caichoſroës urbem Attaliam fruſtra obſidet.

§. 363. Neſtongus Andronicus e carcere elapſus ad Turcos fugit.

§. 364. Manuel Theſſalonicae princeps, a fratre pulſus et ad Ioannem Ducam contendens ab Attalienſibus Turcis commeatum impetrat.

CAPVT XXII. *Res Turcorum a Tatarorum aduentu vsque ad id tempus, quo primum Tataris tributarii facti ſunt; ab a. C. 1222 – 1259.*

§. 365. Turci metu Tatarorum cum Romanis foedus iungunt, inſigni horum commodo.

§. 366, 367. Ioannes Ducas falſo de irruptione Tatarorum rumore excitus, Turcis auxilio proficiſci parat; re certius cognita redit.

§. 368, 369. Michael Comnenus Palaeologus ad Turcos tranſit; iis bello aduerſus Tataros vtilem operam praeſtat; tamen Tatari Turcorum terras depopulantur.

§. 370. Imp. Theodorus Laſc. II. Sultanum, Tatarorum metu profugum, auxiliis adiutum in regionem ſuam remittit; Sultanus tributum pendens pacem a Tataris obtinet.

CAPVT XXIII. *Res Turcorum ſub Azatine Sultano, huius fuga CPlin et diuturna apud hanc vrbem mora; fuga in arcem Aenum; eius, arcem Tataris oppugnantibus, deditio. Iteratae Turcorum imperante Michaele Pal. in terras Rom. irruptiones; ab a. C. 1259 – 1281.*

§. 371. Fines Turcorum a Tataris infeſtantur.

§. 372. Caryanites protoueſtiarius ad Turcos fugiens, in itinere a Turcomanis occiditur.

§. 373. Michael Pal. Sultanum per legatos de euectione ſua in imperium certiorem facit, eumque ſibi conciliat.

§. 374.

§. 374. *Michael Sultano in diſcrimine conſtituto tutum apud ſe aſylum promittit.*
§. 375. *Chalyphas Turcorum a Tataris occiſus.*
§. 376. *Res Turcorum inclinatae; duo Turc. optimates ad imimperatorem confugiunt.*
§. 377. *Sultanus Azatines cum vxore et liberis CPlin fugiens, benigne ab imperatore excipitur.*
§. 378. *Imperator vxorem et liberos Sultani Nicaeam mittit; Azatinem, Tataris gratificans, CPli detinet.*
§. 379. *Azatines vitam ignauiſſimam agit.*
§. 380. *Montani circa Nicaeam incolae ob rebellionem patria exturbantur; ex quo tempore Turci ibi liberius graſſantur.*
§. 381. *Ioannes deſpota cum exercitu in orientem miſſus, Turcorum graſſationes reprimit, otium et pacem vbique reſtituit.*
§. 382. *Bucellariorum et Maryandenorum regionis et Paphlagoniae incolae ſe ſponte Turcis ſubiiciunt.*
§. 383. *Azatines per cognatum quemdam Bulgaros et Tataros ad bellum contra Romanos ſollicitat; qui Azatine dedito diſcedunt.*
§. 384. *Prouinciae Romanorum orientales, abſentia praeſidiorum et praefectorum tenacitate, incurſionibus Turcorum patent.*
§. 385. *Melecus poſt patris Azatinis obitum Tatarorum ope paternum principatum recuperare nititur; ab Amurio ſatrapa pulſus a ſicariis occiditur.*
§. 386. *Turcorum imperium inter ſatrapas diuiſum a Tataris infeſtatur; Turci prouincias Rom. depraedantur.*
§. 387 — 389. *Turci exercitu Romano occidione caeſo totum, quae Romanis parebat, Aſiam impune vaſtant.*
§. 390. *Andronicus a patre Michaele Pal. in Aſiam miſſus Tralles vrbem reſtituit.*
§. 391. *Mantagias cum numeroſo Turcorum exercitu accedens, vrbem expugnat et diruit.*
§. 392, 393. *Michael Pal. ipſe egreſſus, Turcos repellit; Sangaris ripas munit, Turcos Pruſae regione pellit.*

CAPVT XXIV. *Bella Turcorum tam externa, aduerſus Romanos et Tataros, quam domeſtica, ſub du-*

cibus eorum Amurio, Laminſe, Atmane, Hali Amurio, Naſtratio, Solymampaxide, Atina, Aliſyra, Mantachia, Alaide, Ameramana, Sphondila et Pagdina; ab a. C. 1291–1321.

§. 394. *Lachanas Bulgarus ad Turcorum graſſationes reprimendas miſſus, reuocatur.*

§. 395. *Philanthropenus Aſiae minoris dux declaratus, res Rom. ibi reſtituit.*

§. 396. *Arcem Duorum Collium, qua vna vxorum Salampacis et ingens theſaurus ſeruabatur, capit.*

§. 397. *Rebellionem facit, auxiliis Turcorum auctus; proelio victus capitur.*

§. 398. *Turci cladem ſuorum vlturi, regiones a Pontico vsque ad Rhodium mare vaſtant.*

§. 399—403. *Res a Michaele, Andronici II. filio, et a coniuncto Romanorum et Alanorum exercitu apud Magneſiam parum feliciter geſtae.*

§. 404. *Ducum Turcorum Amurii, Laminſae et Atmanis irruptiones, Michael ob Alanorum defectionem Magneſia relicta, Pergamum venit.*

§. 405, 406. *Incolae ob Turcorum irruptionem fugiunt; Atman Nicomediam vsque progreditur.*

§. 407, 408. *Amurius a Meleco Maſur, Azatinis filio, hic ab Hali Amurio occiſus; Halis Amurius terras Rom. vaſtat.*

§. 409. *Atman Myzalone circa Telemaeam victo, terras Rom. incurſat.*

§. 410. *Amurius et Atman agros Rom. vaſtant; hic Muzalonem ſecundo proelio non procul Nicomedia vincit.*

§. 411. *Incolae earum regionum Byzantium fugiunt.*

§. 412. *Atman terra Rom. late vaſtata Nicaeae et Pruſae imminet.*

§. 413. *Turci inſulas quoque incurſant.*

§. 414.

§. 414. *Andronicus affinitate inter Cuximpaxin Tatarum, Romanorum amicum, et Solymampaxin, Turcorum ducem, conciliata rebus Rom. conſulere nititur, fruſtra.*

§. 415. *Amurius Meſothiniam vaſtat.*

§. 416. *Amurius, Atmanes, Atinas, Aliſyras et alii ſatrapae terras Rom. ad Boſporum vsque Thracium impune incurſant.*

§. 417, 418. *Afflictus rerum Rom. ſtatus; dum exercitus colligitur, Turci omnia libere praedantur; Michael metu Turcorum Pegas ſe confert*

§. 419. *Andronicus Rogerium Latinum ſibi conciliatum, cum Amogabarorum et Catelanorum exercitu contra Turcos mittit.*

§ 420. *Andronicus vt Turcorum graſſationes coërceret, foedus cum Cazane Tatarorum Chane iungit.*

§. 421. *Alais Turc. dux in arcem Sardenſem receptus; Romanis inſidias ſtruens cum ſuis dolo occiditur.*

§. 422—424. *Turcorum in dies augetur potentia; agri et vrbes Rom. continenter ab ipſis diripiuntur.*

§. 425, 426. *Atman fuſo Romanorum exercitu, Belocomam, vrbem munitam et opulentam, capit.*

§. 427. *Mercenarii Latini Turcos non procul Cyzico, proelio vincunt.*

§. 428. *Aliſyras Philadelphiam obſidet; Rogeriani, vt vrbi ſuccurrant, nullo modo adduci poſſunt.*

§. 429. *Rogerianis ad Germanos progreſſis, Turci fugiunt, ingenti praeda relicta.*

§. 430, 431. *Rogerius tandem Philadelphiam mouet; et Aliſyra ad Aulacem victo, vrbem liberat.*

§. 432. *Aliſyras Amurio ſe adiungere feſtinat.*

§. 433, 434. *Tripolis paulo ante a Turcis dolo capta; in hanc Aliſyras victus euadit.*

§. 435. *Rogerius in incolas Culae et Furni, arcium, mira crudelitate graſſatur.*

§. 436.

§. 436. *Interea Turci rurſus apparent, et agros Rom. vaſtant.*

§. 437, 438. *Choeroboſcus Bulgarus proſpero ſucceſſu aduerſus Turcos pugnat; captus, occiditur ob dolum, quem meditabatur.*

§. 439. *Alani caſtris Rom. relictis ad Pegas haerentes Turcorum manum caedunt.*

§. 440. *Poſt Cazanis obitum Turci maiori impetu erumpentes, Philadelphiam veniunt.*

§. 441, 442. *Dum Amurius cum imperatore de regione quadam ad Sangarin coloniis Turcorum frequentanda agit; Turci per manipulos agros Rom. incurſant.*

§. 443. *Genuenſis quidam pirata nauem Turcicam capit.*

§. 444. *Rogerius Chio, a Turcis occupatae, recipiendae intentus.*

§. 445, 446. *Res Orientis ob Turcorum graſſationes penitus fere perditae.*

§. 447. *Andronicus poſt Rogerii caedem Turcos [Turcopulos a Meleco olim adductos] a Catelanis abducere nititur.*

§. 448. *Turci ob iniurias ſibi illatas fretum tranſeuntes ab Andrea Muriſco intercepti occiduntur; relicti vna cum Catelanis regionem circa Callipolin vaſtant.*

§. 449. *Cubuclea, arx in Olympo ſita, ab Amogabaris, ſubſidio miſſis, Turcis eam duce Atare obſidentibus, proditur.*

§. 450. *Amogabari Turcorum, qui ſub Atina merebant, duobus millibus ſibi adiunctis, freto traiecto, Thraciam vaſtant.*

§. 451. *Romofortus Catelanorum dux de Turcis occidendis cum Romanis agit; dolo detecto tractatus abrumpitur.*

§. 452. *Andronicus ſibi Tatarorum principem Charmpantanem, Cazanis defuncti fratrem, contra Turcos ſocium adiungit.*

§. 453. *Saſan Turcorum ſatrapa Epheſum capit.*

§. 454—457. *Turcorum Catelanis adiunctorum per occidentales prouincias graſſationes; eorum a Catelanis ſeiunctio.*

§. 458, 459. *Hilarion monachus priuato conſilio Turcorum irruptiones circa Elegmos coërcet, in magnum venit a clericis periculum; ab imperatore defenſus, militiae operam dat.*

§. 460.

§. 460. *Turci a Catelanis ſeiuncti partim Melecum ſecuti ad Romanos, et fide violata ad Seruios tranſeunt, partim Chalelem ſequuntur,*

§. 461 — 464. *Chalel cum ſuis in Aſiam traiecturus, ob ſtructas a Romanis inſidias, in caſtellum quoddam fugit, accerſitis ex Aſia popularibus Romanos proelio vincit.*

§. 465 — 471. *Turci a Phile Palaeologo primum ad Xerogypſum, deinde a Romanis et Seruiis in Cherſoneſo Thracica proelio vincuntur, pauci in Aſiam traiicientes a Latinorum nauibus intercepti vel occiduntur, vel ſeruituti addicuntur.*

§. 472. *Andronicus Genuenſium triremes conducit, vt Turcorum per fretum traiectum prohibeant.*

§. 473. *Turcopuli et Turci alii Amogabaris adiuncti Alanos ad Bulgaros tranſire parantes in finibus Bulgariae occidione caedunt.*

§. 474, 475. *Turci in Europam traiicientes, ſe Amogabaris iungunt; agros Romanos vaſtant, Andronicus ipſe ſegetes exuri iubet.*

§. 476 — 481. *Imperator Iſaacii Turci opera Turcos ab Amogabaris ſeiungere nititur; res huius Iſaacii, praeterea Iaphatinis, Azatinis, Rucratinis et Meleci breuiter repetitae.*

§. 482. *Andronicus affinitate cum Charmpantane Chano Tatarorum iuncta, eum ſibi aduerſus Turcos adiungit ſocium.*

§. 483. *Arx St. Eliae a Turcis et Latinis obſeſſa, Latinis deditionem facit.*

§. 484, 485. *Iſaacius Turcos ab Amogabaris abducere molitus, re cognita cum fratre occiditur, Turcis reliquis ad officium redire coactis; Turcopuli defectionem meditati ab Amogabaris delentur.*

§. 486. *Atman arcem Tricoccium Nicaeae vicinam, Charmpantanis et Andronici foedere nihil territus, capit.*

§. 487. *Andronico in Latinis coërcendis occupato, Atman terras Rom. libere vaſtat.*

§. 488. *Tataris a Charmpantane impèratori auxilio miſſis, Turci multas arces antea occupatas deſerunt, ſe intra Olympi loca inacceſſa recondentes.*

§. 489. *Andronicus venalem pacem a Turcis accipere decernit.*

§. 490. *Turci claſſe aedificata Macedoniam, Thraciam et inſulas incurſant.*

§. 491. *Turci, ab Andronico ſeniore aduocati, proelio ab Andronico Iuniore victi in Aſiam rurſus traiiciunt.*

§. 492. *Turci naufragio in Cherſoneſum delati cum Romanis pugnant; multas Bithyniae urbes, Pruſam etiam Turci expugnant.*

CAPVT XXV. *Genus Turcorum; initia imperii Otomanici.*

§. 493. *Diuerſae de genere Turcorum ſententiae.*

§. 494. *Tribus Oguziorum; principes illius Duzalper, Oguzalper.*

§. 494. *Res geſtae Orthogrulis.*

§. 496 — 502. *Res Otomani vsque ad obitum eius geſtae.*

TVR-

TVRCICORVM

CAPVT I.

Antiquiſſima Turcorum memoria in legationibus ab iis primum ad Perſas, deinde ad Romanos miſſis, et in foedere Turcos inter et Romanos iuncto. a. C. 562. 568.

§. 1.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 562.

Imp. IVSTINIANO I. a. 26. imperii Iuſt.

1. [MENSE Iulio] venerunt legati ASCEL regis *Hermechionum*, qui interiores barbarorum nationum prouincias iuxta oceanum obtinent. a)

§. 2.

2. TVRCIS et barbaris impexa, ſqualida ſordidaque eſt coma, vel complicatione indecenter cirrata b).

1. THEOPHANES p. 203. Anaſtaſius p. 67.

a) Ασκηλ τȣ ῥηγος Ερμηχιονων τȣ ἐσωθεν κειμενȣ των βαρβαρων ἐθνȣς πλησιον τȣ Ωκεανȣ. Anaſt. — *Aſcelti regis Ermechionorum, qui poſitus eſt intra barbarorum gentem iuxta Oceanum Conſtantinopolin.* Caeterum haec ad Turcos referenda eſſe e Theophane Byzant. [loco infra ad §. 6. allato] apparet.

2. AGATHIAS p. 14. qui hoc vnico loco, quo de decora regum Francicorum caeſarie loquitur, Turcorum meminit.

b) Simile quid de Auaris narrat Theophanes, locum ipſum vide *Tom. I.* in *Auaricis* §. 4. *lit.* a.

§. 3.

Imp. IV- STINO *Iun.* a. 4. imp.

Imp. IVSTINO *Iuniore.*

a. C. 568.

3. INITIO quarti anni imperii Iuſtini legatio Turcorum Byzantium acceſſit. Vt enim Turci opibus et potentia creuerunt, *Sogdaitae* c), qui prius quidem Ephthalitarum d), tunc vero Turcorum ſubditi erant, a rege ſuo precibus contenderunt, vt legationem ad Perſas mitteret, quo Sogdaitis eo proficiſcentibus purpuram e) venum exponere Medis liceret. DISABVLVS f) eorum precibus obtemperans, permiſit Sogdaitis legationem mittere, cuius princeps fuit *Maniach* g).

Profecti igitur ad Perſarum regem ſupplicarunt, vt liberum illis eſſet, ſine vllo impedimento, apud ipſos purpurae commercium. At Perſarum rex, cui minime hoc gratum erat, 'ne impune illis eſſet Perſarum fines ingredi h), reſponſum diſtulit in craſtinum, deinde alia atque alia dilatione iterum vſus eſt. Cum diem die truſiſſet, et obnixe Sogdaitae ſupplicarent, et vrgerent, Choſ-

3. MENANDER in Excerptis de Legationibus p. 106, 107.

c) Σογδαΐται, in marg. *al.* Σογδοΐται. Cantoclarus in Notis p. 201. „forte Sogdiatae „.

d) De hac gente vide *Tom. I. Hunnica, cap. XIV.*

e) Μεταξαν. Philippus Labbe in Notis ad Theophanem Byzantium p. 112. „ Cantoclarus, inquit, interpres [apud Menandrum] vbique vertit, *purpuram*, cum μεταξα *ſericum* ſeu *bombycinum* ex filis tenuioribus depexum; aut certe, quod alii malunt, ſericum crudum, necdum lotum, neque tinctum, ſed αὐτοφυες ſignificet. vel ipſis Suida atque Heſychio teſtibus, vt plures non congeram. Quod inſigne interpretationis mendum, plusquam duodecies intra duas paginas repetitum, miror viris doctis minime animaduerſum „. Goar ad Theophanem p. 590. „ Μεταξα recentioribus Graecis eſt ſericum: de qua voce Meurſius et Euchologicum „. Idem in Notis poſterioribus ad Cedrenum p. 41. „ Μεταξα, inquit, *fila ſerici*, ſeu *ſericum infectum*, non pannum ex eo textum ſignificat „.

f) Διζαβουλος, rex Turcorum.

g) Μανιαχ, Sogdaitarum princeps, vide infra §. 5.

h) ὡς ἀν μη ἐνθενδε ἀδεια ἐσοιτο τουτοις, τοις Περσων ἐμβατευειν ὁριοις.

Choſroës conſilium conuocare conſtituit. Catulfus autem ille Ephthalites, qui propter ſtuprum, a rege [i] vxori ſuae per vim illatum, gentem [k] Turcis prodiderat, 'et propterea ſolum exſilio verterat, apud eos tunc temporis erat, (etenim in Medorum partes tranſierat) [l]; hortatus eſt Perſarum regem, vt purpuram minime praetermitteret, ſed eam emeret, et pretium conſtitueret. 'Deinde adhibitis reliquis aliis legatis, eam igni traderet, ne iniuſte agere, et Turcorum purpuram ad ſuam ſolius vtilitatem vertere velle videretur [m]. Et purpura quidem igni cremata eſt, legati vero ad proprias ſedes remearunt [n].

§. 4.

Deinde Diſabulo, quae decreta fuerant, renunciarunt: is confeſtim alia legatione ad Perſas vſus eſt, 'qua reipublicae ſuae amicos eos conciliare ſtudebat [o]. Vbi vero iterum legatio a Turcis aduenit, Perſarum rex, vna cum primoribus Perſarum et Catulfo, cenſuit, minime e re Perſarum eſſe, amicitiam iungere cum Turcis. 'Omne enim *Scythicum* genus perfidum et mutabile [p]. Quin etiam iuſſit veneficio tolli nonnullos legatorum, quo deinceps auerſarentur ad ſuas regiones acceſſum. Sic euenit, vt 'fere omnes legati [q], exceptis tribus, aut quatuor ad ſummum, mixto cibis lethali veneno, ſint peremti. Rumor ex eo inter Perſas diſſipatus eſt, 'Turcorum legatos graui et nimis ſicco terrae Perſidis ſitu periiſſe [r]. 'Nam cum Turcorum regio frequentibus nebulis denſata ſit [s], minime illis poſſibile eſt viuere niſi in frigida aëris con-

 ſtitutione

i) Ephthalitarum, puto.

k) το ὁμοφυλον, *gentem ſuam*, vel *populares ſuos*, *Epthalitas*.

l) ὁυτος γαρ, μετανασης γαρ ἐν τῃ μεταξυ ἐγεγονει τε χρονε, και ἐμηδιζεν ἠδη, παρῃνεσε &c.

m) Θεμενων δε ἀλλων των πρεσβεων ταυτην ἀφανισαι πυρι ὡς ἀν μητε ἀδικῳ ἐν δοξῃ [in marg. ἀδικων δοξῃ] μητε μεν βελεσθαι χρησθαι τῃ ἐκ Τερκων μεταξῃ.

n) τῳ γεγενημενῳ ἡκιστα χαιροντες. omiſit interpres.

o) Φιλοποιησασθαι την τετε σφας πολιτειαν βελομενος.

p) το γαρ Σκυθικον ἐιναι παλιμβολον.

q) ὁι πλειστοι των πρεσβευσαμενων Τερκων.

r) ὡς διωλοντο τῳ πνιγηρῳ των Περσων ἀυχμῳ των Τερκων ὁι πρεσβεις.

s) ἀτε της ἀυτων χωρας θαμα νιφετῳ παλυνομενης.

Imp. IV-
STINO *Iun.*

a. C. 568.

ſtitutione. ⁴Ad ea atque alia huiusmodi credenda cum hi, qui inſidias ſtruxerant, veriſimili coniectura (quamuis aliter ſe res haberet) ducerentur, eadem, quae per Perſidem percrebuerant, fama quoque apud ſuos diuulgarunt et inſuſurrarunt t). Sed Diſabulus, callidus et verſutus, quae patrata erant non ignorabat. Credebat enim, et verum erat, legatos dolo necatos eſſe. Hinc inimicitiae Turcorum et Perſarum originem ceperunt.

§. 5.

Et hanc occaſionem Maniach, qui Sogdaitis praeerat, arripiens, conſuluit Diſabulo, vtilius eſſe Turcis Romanos colere, et eorum amicitiam amplecti, et ad illos purpurae commercium transferre, et venum exponere, qui purpuram in frequentiori vſu haberent, quam reliqui homines, ſeque paratiſſimum eſſe dicebat Maniach, vna cum legatis Turcorum ad eam legationem proficiſci, vt Romani et Turci hac conditione fierent amici. His verbis cum Diſabulus aſſenſus eſſet, mittit ipſum et quosdam alios, qui legationem obirent apud imperatorem Romanum, ⁴eique gratulationes deferrent v).

§. 6.

4. α) Itaque Maniach dona purpurae non parui pretii, ſyllabas et tales quales epiſtolas ferens, in viam ſe dedit. Cum longum itineris ſpatium confeciſſet, multasque regiones peragraſſet, ⁴montes praeruptos et vndique niuibus et nebulis coopertos, loca plana et ſiluoſa, et paludes x), deinde Caucaſum ſuperaſſet, Byzantium peruenit, et in regiam introductus ad imperatorem acceſſit

α) THEOPHANES: *In oriente ad Tanaim* (προς ἑυρον ἀνεμον τε Ταναΐδος) *Turci degunt, qui Maſſagetae antiquitus dicti, a Perſis*

t) ταυτῃ τοι και ἀλλως ὑποτοπησαντες, ὁιγε την ἐπιβελην διεφυγον. ἐτω ξυμβαν [in marg. ξυμβαν] ἐς την πατρωαν ἐπανελθοντες, τα ἁπερ ὁι Περσαι, και ὁι διεψηθυρισαν.

v) προσρησας τε ἀποκομιεντας.

4. Id. ibid. p. 108. Theophanes Byzantius in Eclogis Hiſt. de Rebus Byz. p. 21, 22.

x) ὀρη τε μεγιςα και ἀγχινεφη, και πεδια, και ναπας, λιμνας τε και ποταμες.

ſit. Hic omnia exſecutus eſt, 'quae ad foederis coniunctionem et firmum vinculum pertinebant y), et litteras et dona in manus tradidit eorum, qui ad id venerant, et precatus eſt, ne ſibi inutiles et infructuoſi eſſent tam longi itineris ſudores. Caeterum imperator vbi legit per interpretem 'litteras Scythice ſcriptas b), legationem lubenti animo admiſit.

§. 7.

ſua lingua Kermichiones z) (Κερμιχιωνας, cf. ſupra §. 1.) *appellantur. Hi tempeſtate hac* [qua in tota Meſopotamia terra contremuit] *legatos cum muneribus ad Iuſtinum imperatorem legarunt, ut Abaros reciperet obſecrantes. Ille munera libenter accepit, omnique adeo beneuolentiae atque humanitatis genere complexus, domum remiſit. Cumque Abari mox acceſſiſſent, qui Pannoniam habitare paceque frui Romanorum precabantur, ob datam Turcis fidem pactasque conditiones repulſam tulerunt. Bombycum originem homo quidam Perſa, Iuſtiniano imperante, Conſtantinopoli oſtendit, nunquam antea Romanis cognitam. Hic Perſa e Serum regione profectus vermium ſemen ferula incluſum Conſtantinopolim ſaluum deportauit* a), *ac vere ineunte in alimentum mori foliis ſemina impoſuit: quae foliis nutrita, et in alas ſe induerunt, et mire coeperunt operari. Ergo bombycum ortum texendique artificium cum poſt Turcis Iuſtinus imperator oſtendiſſet, vehementer obſtupuerunt; nam Serum illi tum emporia portusque tenebant, quae Perſae prius tenuerant. Ephthalanus enim, Ephthalitarum rex, a quo et appellationem vniuerſum genus traxit, Perozen et Perſas cum viciſſet* [vid. *Hunnica* §. 195—201.], *ſubmoti his locis Perſae, rerum vero potiti ſunt Ephthalitae: quos poſt paulo Turci proelio ſuperantes, his etiam finibus pepulerunt.*

y) τα ὅσα ἐκειτο τῳ της φιλιας θεσμῳ.

z) Labbe in Notis ad Theophan. Byz. p. 111. „Quid, inquit, vox iſta veteribus Perſis ſignificauerit, quamue ob cauſam Turcis impoſita ſit, mihi, fateor, incompertum. Menander Protector p. 153. [vid. Infra §. 13.] videtur innuere Cherchos fuiſſe populos Turcis vicinos, vnde forte Turcis inditum illud a Perſis nomen, quaſi Cherchorum victores, aut quid ſimile„. Si coniecturis locus eſt; ego Κερμιχιωνας cum *Tſcheremiſſis*, Κερχις vero cum *Kirgiſiis* conferrem.

a) Monachos quosdam ex India artem Sericum conficiendi CPlin adtuliſſe refert Procopius de B. G. L. IV. c. 17. p. 613. ex hoc Zonaras T. II. p. 69. Cf. etiam Theophylact. p. 177. quem locum infra §. 38. adfero.

b) το γραμμα το Σκυθικον.

Imp. IV-STINO *Imp.*

a. C. 568.

§. 7.

Itaque legatos percunctatus eſt [imperator] de Turcorum principatu et regione; illi vero reſponderunt, quatuor apud eos praefecturas, ſed ſummum totius gentis imperium penes ſolum Diſabulum eſſe. Ad haec dixerunt, ſubegiſſe Ephthalitas, eosque tributum pendere coëgiſſe. c) — 'De Auaris interrogante imperatore, inquiunt', „ Sunt quidam, imperator, qui adhuc noſtra colunt. Qui vero a nobis defecerunt, arbitror eſſe viginti myriades „. Poſtremo imperatori dinumerarunt gentes Turcis ſubditas.

§. 8.

Deinde ab imperatore, vt pax et armorum ſocietas Romanis et Turcis eſſet, petierunt. Addiderunt, ſe paratiſſimos eſſe, pugnare contra omnes, qui Romanae dominationi infeſti, eos terra bello appeterent. Haec ſimulatque pronunciarunt, Maniach manibus in coelum ſublatis, et qui cum ipſo erant iureiurando maximo ex animi ſui ſententia bona fide haec omnia dicere et promittere affirmarunt; ni ea vera eſſent, aut ſi ſcientes fallerent, neque ea obſeruarent, ſibi ipſis, et etiam ipſi Diſabulo totique genti diras ſunt imprecati. Ad hunc modum gens Turcica, quae nunquam antea ſeſe ad noſtram rempublicam applicuerat d), Romanis amica eſt facta e).

c) Reliqua vid. *Tom. I.* in *Hunnicis* §. *208*.

d) Vide tamen ſupra §. *1*.

e) Quae hic apud Menandrum ſequuntur, infra §. *15*. quo pertinent, adfero.

CAPVT

CAPVT II.

Imp. IVSTINO *Iun.*

Prima Romanorum ad Turcos legatio; bellum Perſis, ſollicitantibus Turcis, a Romanis illatum. a. C. 569. 571.

§. 9.

a. C. 569.

α) IVSTINVS, cum Turci, qui *Sacas* a) antiquitus vocabantur, 5.
legatos ad eum de pace miſiſſent, conſilium cepit, legationem quoque ad eos mittere. Itaque Zemarcho Cilici, qui tunc temporis erat dux vrbium orientis, iuſſit, vt ad eam ſe praepararet. Is cum neceſſaria ad tam longum iter comparaſſet, circa finem quarti anni imperii Iuſtini, exacto ſecundo quinquagenariarum induciarum anno b), initio menſis, qui Latinis vocatur Auguſtus

α) THEOPHANES: *Iuſtinus* [haec iis, quae ſupra ad §. 6. attuli, ſubiungit Theophanes] *Zemarchum ad Turcos legatum miſit; qui et publice eos epulis excipiens, omnique adeo officii genere exceptus, Conſtantinopolim remiſſus eſt.*

5. MENANDER p. 151, 152. Theophan. Byzant. p. 22.

a) των Τερκων, των Σακων καλεμενων το παλαι. Quos *Sacas* Menander, *Maſagetas* Theophanes Byz. dictos eſſe ait. vid. *ſupra* §. 6. lit. α.

b) τῳ δευτερῳ ενιαυτῳ της πεντεδεκαετηριδος περιφορας Valeſius in Notis ad Menandrum p. 216. „ Vertendum, inquit, erat, *Indictione ſecunda* hoc enim ſignificant haec Menandri verba: quanquam Graeci frequentius επινεμησιν vocant, quam Latini dicunt Indictionem. Caeterum valde notandus eſt hic locus, qui inſignes continet temporum characteres. Ait enim Menander, Zemarchum, — profectum fuiſſe Byzantio ſub initium menſis Aug., affecto iam anno quarto imperatoris

guſtus, profectus Byzantio, viam carpſit vna cum Maniacho et ſuis comitibus.

§. 10.

Multorum dierum itinere peragrato, Zemarchus et qui cum eo erant cum in regionem Sogdaitarum perueniſſent, vt ex equis deſcenderunt, 'obuios habuerunt ex Turcis, qui ferrum venum exponebant [c]: opinor, vt indicarent, apud eos reperiri Ferri metalla. Ferebatur enim ferrum apud eos eſſe rem minime paratu facilem. Ea de cauſa hoc commento vſi ſunt, vt oſtenderent, in ſua regione ferri fodinas eſſe. Alii quidam quoque ex eadem gente ſe ipſos ſponte exhibuerunt, 'quos dicebant eſſe malorum et infortuniorum depulſores [d]. Hi cum ad Zemarchum et eius comites acceſſiſſent, neſcio quae verba inſuſurrarunt, et tintinnabula et tympana reſonantes, 'ſuper mole quadam [e], folium thuris, igne cum ſtrepitu laceratum et comminutum, circumferebant, et oeſtro et furore quodam perciti, fremitum edentes, infortunia depellere videri volebant. Itaque auerruncatores et malorum propulſores cenſebantur, et aduerſa, quae accidere poſſunt, vt exiſtimabant, alio auertebant. Zemarchum etiam ipſum circa flammam circumduxerunt, et eo ritu, quo illis mos erat, luſtrarunt.

§. 11.

His ita confectis, viam perrexerunt, et his comitati, quibus eos deducendi munus incumbebat, ad eum locum, vbi erat *Chaganus*, venerunt, in monte, qui vocatur apud ipſos *Ekthal* [f], mon-

ris Iuſtini, indictione ſecunda; ſed pro δευτερῳ legendum eſt τριτῳ. Nam Iuſtinus indictione quindecima imperium inierat, die quindecima menſis Nouembris. Itaque tunc, cum Zemarchus profectus eſt, indictio tertia pene ad exitum peruenerat, et Kalendis Septembris proximis inchoanda erat indictio quarta „. Vid. etiam Labbe ad Theophanem Byzant. l. c.

c) των Τȣρκων ἐνιοι (ὡς ἐοικεν, ἐς τȣτο ἀναμενοι, omiſit interpres) ὠνιον σφισι προισχοντο σιδηρον.

d) ὁυς ἀνας ἐλεγον των ἀπευκτων ἐλατηρας.

e) ὑπερθεν τȣ φορτȣ.

f) Εκταγ. de hoc monte vide plura infra §. 25. vbi Εκτελ vocatur.

montem aureum diceres. ‘In valle huius montis, qui aureus dicitur, erat Diſabuli domicilium *g*).

Illuc cum Zemarchus et qui eum comitabantur veniſſent, accerſiti, ſe Diſabuli conſpectui obtulerunt. Is vero erat intra tentorium ſuum, et ſedebat ‘in cathedra duabus rotis innixa *b*), vt, quo opus eſſet, equo traheretur. Cum eum ſalutaſſent, munera, vt mos eſt, protulerunt, quae hi, quibus hoc mandatum erat, ſuſceperunt. Caeterum Zemarchus: „ Tibi, inquit, o tot tantarumque gentium dux, noſter magnus imperator per me ſuum nuncium precatur, quia Romanos diligis, et eorum te ſecundae res delectant, vt in perpetuum felix fauſtaque fortuna ſit. Detur inimicos ſuperare et praedas agere ex hoſtibus. Fraus et inuidia *i*) quam longiſſime a nobis abſit. amicitias enim, quantumuis firmas et ſancte initas, poſſunt diſſoluere. Turcos et gentes illis ſubditas neceſſariorum loco habeo. Erga nos igitur vos gerite, quemadmodum et nos erga vos, neque aliter „. Haec et alia quaedam dixit Zemarchus. Et ipſe quoque Diſabulus ſimilibus fauſtis ominibus Romanos eſt proſecutus.

§. 12.

Inde ſe ad conuiuium conuerterunt, et quod reliquum fuit 6.
diei, in eodem tentorio genio indulgentes tranſegerunt. Erat autem illud tentorium inſtructum ſericis tapetibus, qui erant variegati coloribus ſine vllo artificio. Vino vero vſus eſt, non eo quidem, quod apud nos exprimitur e vinea, nec enim eorum regio vinearum ferax eſt, ‘nec huiusmodi potionis genus apud eos eſt in vſu, ſed alio barbaricae potionis genere ſuaui et dulcis ſatiati, ad hoſpitium, vbi appulerant, diuerterunt *k*).

 Poſtri-

g) και τοινυν αυτε αφικομενοι, όπη τηνικαυτα τῳ Διζαβελῳ ήσαν αἱ διατριβαι, κατα δη κοιλαδα τινα τε προσαγορευομενε χρυσε όρες.

h) επι διτροχε καθεδρας χρυσης.

i) βασκανια τε.

6. MENANDER p. 153.

k) ἀδε μεν εγχωριαζει παρ᾽ αυτοις το τοιονδε γενος. ετερε δε τινος βαρβαρικε ενεφορηθησαν γλευκες, και ανεχωρησαν, όπει αυτοις ἡ καταλυσις ἦν.

Imp. IV-
STINO *Iun.*

a. C. 569.

Poſtridie etiam in alio tugurio conuenerunt, quod erat quoque vario tapetum ſericorum genere adornatum, 'in quibus inerant effigies excellenti forma *l*). Sedebat autem ipſe Diſabulus in lecto, qui totus erat ex auro confectus, et in medio conclauis erant 'vrnae, aquiminaria, vaſa pura *m*) et dolia aurea. Sic iterum conuiuati ſunt, et inter potandum, quae conuiuio conueniebant, dixerunt, et audierunt *n*).

'Deinde *o*) in quoddam aliud coenaculum ſeceſſerunt, in quo erant columnae ligneae, auro inuolutae: aureum etiam cubile, ſuſpenſum quatuor pauonibus aureis. Ad veſtibulum eius loci, vbi commorabatur, diſpoſita erant plauſtra frequentia, quibus inerat multa argentea ſupellex, diſci et lances, et plurimae ſtatuae animalium argento elaboratae, quae venuſtate et elegantia non concedebant noſtris, et eas Turcorum dux habebat in deliciis.

§. 13.

Dum Zemarchus et qui cum eo erant illic moram traherent, placuit Diſabulo, vt ſe, proficiſcentem contra Perſas, Zemarchus ſequeretur cum viginti ex ſuis, qui illi miniſtrarent; interea reliqui Romanorum eius reditum in Chliatorum *p*) regione opperirentur. Atque is eos in diſceſſu muneribus donatos a ſe dimiſit. Zemarchum quoque honorauit captiua concubina ex his, qui *Cerchis* dicuntur *q*). Ita Zemarchus cum Diſabulo bellum Perſis geſturo profectus eſt.

Iter emenſi in loco, qui dicitur Talas *r*), conſederunt. Hic obuiam venit Diſabulo Perſarum legatus, quem vna cum Romanorum

l) ἐνθα και αγαλματα διαφορα τῃ μορφῃ ἀσηκα.

m) καλπας τε χρυσας και περιῤῥαντηρια.

n) — και ακηκοοτες ἀνεχωρησαν.

o) τῃ ἑξης, *poſtero die.*

p) Χολιατων, in marg. Χοαλιτων.

q) τον δε Ζημαρχον και θεραπαινῃ ἐτιμησε δοριαλωτῳ, ἡ δε ἠν ἐκ των λεγομενων Χερχις.

r) Ταλας. *Tala* Mogolis, Elutis et Bucharis *campum* ſignificat. Vnde, quos vulgo *Ephthalitas* vocant *Haia — Talitas* i. e. *in campis habitantes*, rectius dici, B. FISCHERVS euictum dedit, vid. eius Quaeſtiones Petropolitt. p. 11, 12.

a. C. 569.

norum legato ad coenam inuitauit. Ad eam cum acceſſiſſent, multo plus honoris detulit Diſabulus Romanis, quam Perſicis legatis, et Romanorum legatum honoratiore loco accumbere iuſſit. Quin etiam multum de Perſis eſt queſtus, tanquam ab his multa iniuſta paſſus eſſet, quae vt bello et armis vindicaret venerat. Cum Diſabulus vocem attolleret, et acerbius querelam interponeret; Perſarum legatus legem ſilentii apud ipſos in conuiuiis obſeruari ſolitam transgreſſus, ſummatim coepit diſſerere. At Diſabulus generoſiter obiecta depellere et refutare. Qui aderant admirabantur, 7.
eum in tam violentam iram exardeſcere, vt, nulla habita legis ratione, multis hisque intemperantibus verbis vteretur.

§. 14.

Poſt haec cum ab inuicem diſceſſiſſent, Diſabulus quidem in Perſas contendit s); et Zemarcho et eius comitibus ad ſe vocatis, vbi amicitiam cum Romanis confirmaſſet, eos vt ad ſua redirent miſſos fecit. Cum his quoque alium a ſe ad Romanos legatum miſit in locum Maniach, qui vita exceſſerat. Huic legato nomen erat *Tagma*, dignitas vero *Tarchon* t). Hic igitur, vt legationem apud Romanos obiret, a Diſabulo miſſus eſt. Vna cum eo *Maniach*, eius, qui nuper mortuus erat, filius admodum adoleſcens. Is patri in magiſtratu ſucceſſerat, et vna cum Tagma dignitatem Tarchon gerebat, quam tanquam paternam creuerat hereditatem v). Eam autem, meo quidem iudicio, a Diſabulo obtinuerat, quo illi foret obſequentior et beneuolentior x).

§. 15.

Dimiſſus a Diſabulo Zemarchus, aſſumtis his ex Romanis; quos certo loco conſiſtere et ſe opperiri iuſſerat, cum primum ſi-

7. Id. p. 154.

s) παρεσκευαζετο την ἐπι Περσας.

t) ἡν δε ἐπικλησις — Ταγμα αὐτῳ, ἀξιωμα δε Ταρχαν.

v) ὁμως δε το πατρῳον διαδεξαμενος γηρας [leg. γερας. Valeſ.] ἐτι μαν και την μετα τον Ταγμα Ταρχαν κληρωσαμενος ἀξιαν.

x) οἰμαι δε το [Valeſ. leg. τῳ] ἐπιτηδειοτατον τε και εὐνουστατον τῳ Διζαβουλῳ τον Μανιαχ τα πατρῳα τον παιδα τυχειν ἀξιωματος. Valeſius vertit: *Hanc autem dignitatem paternam, vt equidem iudico, a Dizabulo obtinuerat, eo quod pater eius Maniach Dizabulo chariſſimus et fideliſſimus fuiſſet.*

Imp. IV-
STINO *Iun.*

a. C. 569.

ſimul fuerunt, viae ſe commiſerunt, et Choalitarum vrbe, quam priorem offenderant, relicta, per caſtella iter direxerunt.

8. Poſtquam fama peruagata eſt Turciam, qua circa fines iter publici Romanorum legati habebant, eos vna cum Turcorum legatis Byzantium redire, eius regionis dux Diſabulum (nam ſequebatur y)) ſupplex orauit, vt, conſtitutionis reipublicae Romanae diſpiciendae gratia, ſibi quoque legatos mittere liceret, atque eadem reliquis etiam ducibus tribuum praepoſiti concedi petierunt, quod tamen nulli alii, quam ſoli Chliatarum z) duci, conceſſit. Itaque hunc etiam Romani aſſumentes a), et haud breue viae ſpatium emenſi, ad illam ingentem et latam paludem peruenerunt.

§. 16.

Hic Zemarchus tres dies commoratus, mittit Georgium, qui dimiſſus eſt, vt imperatori per conciſas litteras, quid in ea legatione actum eſſet, nunciaret, tum etiam illi ſuorum a Turcis reditum ſignificaret. Georgius igitur cum duobus et decem Turcis viam Byzantium verſus cepit, deſertam quidem et inaquoſam, ſed compendioſiorem. Zemarchus autem per arenoſa paludis iter faciens, per decem et duos dies loca praerupta praetergreſſus, attigit ripas non ſolum fluminis *Hich*, ſed etiam *Daich*, et rurſus per alias paludes *Attilam* b), inde ad *Hugoros* c), qui Romanos monuerunt, ad *Cophena* amnem d) in denſis et arboribus conſitis locis

8. MENANDER p. 108, 109. vbi haec iis, quae ſupra §. 8. habes, ſubiunguntur.

y) και τοινυν ὁ Διζαβυλος ἐφιετο.

z) Χλιατων. cf. ſupra §. 13.

a) δια του λεγομενȣ ποταμου Ωηχ, omiſit interpres.

b) ἐγενετο κατα τα ῥεεθρα τȣ Ιχ ὀν μην ἀλλα και κατα τον Δαϊχ, και διαλιμνον [δια λιμνων] ἑτερων αὐθις ἐς τον Αττιλαν. Cantoclarus in Notis ad Menandrum p. 201. „*Hich*, inquit, Iaxartem, aut Hyaſtum puto. *Daich* eſt apud Ptolomaeum [*Iaicus*, vt videtur]. *Attilam Rha* et *Volga* eſt *Ethel* tartarice „.

c) ὡς Ουγγȣρȣς. Cantoclarus l. c. „*Hugoros*, inquit, et *Onogoros* eosdem eſſe ex hoc loco puto „.

d) ὡς ἐς τα περι τον Κωφηνα ποταμον. Cantoclarus l. c. „ fortaſſe, inquit, *Copa* aut *Colpus* Plinii, qui Suaniam praeterfluit. Eo nos quae ſequuntur ducere poſſent, vbi ait, *Perſae enim circa Suaniam in inſidiis erant* „. Cf *Tom. II. Bulgarica* §. 13.

locis latere in inſidiis collocata Perſarum quatuor millia, qui obſeruabant, qua tranſirent, vt eos captiuos facerent. Hugurorum dux, qui illic ex auctoritate Diſabuli imperium habebat e), vtres aqua impleuit, et praebuit Zemarcho et eius comitibus; vt, cum per inaquoſa tranſirent, haberent vnde aquarent.

§. 17.

Inuenerunt et paludem, et magnum illud ſtagnum praetergreſſi, deuenerunt ad eas paludes, in quas immixtus Cophen amnis ſeſe effundit. Ex eo loco mittunt, qui explorarent, an verum eſſet, Perſas in inſidiis eſſe. Hi iisdem veſtigiis inſiſtentes, redierunt, et renunciarunt, neminem vidiſſe. Nihilo ſecius in Alaniam magna cum trepidatione, propterea quod metuebant gentem Horomoſchorum, properarunt. Eo cum veniſſent, et Sarodium Alanorum ducem vna cum Turcis adire vellent, Sarodius quidem Zemarchum et qui cum eo erant benigne et comiter excepit, ſed Turcorum legatos prius, quam arma depoſuiſſent, in ſuum conſpectum venire noluit. Maximo igitur inter ipſos ſuper hac re orto et continuato per tres dies certamine, diſſidentium arbiter fuit Zemarchus. Tandem, armis depoſitis, vt Sarodio placuerat, eum adierunt. Sarodius autem monuit Zemarchum, ne per Mindimianos f) iter faceret, propterea quod Perſae circa Suaniam g) in inſidiis erant, conſultius faceret, ſi per Darinem h) domum rediret.

His cognitis, Zemarchus per Mindimianam decem equites 9.
onerarios miſit, qui purpuram ferentes, obuiam Perſas habituri
eſſent, qui crederent, eos praemiſſos, vt purpuram ferrent, et
via

e) ὃς διετυζεν ἐκασε τȣ Διζαβȣλȣ το κρατος.

f) Miſimianos Agathias vocat, qui p. 90. ſic habet: Miſimiani *Colchorum regi parent, vt et Apſilii, diuerſa tamen vtuntur lingua aliisque legibus: ſunt vero hi ex Apſiliorum gente borealiores et ad orientem ſolem nonnihil vergentes.*

g) *Suani* in iugis Caucaſi habitarunt, teſte Menandro p. 149.

h) δια της λεγομενης Δαρεινης ἀτραπȣ. Cantoclarus in Notis p. 201. „Pro *per Darinem*, inquit, repone *via Darina*, aut *Dariana*. Nec enim regionis nomen eſt. Ea via eſt, qua Darius Scythas, vt aiunt, aggreſſus eſt„.

9. Id. p. 110.

Imp. IV-
STINO *Iun.*

a. C. 569.

via praeirent, ex eoque coniicerent, Zemarchum mox ſecuturum, et equites diſcedentes iter pergerent. Zemarchus vero Mindimianae regioni valedicens, per Darinem in Apſiliam venit, Mindimiana ad laeuam relicta, (hac enim parte ſuſpicio erat Perſas inſidias ſtruere,) ad Rhetaurium [i] acceſſit, deinde ad Pontum Euxinum, et nauibus vſus Phaſi ad Trapezuntem, vnde equo publico Byzantium ad imperatorem delatus omnia illi narrauit. Hic igitur profectio et reditus Zemarchi finem accepit.

§. 18.

a. C. 571.

10. β) MVLTAE quidem aliae belli cauſae inter Romanos et Perſas exſtiterunt, maxime vero Turcorum gens impulit imperatorem contra Perſas arma mouere. Etenim Turci Mediam inuaſerant, et depopulati erant. Itaque ad Iuſtinum miſſa legatione, 'vt ſe tuerentur, et bellum Perſis ſecum inferrent, quo communibus hoſtibus exitio eſſent, ſollicitabant [k]. Etenim ex vna parte Romanis, ex

β) THEOPHANES: Anno ſeptimo imperii Iuſtini Iunioris *Vnni, quos Turcos nuncupamus, per Alanorum terras legationem ad Iuſtinum deſtinant. Ea de re Choſroes in metum adductus, Armeniorum aduerſum ſe rebellionem ementitus, eorum etiam ad Iuſtinum defectionem praetexebat, et transfugas reddi ſibi poſtulabat.*

i) Ρογατοριον. Cantoclarus l. c. „*Rogatorium*, inquit, eſt in Graeco exemplari, et *Rhetaurium* in Latina verſione, vtrumque male. Emendo in Graeco, ἐς το Διοσκουριαδος χωριον, et ita verto, *Zemarchus vero Miſianae regioni valedicens, eaque ad laeuam relicta, (hac — ſtruere) per Darinem in Apſiliam venit, et ad Dioſcuriadis caſtellum acceſſit, deinde ad Pontum Euxinum, tum nauigatione vſus, ad Phaſis fluminis oſtia: deinde Trapezuntem, vnde equo* &c. Dioſcuriadis caſtri aut caſtelli, quod eſt in Apſilia ad Pontum Eux. meminit Iuſtinian. Nou. 28. de Moderatore Hellenoponti, ſed Sebaſtopolim vocat. Dioſcourias *quondam adeo clara*, inquit Plinius Hiſt. Nat. L. VI. c. 5. *vt Timoſtenes in eam trecentas nationes, quae diſſimilibus linguis vterentur, deſcendere prodiderit. Et poſtea a noſtris interpretibus 150. negotia ibi geſta*„.

10. MENANDER p. 114. Theophanes p. 207. ex quo annum adſcribo. Anaſtaſ. p. 68.

k) ἐφ᾽ ᾧ συνεκπολεμωσι γε αὐτον Περσαις, κοινῃ τε καθελειν ἐξωσαντες ἀμφοτερων τας δυσμενεις, και των Τερκων μαλλον ἀσπασασθαι.

Imp. IVSTINO Iun.

a. C. 571.

ex altera Turcis ingruentibus, Perſas, qui in medio conſtituti erant, facile opprimi poſſe. Harum rerum fiducia elatus Iuſtinus, facile fore exiſtimabat, Perſarum potentiam euertere, et eo, tanquam non exſtaret, adducere. Itaque, quantum in illo erat, omnia curabat, quo ſibi Turcorum amicitiam fidam et tutam conſeruaret.

CAPVT III.

Alia Romanorum ad Turcos, eorumque principem Turxathum legatio. a. C. 579–582.

§. 19.

Imp. TIBERIO *Conſtantino.*

Imp. TIBERIO Conſt.

a. C. 578. a)

SECVNDO Tiberii Caeſaris imperii anno — legatio denuo miſſa eſt a Romanis ad Turcos. Valentinus (is erat vnus ex imperatoris ſatellitibus) ad id muneris eſt delectus, quod vbi illi demandatum fuit, vt illud obiret, cum his, qui eum comitabantur, perrexit. Vna quoque centum ſex Turcos aſſumſit. Hi Byzantii iamdudum conſederant, a ſua gente alii alia de cauſa miſſi. Nonnullos Anan-caſtes II.

II. MENANDER p. 161.

a) Tiberius imperium iniit d. 26. Septembr. Ind. 12. Sed Caeſar renunciatus eſt d. 7. Septembr. Ind. 8. Hic vero imperii, an Caeſareae dignitatis anni intelligantur, dubitari poteſt. Hoc ſi eſſet, quae hic narrantur, ad a. 11. imperii Iuſtini a. C. 576. adhuc referenda eſſent.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

a. C. 578.

caſtes, cum illuc ad legationem profectus eſſet, ſecum adduxerat. Alii cum Eutychio ad imperatoriam vrbem acceſſerant: alii circa Byzantium commorabantur, qui quoque cum ipſo Valentino venerant. Bis enim Valentinus legatus ad Turcos eſt profectus. Erant et alii, qui cum Herodiano et cum Paulo Cilice b).

§. 20.

"Ex his omnibus igitur collegit centum ſex Turcos c), et a regia vrbe olcadibus, quae celeriores erant, ſoluit ad Synopem et Cherſona (haec in aduerſo littore d) ad ſolis ortum eſt aedificata), et per *Apaturos* e) "et gentes ad arenoſa loca ſitas, fines Tauricae percurrit f), quae ad meridiem vergit. Inde Valentinus campos, circa quos ſtagnantes aquae decurrebant, equis perequitauit, et alios plures arundinoſos et arboribus conſitos et paluſtres locos pertranſiuit. Regionem quoque, quae dicitur *Accagas* g) (eſt autem nomen mulieris, quae in illa Scythis imperabat, ſuffragio *Anancaii* h), qui tribui Outrogororum i) praeerat, regnum adepta), et, vt breuiter dicam, multis et difficilibus itineribus peragratis, ad ea loca peruenerunt, vbi TOXANDRI bellica ſpolia et inſignia erant conſtituta k). Erat hic vnus ex Turcorum ducibus: "etenim omnis Turcorum dominatus erat in octo tribus diuiſus, et vnicuique tribui vnus erat ſortito praepoſitus l): vetuſti-

b) De variis ad Turcos miſſis legationibus, quarum hic meminit Menander, reliqui ſcriptores Byzantini nihil memoriae prodiderunt.

c) ὡς ἐξ ἁπαντων τετων ξυναθροισθηναι Σκυθας ἀνδρας ἐκ τε φυλαττων ἐπιλεγομενων Τερκων ἑξ προς τοις ρ'. ὁυς δη ἁπαντας ἀναλαβων Ουαλεντινος &c.

d) ἡ ἐςιν ἀντικρυ ἠιον, in marg. Ηϊονος. Cantoclarus in Notis p. 202. "De *Eione* vide Plinium [in Hiſt. Nat.] Lib. 6. c. 6.".

e) Απατερως. Cantoclarus l. c. "*Apaturos* Plinio [loc. cit.] *Apaturum* Stephano, Strabo *Veneris fanum* appellat".

f) ἐτι τε και δια φυλων κατα δη της ψαμμαθωδες της * * * παρηθα τα ὀρη της Ταυρικης.

g) δια της λεγομενης Ακκαγας.

h) Αναγαιε.

i) Οὐιττιγυρων.

k) ἐνθα τα πολεμικα συμβολα Τε Τερξανθε [infra §. 22. Τερξανθος. interpres perperam Toxandrum vocat.] ἐτυγχανεν ὀντα.

l) ἐν ὀκτω γαρ μοιραις διεδασατο τα ἐκεινη ἁπαντα ὡς γε τε φυλα των

vetuſtiori autem Turcorum monarchae nomen erat ARCESILAS [m]).

§. 21.

Itaque Valentinus ad Turxathum accedens (is enim primus Turcorum ducum obuius erat illuc venientibus) ſe vna cum illis Romanorum Caeſari gratulari dixit: eo enim eius rei gratia veniſſe, 'vt Turcorum tribubus nunciaret [n]), iam Tiberium ad Caeſarum potentiam euectum eſſe. Ad haec, vt non minor inter eos beneuolentia eſſet, et foedera eadem conſtarent et valerent, quae 12.
inter Diſabulum [o]) et Iuſtinum per Zachariam [p]), qui primus ad eos venerat, pacta conuentaque fuerant. Diſabulus enim ſe Romanorum amicum profeſſus erat et tam arcta cum Iuſtino neceſſitudine coniunctum, vt eosdem haberet hoſtes, haec vt ſalua et illaeſa manerent, vt erant, cum Romani illic bellum gеſſerunt, poſtulabat.

§. 22.

Poſt congratulationes Valentinus addidit: Oportere Turxanthum, cum tempus opportunum venerit, Perſas bello aggredi. Haec legato dicente, confeſtim Turxanthus [q]), „Num, inquit, vos eſtis illi Romani, qui decem quidem linguis, ſed vna fraude vtimini„? Haec ſimul vt dixit, 'decem digitos in os ſuum coniecit [r]), deinde rurſus ſic eſt locutus: „Vt meo ori decem meos digitos nunc admoueo, et iniectos habeo, ita et vos Romani pluribus et variis

των Τȣρκων ἐλαχε προεςαναι. Valeſius in Notis ad Menandrum p. 219. „Atqui, inquit, Menander ſupra in pag. 108. [vid. ſupra §. 7.] quatuor duntaxat principatus eſſe Turcorum dixerat; vt alterutro in loco mendum latere neceſſe ſit: apud Theophylactum in lib. 7. cap. 7. [vid. infra §. 31.] Chaganus Turcorum ſeptem ſe gentium dominum vocat„.

m) Perperam ita interpres, in gr. enim eſt Αρσιλας.

n) προσφθεγξομενος τȣς προεςωτας τȣ φυλȣ των Τȣρκων &c.

12. Id p. 162.

o) Διλζιβȣλος. ita et infra vocatur; ſupra §. 3. ſeqq. Διζαβȣλος.

p) Ζημαρχȣ. vid. ſupra §. 9. Interpres in marg. *forte* Ζαχαριȣ, non bene.

q) ὁ Τȣρξανθος, ita infra aliquoties hoc nomen ſcribitur.

r) ἐνεβυσε τοις δεκα δακτυλοις τῳ ςοματι τῳ ἑαυτȣ.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

a. C. 579/580.

vtimini linguis, quibus modo me, modo eos, qui mea mancipia ſunt, decipitis. Et ſane omnino omnes gentes verborum illecebris et ingenii verſutia, quod in omnes partes verſatis, demulcetis et deluditis, deinde eas, vbi capite demiſſo ſe praecipites periculis obiecerunt, 'negligitis, et partis eorum labore commodis fruimini s), neque vero non vos legati vndique fraude et dolo ſuccincti ad me venitis, et nihilo ſecius is, qui vos ad me mittit, fraudulenter et inſidioſe mecum agit. 'Ego vero vos ſtatim dimittam, neque diſſimulatione vtar t): inuſitatum enim, et a gente noſtra alienum, vt homo Turcus mentiatur, et fallat. Qui apud vos regnat, mihi debitas perſoluet poenas. Dum enim mecum amica verba loquitur, factus eſt confoederatus Ouarchonitarum, ſeruorum noſtrorum (indicabat autem Abaros), qui a dominis profugerunt v). — Vos autem Romani, quid eſt quod legatos, quos ad me mittitis, per Caucaſum iter inſtituunt x), et dicitis, alio iter non eſſe? Id, vt vere dicam, facitis, quo me a vobis inuadendis propter itineris difficultatem auertatis. Sed tamen ego eximie ſcio, qua Danapris fluuius, qua Iſter, qua Hebrus fluit et labitur; qua tranſierunt in Romanorum ditionem Ouarchonitae, ſerui noſtri, vt ipſam inuaderent. Neque ego ſum neſcius veſtrarum virium, Omnis enim terra, quae a primis ſolis radiis incipit, quae
13. vltimis ſolis occidentis finibus terminatur, mihi paret et ſubeſt: vobis, o miſeri, ob oculos ponite Alanorum gentem, atque adeo ipſas Outrigurorum y) tribus. Hi excellenti fortitudine et audacia praediti licet, et domeſticis copiis freti, contra inuictam Turcorum gentem acie congreſſi, nihil quicquam eorum, quae ſperauerant, conſecuti ſunt, et nobis parent, noſtrorumque ſeruorum numero habentur „.

§. 23.

s) περιφερονται, ὑμιν δε αὐτοις το λυσιτελες ἐκποριζετε.

t) και ὑμας μεν διαχαρισομαι παραχρημα, και οὐκ ἐς ἀναβολην.

v) Reliqua vide *Tom. I.* in *Auaricis* §. 34.

x) τι δητα ἀρα τας και ἐμε πρεσβεις δια τε Καυκασε ὁδοιπορουντας ἐπι το Βυζαντιον ἀγετε ὡς ἐμε. 13. Id. p. 163.

y) Ουτιγυρων. an qui ſupra §. 16. Ουγυροι. §. 20. Οὐϊττιγυροι vocati ſunt?

Imp. TIBERIO *Conſt.*

a. C. 578.

§. 23.

Haec Turxanthus cum magno faſtu iactauit, et effudit; 'erat enim homo vanae gloriae cupidus [z]: cui Valentinus ita reſpondit: „Niſi grauiſſimum foret, et maxime nefandum, o Turcorum dux, et qualibet morte pernicioſius, nos a te occidi, ex quo nunquam interitura apud omnes homines te maneret infamia, et facinus, nunquam antea commiſſum, auſum eſſe, ſi legatos necares, re ipſa omnibus notum teſtatumque relinqueres, quod auditu ipſo horrendum, facto longe horribilius et deteſtabilius appareret, ego hic enſe tuo traiectus optarem extremum diem videre, cum audio a te dici, modo imperatorem noſtrum mendacio delectari, modo nos ab eo legatos, quo dolum et fraudem ſtruamus. Itaque te ſupplices oramus atque obteſtamur, vt nos benignis oculis intuearis, et tuae irae modum faciens, 'acerbiorem animi tui motum aequitate et humanitate mitiges et places [a], et 'legi, quae ſacroſanctos legatos eſſe conſtituit, pareas [b]. Sumus enim pacis operarii et miniſtri 'et ſanctis rebus diſpenſandis praeſumus [c]. Atque etiam cum tui patris morte eius ditionis et omnium fortunarum hereditas ad te peruenerit, paternos quoque amicos, tanquam paternam poſſeſſionem, tibi ex eius ſucceſſione obueniſſe exiſtimes oportet. Etenim [d] pater tuus ſponte ſua ad noſtrae reipublicae amicitiam accurrens, magis Romanorum amicus, quam Perſarum audiebat. Itaque nobis foedera vobiscum ad hoc vsque tempus neque rupta, neque transgreſſa permanſerunt. Nunc etiam nos in eadem beneuolentiae voluntate perſtamus. Vos quoque in nos eodem animo eſſe plane confidimus. 'Sincera enim mens eius, qui amice et beneuole ſentit, de eo, qui longe a ſe abeſt, ab officio

z) ὑψαγορας γαρ τις ἀνηρ, και ἀλαζονειας χαιρων.

a) και το λιαν ἐξυθυμον φιλανθρωπιᾳ καταμαλαττειν.

b) τῳ κοινῳ των πρεσβεων πειθεσθαι νομῳ.

c) και πραγματων ὁσιων ταμιαι καθεστηκαμεν.

d) Διλζιβελος, omiſit interpres.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

a. C. 579/580.

non diſcedit, neque alienior eſt, dum incertum eſt, an interuenerit aliqua voluntatis mutatio e) „.

Haec Valentinus.

§. 24.

Et Turxanthus, „ Quandoquidem, o Romani, inquit, huc venientes me in maximo luctu conſtitutum offendiſtis, (recenter enim heri pater meus eſt mortuus f)) oportet vos 'facies veſtras gladiis deradere g), et legi, quae apud nos in iuſtis mortuorum inualuit, obtemperare „.

Tum confeſtim Valentinus et omnes, qui cum eo erant, 'gladiolis genas ſuas deraſerunt h). Vno etiam ex luctus diebus
14. quatuor captiuos Hunnos vinctos adducens, patri mortuo (dochia eorum lingua vocant, quae in iuſtis mortuorum obſeruari lege apud eos ſolent) illos, inquam, miſeros in medium proferens, vna cum paternis equis, barbara voce iuſſit hinc abeuntibus 'patri ſuo i) renunciarent, quo modo eius res ſe haberent.

§. 25.

Funere patris curato, Turxanthus multos alios ſermones habuit cum Valentino, et eum dimiſit in interiora dominatus Turcorum, et ad TARDOV k) conſanguineum ſuum. Is ſedes ſuas habebat in monte *Ectel* l), valet autem Ectel, *aureus*. Eo m) cum

e) ὀρθοτατα γαρ διανοια προσφερομενη προς τον πελας, και μη εκτραπεισα τα πρεποντος, ουκ αγνωμονηθησεται τῳ ἀδελφῳ [in marg. ἀδηλῳ] της ψυχης ἀνταλλαγματι.

f) ἀρτιθανης γαρ μοι Διλζιβουλος ὁ πατηρ.

g) καταχαραττειν τα προσωπα ταις μαχαιραις. Valeſius in Notis ad Menandrum p. 219. „ De hoc, inquit, Hunnorum more plura notaui ad L. 31. Ammiani Marcellini p. 415 „. Vid. et B. FISCHERI noſtri *Quaeſtiones Petropolitt.* p. 7, 8.

h) τοις αὐτων ξιφιδιοις διεχαραξαν τε τας σφας αὐτων παρειας.

14. Id. p. 164.

i) Διλζιβουλῳ τῳ πατρι.

k) Ταρδου.

l) Εκτελ. in Lat. interpretatione bis *Echel.* cf. ſupra §. 11.

m) ἱκασι τοινυν κατα το Εκτελ ὀρος &c.

a. C. $5\frac{79}{80}$

Imp. TIBERIO *Conſt.*

cum Valentinus proficiſceretur, ei minatus eſt Turxanthus, ſe quamprimum Boſporum expugnaturum. *Bochanum* n) enim miſerat, qui Boſporum caperet, atque id Turci cum magnis copiis erant quamprimum aggreſſuri. Praeterea *Anagaius* o) iam dudum cum valido Turcorum exercitu caſtra in his locis habebat. Dum vrbs et Boſporus caperentur, erant Romanorum legati apud Turcos, tametſi Turci aduerſum Romanos aperte bellum gererent. Eos enim, qui miſſi fuerant, inter quos erat et Valentinus, Turxanthus retinuerat, quos, cum erga ipſos petulanter admodum ſe geſſiſſet, et in aliis multis rebus male habuiſſet, tandem dimiſit.

§. 26.

a. C. 582.

[CHAGANVS Auarorum cum ad Saum fluuium veniſſet, ſpe- 15.
cie quidem, vt conceſſo ſibi per ſolum Romanum tranſitu, Sclauenos inuaderet, re ipſa autem, vt Sirmium caperet; legatis hac de re Byzantium miſſis] imperator reſpondit, ſe quoque velle Sclauenos — bello perſequi. Sed tunc temporis opportunum non eſſe Auaris, eam expeditionem ſuſcipere, quia Turci Cherſonem cum exercitu obſidebant, neque ſatis ſpatii ad Iſtrum traiiciendum daretur p). Itaque commodius illis eſſe ſuperſedere et differre expeditionem in aliud tempus. Quid velint Turci, et qua mente traiecerint, ſe breui cogniturum, de quibus omnibus Chaganum certiorem facturum. —

n) του Βωχανου. Suidas in Eclogis Hiſt. de Rebus Byzant. p. 37. ſic habet: *Boſporus, vrbs circa Helleſpontum, quam Bochanus Turcus ſub Iuſtiniano* [forte, Iuſtino] *imperatore vaſtauit.*

o) Αναγαῖος, in interpretatione Lat. *Anancaius*. cf. et ſupra §. 20.

15. MENANDER p. 129. cf. Tom. I. *Auarica* §. 36 — 44.

p) Τουρκων ἠδη περι Χερσωνα ἐστρατοπεδευμενων, και ταχεως αἰσθησιν αὐτων, ἢν τον Ιστρον διαπεραιωθωσι, δεξομενων.

CAPVT

CAPVT IV.

Bella Turcorum externa et ciuilia, legatio ad Mauricium; ab a. C. 587–597.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6080. a. C. 580. a. 6. (8) Maur.

§. 27.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 587.

16. α) Octavvs Mauricii annus a) voluebatur, cum Varamus, Perſarum dux, ab Hormiſda rege cum copiis barbaricis contra Suaniam mittitur, repentinoque hoſtium aduentu deſidia ad ſedulitatem excitatur. Depraedationibus quippe maiorem in modum vexabatur Suania nec erat tolerabilis calamitas: quando et duce, a quo

a) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Anno ſexto imperii Mauricii —, Hormiſdas — Baram ducem deſignans, cum ingentibus copiis in Suaniam transmittit* [pergit Anaſt. *ex inſperato autem huic inſtans, ad Araxem flumen caſtra commouet. Siquidem expugnatis Turcis a Perſis, adeo Hormiſda creuit, vt* &c.] *Hic impreſſione in eam facta, Turcos Perſicae poteſtati armorum vi omnino ſubiicit, adeo vt Hormiſdae res tantum inde ceperint incrementum, vt quadraginta auri millia in vectigal annuum Turcis imperaret: cum ipſe Turcis antea tantumdem penderet, Baram ea victoria circa res bellicas magnum nomen adepto, et ad Araxem fl. iam caſtra metante, certior factus Mauricius Romanum, ducem inſtitutum, in Suaniam dirigit.*

16. THEOPHYLACTVS *Simocatta.* p. 69, 70. Theophanes p. 221. Anaſtaſius p. 74.

a) Goar in Notis in Theophanem p. 602. „Non ab imperatoria, inquit, ſed a Caeſarea dignitate Mauricio collata eius annos Simocattam numerare neceſſum videtur „.

quo defenderetur, carebat (quia Colchis tum praetorem non habebat) et tanquam orphana tutore quoque deſtituebatur, armis in oriente feruentibus ſcilicet [b]).

Hunnis itaque, '*in oriente Boream verſus* [c]) *incolentibus*; *quos Turcos vocare Perſis mos eſt*, ſumma vi ab Hormiſda rege, vt vno verbo dicam, debellatis, Varamus bellum in Colchidem promouit. Tantum enim Perſarum opes excreuerant, vt, cum antea pacis nomine Hunnis quadraginta aureorum millia penderent, tum eadem e contrario tributi nomine ab Hunnis exigerent [d]).

§. 28.

Turcorum itaque gens, auro ditata Perſico, ſumtu in luxum magnopere prodiit. Nam lectos, menſas, ſcyphos, ſedes [e]), ſuggeſtus, ornamenta equeſtria, et totas armaturas, et quaecunque tandem diuitiarum ebrietas excogitaret, ex auro ſolido conficiebant. Procedente tempore cum Turci foedus ſanctum eſſe amplius non paterentur, penſionemque pecuniarum ingenti auctario grandiorem poſtularent, et Perſae ſummae tributariae adiectitium onus non ferrent

b) Ex his fere apparet, Suanicam et Turcicam expeditionem eandem eſſe, quas tamen infra (vid. §. 28.) Theophylactus diſtinguit.

c) προς τῳ Βοῤῥᾳ της ἑω. Theophyl. p. 18. *Sunt — Hunni habitantes in oriente, Perſarum vicini, quos multi vſitatiore vocabulo Turcos nuncupant.*

d) Horum etiam meminit Theophylactus p. 96. vbi Hormiſdam e cuſtodia, in quam a ſuis coniectus erat, eductum, pro concione dicentem inducit. Hormiſdas ibi inter alia, *An vero*, inquit, *ego cum magnitudine animi regnum Perſicum adminiſtrans. bello magna non geſſi? Vera me loqui, teſtes ſunt Turci, qui nunc tributa nobis pendunt.* p. 97. Bindoës Satrapa ad hanc Hormiſdae orationem reſpondens, *Turcos*, inquit, *tributa penſitare fateor, verum non hic induſtriae ſolertiaeque tuae labor eſt. Haec prouidentiae opera et Perſae ferro corpora ſternentes, et duces virtute ſua moliti ſunt.*

Theophanes p. 223. Anaſtaſ. p. 75. *Hormiſdas — quae tuliſſet trophaea, quae bona contuliſſet, quantis tributis a Turcis deinceps pendendis, Perſicas res auxiſſet, commemorare.*

e) Ͽρονοι.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 587.

rent, bellum vtrinque paratur, Perſisque illuſtri parta victoria, res Turcorum ſimul cum fortuna collabitur: illorum ſtipendiarii fiunt, et inſuper, quam prius coaceruarant, pecuniam amittunt, denuoque res Perſicae florent, et Hormiſda inſigniter triumphat, ablatis in praedam lectis, menſis, ſedilibus aureis, ornamentis equeſtribus, amphoris, et quaecumque demum ad principum honorem magnificentiamque inſtituta et comparata ſunt.

Vbi eneruatis Turcorum viribus, res illi ex ſententia proceſſit, et Mars Scythicus Perſarum virtute emarcuit f), gladium contra Suaniam ſuſtulit. Itaque Varamus, bello Turcico claritatem adeptus, Suaniae infeſtam manum admouet, factaque praeda non contemnenda et Babylonem miſſa, ad Araxem fluuium (quem barbari Eras nominant) exercitum abducit.

§. 29.

17. CHOSROES [Perſarum rex, a Baram rebelle victus], quid ſibi agendum foret, incertus, cum alii ad Turcos, alii ad Romanos ſecedere ſuaderent, conſcendens equum, fraenumque remittens, ſpontaneos equi motus caeteros omnes ſequi iubet. Equus autem ad Romanorum fines progreſſus, ad Cerceſium venit.—

a. M. 6081. a. C. 581. a. 7. imp. Mauricii.

§. 30.

a. C. 588.

18. β) NARSES [quem Mauricius Choſroi cum exercitu auxilio ſubmiſerat, Baram victo], quos reperit Turcos, ad imperatorem By-

β) THEOPHYLACTVS: *Aſt vbi quosdam de captis Turcos eſſe cognouit, eos ad Mauricium miſſos tanquam victoriae primitias offert, Romanamque virtutem commendat. Horum frontibus dominicum ſignum, (quod Chriſtianae religionis cultores crucem*

f) της Σκυθικης Περσαις απομαρανθησης εκ ταξεως.

17. THEOPHANES p. 223. Anaſtaſ. p. 76.

18. THEOPHAN. p. 224. Anaſt. p. 76. Theophylact. p. 133. Zonaras Tom. II. p. 75.

a. C. 588.

Byzantium transmiſit. Porro Turci crucis figuram nigris punctionibus effigiatam cum gerant in frontibus g), qua ratione ſignum illud praeferant, ab imperatore interrogati, reſponderunt, Multos ante annos cum peſtis per Turciam graſſaretur, quosdam ex ſuis Chriſtianos auctores fuiſſe, vt id fieret, ex quo priſtina ſalubritas in regionem reducta ſit.

§. 31.

a. C. 597.

a. 16. imp. Maur.

AESTATE huius anni [decimi ſexti imperii Mauricii h)] appetente, Chaganus in oriente a Turcis celebratus, legatos ad Mauricium imperatorem mittit cum epiſtola, in qua de triumphis ſuis gloriatur. Inſcriptio ad verbum talis erat: *Imperatori Romanorum* 19.

 Chaga-

appellant) impreſſum oſtentabatur. Itaque imperator barbaros percunctari, quid hac nota ſibi vellent. Illi, ſe a matribus eam ſortitos referre. Nam cum Scythas orientales dira ac peſtifera lues corripuiſſet, quosdam Chriſtianos ſuaſiſſe, uti in puerorum frontes huiuscemodi figuram imprimerent. Quae monita quia barbari nequaquam ſpreuiſſent, ex eo ſoſpitatos eſſe. ZONARAS: — *Qui vero ex Barami foederatis Turcicae nationis erant, eos* [Narſes] *ad Mauricium miſit, quorum multi cruces in frontibus gerebant, compunctis ſuperciliis in crucis modum, infuſoque atramento. Cuius rei quaeſita cauſa, reſponderunt, ſuperiori tempore, cum ſua gens fame* (λιμῳ) *periclitaretur, ſe a Chriſtiano quodam monitos hoc feciſſe* (τινας δε των παρ᾽ αὐτοις Χριϛιανων ὑποθεσθαι τȢτο αὐτοις), *nec vllum ex eis, qui paruerit, fame periiſſe.*

g) των δε Τȣρκων ἐν τοις μετωποις τον τυπον τȢ ϛαυρȢ κεντητȢ δια μελανος ἐχοντων. Anaſt. *Sane cum Turci haberent* [in] *frontes exaratas.*

19. THEOPHYLACTVS p. 174. vbi cum Auarorum Chaganum et Priſcum de regionibus Iſtrianis diſceptaſſe, et Priſcum Chagano ex Oriente fugam obieciſſe narrauit, ita pergit: *Sed quoniam de Scythis ad Caucaſum habitantibus et Boream mentio illata eſt, agedum quae maximis hiſce gentibus per haec tempora acciderunt, curſu hiſtoriae inſititia quadam hiſtoria interrupto, prodamus Aeſtate* &c.

h) Annum ex Theophane p. 233. adſcribo. cf. *Tom. I. Auarica* ſ. *103.*

Imp. MAVRICIO.

a. C. 588.

Chaganus magnus, deſpota ſeptem gentium i), *et dominus ſeptem mundi climatum.* Sane principem gentis *Abdelarum* k) (qui aliter Nephthalitae) bello hic Chaganus ſubegit, ſibique imperium illud vindicauit. Ea victoria inflatus, et *Stembiſchada* l) ad armorum ſocietatem adiuncto, Abarum quoque nationem in ditionem ſuam redegit m). — Alii [itaque] eorum ad *Taugaſtenſes* n) confugerunt (eſt autem Taugaſt Turcorum nobilis colonia, ſtadiis mille quingentis ab India diſtans, cuius indigenae et ſtrenuiſſimi et frequentiſſimi, et praeſtantia quouis populo in orbe terrarum ſuperiores) alii propter amiſſam libertatem humiliorem ſortiti conditionem ad *Mucritas* o), qui dicuntur, Taugaſtenſibus p) viciniſſimos, ſe contulerunt, ad proelia ineunda tum propter quotidiana belli exercitia, tum propter tolerantiam in periculis eximio animorum robore praeditos.

Aggreſſus eſt et aliud facinus Chaganus, et *Ogor* q) gentem totam domuit. Fuit haec gens tum numero, tum armorum exercitatione validiſſima. Haec in oriente ad fluuium *Til* r) accolit, quem Turci *Nigrum* appellare ſolent. Eius vetuſtiſſimi principes *Var* et *Cheunni* s), a quibus etiam nonnullae illarum gentium adeptae ſunt appellationem, vt Var et Chunni nominarentur t). —

20 Ogor magna ope debellatis, *Colch* v) gentis principem Chaganus gladio ſuſtulit. Ex qua gente caeſa bello ter centena millia, vt cadauerum continuata ſeries dierum quatuor viam occuparet.

§. 32.

i) Cf. ſupra *§. 7. et 20.*

k) τον ἐθναρχην των Αβδελων. Procopius et alii *Ephthalitas* vocant. vid. *Tom. I. Hunnica c. XIV.*

l) τον Στεμβισχαδαν.

m) Quae hic ſequuntur vide in *Auaricis §. 104.*

n) τας κατεχοντας την Ταυγας.

o) προς τας λεγομενας Μακρι.

p) των Ταυγας.

q) τας Ογωρ.

r) Τιλ; forte, qui Menandro Αττιλα [vid. ſupra *§. 16.*] Theophani Αταλ [vid. *Tom. II. P. II. Bulgarica §. 13.*], ſeu *Volga.*

s) Ουαρ και Χαννι.

t) Hic omiſſa vide in *Auaricis §. 3.*

20. Id. p. 175.

v) Κολχ.

a. C. 597.

§. 32.

Hunc igitur in modum victoria Chagano inſigniter arridente, ciuile inter Turcos bellum exarſit. Vir quidam vocabulo *Turum* x), cum Chagano cognatione coniunctus, res nouans, copias ingentes contraxit, collatisque cum eo ſignis, ſuperior diſceſſit. Chaganus alios tres Chaganos y) ſibi per legatos adiungit, quibus nomina propria fuerunt *Sparzeugun*, *Cunaxolan*, *Tuldich* z). *Vniuerſis* itaque copiis ad *Icar*, locum latis in campis ſitum a), conſtitutis et inſtructis, aduerſariisque ibidem fortiſſime dimicantibus, tyrannus occumbit: eius agmen fugae ſe dat, et Chaganus magna cum caede ditionem in poteſtatem reducit. Harum victoriarum laetitiam Chaganus Mauricio per legatos ſignificauit. 21.

§. 33.

Icar vero a monte aureo, vt appellatur, quadringentis millibus abeſt. Hic mons, Orientem ſpectans, partim ab vbertate et copia fructuum in eo prouenientium, partim a pecudibus et iumentis, quibus eſt frequentiſſimus, apud indigenas aurei nomen inuenit. Eſt autem lege receptum apud Turcos, potentiori Chagano montem aureum cedere.

§. 34.

Caeterum duabus rebus, iisque maximis, Turcorum gens gloriatur. Aiunt enim, iam inde a priſcis temporibus, et a principio nunquam peſtilentiam eos inuaſiſſe b), rarasque in ea regione terrae concuſſiones exſiſtere. *Bacath* c) ab *Vnnuguris* olim aedificatam terra conquaſſata corruiſſe, Sogdianam d) vero et peſtilenlentiam et terrae tremores experiri.

x) Τεgεμ.

y) ἑτερας τρεις μεγαλας Χαγανες.

z) Σπαρζευγεν, και Κουναξολαν, και Τελδιχ.

a) εἰς το Ικαρ, χωρος δε ὁυτος πεδιοις ἐναλημενος μεγαλοις. 21. Id. p. 176.

b) Vide tamen ſupra §. 30.

c) Βακαθ.

d) Σογδαιανων.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 597.

§. 35.

Turci admodum ſtolide ignem colunt [e], aëremque et aquam venerantur [f], telluri hymnos concinunt, adorant [g] autem tantummodo et Deum nuncupant, qui hanc rerum vniuerſitatem aedificauit. Huic equos et boues et oues ſacrificant: habentque ſacerdotes, in quibus ineſſe vaticinandi facultatem arbitrantur [h]. —

§. 36.

Chaganus igitur ciuili bello finito, rem felicibus auſpiciis adminiſtrat, et cum Taugaſtenſibus [i] foedus percutit, vt tranquillitatem et pacem ſupremam vndique nactus, principatum ſibi omnis ſeditionis expertem efficeret.

§. 37.

Princeps autem in Taugaſt *Taiſan* audit [k], quae vox Graeca lingua *filium Dei* ſonat. Hoc regnum nullis inteſtinis diſcordiis agitatur, propterea quod princeps illic a ſucceſſione generis creatur. Statuas venerantur [l]: iuſtis reguntur legibus, frugalitatem in omni vita excolunt. Conſuetudo eſt apud eos, vim legis
22. obtinens, vt mares ornatu aureo in perpetuum abſtineant: quanquam auro argentoque propter magnorum mercimoniorum commoditatem [m] abundant.

Hanc vrbem [n] fluuius diſcriminat, qui olim duos frequentiſſimos populos diuidebat, quorum alter nigra, alter cocco tincta veſte vtebatur. Noſtris itaque temporibus, Mauricio imperatore, nigram

e) τιμωσι

f) γεραιρουσι.

g) προσκυνουσι.

h) Quae hic ſequuntur de *Tarniach* et *Cotzageris* a Turcis profugis vide in *Auaricis* §. 105.

i) προς τους Ταυγας.

k) ὁ δε της Ταυγας κλιματαρχης Ταϊσαν ονομαζεται. Hodie adhuc Kalmuckorum princeps *Taiſcha* vocatur.

l) τουτῳ δε τῳ εθνει θρησκεια αγαλματα.

22. Id. p. 177.

m) δια τας μεγαλας και επαφελεις εμποριας.

n) ταυτην Ταυγας.

nigram geſtantes, transmiſſo fluuio rubram indutis bellum intulerunt, victoresque toto illo imperio potiti ſunt.

Vrbem Taugaſt barbari memorant Alexandrum condidiſſe, quando Bactrianos et Sogdianam o), centum viginti barbarorum millibus igne conſumtis ſubiugauit.

p) Vxores regiae auro et lapillis pretioſiſſimis conſpicuae, curribus vehuntur aureis, quorum ſinguli a ſingulis iuuencis, fraenis auro et gemmis ſumtuoſe exornatis q) trahuntur. Princeps cum feminis ſeptingentis noctem exigit. Nobilium coniugibus pilenta ſunt argentea.

§. 38.

Fama eſt, Alexandrum aliam quoque vrbem, non multis millibus diſtantem, quam barbari *Chubdan* r) nominant, aedificaſſe. Eius principem demortuum ipſius vxores raſis capitibus continenter lugent: neque per legem eius ſepulcrum deſerere vnquam poſſunt. Chubdan duo latiſſimi amnes diſterminant, quorum ripis cupreſſi (vt ita loquar) annuunt. Hos autem Indos, in plaga Boreali habitantes, albis corporibus eſſe praedicant. Bombycum, vnde fila ſerica, magna et diuerſicolor apud eos copia: in quibus curandis barbari magnum et artificioſum ſtudium praeſtare ſolent.

Verum ne hiſtoriam a meta propoſita abducamus, hactenus de Scythis ad Bactrianam, Sogdianam et nigrum fluuium a nobis dictum eſto s).

Sub Phoca et reliquis imperatoribus vsque ad Theodoſium Adram. nulla fit Turcorum mentio.

CAPVT

o) την Σογδιανην.

p) ἐν ταυτῃ τῃ πολει omiſit interpres.

q) χαλινοις χρυσοκολλητοις.

r) Χουβδαν.

s) Theophylactus ad res Auarorum, quae huic digreſſioni occaſionem praebuerant, enarrandas redit. vid. *Auarica* §. 106.

CAPVT V.

Varia de primis Turcorum bellis aduerſus Saracenos geſtis; ab a. C. 729–1032.

Imp. LEONE *Iſaurico.* a. 13. imp. Leon.

§. 39.

Imp. LEONE *Iſaurico.*

a. C. 729.

23. ANNO decimo tertio imperii Leonis — Maſalmas [Saracenorum dux] in Turcorum terram expeditionem ſuſcepit: conſertoque ad inuicem proelio, plures ex vtraque parte cecidere. Quare Maſalmas terrore proſtratus fuga ſaluti conſuluit, et per *Chazarias* montes ad ſuos reuertitur.

a. 15. imp. Leon.

§. 40.

a. C. 731.

24. ANNO decimo quinto — Maſalmas in Turciam exercitum eduxit, et cum iam Caſpias portas attigiſſet, metu correptus, retro ceſſit.

Imp. CONSTANTINO *Copron.* a. 23. imp. Conſt.

§. 41.

Imp. CONSTANTINO *Copronymo.*

a. C. 763.

25. ANNO viceſimo tertio imperii Conſtantini — Turci Caſpiis portis egreſſi, plurimis per Armeniam occiſis, captiuorum collegerunt turmas, et domos repetierunt.

§. 42.

23. THEOPHANES p. 341. Anaſtaſ. p. 135.

24. THEOPHAN. p. 343.

25. THEOPHAN. p. 364. Anaſt. p. 148.

Imp. CONST. Copron. a. M. 6256. a. C 756. a. 24. imp. Conſt.

§. 42.

a. C. 764.

ANNO viceſimo quarto — Turci in Caſpias portas et Iberiam irruptionem ſecundam fecerunt, pugnaque cum Arabibus conſerta, ex vtraque parte cecidere non pauci. 26.

Sub

Leone Chazaro, Conſtantino, et Irene nulla fit Turcorum mentio.

§. 43.

Imp. NICEPHORO I.

Imp. NICEPHORO I.

a. C. 803.

SVPREMVM is [Nicephorus imperator] ducem *Bardanium*, 27. cognomento *Turcum*, deſtinauerat, quinque tunc orientalium thematum agentem praeſidem, ac qua pollebat bellica fortitudine ac reliquarum virtutum laude, prouida cura gubernantem. Porro Bardanius, vt cui hoſtium potiri in votis eſſet, ac cum ſibi ipſe quotidie imperium ſomniaret — Leonem — ſuis tum ſatellitibus ac miniſtris adlegit. — ad decimam nonam Iulii menſis Indictione vndecima, ingenti aduerſus Nicephorum imperatorem coacto exercitu — rebellionem orditur. [Exercitum vero contra illum mittente Nicephoro, rebus ſuis timens, veniam rogat. Qua impetrata, monachi habitum induit, mutato nomine Sabas appellatus].

Sub

Michaele Rangabe et reliquis impp. vsque ad Ioannem Tzim. nulla fit Turcorum mentio.

§. 44.

26. THEOPHAN. p. 366. Anaſt. p. 149.

a) μετα των Αραβων. Anaſt. c. *Auaribus*.

27. CONSTANTINI CONTINVATOR [Scriptores poſt Theophanem p. 4.] Theophanes p. 405. Anaſtaſ. p. 179. &c. Conſtantini Continuator haec ſub Leone Armeno, vbi res eius priuati geſtas breuiter attingit; Theophanes vero ſub anno primo imperii Nicephori, quo geſta ſunt, refert.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

§. 44.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

a. C. 987. b)

28. [INARCHVS, nobiliſſima inter Perſas ſtirpe ortus] Choſroëm [regem] ſentiens diſſolute atque inepte imperium gerere, iam nunc quaeſitam diu opportunitatem Perſis adeſſe ratus, vniuerſam Achaemenidarum gentem ad defectionem a Saracenis concitat: Turcorumque Orientalium ad viginti millia mercede conducens, res Saracenorum agit atque fert. —

§. 45.

a. M. 6538. ind. 13.

a. C. 1030.

29. [PINZARACH Tripolis Ameras cum ab Aegyptio Amerumna defeciſſet, et] contra ſe ab Aegyptio cum iuſto exercitu miſſum Turcum *Tuſperum* c), copiarum eius praefectum, ſeque imparem eſſe videret pugnae, ad imperatorem Romanum ſe recipiebat. [Copiis ab imperatore impetratis, cum rediret] Tuſper — ſubito eius aduentu ac multitudine perterritus, domum rediit.

§. 46.

a. M. 6540. Ind. 15.

a. C. 1032.

30. SALAMANES d) Turcus [Edeſſae Oſroënae vrbi a Martyropolis Amera praefectus] donis ac pollicitationibus honorum corruptus, Maniacae [duci Romano] intempeſta nocte tres vrbis eius munitiſſimas turres tradidit: quibus ille occupatis, oppugnationem oppidanorum fortiter ſuſtinuit, et exterorum auxilia implorauit. —

CAPVT

28. CEDRENVS T. II. p. 696.

b) Praemittuntur his noſtris res a. M. 6494. Indict. 15. geſtae.

29. Id. ibid. p. 728.

c) τον Τερκον Τασκερ, eius etiam meminit Cedrenus Tom. II. p. 725.

30. Id. ibid. p. 731.

d) Σαλαμανης.

CAPVT VI.

Turci Muchumeti, Perſiae et vicinarum regionum principis, ſocii; Perſia a Turcis occupata; bellum Tangrolipicis [Thogrul-begi], *primi Sultani, aduerſus conſobrinum Cutlumuſum et Romanos geſtum; ab a. C. 1027? --1048.*

§. 47.

a. C. 1027 – 1040. a)

a) [TORNICII rebellionem cum enarraſſet Cedrenus, pergit]. Iam quas a Turcis acceperimus calamitates referam: ſi prius, quinam fuerint Turci, et qua occaſione bellum contra Romanos gerere coeperint, expediuero. 31.

K 2 Turco-

a) ZONARAS: *Expoſito vno barbarico bello Tauroſcytharum* [Ruſſorum], *ad alterius gentis, Turcorum videlicet, motum eſt tranſeundum, qui Orientem tum inuaſerunt, et in hunc vsque diem infeſtant. Sunt autem Turci gens Hun.* – *libera.* NICEPHORVS BRYENNIVS: Manuel Comnenorum natu maximus a Romano Diog. exercituum orientalium dux creatus eſt. *Traiecta igitur Propontide circa Galatiam morabatur, Turcis iam incipientibus orientales depraedari regiones. Quinam autem et vnde profecti Turci Romanis ſe finibus primum admouerint, deinde*

31. CEDRENVS T. II. p. 766, 767. Zonaras T. II. p. 255. Niceph. Bryenn. p. 21.

a) Sub Conſtantino Monom., quo imperante circa a. C. 1046. Tornicii rebellio erupit et compreſſa eſt, haec narrat Cedrenus; ſed antiquiora multa in illis occurrere, e narratione ipſa apparet.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphk.*

a. C 1027 — 1040.

Turcorum gens Vnnica fuit, *habitans ad Caucaſi montis partes Septemtrionales* b), populoſiſſima et libera, nulliusque vnquam nationis dominium experta.

§. 48.

bellum in nos mouerint, neceſſe arbitror, repetita paulo altius narratione, tradere. Patria illorum prima fuit Septemtrionalis tractus vltra Tanain et Boſporum, non longe a montibus Caucaſiis. Gens fuit propriis ab initio inſtitutis vtens, lacte veſci ſolita c), *populoſiſſima bellicoſiſſimaque eadem, nullius — experta.*

b) Du Cange in Notis ad Bryennium p. 199, 200. inter alia „ Turcos, inquit, non ex Hunnicis ſeu Arctois regionibus in auxilium euocauit Muchemetes, ſed ex ea, quam hac aetate incolebant, vltra Araxidem fl. prouincia, Choroſanae ſeu Perſidi contermina, quo longe antea ex Septemtrione conceſſerant; vt ex Porphyrogenneta cap. 38. diſcere eſt. [vide *Hungarica* §. 1. ſeqq.] Cum enim a Patzinacitis debellati eſſent, propriisque eiecti ſedibus, horum pars vna verſus occidentem ſeceſſit, altera tranſiit in Perſidem, ibique incoluit regionem, quam de eorum nomine Turqueſtanam etianimum appellant. Sane Aithonus cap. 15. Turcos Perſidem incoluiſſe autor eſt longe ante euerſum a Saracenis Perſarum imperium. Sed et ipſo Mauricio imperante cum Perſis ipſis conterminis bella geſſiſſe iisque imperaſſe tributa ſcribit Theophylactus Simocatta Lib. 1. c. 8. [vel potius Lib. III. c. 6. p. 69. vide ſupra §. 27, 28.] —. El-Macinus in Hiſt. Arabum ſub a. C. DCCI. DCCXX. DCCXIV. DCCXXXI. &c. Turcorum Perſicorum, qui tum regibus ſuis parebant, meminit. Vnde quo loco idem Scriptor primam Turcicorum Sultanorum originem recenſet, *Decacum*, Tangrolipecis abauum tradit gratiſſimum fuiſſe Turcorum regi, adeo vt eius vteretur ille conſiliis. Ex quibus ea etiam tempeſtate Turcos regibus ſuis paruiſſe conſtat. Praeterea Theophanes A. DCCXXXII. deſcribens Arabum expeditionem in Turcos, ait, Maſalmanem, Haſciami Caliphae fratrem, exercitum adduxiſſe in Turciam, et cum iam Portas Caſpias attigiſſet correptum metu, retro ceſſiſſe [vid. ſupra §. 40]. Conſtat vero Portas Caſpias a Plinio et Geographis in Aſia, Mediam inter et Parthiam poni, proinde haud procul ab Oxo flumine, ad quem inhabitaſſe Turcos mox oſtendemus, in extremis Perſarum confinibus, ἐν τοῖς ἄκροις τῶν Περσῶν, vbi Turcomanos ſtatuit Acropolita cap. 65. vid. Albericum A. MLIX „.

c) Γαλακτοφάγον. Du Cange ad Bryennium haec adnotat: „ Wilh. Tyrius Lib. I. c. 7. de Turcomanis: *Gens igitur Turcorum ſeu Turcomanorum, (nam ab eodem habuerunt originem) ab initio Septentrionalis fuit, inculta penitus, et certam non habens ſedem. Vagaban-*

a. C. 1027—1040.

§. 48.

β) Poſtquam Saraceni, Perſarum regno euerſo, non Perſidem modo, Mediam, Babylonem et Aſſyriam, ſed et Aegyptum et Libyam, et Europae non exiguam partem ſubegerunt; ipſi inter ſe coeperunt diuerſis temporibus varie diſſentire. Ita vnicum Saracenorum idque maximum imperium in multas diuiſum eſt partes, vt alius Hiſpaniae iam, alius Africae, alius Aegypti, alius Babylonis, alius Perſidis eſſet princeps: tantum vero abfuit, his vt inter ſe conueniret, vt inter vicinos etiam bella fuerint inteſtina.

β) ZON.: — *Perſae — regnum ſuum, — a Saracenis victi et oppreſſi — amiſerunt. Saraceni vero non vni principi paruerunt, ſed ſeditione inter ipſos orta, in factiones diuiſi, alii alios oppugnarunt. Muchumetus igitur — Perſ. Ch. Med. et aliorum quorundam populorum princeps, — cum — ſuccubuiſſet, Turcorum auxiliis arceſſitis Tangrolipice Mucaleto* (Ταγγρολιπιξ Μεκαλετ) *duce, hoſtes ſuperauit.* reliqua vid. ad §. 50. NIC. BR.: *Porro imperio Perſ. — inteſtina. In iis Muchumet, Iambraelis filius — Perſis, Med. et Abritanis vnus imperitans — legatione ad principem Hunnorum miſſa, ſocias illinc in auxilium copias petere. Delecti oratores cum donis pretioſiſſimis breui rediere votorum compotes* (τῆς γὲν πρεσβειας κατευθυνθεισης ἀυτῳ συνεπεμπε τοις πρεσβεσι και δωρα πολυτελη. ἐπανηεσαν γεν ὁι πρεσβεις), *auxiliariorum tria millia ducentes ſecum ſub ducibus duobus* (ἀρχηγὸν ἔχοντας) *Tangrolipe et Mucaleto, filio Maceelis* (Ταγγρολιπα και Μικαλετ του υιου Μακεηλ), *qui traiecto Araxe per pontem vtrimque turribus munitum in Perſidem peruenerunt. Nec moram fecit Muchumet his recentibus mercede militantium Turcorum auxiliis ad ſuas veteres copias adiunctis confligendi cum Piſſario Babyloniorum principe, quem facile fudit fugauitque.*

gabantur etenim, et paſſim circumferebantur, paſcuorum ſectantes commoditatem, non habentes vrbes, vel oppida, vel alicubi manentem ciuitatem. Et infra: *Migrantes autem vniuerſam ſecum ſubſtantiam transferebant, equitia, greges et armenta, ſeruos et ancillas, nam et in his eorum omne conſiſtebat peculium, nusquam agriculturae dantes operam* &c. His conſentanea habent Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 11. Autor Hiſt. Hieroſ. p. 1161. Autor expedit. Aſiat. Frider. I. p. 78. et Aithonus cap 2.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

a. C. 1037 — 1040.

Proinde Perſidis, Choraſmiorum, et Mediae princeps Muchumetus, Imbraeli filius, Baſilio imperii Romani clauum tenente, cum in bello, quod aduerſus Indos atque Babylonios gerebat, rebus vteretur aduerſis, ex vſu fore iudicauit, ſi, miſſis ad Turcorum principem [d]) legatis, auxilium peteret. Mittit ergo ad eum legatos cum donis pretioſis, poſtulatque ſibi auxilio mitti tria virorum millia.

§. 49.

Turcus et allata dona gratiſſima habuit, et legati admodum comprobata petitione, mittit ad Muchumetum tria, vt petiuerat, millia, duce *Tragolipace Mucaleto, Michaeli* filio [e]). Enimuero hoc ſperabat, ſi reprimere ſui potuiſſent eos, a quibus Saraceni inuadebantur, facillime eos effecturos, vt pons, quo conſtratus Ara-

d) προς τον ἀρχοντα Τεχικης.

e) ἀρχηγον ἐχοντας Τραγολιπακην Μυκαλετ, τον ὑιον Μικεηλ. infra [§. 51.] a Ioanne Scylitze Ταγγρολιπηξ vocatur. Du Cange in Notis ad Bryennium p. 200, 201. „Imperabat, inquit, Muchemetus, ſi Bryennium, Scylitzem et Zonaram audimus, Perſidi, Choroſanae et Mediae. At El-Macinus lib. 3. cap. 7. Indiae regem fuiſſe refert, eumdemque Sebuctakini, non Imbraëlis filium facit. Sed praeſtat audire ipſum El-Macinum, cum paulo ſecus rem narret, de Sultanorum Iconenſium origine fuſius differentem, ex verſione Thomae Erpenii: *Anno* (Hegirae) CDXX. (Chr. MXXXVIII.) *coeperunt principes Salghucidae. Et primus quidem ex iis inauguratus fuit Muhammed Abutalib Togrulbecus*, (Vaterio *Tegralbecus*, Aithono *Dogriſſa*, Tyrio *Belphet*, Graecis denique *Tangrolipex* [Ταγγρολιπηξ, Ταγγρολιπιξ, Τραγολιπακης, Ταγγρολιπης, Στaγγρολιπης, Ταγκρολιπιξ, Στραγγρολιπης] dictus) *cuius fratres erant Dauid Ghacarbecus, Firus et Arſelanus. Atque hi filii erant Michaelis* (Bryennio *Macaelis*) *filii Salghuci, filii Dacaci* (aut *Dagaci*). *Qui Dacacus vir fuit Turca, animoſus, boni conſilii et regiminis. Hic primus ex iis Iſlaniſmum eſt amplexus.* (vide Aithonum cap. 15.) *et rex Turcarum conſilio eius vtebatur, eumque ſibi aſſumebat in bello ſuo inter Turcas. Moriens autem filium reliquit Salghucum* (qui Aithono *Sadok*) *iam adultum, cui et rex Turcarum commiſit regimen exercituum ſuorum. Sed cum deinde metueret ſibi ab aſtutia eius, ſtatuit eum interficere. Quod cum Salghuco ſuboleuiſſet, fugit ad regem Ghabiae Haronem Sahabuddawam, absque eo auxilium petiit ad oppugnandam regionem infidelium Turcarum

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

Araxes erat, et qui ab vtroque latere turribus excitatis ac praeſidiis impoſitis munitus erat, Turcis inacceſſam Perſidem faciebat, praeſidiariis pulſis peruius Turcis poſtmodo fieret, itaque Perſidis occupandae ſibi occaſio daretur.

Turcis

earum, vnde is eum iuuit numeroſo exercitu. Sed occiſus fuit Salghucus ab infideli quodam in proelio, iam natus annos centum et ſeptem. Filium reliquit Michaelem, cui liberi ſunt nati illi, quorum nomina ſupra commemorauimus. Commorabantur autem in Mauranahara, (i. regione vltra fluuium) *et obediuerunt iſti Michaeli quam plurimi Turcae, nullum imperatorem praeter eum agnoſcentes. Cumque contingeret, vt princeps Mahmudus, filius Sebuctakini, rex Indiae traiiceret fluuium Ghaihonem, opem laturus Wararchano, regi Mauranaharae, ſalutauit Michael regem Mahmudum, qui miratus eſt animum eius et ſtrenuitatem, quodque familia eius morem ei gereret: et ab eo petiit, vt apud ſe maneret, fore, vt, cum reuerteretur, committeret ei Choroſanam defendendam contra hoſtes. At is id recuſauit. Vnde iratus Mahmudus, in vincula eum coniecit, et rediens in iis detinuit. Vnde ſecuti eum ſunt milites Michaelis, et familia eius, ſubſtiteruntque in planitie Choroſanae. Poſtea vita exceſſit rex Mahmudus, poenitentia ductus, quod Turcas, milites ſcilicet filii Salghuci, in regione ſua reliquiſſet, metuens ne locum ſuum occuparent. Mortuo autem rege Mahmudo, filio Sebuctakini, regnum accepit filius eius Maſudus Abuſaidus filius Mahmudi, qui ex ſuis exercitum miſit contra milites filii Salghuci. Hic exercitus eos oppugnauit, et fudit, quibusdam etiam captis. Hinc et Michael filius Salghuci obiit, iunxeruntque ſe Turcae Salghucidae filio eius Muhammedi Abutalibi, cognomento Togrulbeco, qui oppugnans exercitum Maſudi F. Mahmudis, eumdem fudit, quibusdam captis, quibusdam caeſis: perſecutusque eos Tuſum vsque, quod oppidum adortus, cepit. Atque id primum oppidum fuit, quod in poteſtatem Salghucidarum venit: et in eo congregati Togrulbecus et milites eius, id muniuerunt. Deinde exierunt inde Naiſaburium, et eo quoque ſunt potiti. Rex autem Maſudus fugit in Indiam, et in regionem eius penetrauit, inque ea diu permanſit, deſerta Choroſana: quam Salghucidae, grauiter ſe in ea gerentes ſubiugarunt, et ouibus ſpoliarunt. Quod cum intellexiſſet princeps Maſudus, reuerſus eſt, ſed bello eum petierunt Salghucidae, et in fugam verterunt. Vnde Caiimus Biamrilla* (Chalipha Bagdacenſis) *monuit atque hortatus eſt eos, vt regionem Moſlimorum cuſtodirent. Hinc adortus iterum eos eſt Maſudus, ſed illi et ſecundo eum in fugam turpem verterunt, et ſtabilitum fuit eis imperium.* — Adde Petrum Texeram l. 2. Rer. Perſic. cap. 43. „.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

a. C. 1027 — 1040.

Turcis mercenariis Muchumetus acceptis, iisque cum ſuo exercitu coniunctis, cum Arabum principe Piſaſirio confligit, eumque nullo negotio ſuperat, ſagittarum coniectum non ferentibus Arabibus.

§. 50.

γ) Domum a victoria reuerſus [Muchumetus], eosdem Turcos voluit etiam in pugnam contra Indos, a quibus oppugnabatur, ſibi adeſſe. Cumque petentibus, vt domum ſibi redire liceret, et praeſidium ab Araxis f) ponte abduceretur, vim etiam inten-

γ) ZONARAS: *Domumque reuerſus, Turcos ad ſua redire non ſiuit, ſed retinere voluit, vt eorum opera contra alios quoque vteretur. Qui quum domum redire niſi per Araxidis pontem nequirent (fluuius is eſt, qui non niſi ponte ſuperari poteſt, vtrinque turrito, quem praeſidiarii milites tenebant) deficiunt, et montes occupant (neque — millia) — populati ſunt.* NIC. BR.: *Vnde victor — ſibi adeſſe. Verum his longiorem militiam detrectantibus, remittique in patriam ac pontis ſuper Araxem cuſtodiam ipſis committi flagitantibus, vbi contra incumbens Muchumet — Carb. Jolit. cuius latebris et inacceſſa natura locorum paucitatem ſuam a tanto numeroſioribus Muchumetis exercitibus tuerentur —.*

f) Ἀραξίδος. Du Cange in Notis ad Bryennii Commentarios p. 201, 202. „Eadem, inquit, appellatione donatur fluuius iſte a Scylitze, qui alius et diuerſus eſt prorſus ab Araxe Armeniae maioris fluuio, qui in Caſpium mare illabitur. Nam Araxis, etſi in idem mare pariter influat, Araxae omnino oppoſitus fuit, vt qui Perſidem a Turcorum Aſiaticorum regione diuiſerit, quo per pontem deſuper ſtratum tranſito in eam prouinciam penetrarunt Turci, qui eo aeuo regionem incolebant, quam etiamnum a primaria eorum ſede, Turqueſtanam vocant. Vnde videtur Araxis fluuius ille eſſe, quem Oxum veteres appellabant, qui in mare Caſpium illabitur, et Perſidi propior, eſt, quam alter magnus perinde fluuius, qui Septemtrionem verſus in idem mare euoluitur, Iaxartes Ptolemaeo, Straboni, Ammiano lib. 23. Gregorae lib. 2. et aliis dictus, vterque ab occidente profectus. Neque ab hac ſententia diſcedit El — Macinus, qui ea tempeſtate Turcos Aſiaticos tractum incoluiſſe narrat, quem Geographi Arabes *Maurahanaram*, ſeu, vt effert Ioannes Grauius, *Mawaradnaharam*, Tabulae Geographicae *Maurenaher* vocant, quod vocabulum *regionem vltra fluuium ſitam* ſonat, vt autor

Impp. BASI-LIO et CON-STANTINO *Porphh.*

intentaret; Turci veriti maiora pericula, ob eo defecerunt, et in Carbonitidem ſolitudinem (neque enim tam pauci aduerſus tam multa depugnare audebant millia ſe ſubduxerunt, indeque identidem erumpentes Sarracenorum ditionem populati ſunt.

§. 51.

J) Iniquiſſime id ferens Muchumetus, ad viginti hominum millia aduerſum Turcos mittit: decem nobiliſſimos, notaeque for- 32. titu-

J) ZON.: *Muchumetus vero ad — mittit, decem ducibus e ſuis popularibus ſumma belli credita, quos Turci noctu aggreſſi ma-*

autor eſt Petrus Vaterius in Praefat. ad eumdem Scriptorem: quam quidem prouinciam peculiari commentario illuſtrauit deſcripſitque Abulfeda Iſmael Arabs Fluuii autem nomenclatura intelligi debere *Ghaionem* ſeu *Gichonem*, vel, vt alii denique vocem hanc efferunt, *Iikun*, qui ad meridiem Mauranahararam, a Chorofana ſeu Perſide interiore ſecernit, cenſet idem Vaterius. Quod perſpicue etiam tradit Achamed Guerapſi F. in Temiris Hiſtoria lib. I. N. 5. dum ait Mauranaharae populos, prae Temiris, ſeu Tamberſani, qui prouinciam inuaſerat, metu transmiſſo Gichone, in Choroſanam perueniſſe. Proinde recte Paulus Rhamnuſius in Geogr. dixit, Oxum eumdem fluuium eſſe, quem Arabes Gichonem vocant, qui, vt autor eſt Abulfeda, vt plurimum ab ortu in occaſum fluit. Mauranaharae metropolis fuit *Samerkanda*, Sultanorum ac Temeris ipſius regia, protendebaturque ea prouincia ad alium fluuium, quem ad Septemtrionem in mare Caſpium illabi diximus, Arabibus *Sichon*, in Tabulis Geograph. *Chezel* nuncupatum. Qua porro fluuius Chaion ſeu Gichon in mare Caſpium effluit, ea protenditur prouincia, quam *Chowareſmiam* vocat Abulfeda, *Chowarzam* Achamed N. 8. et alibi, *Chowaraſmam* El-Macinus lib. I. cap. 13. Choroſanae contigua, quod etiam teſtatur Alderiſius 8. part. Clim. 4. ex cuius nomine mare Caſpium, quod eidem Achamedo lib. 3. N. 11. *Mare Calzam* dicitur, ab Abulfeda et a praedictis Scriptoribus *Lacus Chowarazmiae* nuncupatur. Sed et ipſe fluuius Gichon, *Cobar* ſeu *Cowar* appellatur a Tyrio lib. I. cap. 7. Proinde erit *Gichon*, *Gihon*, et *Ghaion* Arabibus, qui Graecis Ἀραξις et Ὀξος, de cuius decurſu et magnitudine nonnulla habent Beniaminus Tudel. et Alderiſius p. 188. 196. et 212. vide Salmaſium ad Solinum p. 1201.

32. CEDRENVS T. II. p. 768. Zonar. T. II. p. 255, 256. Nicephorus Bryenn. p. 22, 23.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

a. C 1027 — 1040.

titudinis ac prudentiae duces Saracenos exercitui praeficiens. Hi ad bellum profecti, intrare in deſertum ob aquae et alimentorum inopiam indicantes incommodum, proxime aditum ſolitudinis [locatis caſtris, conſiderabant, quid agendum eſſet. Tangrolipex autem in profunda ſolitudine pernoctans] de aduentu Saracenorum factus certior, re cum ſuis communicata, ſubito adoriri Saracenos ac Perſas ſtatuit: biduoque magnis confectis ſpatiis, tertia nocte eos ſecure in tentoriis agentes nihilque mali exſpectantes inuadit, atque illico profligat. Ibi curribus, equis pecuniaque plurima potitus, non iam vt fugitiuus latrocinia exercere, ſed palam exinde in aperto caſtra habere: et confluebant ad eum qui ob maleficia ſupplicium metuebant, ſerui atque alii rapto viuere gaudentes. Denique breui tempore copiae ipſius vsque ad quinquaginta millia excreuerunt.

§. 52.

a) At Muchumetus ob cladem acceptam iratus, decem iſtos ductores luminibus orbat: et qui euaſerant milites, eos ſe muliebri indutos veſtitu in triumpho ducturum minatur, ipſe ad bellum geren-

xima ex parte facile trucidarunt, reliquiae cum ſuis ducibus ad Muchumetum redierunt. NIC. BR.: *His indignatus Muchumet — agendum eſſet. At Stangrolipus* (Σταγγρολιπυς) *interiora ſolitudinis obtinens — potitus, non iam ſibi deliteſcendum in Carbonitide putauit — excreuerunt.*

a) ZON.: *Is decem illis ducibus excoecatis, et militibus atrociſſima quaeque comminatus, effecit, vt prae metu ad Turcos confugerent. Ii vero iam aliis quoque multis confluentibus ſeruis et facinoroſis hominibus, qui manubiis et rapinis gaudebant: numeroſo confecto exercitu, proelio cum Muchumeto circa Apaſchan commiſſo, multos Saracenos ceciderunt, ac inter alios ipſe quoque Muchumetus cecidit. Tangrolipix igitur conſenſu exercituum imperio omnium gentium, quae Muchumeto paruerant, accepto, turres pontis Araxidis euertit. Fluuii porro tranſitu patefacto, magna Turcorum* (των βαρβαρων τȣτων) *multitudo ad eum* (τῳ Ταγκρολιπι) *ſe contulit. Sic magnis copiis Turcicis ſuffultus* (και χειραν βαρειαν εκ τȣτων ὁ των Τερκων ηγησαμενος αρχηγος) *omnibus Saracenis ademtum imperium in-*

gerendum accingitur. milites autem, qui antea victi a Turcis fuerant, minis perceptis, ad Tangrolipecem tranſeunt. Is tanta acceſſione auctus, cum omnibus ſuis copiis in Muchumetum it, vt collatis ſignis iuſto proelio rem decernat. Et Muchumetus armatis Saracenis, Perſis, *Caberis* et Arabibus, exercitu quingentorum circiter millium contracto, ac centum turrigeris elephantis, hoſti apud locum, cui *Aſpachan* nomen, occurrit. Ibi atroci conſerta pugna, multisque vtrinque cadentibus, ipſe etiam Muchumetus, dum hinc inde incautius obequitat, ſuosque verbis animat, equo collapſo ceruices frangit, ac moritur g).

Mortuo ipſo exercitus cum Turcis conſpirat, et omnium voluntate Tangrolipex Perſiae rex declaratur. Regno occoepto, ſtatim Turcis aditum in Perſidem aperit: atque hi confertim eo ſe contulerunt, exceptis quos patriae amor detinebat: oppreſſisque Perſis ac Saracenis, ſuam fecerunt Perſidem, ac Tangrolipeci nomen *Sultani* impoſuerunt, qua voce ſummus imperator ac rex regum notatur. Is omnes magiſtratus ab incolis ad ſuos tranſtulit, interque hos vniuerſam diuiſit Perſidem, prorſus conculcatis indigenis.

ſe et populares ſuos tranſtulit, et Agarenos ſibi parere coegit. NIC. BR.: *Interim Muchumet — minatur. Ipſe interim armabat, inſtruebatque ſe ad rem per ſe cum Stangrolipide gerendem* (in gr. tantum αὐτος δε προς ἀντιπαρατάξιν καθωπλιζετο) — *ad Strangolipidem — indigenis.*

g) Du Cange in Notis ad Bryennium p. 202. „ Contigit, inquit, hoc proelium cum Maſudo, ſeu Maſgudo, quem parentis nomine donant vulgo Graeci Scriptores, A. Heg. CDXXXII. Chriſti MXL. vt autor eſt El-Macinus „. Et ſtatim, „ De morte et clade Maſudi ſic idem El-Macinus A. proxime ſequenti: *Eodem anno occiſus fuit princeps Maſudus, filius Mahmudi, filii Sabuctakini regis Choroſanae, Indiae et Mauranaharae, qui fuit rex fortis et ſtrenuus, peritus bellandi, ac bene regens ſubditos ſuos atque regiones, et ſucceſſit frater eius imperator Muhammed filius Mahmudi. Porro qui* Cabiri Bryennio hic et Scylitzae dicuntur, iidem cum Cabaris, populis videlicet, Turcis Septentrionalibus conterminis, cum quibus in Perſidem forte tranſierant. Horum meminit Conſtantinus Porph. de Adm. Imp. c. 39. „

Impp. MICHAELE *Paphl.* MICHAELE *Calaph.* CONSTANTINO *Monom.*

§. 53.

a. C. 1040 — 1047.

ζ) Secundum haec Sultanus regno (vt viedebatur) praeclare conſtituto, bello petere finitiinos regulos iiiſtituit. Factaque in Piſ-
33. ſaſyrium *b*) Babylonis ducem expeditione, diuerſis proeliis eum vincit, atque interficit: et hoc modo Babylonica ditione potitur. Inde aduerſus Carbeſium Arabum principem emittit magno cum exercitu

ζ) ZON.: *Deinde Babyloniis bello ſubactis, fratris filium Cutlumum cum exercitu contra Arabes miſit, a quibus ſuperatus, per legatos a principe, quem imperator Mediae (ſic enim olim vocabatur Baaſpracan,* Βαασπρακαν) *praefecerat, tranſitum poſtulat: quem is adeo non conceſſit, vt armatus illi occurreret. Sed multis ſuorum amiſſis, victus et captus eſt.* NIC. BR.: *Dixi hactenus, quo caſu in Romani limitis viciniam Turci proceſſerint, Perſarum regione ſibi ſubiecta; non minus autem forte*

33. CEDREN. T. II. p. 769. Zonar. T. II. p. 256. Niceph. Bryen. p. 23, 24.

b) Πισσασύριον. Du Cange l. c. „Fuit, inquit, ille origine et gente Turcus, vocaturque ab El-Macino, *Ruſtanus Abulharitus Mutaffirus*, cognomento *Baſaſareus*, et in Chronico orientali ab Abrahamo Echellenſi edito, *Baſaſirus*, ex quo *Piſſaſſyrium* confecerunt Bryennius et Scylitzes. Is in Geraca ſeu Chaldaea potens factus, proſperisque elatus rerum ſucceſſibus, regionem non ſua duntaxat aſſeruit imperio, ſed et Arabibus et Saracenis terrore incuſſo, ſupremum in Boiitarum, prouinciis poteſtatem ſibi vindicauit: ita vt cum Melec-Rachimo praeter merum titulum nihil reſtaret, de ipſa cogitaret inuadenda Bagdadenſi vrbe, et ex ea depellendo Chalipha. Quod cum reſciſſet Caimbiamrilla Chalipha, Togrulbecum euocauit, quo ſe aduerſus Baſaſareum tueretur, qui, Togrulbeci percepto aduentu, Muſtanſerobellae, Aegypti domini, ſubſidium implorauit. Togrulbecus interim capto Melec-Rachimo, et in ordinem redacto, vrbem et ſupremum principatum, quem tenuerant Boiitae, ſibi aſſeruit, data in vxorem Chaliphae propria ſorore, ac Heg. CCCCXLVII. Chr. MLV. verum Baſaſareus, qui deſertus fuerat a ſuis, Moſtanſerobellae opera et auxilio, quem Chalipham renunciauerat, Bagdadum adortus, vi cepit a. Heg. CCCCL. eaque eſt potitus per annum, a Togrulbeco, qui recens Ibrahimum fratrem rebellantem bello proſtrauerat, (quod etiam attigit Scylitzes p. 758.) vrbe primum exturbatus, tandem proelio fuſus et neci datus eſt anno proxime ſequenti.

Impp. MI- CHAELE *Paphl.* MI- CHAELE *Ca- laph.* CON- STANTINO *Monom.*

citu *Cutlumuſum* i), patris ſui fratre natum. Is, commiſſo cum Arabibus proelio ſuperatus, turpiter fugit. Cumque in reditu eſſet per Mediam (hodie Baaſpracan appellatur) iter facturus, ad eius praefectum (is erat ab imperatore eo miſſus, Stephanus patricius, Conſtantini, qui vna cum imperatore adminiſtrabat rempublicam, Leichudiae filius k)) miſſis legatis liberum ſibi tranſitum permitti petit, iureiurando grauiſſimo interpoſito pollicitus, ſe ſuosque absque omni maleficio tranſituros At Stephanus eam petitionem a timiditate profectam opinatus, exercitu ſuae prouinciae collecto, in Turcos tanquam hoſtes ducit. Grauiſſimum ea res dolorem Cutlumuſo attulit: quippe cuius exercitus omnis, vtpote ab aduerſo proelio rediens, pedeſter inermisque eſſet. Coactus tamen conflixit, victoriamque obtinuit, capto cum multis aliis etiam ipſo Stephano: quem et in reditu apud *Tabrezium* loci eius domino vendidit.

L. 3. §. 45.

fuerit neceſſarium exponere, qua primum occaſione, quaue cauſa bellum inferre Romanis coeperint: ſoliti antea formidare Romanam vim, immo cohorreſcere ad famam memoriamque ſolam trium imperatorum, de quorum facinoribus audierant. Nicephori nimirum Phocae, Ioannis et Porphyrogeniti Baſilii. Autumabant enim, perſeuerare adhuc et vigere apud Romanos virtutem et potentiam iſtorum. Poſtquam Strangolipes imperium, vt diximus, adeptus Perſicum, opumque multarum et exercituum potens, res Saracenorum depreſſit: finitimae Perſarum gentes, quibus fuerant antea cum Muchumete controuerſiae, concordia inter ſe inita bellum in Perſas meditabantur. Id ille mature ſentiens, Piſſyrium — potitur. Aduerſus Carmeſen vero — fugit. Inde reuertens, tranſiturus per Medorum terram, proxime Baaſum (Βααs) *munire caſtra voluit. Veritus autem Romanos, obtinentes tum Mediam, legatos mittit ad praetorem prouinciae — captoque ipſo duce, quem Cutlumus, cum Briſium* (Βριζιον) *perueniſſet, ibi vendidit.*

i) Κυτλυμυς, de quo vide infra.

k) Στεφ. πατρ. ὁ Κωνσαντινυ τυ συμπαδυνασευοντος τῳ βασιλει της Λυχυδιας υἱος. Bryennius ita: ὁ πατρ. Στ. Κωνσ. τυ π. τ. τοτε βασιλει, ὃν και Λυχυδιην ἐκαλυν υἱος.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1040—1047.

§. 54.

η) Caeterum ad Sultanum reuerſus Cutlumuſus, de accepta clade ſe purgat, culpa in alios collata, policeturque, ſi rurſum cum copiis aduerſus Carbeſium mittatur, facile ſe Arabiam ſubacturum. Obiter etiam de Baaſpracania refert, regionem eſſe fertiliſſimam, et a mulieribus teneri: ſic oblique notans milites, cum quibus dimicarat. Verum Sultanus, ei ob dedecus amiſſae victoriae iratus, de comprehendendo occidendoque homine cogitabat. Aduerſus autem Romanos arma mouere formidabat, ipſo nomine rerum praeclare a tribus imperatoribus Nicephoro, Tzimiſca et Baſilio geſtarum perterritus: ſuſpicansque eandem eſſe etiamnum virtutem Romanorum atque potentiam dubitabat tamen, incertusque animi deliberabat, quid agendum foret.

§. 55.

a. C. 1047.

ϑ) Sed Cutlumuſus inſidias ſentiens, cum ſuis fugit, vrbemque in Choraſmiis ſitam, cui *Paſar* nomen, munitiſſimam occupans, Sultano aduerſatur. Sultanus in praeſentia eo omiſſo, cum
34. omnibus ſuis copiis contra Arabes proficiſcitur, et ab iis ipſe quoque

η) ZON.: *Cutlumus autem ad Tangrolipecem reuerſus, Medicum proelium referens, eius regionis fertilitatem celebrat — dimicarat.* NIC. BR.: *reuerſusque ad Sultanum infelicitatem expeditionis excuſauit, vt potuit, obiterque ſermoni mentionem intexuit Mediae, quam eſſe aiebat — dimicarat.*

ϑ) ZON.: *Caeterum Tangrolipix illi ob cladem acceptam iratus: ipſe contra Arabes proficiſcitur. Cutlumus autem cum ſuis poenae metu aufugit, et Paſare — occupata, a Sultano (ſic enim Tangrolipix appellabatur) defecit, et patruo, a quo obſidebatur, diu reſtitit, ob loci munitionem fruſtra laboranti. Qui ea obſidione occupatus, Aſanem cum iuſtis copiis contra Mediam mittit.* NIC. BR.: *His* [quae de Media Cutlumus narrauerat] *confirmatus Sultanus, exercitum circiter viginti millium contra*

34. CEDR. T. II. p. 770. Zon. T. II. p. 256. Niceph. Bryen. p. 24.

Imp. CONSTANTINO Monom.

a. C. 1047.

que profligatur. Reuerſus domum, dedecoriſque et opprobriorum Catlumiſi impatiens, maximi cum parte exercitus Paſarem obſidet, ac diu ſane patruelem ſuum oppugnat, fretum loci munitione, et ſaepe eruptione facta Sultano haud leuia damna dantem. Alium autem exercitum emittit, circiter viginti millium, contra Romanos, duce fratris ſui filio *Aſane* cognomine Surdo: mandatque ei, vt celerrime pergat, et rebus ſuccedentibus, Mediam ſubigat. Haec ita tum in Perſide acta.—

§. 56.

n) Aſan vero a Sultano aduerſus Romanos miſſus, vltra *Tabrezium* l) profectus in Baaſpracaniam venit, proximā quaeque populando atque incendio vaſtans, et obuios trucidans, ne puerili quidem parcens aetati. Praeerat tum Baaſpracaniae Aaron Beſta, 35.
Bladiſthlabi m) filius, Pruſiani frater. Qui cum ſibi non ſatis eſſe ad tantam Turcorum multitudinem ſuſtinendam virium ſentiret, Catacalonem Beſtam Ambuſtum, Anii atque Iberiae praefectum, litteris miſſis hortatur, vt ſibi ſuppetias quamprimum ferat. Ambuſtus, litteris acceptis, dicto citius ſuos excitat, cumque iis ad Aaronem ſe confert. Coniunctis copiis cum deliberaretur, nocturnone an aperto proelio cum Turcis eſſet pugnandum, neutrum Catacaloni probatum eſt; ſed alia arte hoſtes circumueniendos duxit. Caſtra inque iis tentoria, vt erant, ac iumenta et impedimenta omnia relinqui voluit, et inſidias per noctem opportuniſſimis *locis poni*: tum Turcis aduenientibus, et caſtrorum, hominibus

Romanos mittit, duce—ſubigat. Sic Turci coeperunt pugnare cum Romanis, ſucceſſuque initiorum illecti deinceps perrexere bello nos petere in hunc vsque diem. quae his ſubiungit Bryennius infra ad §. 89. adfero.

o) ZON.: *Is* [Aſan] *impetu in prouinciam facto, et proelio cum Romanis commiſſo, ipſe cadit, amiſſo, pauciſſimis exceptis, toto exercitu.*

l) το Ταβρεζιον, και το λεγομενον Τεφλις-

m) Plenius alias Ioannes Bladiſthlauus vocatur. fuit is rex Bulgarorum, et Dyrrachium oppugnans occiſus eſt, vid. *Bulgarica §. 166.*

35. CEDREN. T. II. p. 771. ZON. l. c.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1047.

bus vacuorum, direptioni intentis, prorumpendum ex inſidiis, et in eos faciendum inſpetum. neque id eum conſilium feſellit. Mane enim Aſan e caſtris ſuis ſecundum *Stragnam* [n] fluuium tanquam ad pugnandum proficiſcitur. Cumque occurreret nemo, vbi ad caſtra Romanorum peruenit ibique neque vox vlla audita eſt, neque cuſtos vllus viſus, ſed omnia in ſua eſſe poteſtate putauit, Romanosque fugiſſe credidit, multis locis caſtra perrumpit, diripique praedam iubet. At Romani. ſub veſperam ex inſidiis progreſſi, compoſito agmine diſſipatos Turcos adoriuntur, primoque congreſſu fundunt vehementiam ſui impetus non ſubſiſtentes. Cadit inter primos pugnans Aſan, et quidquid in eo exercitu forte fuit, obtruncatur. reliqui, pauci admodum ii atque nudi, per montes in Perſarmeniae vrbes euadunt.

§. 57.

a. C. 1048.

*) Ab his de accepta clade edoctus Sultanus in magnam deuenit ſolicitudinem. Vt autem hanc calamitatem reſarciret, e Turcis, Caberis [o] et Limnitis [p]) delectum exercitum ad centum millia conducit: eumque duce *Abramio Alimo*, fratre ex altero parente

*) ZON.: *Quo Sultanus cognito, ſane doluit, ſed iacturam illam, reſarcire cupiens, exercitum — mittit. Sed Baaſpracanis praetor, petitis ab imperatore auxiliis, Liparitam, partis Iberiae dynaſtam exſpectabat, neque cum Turcis dimicandum ſibi cenſebat, priusquam ex mandato imperatoris Iberum auxiliares copiae aduenisſent.*

n) Στραγναι.

o) Καβηρων. horum etiam ſupra mentio incidit §. 52.

p) Λιμνιτων. ii, credo, ſunt, quos Δολομιτας Procopius vocat de Bello Goth. L. V. c. 14. p. 603, 604. vbi *Barbari*, inquit, *ſunt hi Dolomitae, et quamuis in Perſide habitant; nunquam tamen regi Perſarum fuere ſubditi. Cum enim montes abruptos penitusque inuios colant, ab omni vetuſtate ad hunc diem ſuis vixere legibus, nec niſi mercede conducti, Perſis in hoſtes ipſorum militant. Omnes pedibus merent: gladium quisque et ſcutum geſtat, ternaque in manibus iacula, nec minus expedite currunt in confragoſis et verticibus montium, quam in camporum aequore.*

te ſuo contra Romanos mittit. Nunciato barbarorum aduentu, Aaron et Ambuſtus vnitis rurſum viribus, quid agendum ſit conſultant. Sententia Ambuſti erat, cum praeſentibus occurrendum Turcis eſſe extra Romanos fines, ibique decertandum, cum adhuc maior hoſtium pars equis careret, et reliqui etiam longo itinere eſſent defatigati, ſoleisque ferreis Turci carerent, quibus vngulae armantur: Romani autem recenti victoria elati alacres eſſent, 36.
pugnamque expeterent. Contra Aaron pronunciabat, continendum exercitum, vrbesque et caſtella muniendum, atque omnia muris includendum: de re ad imperatorem referendum, neque eius iniuſſu contra tantam multitudinem tam paruis copiis dimicandum. Haec ſententia vicit, et profecti in Iberiam, in planitie quadam, quae incolarum ſermone *Oſurtru* q) dicitur, caſtris ſub dio poſitis, quieuerunt, omni prius agreſti turba, mulieribus, pueris, ac quae pretioſa haberent, in munitiones incluſis. et imperatorem curſori traditis litteris de aduentu hoſtium certiorem fecerunt. Imperator litteris lectis, ducibus iſtis mandat, vti ſe contineant, donec Liparites cum Ibericis copiis ad ipſos perueniat. Et Lipariten per litteras hortatur, vt ſi quidem ſocius ſit amicusque Romanorum, absque vlla mora cum omnibus ſuis copiis ſe ducibus Romanis adiungat. Duces acceptis litteris quieuerunt, vti iuſſi erant, et Lipariten exſpectarunt. atque is imperatoris mandato percepto, ſuos per otium collegit, atque armauit.

§. 58.

λ) Dum id fit, ac tempus teritur, interim Abramius in Baſpracaniam venit: cognitoque, Romanos, qui ibi fuerant collecti, ſuo

λ) ZON.: *Romanis igitur intra munitiones ſe continentibus, Alimus negata pugnandi copia, Arzem oppidum, nullo muro circumdatum, quod mercatores pene innumerabiles, homines ditiſſimi, incolebant, ſe primo impetu capturum ratus, ſpe ſua fruſtratus eſt, cum illud inuaſiſſet. Nam incolae aditus lignis obſtruxerunt, et telis ex aedibus coniiciendis multos ſuſtulerunt.*

36. CEDR. T. II. p. 772. Zon. l. c. q) Οσερτρα.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1048.

ſuo aduentu intellecto in Iberiam receſſiſſe, prae metu id ab iis factum, quod erat probabile, ratus, poſthabitis direptionibus eos eſt inſecutus, cupiens proelio congredi priusquam aliae conducerentur copiae. Certiores hac de re facti duces imperatoris, ac veriti, ne vel inuiti cogerentur ante Liparitae aduentum pugnare, ſubduxerunt ſe in locum quendam aditu difficilem, praecipitiis vndique et conuallibus cinctum, atque ibi quieuerunt: et ad Lipariten ſcripſerunt, vt absque cunctatione veniat.

Abramius Romanum exercitum non aſſecutus, ad *Artze* venit. Pagus erat is ingens, ac multorum millium capax, magnaeque eo continebantur diuitiae: habitabant enim ibi cum indigenae mercatores, tum Syrorum, Armeniorum, et aliis ex nationibus multitudo haud modica. atque ii numero freti, intra muros ſe recipere noluerunt, cum quidem proxima eſſet Theodoſiopolis, vrbs magna et muro cincta inexpugnabili. Turcis cum pagum aggreſſis, Artzeni occluſis viis, tecta conſcenderunt, deque iis ſaxa,
37. ligna et iacula in oppugnantes torſerunt. Ita totos ſex dies pugnatum eſt.

§. 59.

μ) Rei nuncio ad Romanos allato, Ambuſtus multus erat in vrgendo atque exhortando, vt iretur, ac cum Turcis, oppugnationi intentis, manus confereretur, neque tempus inutiliter tereretur, deſidendo, et ficulnum illud praeſidium Lipariten exſpectando; eamque occaſionem negligendo interim, qualem deinde haud facile eſſent adepturi. repugnante tamen Aarone, nihilque ſe praeter imperatoris mandatum acturum affirmante, ipſe etiam quieuit. Abra-

μ) ZON.: *Eo per ſex dies facto, cum Turcorum dux* (ὁ Ἀλιμ, omiſit interpres) *Arzenos fortiſſime ſe defendere nec obſidione capi poſſe cerneret, igni eos ſuperare inſtituit, quo aedibus iniecto, cum incendium vndique ſaeuiret, ciuibus in fugam verſis, barbari oppido potiti, multum auri et aliarum opum inuenerunt, quas flamma non abſumſerat. Inde iterum contra Romanum exercitum properarunt.*

37. CEDR. T. II. p. 773. Zon. T. II. p. 256, 257.

Imp. CONSTANTINO Monom.

a. C. 1048.

Abramius non ex animi ſententia ſuccedente negotio, cum vicum expugnare non poſſet, opibus praedaque ſpretis, ignem domibus iniici iubet. Statim Turci faces materiamque ignis capacem in domos coniiciunt: et coorto vndique incendio, Artzeni, cum igni ſimul et hoſtibus reſiſtere non poſſent, ad fugam inclinant. Ferunt, periiſſe ibi hominum ad centum quadraginta millia, partim ferro caeſorum, partim igni abſumtorum. Cum enim capto vico de ſalute deſperarent, multi ſe, vxores liberosque ſuos in ignem coniecerunt. Artze ad hunc modum potitus Alimus, auri plurimum et aliqua vtilia ferramenta inuenit, quae ignis non corruperat. equos item multos et alia iumenta adeptus eſt: armatoque, vt par erat, ſuo exercitu, abduxit inde, Romanum quaerens exercitum.

§. 60.

v) Romani autem, cum iam Liparites ad eos veniſſet, a dicta munitione deſcenderant in planitiem, ad radices collis, cui Capetrum caſtellum eſt impoſitum. Aduentantibus ergo Turcis diſſipato agmine, rurſum conſuluit Ambuſtus, vt in diſperſos et nullis adhuc ordinibus inſtructis vagantes, fieret impetus: ſed Liparites a pugna abhorrebat, quod ſabbathum inter dies atros atque infauſtos haberet. Erat autem tum ſabbathum dies decima octaua Septembris, indictione ſecunda. Sed Abramius ex praecurſoribus intelligens, quo loco Romani caſtra haberent, vtque quieſcerent, compoſito ad pugnam agmine ad eos acceſſit. Quod Romani videntes, ipſi quoque inuiti ordines inſtruxerunt. dextro cornui Ambuſtus, laeuo Aaron praefectus, Liparites mediam ducebat aciem.

v) ZON.: *Cum Liparites cum Iberibus iam adeſſet, ſub veſperam commiſſo ad Bulytum proelio, Alimus et Choroſanes, alter barbarorum dux, cum ſuis conuerſi fugerunt: Romanis eos ad multam noctem perſecutis. Liparites vero in alio cornu pugnans ab hoſtibus captus fuerat. quem dum Romani in caſtra reuerſi diu exſpectant, caſus illius ignari, quidam nunciat, captum ab hoſtibus feſtinanter abduci. Quo cognito, illi in moerore erant, barbari vero Liparitem ad Sultanum perduxerunt.*

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1048.

Ambuſto oppoſitus erat Abramius, Aaroni alter ducum Turcicorum *Choroſanites*, Liparitae *Aſpam Selarius*, Abramii ex altero duntaxat parentum frater.

38. Proelium initum eſt ſolis iam imminente occaſu: et cum Ambuſtus, tum Aaron, vterque ſibi oppoſitos hoſtes fuderunt, atque vſque ad galli cantum perſecuti ſunt. Liparites autem patruelem ſuum occubuiſſe aegre ferens, dum impetum vehementiorem dat, equo ſuo occiſo capitur. Romani a perſecutione reuerſi, ab equis deſcendunt, vnaque voce Deo pro victoria agunt gratias, et cantant: (Quis Deus ita magnus, atque Deus noſter? . Liparitamque exſpectant, quem et ipſum putant inſequendis hoſtibus ſe dediſſe. Cum autem nullus compareret, ſollicitudo eos incellit, incertos quidnam ei eueniſſet. Haerentibus eis, venit quidam, qui ſub Liparita tum militauerat, eumque victum et captum nunciat: vtque Abramius a fuga reuerſus, et cum ſuo coniunctus fratre germano (nam Aſan in pugna ceciderat) accelerato itinere, abducto ſecum Liparita et captiuis Iberis, redierint Caſtrocomium. Duces Romani ad eum obſtupuerunt nuncium: nocteque ea inſomni exacta, orta luce conſultarunt, quid potiſſimum agerent: placuitque domum reuerti. Itaque Aaron cum ſuo exercitu Ibanem rediit, quae eſt Baaſpracaniae metropolis: Catacalon ſuos Anium reduxit. Caeterum Abramius Liparita capto contentus, et huius ſucceſſus cauſa hominum ſeſe feliciſſimum deputans, omnibus aliis curis omiſſis, magnis itineribus ad *Re* quinque dierum ſpatio peruenit: atque inde diſcedens, rei feliciter geſtae nuncios ad Sultanum mittit, Liparitam captum indicantes. Sultanus ſimulata laetitia ob captum tantum virum, interim tantam fratri rei gerendae felicitatem inuidens, aſſidue de eo tollendo cogitauit, anſamque captauit

§. 61.

ξ) Imperator Liparitam captum eſſe audiens, totus in hoc fuit, vt eum liberaret. Miſſo itaque ad Sultanum Georgio Droſo, ſcriba

ξ) ZON.: *Imperator autem liberandi illius cupidus, magnam pecuniam eius redimendi ergo, et munera Sultano miſit, petens,*

38. CEDR. T. II. p. 774, 775. Zon. T. II. p. 257.

ſcriba Aaronis, cum muneribus pro redimendo eo pretioſis, ſimul et hunc ſibi reddi, et pacem componi poſtulat. Sultanus acceptis legatis, vt magnificus videretur potius rex, quam qui bellum componaretur, pro dono imperatori mittit Liparitam: et quae eius redimendi cauſa imperator miſerat, accipit quidem, ſed omnibus iis Liparitam donat, hortatus, vt eius in poſterum diei memoriam coleret, neque contra Turcos arma ſumeret.

Legatus Sultani fuit ad imperatorem is, quem ipſi *Seriphum* vocant: cuius ea eſt ad ipſorum *Chalipham* ratio, quae antiquitus ſyncelli ad patriarcham. huic enim mortuo ille ſtatim ſuccedebat. Is ergo Seriphus Byzantium profectus, et ad colloquium imperatoris admiſſus, cum multa alia ſuperbe ac iactanter dixit, tum id quoque poſtulauit, vt Romani ſe ſtipendiarios Sultano facerent. et cum videret, imperatorem eo nequaquam inclinare, re infecta domum rediit. Exinde a Sultano bellum exſpectans Monomachus, operam dedit, vt quae finitima erant Perſarum regno, communiret.

vt Turci cum Rom. foedus ferirent. Cui Sultanus Lipariten gratis reſtituit — hortatus, ne in poſterum contra T. a. ſ. atque ipſe etiam legatum ad imperatorem miſit, quem illi Seriphen vocant — rediit. Qua de cauſa iratus Sultanus, ipſe Romanos aggreſſus eſt. eoque tempore Turcica gens longius progreſſa totum Orientem ſubegit, et vsque ad continentem Byzantio obuerſam proceſſit. Ac ita ſe res Turcicae habuerunt.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

CAPVT VII.

Iteratae Turcorum in orientales Romanorum prouincias irruptiones; ab a. C. 1050 – 1067.

§. 62.

a. C. 1050.

39. SVLTANVS ob contemtos ſuos legatos et conſiliorum aduerſos euentus fremens, cum omnibus ſuis copiis in Romanam ditionem intrat. Cum vero vsque ad Comium perueniſſet, nihilque memorabile agere potuiſſet, quod incolae ſe et res neceſſarias caſtellis, qualia per Iberiam et plurima ſunt et munitiſſima, mature incluſerant: vlterius progredi non auſus, quia Romanas copias audiebat Caeſareae colligi, rediit ira flagrans, magnumque aliquod facinus edere cupiens.

§. 63.

39. CEDRENVS T. II. p. 780. p. 778, 779. haec habet: *At vero Sultanus ob irritam legationem iratus, contractis e Perſide et Babylonia copiis, bellum in Romanos mouet. Id cum auditu praecepiſſet Monomachus, cum ſuas copias opponere hoſti ſtatuit, tum quindecim millia Patzinacarum armat: iisque duces quatuor de Patzinacis Byzantii degentibus praeficit.*— Hi, ad Damatryn progreſſi, rebellione facta in Europam redeuntes, ſe ſuis popularibus ad Iſtrum degentibus adiungunt. His enarratis Cedrenus pergit. *Haec dum in occidente geruntur Sultanus ob* &c. Zonaras T. I. p. 259. rebellionis Patzinacarum mentione facta, *Sultanus vero,* inquit, *Romanas vrbes et prouincias infeſtare non deſtitit, aliis direptis, aliis vaſtatis, aliis ſuo regno adiectis.* Glycas p. 320. *Ab eo tempore* [diſiecta rebellione Leonis Tornicii, poſt a. M. 6552.] *non deſierunt in oriente Turci, ad occidentem Patzinacae praedas agere ac Romanos bello petere.*

a. C. 1050.

§. 63.

Poſtquam [Sultanus] in Baaſpracaniam venit, atque ibi etiam omnia muris defendi vidit, animum ad oppugnationes appellit: ac primo omnium *Mantzikierte* [a]) aggreditur. Vrbs eſt Mantzikierte in planitie poſita, triplici muro circundata, multisque intus fontibus irrigua: tum quoque rerum neceſſariarum inuexerant oppidani copiam. Hanc vrbem ſe, quod locus eam adortu facilem faceret, non magno expugnaturum ratus negotio, Sultanus, vallo proxime defixo, omnis generis machinis tentat, ac per triginta dies absque vlla intermiſſione oppugnat. Praeerat ei vrbi Baſilius patricius a Capa, homo prudens ac peritus. eius induſtria factum, vt, qui in vrbe erant, oppugnantes fortiter repellerent.

Iam de re, quam fruſtra ſibi videbatur conatus, omittenda et obſidione ſoluenda cogitantem Sultanum *Alcan* Choraſmiorum dux [b]) rogat, vt adhuc vnum diem perſeueret, ſibique oppugnationem mandet. quod perlibenter conceſſit Sultanus. Prima luce Alcan omnibus ſuis collectis, Sultanum et illuſtriſſimos Turcorum in tumulo quodam iuxta portam orientalem ſpectandi cauſa collocat, atque ipſe ad eam portam cum machinis ſubit. videbatur enim eo loco murus vrbis humilior ac infirmior, locusque oppoſitus aliquando editior oppugnationem adiuuare: quia intra muros qui eſſent, deſuper telis impeti ab oppugnantibus poſſent. Ergo in duas partes exercitum ſuum diuidit, quarum vna editiore illo loco ſtaret, continenterque ſagittas eiacularetur. alteram ligonibus bidentibus aliisque ruſticis inſtrumentis armatam leſas (tabernaculi genus 40.
eſt leſa, ex viminibus contextum, ac ſuperne corio bubulo inductum, quod a columnis ſuſtinetur, quarum baſibus rotae ſunt ſubiectae) ſubire, easque paulatim impellere, muroque ſub iis ſuccedere et tutos iſto tegmine fundamenta omni vi ſubruere iubet: animi certus, ob ſagittarum nimbum neminem auſurum de muro proſpicere, atque ita ſe murum expugnaturum ſomnians. Haec de

a) Μαντζικιερτι.

b) Αλκαν ὁ των Χωρασμιων ἡγεμων.

40. CEDR. T. II. p. 781.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1050.

de muro cernens Baſilius [c]), iis, quibus murorum defendendorum munus incumbebat, mandat, vt ſe contineant, neque quisquam ſe exſerat: ſed in promtu habeant grandia ſaxa, ſagittas aliaque miſſilia, et exſpectent ſignum, quo dato (erat autem teſſera, Chriſte iuua) rem gerant. et habebat ad rem hanc paratas trabes maximas inferne acutas. Interim Alcan, cum Turci grandinis in morem emiſſis ſagittis propugnatores viderentur abegiſſe, paulatim leſas muro admouet. Quae cum ita acceſſiſſent, vt iam retro abire nullo modo poſſe viderentur, ſubito dato a Baſilio ſigno ii, quibus negotium erat commiſſum, trabes leſis iniiciunt, alii miſſilibus et lapidibus impetunt. itaque leſa, qua ipſe Alcan tegebatur, pondere impactorum ſubuerſa tectos nudauit: qui vndique lapidibus et ſagittis impetiti, cum opem ferre nemo poſſet, omnes perierunt. Alcanem ſplendore armorum agnitum fortes duo iuuenes porta vrbis exſilientes, crinibus comprehenſum in vrbem pertraxerunt: cui ſtatim caput amputauit Baſilius, idque in Turcos eſt iaculatus. Sultanus, grauiſſimo dolore ob eam cladem percepto, caſtra mouet, fingens ſe neceſſariis quibusdam rebus vrgentibus domum auocari, minatusque inſequenti vere ſe maioribus cum copiis in Romanos expeditionem facturum.

§. 64.

[Qua de re imperator ſollicitus, Nicephorum eunuchum cum exercitu in orientem mittit. Qui] vsque ad *pontes ferreos* (loci
41. hoc nomen) et *Cantzacium* [d]) progreſſus, in Turcos quidem non incidit: hi enim in planitie Perſarmeniae caſtra metati, duce *Abimelecho*, Cuthmuſi fratre, cum de Romanorum graui expeditione nuncium accepiſſent, non auſi eorum aduentum exſpectare, domum abierant.

§. 65.

c) ὁ Αποκαπης, ita et paulo inferius vocatur.

41. CEDR. T. II. p. 782.

d) ἄχρι της λεγομενης σιδηρας γεφυρας και τȣ Καντζακιȣ.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

§. 65.

a. C. 1052.

SVLTANVS cum, vt diximus [e]), fratri ſuo Abramio ſuccenſeret, adſiduas eius vitae deinceps ſtruxit inſidias. quod ſentiens Abramius, ad Cutlumuſum aufugit, ſuum conſobrinum: et illo adiuuante bellum Sultano facit. qui cum iis congreſſus proelio apud Paſar [f]), victor Abramium comprehenſum necauit. Cutlumuſus fugiens cum ſex millibus et *Melecho* Abramii filio per legatos petit ab imperatore, recipi in fidem ſocietatemque Romanorum: profectusque in Perſarmeniam ad *Carſi* [g]), reſponſum legatorum exſpectat. interimque Carſe oppugnans, demta arce, capit. 42

§. 66.

Hunc a tergo inſequens Sultanus cum ſuis copiis, in Iberiam venit: ideoque Cutlumuſus ad Sabam et Arabiam felicem fugit. Sultanus in Iberia obuia quaeque populando atque incendiis vaſtat. Itaque celeriter imperator Michaelum Acoluthum [h]) ex occidente reuocatum in Iberiam mittit. Qui cum eo veniſſet, collectis per Chaldiam ac Iberiam diſperſis Francis ac Barangis, compeſcere quocunque modo graſſationes Sultani conatur. Sultanus celeri huius aduentu cognito, ſentiensque velle illum exercitu collecto ſecum pugna congredi, reputans, id quod res erat, vtrumque ſibi ignominioſum fore, ſiue vinceret imperatoris miniſtrum, ſiue ab eo vinceretur, caſtris motis omni cum exercitu ſuo ad Tabrezium abit.

§. 67.

Imp. THEODORA.

Imp. THEODORA.

a. C. 1054.

THEODORA, auito imperio potita, ſtatim — Domeſticum orientis ſcholarum creat Theodorum, et in orientem ad graſſationes Turco- 43

42. Id. ibid p. 788, 789.

e) Supra §. 60.

f) Cf. ſupra §. 55.

g) τὸ λεγόμενον Καρσε.

h) Codinus de Offic. cap. 5. Ὁ Ἀκόλουθος εὑρίσκεται μὲν ἔνοχος τῶν Βαράγγων ἀκολουθεῖ δὲ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν, μέσον. διὰ τοῦ τοῦτο καὶ Ἀκόλουθος λέγεται.

43. CEDRENVS T. II. p. 791. Glycas p. 322. qui omnia vt Cedrenus.

Imp. THEODORA.

a. C. 1054.

Turcorum cohibendas mittit: praefectura caſtrorum ademta magiſtro Iſaacio Comneno. Etenim Monomachus omnes Macedonicas legiones in orientem traiecerat, ducibus omnibus Macedonibus, e quibus fuit etiam Bryennius. nam inter Turcos ferebatur rumor, eſſe in fatis, vt gens Turcica a tali opprimatur exercitu, quali vſus Alexander Macedo, Perſas ſubegit.

Imp. MICHAELE *Strat.*

§. 68.

Imp. MICHAELE *Stratiotico.*

a. C. 1056, 1057.

44. BRYENNIVM — ab exſilio reuocauit [Michael], ac Cappadocibus praefecit, plenoque cum imperio Macedonicis legionibus praepoſitum in Turcos emiſit. Etenim Turcus quidam, *Samuchus* i) nomine, obſcuris natalibus, ſed bello egregius, ſub Sultano militans, cum is alteram in Romanos impreſſionem fecit: eo in Perſidem reuerſo, cum tribus millibus locum tenuit, atque hinc inde vagans in planis atque humilibus maioris Armeniae locis ſubitis incurſionibus ditionem Romanam vexabat.

§. 69.

45. [ERBEBIVS Francopulus] qui vir in Sicilia Maniacae in bello ſocius fuerat, [vt magiſterii honore ornaretur ab imperatore petens, cum repulſam tuliſſet,] de vindicta cogitauit: commeatuque domum abeundi ab imperatore impetrato, in orientem tranſiit, ac domum ſuam Dabaramam in Armeniaca ſitam prouincia ſe contulit: et re cum quibusdam Francis communicata, ibi in hiberna diuiſis, trecentis eorum corruptis in Mediam abiit iis comitatus, et cum Samucho, tunc ibidem degente, belli in Romanos gerendi ſocietatem coiit.

Ea ſocietas cum aliquamdiu duraſſet, offenſae inter Francos et Turcos inciderunt, ac nationes inuicem ſibi inſidiari coeperunt. Ac

44. CEDRENVS T. II. p. 794. 45. Id. ibid. p. 794—796.
i) Σαμυχ.

Ac Samuchus quidem pactis ſe ſtare ſimulabat. Erbebius vero ſemper in ſuſpicionibus erat, ſubitumque Turcorum aliquem in ſe impetum exſpectabat: ideoque ſuos hortabatur, ne ſecure, ſed armati ſemper dormirent. interim tamen Samucho nullum praebebat ſuarum cogitationum indicium. Tandem Samuchi inſidiae eruperunt. et quadam die omnibus ſuis Turcis armatis, prandentes Francos adoritur: quorum hi aduentum ſentientes, ſtatim in equos, quos ducis iuſſu ſemper paratos habebant, inſiliunt, et Turcis occurrunt: proelioque acri facto, Turci cum aliquamdiu reſtitiſſent, pelluntur, maiorque eorum pars occiſa, reliqui pedites nudique in vrbem Chleat fuga euadunt.

§. 70.

Erbebius, a perſecutione hoſtium reuertens cum ſuis, ſuadebat, vt in caſtra ſe reciperent. verum ii vrgebant, vt in eandem vrbem (nam cum eius Amera ſocietas ac pactum ipſis intercedebat) intrarent, in qua recreare ſe et in balneo cruorem belli abluere poſſent. Vehementer inſtabat contra Erbebius, atque obſecrabat, vt hanc cupiditatem deponerent, neue nimium fiderent iuriiurando hominum diuerſae religionis ac nationis, et quibus perſuaſum eſſet, ſe piiſſime agere, ſi multos Chriſtianos interimerent. Sed cum, omnibus in eadem ſententia manentibus, ſurdo fabulam narraret, tandem cum ipſis in vrbem ingreditur, multis eos obteſtatus, vt ſibi nunquam non cauerent, ſemperque arma ad manus haberent. Sed Franci, Chleat ingreſſi, poſthabitis Erbebii monitis, ad lauacra pocula et conuiuia ſe contulere. Interim vrbis Ameras Aponaſar, re cum Samucho et Saracenis ibi degentibus communicata, hoſpitibus peregrinorum mandat, vt, dato ſigno, hoſpites ſuos comprehendant, ac vinciant: aut, ſi id fieri non poſſit, occidant. Poſtquam Franci, deliciarum ſaturi, ſomno ſe dederunt, ſignum datur: et eorum alii ſtatim occiduntur, alii capiuntur, quidam etiam de muris foras deſilientes euaſerunt: Erbebius captus eſt, et in vinculis aſſeruatus. His ita actis, Ameras imperatori per internuncios ſignificat, ſe ei fauere: et qui ipſius rebus inſidiati fuiſſent, eos ſe perdidiſſe, ducemque horum captum detinere.

Imp. ISAACIO Comn.

§. 71.

Imp. ISAACIO *Comneno.*

a. C. 1057.

46. COMNENO — adepto imperium, Turcorum natio orientem premere, Patzinaci vero occidentem.

Imp. CONSTANTINO Duca.

§. 72.

Imp. CONSTANTINO *Duca.*

a. C. 1059 — 1067.

47. a) [IMPERATOR Conſtantinus Ducas cum] re militari neglecta, nimium ſe otio dediſſet; res orientis, praecipue loca in finibus Romanorum ab hoſtibus agi, ferri ac diripi, et omnia vaſtari, et Turcorum excurſionibus, oppreſſione ac violenta fuga et terrore neglectorum militum; continentes enim fiebant incurſiones, crebrae direptiones, et quaecunque occurrebant hoſtibus, euertebantur, et idcirco felix Iberiae regio omnino deſolata fuit, et prorſus deleta, iam ante confecta et imbecillis, ac ſenſim deſerta et corrupta. Atque huius mali participes erant Meſopotamia et Chaldaea, et inſuper Melitene et Colonia, et loca ad fluuium Euphratem ſita. quin etiam Armenia et Baaſpracania, ac niſi ſaepe exercitu, et interdum ſola fama copiarum compreſſi fuiſſent barbari, et quidam ipſorum duces, *Choroſalarius* et *Samuch*, bona quadam fortu-

a) GLYCAS: *Erat — Ducas nulla alia re magis occupatus, quam vt ſemet exerceret in orationibus eius generis, quibus vtuntur ſecretarii principum, itemque forenſibus et ſycophanticis — deſerto rerum bellicarum ſtudio, —. Ea res Turcos incitauit, vt Romanorum fines inuaderent, citraque periculum omnia paſſim agerent, ferrent.*

46. SCYLITZES [Cedr. T. II. p. 854.].

47. Id. [T. II. p. 814. 815.] et p. 855. haec habet: Conſtantino Duca imperante *Orientem Turci vexabant, iis malis, quae quotidie aucta nulla ex parte remittebantur.*

Imp. CONSTANTINO *Duca.*

fortuna commiſſo proelio cladem accepiſſent, etiam vſque ad Galatiam et Onoriadam atque ipſam Phrygiam aduerſarii excurriſſent: mittebatur enim exercitus, male inſtructus et inermis —. quibus rebus effectum eſt, vt Romani imbecilliores redditi terrore complerentur: barbari vero inflati animo efferrentur, et multa confidentia irruptiones facerent.

§. 73.

Cum etiam ad Anium miſſus fuerit dux Armenius quidam, nomine Pancratius, pollicitus, res ad exercitum, qui ibi aderat, ſpectantes ſe pro virili parte adminiſtraturum: quum vero Sultanus illac iter faceret, neque tamen Romanorum regionem vexaret; quidam ex iis, qui cum Pancratio erant, erumpentens, extremum agmen Sultanici exercitus laedebant, et caedebant. Quibus de cauſis Sultanus grauiter indignatus, vlterius progredi deſiſtens, ad Anium reuerſus eſt, et paucis diebus tum ipſum Anium, tum finitima omnia loca in ſuam poteſtatem redacta, et praeſidio munita, ac ducibus idoneis tradita, Romanorum exemit imperio.

§. 74.

Imp. EVDOCIA cum liberis.

a. C. 1067.

Imp. EVDOCIA cum liberis

TVRCI — orientis regionem percurrentes, rurſus eas Romanorum copias, quae ad Meſopotamiam erant, ſed maxime eas, quae ad Melitenem caſtra poſuerant, obſidebant; quae commeatus indigentes, et iis cibis, qui ſibi frequenter ſuppeditari conſueuerant, 48.

 priua-

48. SCYLITZ. [Cedr. T. II. p. 818, 819.] Zonaras T. II. p. 275, 276. qui breuius ita: *Barbari orientem diripere ſoliti, Romanas prouincias incurſare et in dies vexare non deſiſtebant, militibus, — tenacitate imperatoris et imminutis et afflictis. Quod ſi qui adhuc reſtabant militiae dediti, ii propter negata ſolita ſtipendia minime erant alacres ad confligendum cum hoſtibus. Vnde barbari alias Meſopotamiae imminebant, alias Melitenes confinia vaſtabant, alias Ciliciae nocebant, alias Cappadociam inuadebant, nonnunquam etiam Coeleſyriam.*

Imp. EVDOCIA cum liberis.

a. C. 1067.

priuati, inopia conflictabantur, ac miſere degebant, ad haec irati ob rerum inopiam cum indigenis militibus coniungi ac fluuium Euphratem cum ipſis tranſire nolebant. Aduenientibus igitur Turcis, quum ſoli Meliteni reſtitiſſent ſine ipſis, facile a barbaris procul iaculantibus laedebantur, et vulnera accipiebant, quum illi nihil detrimenti acciperent, quoad coacti ad fluuium fugerunt, et ad pugnandum conſtitere vel inuiti, et terga dare vi compulſi ſunt. Quumque ſuperati eſſent, multi ex ipſis ceciderunt, quidam a barbaris viui capti, reliqui in vrbem Melitenem ſe incolumes receperunt. Quos barbari contemnentes, veluti debellatos et imbecilles, percurrunt vſque ad Caeſaream, omnia diripientes et euertentes, atque igne ſuccenſo cremantes; impetu quoque facto in magni ac celeberrimi Baſilii templum, omnia incendunt, et ſacra diripiunt; et irrumpentes ipſius ſancti ſepulcrum, ſanctis eius reliquiis nihil detrimenti inferre potuerunt: erat enim diligenter praemunitum, et circumſtructa aedificia ita corroborata, vt ad demoliendum diuturno tempore indigerent. oſtia vero, quae foraminibus appoſita fuerant, auro et margaritis elaborata pretioſisque lapidibus, adimunt: omnibusque ſublatis ornamentis inde proficiſcuntur, multis interfectis Caeſarienſibus, temploque polluto.

§. 75.

Inde reuerſi tranſeunt per anguſtas vias ad Ciliciam ducentes, ita vt nemo praeſenſerit ipſorum aduentum. quumque repente comparentes Cilicas multo terrore compleſſent, multam eorum, qui ſibi occurrerant, caedem fecerunt. Diutiusque in iſta prouincia commorati quum eam vexaſſent, ſpoliis ac praeda et captiuis multis potiti, ad Chalep ſe recepere, a quodam transfuga, *Amerticek*) nomine, eo perducti, qui Romanis infeſtus erat. et imperante ſene Michaele, ad eum transfugerat, magnaque dona et honores ac praemia conſecutus fuerat; ſed apud imperatorem Conſtantinum Ducam accuſatus, quod ipſum gladio interfecturus eſſet; hac de cauſa perpetuo fuerat exſilio condemnatus: verum quum rurſus reuocatus aduerſus Turcos miſſus eſſet, tunc ob rerum,

quae

k) Αμερτικη, de quo vide et infra §. 81.

Imp. EVDOCIA cum liberis.

a. C. 1067.

quae ad victum neceſſariae ſunt, inopiam, ſeſe Turcis adiunxerat, et regionem peſſime vexabat.

Coniuncti igitur Turci et Chalepitae, inita inter ſe ſocietate,
Antiochiam Syriae eiusque finitima loca male vexarunt, caedentes,
comburentes, diripientes, depraedantes, captiuos abducentes, et
peſſima quaeque perpetrantes. Nam et aduerſus ipſos coacti fue-
rant idonei exercitus, Nicephoro Botaniate duce, ſed auaritia et
ſegnities rurſus effecere, vt omnis labor irritus eſſet. neque enim
integer commeatus, ſed mediocris quaedam pars illis tradita, mi-
litibus torporis cauſa fuit. qui accepto quod ſibi datum fuerat, in ſuam
quisque patriam diſſipati ſunt, ac rurſus barbari regionem incen-
dere, et ſine metu percurrere. Exiguas vero iuuenum copias, qui 49.
modo e ſuis domibus, vbi educati fuerant, prodierant, paruis ac
minimis ſumtibus coactas Antiochiae duci tradiderunt, qui aliquod
quidem facinus perpetrare cupiebant, ſed belli imperiti, et ſine
equitatu ac fere inermes et nudi, quum ne quotidianum quidem
victum haberent, intolerabilia multa paſſi, in patriam ſuam ſine
gloria reuerſi ſunt, quos dux Botaniates cum ſuis protectoribus et
quibusdam externis copiis facile potuit repellere. Verum quum
ille abdicatus eſſet magiſtratu, barbari longe audaciores effecti ſunt,
commeatus inopia plurimum ciuitates opprimente, et aliarum re-
rum, quae ad victum vſui ſunt, indigentia.

49. SCYLITZ. [Cedr. T. II. p. 820.]

CAPVT VIII.

Prima imperatoris Romani Diogenis contra Turcos expeditio. a. C. 1068.

Imp. RO-MANO Diog.

a. M. 6576. Indict. 6.

§. 76.

Imp. ROMANO *Diogene.*

a. C. 1068.

50. a) DVOBVS exactis [in imperio] menſibus, orientis cura ipſum (Romanum Diogenem) cepit, et vltionis iuſtitiaeque zelus delicias et animi mollitiem, quae in vrbe regia inerat, vicit; quod quidem omnes perculit, celer videlicet apparatus et ordo, quem maxime neceſſario requirebant res Antiochiae, et Ciliciae, excurſionibus, quas ſuperius diximus, defatigatae, et in extrema adductae diſcrimina. Ad partes autem magis boreae ſubiectas ipſe Sultanus cum omni exercitu irrupit, graues ſecum copias

a) ZONARAS: *Cum — orientalia male ſe haberent, atque alia deſperata eſſent, alia deſperationi propinqua: expeditione denunciata, imperatorium tabernaculum in regione orientis Byzantio obuerſa figit, duabus de cauſis: tum vt barbarorum incurſionibus prohibitis, ſubditorum, quantum res ſineret, ſaluti conſuleret; tum vt gloriae occaſionem captaret, nec imperatricis mancipium, ſed ipſe imperator eſſet. Relicta igitur regia, in orientem traiecit, nec iuſto exercitu educto, et eo ipſo, quem educebat, armorum, equorum et rerum neceſſariarum inopia*

50. SCYLITZES [Cedr. T. II. p. 822, 823.] Zonaras T. II. p. 278. Glycas p. 327. Conſtant. Manaſſ. p. 132.

Imp. ROMANO Diog.

pias, et quibus reſiſti nequiret, adducens. et ad fines Romanorum autumno acceſſerat, vt ibi hiemaret, et ineunte vere, vt ex propinquo poſſet inuadere et penitus Romanorum res euertere ac demoliri. Imperator autem adducens exercitum, non qualem decebat Romanorum imperatorem, ſed qualem praeſens occaſio praebuit ex *Macedonibus*, et *Bulgaris*, et *Cappadocibus*, et *Vzis*, et aliis, vt fors tulerat, nationibus, inſuperque e *Francis* et *Barangis*, ſtudioſe iter arripuit, et coacti ſunt imperatoris iuſſu omnes, qui erant in Phrygia, ſeu prouincia orientalium. vbi cernere poterat neſcio quid incredibile, celebres illos anteſignanos Romanorum, qui omnem et orientem et occidentem in ſeruitutem redegerant, ex paucis viris collectos, iisque paupertate et vexatione demiſſis, atque omni armorum genere ſpoliatis — et bellico equitatu alioque indigentibus apparatu. — Haec iis, qui aderant, cernentibus cauſa erant, vt multum deſponderent animum, et metuerent; — quum maiores natu et veterani milites et periti carerent equitatu, et inermes eſſent, tirones autem imperiti, neque bellicis certaminibus aſſueti. ad hoc aduerſarios quoque maxime ſtrenuos et audaces ad

laborantes. Nam exercitum longo tempore per ſocordiam neglectum ſubito in integrum reſtitui non expeditum erat. GLYCAS: Romanus Diog. *vbi de ſtatu orientis accepiſſet, exercitum contra Turcos duxit. Quumque Sebaſteam perueniſſet, ac hinc inde cum copiis itaret: magna de Turcis tropaea ſtatuit, indeque reuerſus ad vrbem imperatoriam, vſitatis largitionibus, quas rogas vocant, in ſenatum populumque factis, rurſus ad expeditionem ſe comparauit, ne paſchalibus quidem diebus in vrbe moratus.* reliqua ad §. 89. affero. CONSTANTINVS MANASSES: *Romanus — excitato aduerſus Agarenos animo, vindice gladio in eos ſtricto, terra cadaueribus ipſorum, velut manipulis, conſtrata, vndis eorum ſanguine tinctis, quae Romanorum fortitudo ac virtus foret, et quos lacertos in proeliis haberent, oſtendit. — Iam Diogenes in aduerſum Byzantio littus traiecerat, totis viribus inuaſurus et mactaturus lupos, in ſacrarum et Chriſtianarum ouium caulas proſilientes ac graſſantes: quum columba quaedam alicunde aduolans placido alarum motu, ad ipſius genua ſeſe demiſit. — Eam alitem imperator, ratus augurium laetum eſſe, ad imperatricem mittit.*

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1068.

ad ſubeunda belli pericula, et ſtabiles atque peritos et idoneos norant.

§. 77.

β) Ex omni igitur parte anceps et ſollicitus imperator, tamen communis vtilitatis cauſa ſtatuit, quantum in ſe erat, contra hoſtes inſtrui, eorumque ex aliqua parte ingentem impetum comprimere, et aduerſarios quidem ignaros, quibus malis domi vexa-
51. retur ac premeretur imperator, repentinus ipſius conatus et aduentus magis perterruit, ratos, vt poſtea didicimus, hominem hunc periculorum nullam rationem habiturum; ſed verno tempore aduenturum, auctoremque fore, vt rurſus Romana res eſſloreſcat, et paria hoſtibus rependat. Quibus de cauſis Sultanus receſſit. verum diuiſa haud exigua exercitus manu in duas partes, alteram in Aſiam ſuperiorem ad Iſtrum a) [Auſtrum] magis ſitam emittit, alteram ad partes magis Aquilonares.

§. 78.

Imperator autem ſuis, quantum licuit, confirmatis, omni poteſtate, et dignitate, ac muneribus, et bono animo eſſe iuſſis, manipulorumque ductoribus, et optimis praefectis vnicuique legioni diligenter attributis, breui tempore idoneum contraxit exercitum: et cum ipſo in Perſas alacrius proficiſcebatur. Vt vero Borealis exercitus imperatoris ſucceſſibus fauit, ſtatuit deinceps Diogenes in partes Auſtrales

β) ZONARAS: *Militibus igitur hoc modo affectis, in orientali prouincia, quae Phrygiae pars eſt, congregatis, quum hoſtes cognouiſſent, ipſum imperatorem adeſſe: cumque talem, qui pericula pro ſuis adire haud reformidaret, virum bellicoſum et robore immenſo praeditum (neque enim, vt exercitus ſe haberent, accurate nouerant barbari) caute agendum eſſe rati, acie decernere recuſabant. Vnde Sultanus — Aquilonares. Ii obuia quaeque populati, ac Neocaeſaria ſubita incurſione vaſtata* [vid. §. 79.] *manubiis graues inde receſſerunt.*

51. SCYLITZES [Cedr. T. II. p. 824.] Zonar. T. II. p. 278, 279.

a) εἰς τὴν Ἀσίαν τὴν ἄνω [illegible]

Imp. RO-
MANO
Diog.

ſtrales eos inuadere, qui Coeleſyriam, et Ciliciam ipſamque Antiochiam praedabantur, relictaque via, quae recta ducit Coloniam et Sebaſtiam, ad Lycandi regionem acceſſit aeſtiuo tempore: autumno enim cogitabat in Syriam inuadere, ne forte aeſtu vexatus exercitus, parum proſpere res gereret, et detrimento haud mediocri afficeretur.

§. 79.

Interea Turci Neocaeſaream ex improuiſo adorti euerterunt, et multorum virorum opumque potiti ſunt, abducta maxime ingenti ſpoliorum praeda γ). Quod quum ad aures imperatoris accidiſſet, multam illi caſus hic animi ſollicitudinem attulit, quod, quamuis cum exercitu prodiiſſet, nihilominus hoſtes regionem ſuam, ſe inſpectante, vexarent. 'Tandem copias per ſemitas acceſſu difficiles, veluti habenis a tergo retractis, reduxit b). Quumque Sebaſtiae appropinquaſſet, militaria impedimenta et omnes pedites ibi reliquit cum priuigno ſuo Andronico, qui ſecum aderat, quem delectum imperatorem vt pignus ipſe habebat, vel collegam, vt, ſi quis repentinus caſus exigeret, is res adminiſtraret. Ipſe vero cum expeditioribus a tergo perſequebatur hoſtes, per multos et celſiſſimos colles, et per Tephricem et Argaum in ipſos inuadere ex obliquo feſtinabat. Quare quum nec opinantes adortus eſſet, ſuique aduentus fama omnes deterruiſſet, ſtatim cauſa fuit, vt illi in fugam verſi terga darent: quorum caedes haud multa facta eſt; quippe quum ante defatigati eſſent milites imperatoris locis inuiis: 52.
ſed viui capti ſunt multi, quibus tamen vita minime profuit, quod gla-

γ) ZON.: *Quo nuncio accepto, imperator dolens, expeditioribus militibus aſſumtis, per loca inuia et montoſa proficiſcitur, vt hoſtes anteuerteret. Quos ex improuiſo aggreſſus, perterrefecit omnes, vt ſtatim arrepta fuga, illic et praedam et impedimenta relinquerent: quorum caedes — milites imperatoris, longius eos perſequi haud potuerunt. Captiui tamen, et ſi quid aliud praedam explebat, in libertatem aſſerta ſunt omnia.*

b.) δι' ἀτραπῶν δυσβάτων. ἀπὸ ῥυτῆρος [*laxatis habenis*] κατόπιν ἤλαυνε.

52. SCYL. p. 825. Zon. T. II. p. 279.

Imp. RO-
MANO
Diog.

a. C. 1068.

gladio confecti ſunt. omnis vero aetas ab homine vſque ad iumenta in libertatem vindicata, imperatorem vno ore celebrarunt: ſiquidem ipſis quoque hoſtibus factum illud admiratione dignum videbatur, quomodo Romanorum imperator contra ſe profectus eſſet ita, vt impediri non potuerit, inſtar expediti et bellica virtute praeſtantis militis.

§. 80.

δ) Quum vero tribus tantum diebus Sebaſtiae exercitum quietis cauſa continuiſſet, iter arripuit, ea, qua ad Syriam pergitur, via: et per Cucuſi anguſtias in Germaniciam profectus, in regionem nomine Teluch inuadit, diuiſa prius haud mediocri phalange cum legionis praefecto, quam ad Melitenem cum duce miſit, vt orientem cuſtodiret, et inuaſionibus commorantium ibi hoſtium reſiſteret, quibus praeerat verſutus et bellicoſus vir nomine *Hapſinalius* c). idcirco imperator duci ipſi praeſtantiſſimos quosque exercitus tribuit, et Francos ipſos, homines caede gaudentes ac bellicoſos. Verum cum dux haud fortiter rebus vſus eſſet, metu ne vinceretur (erat enim prudentiſſimus et cautus, et valde cauens futurum), fere duplex bellum inuaſerat imperatorem talibus copiis priuatum. Saepe enim pronocantibus hoſtibus, vt e Melitene egreſſi pugnarent, vbi ne ſenſiſſe quidem ipſos nouerunt, ſed quieti et ſomno deditos, per obſcura loca progreſſi, clam imperatoris exercitum audacter adoriuntur d), et occurrentes maxime exiguae parti, ad emenda cibaria e) egreſſae, in ipſam irruerunt. illi autem, non ſuſtinentes impetum, ita fugerunt, vt nunquam ſeſe conuerterent. et fortaſſe periiſſet haud mediocris militum pars, neque contemnenda, niſi celeriter ipſis imperator, qui aduenerat, tuliſſet opem, et hoſtium impetum repreſſiſſet.—

δ) ZON.: *Inde Syriae iter ingreſſus, phalange vna Melitenam miſſa, Chalepum magnam et hominum et animantium praedam abduxit.*

c) Ἀψιναλιος.

d) ἀσυμφανως τε βασιλικε κατατολμωσι στρατευματος.

e) δι' ἀγοραν σιτιων.

a. C. 1068.

§. 81.

e) Sed imperator ita ſeruatus, ſeruato quoque exercitu, ad Chalep regionem cum omni exercitu caſtra poſuit, et antequam de equo deſcenderet, et *Scythas f)* et Romanorum haud paucos praedatum agros miſit. quod factum eſt, et adducti ſunt viri multi et mulieres multaque iumenta. Inde per hoſtilem terram progreſſus, tertia die Hierapolin peruenit. Quumque oſtendiſſet, velle ſe 53
aggredi exercitum, qui ibi morabatur, non auſi illi ſunt cum Romanis congredi, ſed leuibus quibusdam proeliis et irruptionibus bellum repudiarunt et Arabes et Turci ipſorumque praefectus *Amertices g)*, ad genus regium Perſarum originem ſuam referens. Obſidens igitur Hierapolin aggeribus, et e muro propugnationibus multaque eruptione, aduentitias exercitus copias nudas atque inermes dimiſit ad foedus percutiendum, interponente ſe in omnibus Petro Libelliſio, viro Aſſyriorum et Graecorum doctrinae peritiſſimo, ciuitatis Antiochiae alumno et filio, et inter ſuos principatum tenente. Ameras vero Chalep, id eſt Berroeae, cum Arabibus Turcisque coniunctus, manus cum imperatore conſerere ac dimicare ſtatuit: quumque intra vrbem captam eſſet imperator, et adhuc pro reliqua turris parte expugnanda dimicaret, aduerſus inſtructae binae acies, quae coërcerent aduerſarios, ad cuſtodiam diſſipatae ſunt.

Sunt autem circum Hierapolin planities maximae, equorum curſui idoneae, in quibus apparuerunt quidam Saraceni adequitantes, et praeter colles nihil eſt, quod ad montis altitudinem aſſurgat.

O 3 eſt

e) ZON.: *Inde Hierapolin Syriae, quum obſidionem pararet, per deditionem capit. Deinde quum barbari Romanarum copiarum partem ſuperaſſent, caeterorum nemo illis opem ferre ſtuduit, ſed imperator illo euentu cognito, in capta vrbe degens, celerrime victis ſuppetias iuit.*

f) *Bulgaros*, credo, et *Vzos*, quos ſecum ducebat Romanus Diogenes, vid. ſupra §. 76.

53. SCYLITZES p. 826. Zonar. l. c.

g) Eius et ſupra §. 75. mentionem factam vide.

h) καὶ δύναμιν ἀξίαν συνηγμένος omiſit interpres.

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1068.

eſt autem locus aeſtuoſus, et aqua tepida aëris inflammationis et aeſtus particeps: hoſtes autem, qui paulatim conſtitutis aciebus appropinquabant, rurſus receſſerunt; nam Machmutius Ameras aberat. verum leuibus quibusdam proeliis coëgerunt aliquos ex Romanis cedere, quod bis terque ab ipſis factum eſt. 'Altero vero congreſſu i) non amplius Romanos parum ſunt perſecuti, aut ſiſtere fecerunt; ſed impreſſione facta in legionem ducum, manus conſeruerunt, et ſcholarum legionem praetereuntes, multis occiſis, reliquos turpiter fugere coëgerunt, a dextra ipſo ſcholarum agmine relicto, quod cladem Romanorum videns, nequaquam de ſtatu ſuo receſſit, immo quaſi nihil noui accidiſſet, ita immotum ſtabat, quaſi vereretur, ne illic ſtare deprehenderetur, et daret operam, vt omnino lateret; ſed hoſtes reuerſi cito hos quoque debellarunt, et multis interfectis, reliquis in caſtris concluſis, et ſigna illis militaria ademerunt, plurimorum abciſſa capita miſerunt Chalepitis, oſtentationis cauſa. Et illud maxima dignum eſt admiratione, quod
54. hac accepta a Romanis clade, nullus alius manipulus, aut praefectus ad repellendos hoſtes fuerint impulſi; verum omnes ſedentes, quaſi 'in amica regione commorarentur, priuatis commodis ſtudebant, nullaque ipſorum animis aut ſollicitudo aut alacritas prorſus inerat.

§. 82.

Sed imperator, qui in vrbe erat, audito caſu, haud mediocri dolore affectus eſt, ſtatimque cum Cappadocibus, quos ſecum habebat, reuerſus, offenſionem acceptam reſarcire conabatur; illa ſiquidem nocte omnes de ſpe bona deciderant, quod etiam peditatus Armenius, ad vallum pernoctans, de rebellione cogitauit, nondumque dies aduenerat, et hoſtes vallum cinxere. ζ) Chalep enim princeps, cognito caſu, cum omnibus ſuis, copiis acceſſit, vt illico

ζ) ZON.: *Chalepi autem praefectus – copiis ad barbaros deſciuit* (προσετιθετο — τοις ἄλλοις βαρβαροις) — *capturus. Quum autem Romana caſtra corona circumdediſſent, imperator proelio eis*

i) ἐν ἑτερᾳ δε συμβολῃ.

k) και τα σημαια τετων ςρατηγικως ἀφελομενοι.

54. SCYL. p. 827. Zon. l. c.

eo imperatorem capturus. Imperator autem intra tabernaculum ea, quibus ad bellum opus foret, deſcribens, tertia circiter hora noctis cum conferto equitatu erupit: (agebatur tunc viceſima dies Nouembris menſis, indictione ſeptima) buccinarum aut tubarum nullo edito aperto ſigno, verum elatis vexillis et compoſito procedente exercitu, hoſtes in vnam partem cogi coeperunt, quo Romanos equitantes viderent, et certamen ac rei euentus quodammodo animo iam conceptus erat: nam quum ii, qui in fronte erant, clamorem ſuſtuliſſent, plures aduerſarios Romani debellarunt, et occiderunt, quumque reliqua quoque multitudo irruiſſet, ingens ipſorum fuga facta eſt. et qui a tergo eos inſequebantur, multis occiſis, haud ſane paucos viuos ceperunt. — Indict. 7.

§. 83.

s) Imperator autem in vallum reuerſus, poſt expulſos hoſtes, ſtatuit arcem Hierapolis conſtruendam. Praefecto igitur Pharesmane illo Beſte Apocape ex Iberis genus ducente, ſpatium dedit hoſtibus, et damni reſarciendi et victoriae de aduerſariis reportandae. et quoad Romanorum exercitus inſtructus ibi oſtendebatur, Arabes quieſcebant; vbi vero coacto exercitu coepit recta ad oppidum Azae contendere, coeperunt ſparſi ex interuallo ſuo more in ipſos inuadere, et extremum agmen ſaepe adorti, commeatus deferentes vexare et laedere Romanos, quaſi ex inſidiis clam irruptionem facientes. Conſtipato autem ſagittariis et ſcutatis exercitu, impe- 55.

non denunciato, eduxit exercitum, et nullo tubarum ſonitu, nullo alio manifeſto ſigno dato hoſtes profligatos in fugam coniecit. —

s) ZON.: *Imperatoris iuſſu Hieropolitana arx condita eſt. In progreſſu aliis oppidis captis, aliis, quod inexpugnabilia eſſent, relictis, in Ciliciae vrbem Alexandriam peruenit. Vnde diſcedenti nunciatur Amorium multis occiſis eſſe direptum. Quod etſi aegre ferebat, tamen cum nihil opis ferre poſſet, militibus in hiberna deductis, vbi nulla commeatus inopia premerentur, ipſe in vrbem regiam reuertitur.*

s. XCIX. p. 128, 129. Zon. l. c.

Imp. ROMANO *Diog.*

a. C. 1068.

imperator armatus cum toto exercitu ad oppidum Aeae accedit, ratus locum ad ſe recipiendum idoneum; ſed vbi ipſi appropinquans, tutiſſimum vidit ac munitiſſimum in ſummo colle conſiſtens, duplicique muro cinctum, et lapidibus, quaſi clauis quibusdam, compactum, 'aſcenſum ad portam referens *l*), et parum aquae inde effluens, quae non eſſet ad tantum exercitum excipiendum idonea; inde profectus, vbi copioſior aqua flueret caſtra poſuit. Et inde quoque diſcedens, inuaſit Auſonitidis fines, incenſoque agro maximo, nomine Catma, antiquitus principi Chalep aſſignato, in alium locum ſe recepit, Tarchola nomine. — (Illinc profecti recta ad Artach contenderunt *m*)) quod oppidum, expulſo proprio duce, Saraceni obtinebant. verumtamen rurſum fugiunt, qui illud tutabantur, et imperatori ſuum reſeruatur oppidulum, in quo praeſidio impoſito, et idoneò commeatu, omnia tempori opportuna diſpoſuit. — Quum vero inde non potuiſſet imperator Antiochiam reuerti (confecta enim erat fame multaque vexatione) ſuperatis ſaltibus et quibusdam locorum anguſtiis minime peruiis, ad vrbem Ciliciae, Alexandronam nomine, ſe recipit, ibique vallum conſtituit, et montem Taurum transgreſſus, cum omni exercitu in Romanorum regionem inuadit. — 'Tandem', quae ad exercitum pertinerent, recte compoſitis, quantum ſibi licuit, et maxima parte in hiberna miſſa, ipſe Byzantium contendit ad menſis Ianuarii finem.

l) λιθινην την ἀνοδον προς την πυλην ἀποφερομενον.

m) In marg. adſcribitur: „ Incluſa deſunt in MS. R„. neque in Graeco leguntur.

CAPVT

Imp. RO-
MANO
Diog.

CAPVT IX.

Tres reliquae Romani Diogenis contra Turcos expeditiones, captiuitas eiusdem, liberatio; pax inter eum et Sultanum iuncta; ab a. C. 1069 – 1071.

§. 84.

a. C. 1069.

IMPERATOR, vt Criſpinum Francum, qui rebellionem fecerat, 56.
ad officium reduceret, in orientem tranſgreſſus, quum ad Dorylaeum perueniſſet; a Criſpino legationem accepit, qua deditionem fatebatur, — et malorum, quae — perpetraſſet, obliuionem petebat: quibus poſtulatis annuit imperator, — viri nobilitatem et in bello gloriam veritus. etenim defectionis tempore, quum incidiſſet in maximam Turcorum manum, ingentia manu ſua facinora ediderat.

§. 85.

α) Vbi vero imperator cum exercitu ad Caeſaream peruenit, cognouitque, ingentem Turcorum manum regionem depraedari, quan-

α) ZONARAS: *Sub veris initium imperator altera expeditione ſuſcepta, quum Caeſaream veniſſet, — depraedari: etiam in illos nunc parte copiarum immiſſa, nunc ipſe inuectus, profligatis illis, captiuisque caeſis omnibus, ad Euphratem* [vid. §. 86.]

56. SCYL. [Cedr. T. II. p. 829, 830.] α) Zonaras T. II. p. 279, 280.

Imp. ROMANO *Diog.*

a. C. 1069.

quandam exercitus partem aduerſus ipſos miſit, quam infecta re fugientem excipiens, continenti itinere vlterius progredi aggreſſus eſt. Quum nondum neque vallum, neque tabernaculum conſtructum eſſet, hoſtes apparuere, qui tutiſſima loca occupabant, et tumulos. Edito autem clamore quum imperator ſeſe quieti minime dediſſet, verum claſſicum ceciniſſet, proceſſere aduerſariorum plures; ſed quum legiones occupaſſent, vna Lycaonum tunc appellata, altera occidentalium copiarum ſolito audacior, aduerſus hoſtes irruere, eos ad fugam ſtatim ſpectare coëgerunt, et quum imperator reliquum exercitum ante produceret, reliquam quoque hoſtium multitudinem cum aliis fugientibus ſimul fugere compulit. Accedentibus autem militibus et *Scytharum* mercenariis, *Vzir*, inquam, haud exigua Turcorum cohors in Romanos inuaſit, quos excipientes relicti ad cuſtodiam milites, et ante omnes Franci, cominusque congreſſi, et abunde proeliati, fuderunt; nulla ex Romanis legionibus, quae ibi poſitae erant, Francis vel ſimplici impetu opem ferente. Interea quoque a perſequendo redierat imperator ad veſperam: nam crepuſculo noctis conflatum fuerat proelium. Poſtridie vero publice pro tribunali ſedens, captos hoſtes extrema ſententia damnauit, nemini prorſus parcens, ac nec ipſi quidem ipſorum duci, tametſi multo pretio ſe redempturum pollicebatur.

§ 86.

57. Triduum vero in caſtris moratus imperator, hoc proſpero ſucceſſu ſatiatus, pluribus hoſtibus aufugiendi liberam praebuit occaſionem, ita vt nec a praeda quidem ſeſe abſtinuerint. Et inde profectus a tergo ipſorum incedebat, et bidui ſpatio a Melitene caſtris poſitis, ſtatuebat partem quandam exercitus diuiſam relinquere, vt eſſet hoſtibus propugnaculum. Quod conſilium quum mini-

contendit, Philareto duce deſignato. Erat is ex genere Brachamiorum, qui vt ſatis habere peritiae militaris videbatur, ita improbae vitae erat, et nomini ſuo, (*quod virtutis ſtudioſum notat*, addit interpres) *plane contrariae. Huic ſemiſſe exercitus dato, ipſe ad ſeptentrionem declinauit.*

57. SCYLITZ. [Cedr. T. II. p. 831.] Zonar. T. II. p. 280.

a. C. 1069.

minime generoſum viſum eſſet, et inutile, mutata ſententia recta ad Euphratem contendit. ad cuius ripas tabernacula hoſtes poſuerant, qui ſtatim, audito imperatoris contra ſe motu, receſſerunt. Imperator autem recta ad Romanopolim contendens, et inde ad Chleat proficiſci ſtudens, quodam in loco caſtra ponit; et Philaretum (erat hic genere Brachamius [a])) ducem cum ſumma poteſtate declarat. Diuiſo enim bifariam exercitu, fortiorem ipſi partem attribuit, homini militarem prudentiam glorioſe profitenti, ſed turpis ac diſſolutae vitae, turpiſſimeque vitam ſuam tranſigenti. quique cum Turcis varie pugnarat, ſed in maximi momenti rebus debellatus fuerat, et ideo contemtui habebatur; non tamen ab iis ſe continebat, ſed imperium militare ob auaritiam et peregrinae militiae ſtipendia exſpectabat; imperator vero ad partes magis Boreae ſubiectas acceſſit, vt ibi niues et aquam frigidam, a quibus, quod eſſet corpore admodum calidus, temperare nequibat, inueniret. progreſſusque per aſpera quaedam et difficilia loca, ad locum quendam Anthias nomine peruenit, herbarum et tritici fertilitate praeſtantem, quique haud mediocrem ſuppeditaret ibi commorantibus oblectationem, quippe quum illius terrae vmbilicus eſſet. Inde Taurum montem, indigenarum lingua *Munzarum* appellatum [b]), transgreſſus, in regionem nomine Celzenem ſe contulit, iterum transmiſſo Euphrate fluuio, praeterfluente ac diuidente, tanquam confinio, montem ipſum et Celzenem.

§. 87.

β) Milites vero cum Philareto relicti, ob aduentum hoſtium terrore completi animoque perculſi, pone imperatorem locis relictis

β) ZON.: *Hoſtes autem Philareti militibus terrore illato, vt locis, quibus praeſidii cauſa erant relicti, fugerant inſecuti, omnibus eorum impedimentis potiuntur, quod imperatori triſtitiam attulit: et in Cappadociam progreſſi, agris vaſtatis Iconium petunt, vrbem et frequentia hominum, et omnibus iis, quae bona dicuntur, felicem.*

a) ἦν δὲ τὰ τῶν Βραχαμίων γένος.

b) τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος τὸν ἐπιχωρίως καλούμενον Μανζαρον.

Imp. RO-
MANO
Diog.

a. C. 1069.

ctis ſequebantur, quorum ipſis cuſtodia fuerat commiſſa, quoad ad ea loca, quae diximus Anthias vocari, peruenerunt; vbi quum hoſtes quoque a tergo apparuiſſent, turpi ſe fugae vel ante certamen commiſere, et ad imperatorem in Celzenem ſe e veſtigio contulere: ipſorumque impedimentis potiti ſunt aduerſarii.

Haec ita renunciata admodum perturbarunt imperatorem, qui tum ſuorum cladem, tum hoſtium victoriam haud aequo ferebat
58. animo. Quos niſi imperatoris ipſius fama terrore compleſſet, ipſorumque impetum aliqua ex parte compreſſiſſet, nihil obſtitiſſet, quominus vniuerſam terram illam depopulati funditus euertiſſent. Recedentes igitur recta in regionem Cappadocum ſolito more vehementer contendebant, ex itinere in quaecunque inciderant praedantes, et cum omni exercitu in Iconii rempublicam inuadentes, quae et virorum multitudine et domorum atque aliarum rerum, quae vſui ſunt, copia praeſtabat.

§. 88.

γ) Imperator autem in Celzene quum eos, qui diſſipati fuerant, excepiſſet, ne ab Armenis, quod deſerti eſſent, perirent, pone hoſtes redibat. — Imperator autem per Coloniam et Armeniorum regionem vsque ad Sebaſten cum exercitu profectus eſt. Vbi quum cognouiſſet, Turcos ad Piſidiam et Lycaoniam aduentare, eo conſilio, vt Iconium peterent, ipſe quoque extremum agmen

γ) ZON.: *Quo imperator Sebaſtiae cognito, et ipſe iter eodem intendit. Verum nunciata eius vrbis vaſtatione, et Turcorum, ſuum aduentum timentium, diſceſſu; magnae Antiochiae duci Cataturio Romanarum legionum parte miſſa, mandauit, vt ad Mopſueſtiam veniret, et Turcos illac tranſituros aggrederetur. Caeterum hoſtes quum in Tarſi planitiem veniſſent, ab Armeniis omni fere praeda ſpoliati ſunt, auditisque Romanorum ad Mopſueſtiam inſidiis, noctu iter ingreſſi diffugerunt: quae res imperatori cauſa moeroris fuit, vt rebus deſperatis Byzantium rediret. Iam enim autumnus inſtabat — anno ab O. C. 6578.*

β. SCYL. p. 832. Zon. l. c.

Imp. ROMANO Diog.

a. C. 1069.

agmen eorum inſecutus vſque ad Herculis Comopolim, ita dictam, peruenit. Vbi quum didiciſſet, ipſos euerſo Iconio proficiſci, veritos, ne ſe ille perſequeretur, partem quandam legionum in Ciliciam miſit, quae cum Cataturio Antiochiae duce coniungeretur, viro generoſo, quique virtutis prius multa documenta dederat, vt ea accepta, primo quoque tempore ad Mopſueſtiam occurreret, quo Turci aduenturi exiſtimabantur, ibique eos exſpectans, omnibus modis offenderet. praetereuntes igitur per Seleuciae montes ad Tharſi planitiem iaculis confecti ſunt. vbi ab Armeniis comprehenſi, omnem fere praedam amiſere. At hoſtes, cognitis Romanorum caſtris ad Mopſueſtiam, ne parum quidem commorati, quum ſe ipſos in Baltolibade pro viribus refeciſſent, noctu abierunt, et ſuperato Sarbadico monte, ad fines Chalep ſummo ſtudio, vix euitato periculo, conceſſere.

Moleſtia afficiebatur imperator, quod ii, qui Mopſueſtiae 59. erant, otioſi degerent. Quumque recta Claudiopolim in Seleuciam profectus, ibi de ipſorum fuga didiciſſet: deſperatis rebus, reuerſus eſt Byzantium ', adhibita celeritate, quod iam autumnus appeteret, relicto altero exercitu, eo quod alii quoque Turci, per tribus et curias diuiſi, Romanorum terram excurſionibus depopularentur, latronum ac praedonum more. omniaque, in quaecunque inciderent, demolirentur: quibus de cauſis difficulter prohiberi poterant; ſi quidem omnibus viis inſidiabantur, et exercitus per ſe ſoli relicti non poterant reſiſtere. Imperatoris vero exercitus diuidi nequibat, ſed vni loco tantum intererat. quum vero regiam vrbem ipſe ingreſſus eſſet, reliquus quoque exercitus domum ſe recepit, indictione octaua anno 6578. Indict. 8. a. M. 6578.

§. 89.

a. C. 1070.

δ) VBI — ver appetiit — [imperator] Manuelem primum 60. praefectum Comnenum, et eo honore decoratum, vt Curopalates

δ) ZONARAS: *Inſtante vere — Comn. Iſaacii imperatoris ex fratre nepotem — declarat. qui, quamuis adoleſcens, cum ſenili pruden-*

59. SCYL. p. 833. Zonar. l. c.

60. SCYLITZES [Cedr. T. II. p. 833, 834.] Zon. T. II. p. 280. Niceph. Bryen. p. 24, 25. Glycas p. 327.

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1070.

ropalates eſſet, ducem et principem totius exercitus declarat. — Egreſſus igitur is, — coactis copiis, totis viribus ad Caeſaream profectus eſt. — quumque in quaedam proelia incidiſſet, victor euaſit, iamque ſuam gloriam dilatare contendebat. Quae quum audiret imperator, laetari quidem videbatur, ſed inuidiam diſſimulabat. attamen vt Hierapolis obſidionem cito ſolueret, et commeatus inopiae ſuccurreret, non minimam exercitus partem in Syriam abire iuſſit. hac ratione ducem ea potentia, quae inde proficiſcebatur, defraudauit. Qui quum profectus eſſet cum relictis ſibi copiis, et ad vrbem caſtra locaſſet; quaedam Turcorum manus, aduerſus quos egreſſus fuerat Curopalates, acceſſit: quumque fugae ex compoſito ſpeciem praebuiſſent hoſtes, vbi diſſipati Romani eos perſequebantur, repente conuerſi, ſibi victoriam compararunt, et idcirco, multis captis, plures quoque gladio confecti ſunt. et cum aliis captus eſt et Curopalates, et caſtra omnia expugnata, capta ac

tia exercitum regeret, barbaros vicit. ob quem ſucceſſum Diogenes illi inuidens, non min. — iuſſit. Inde Comneno cum reliquis Sebaſtiam profecto, Turcorum multitudo ſe oſtendit: qui ſimulata fuga, illo perſequente, ex compoſito conuerſi, Romanos diſperſos inuaſerunt, et multis caeſis, nec paucioribus captis, ipſoque duce Manuele, caſtra diripuerunt. NICEPHORVS BRYENNIVS, qui narratis, quae ſupra ad *p.* 55. attuli, pergit: *Sed in gyrum ſuſceptae narrationis, ordinisque rerum reducenda nunc mihi oratio eſt. Manuel, vt dictum eſt* [vid. ſupra *p.* 47. lit α.] *Curopalates, dux ſummus orientalium copiarum a Diogene declaratus, circa Chalticam commorans, Turcorum excurſiones obſeruabat. Cum vero ei a ſpeculatoribus indicatum eſſet, multitudinem Turcorum duce Chryſoculo e genere Sultanorum, principatum Perſidis, ſibi, vt putabat, debitum, ambiente, irruere in vicos limitis Armeniaci, animo eos vaſtandi, aſſumtis copiis contra Turcos vadit, quos et diſperſos, vtpote praedabundos, offendens facile in fugam vertit. Hinc cum fugaces vſque ad proximam viciniam caſtrorum Turcicorum cupidius inſequeretur, coorientibus in eum Turcis e locis antea occupatis, quae tunc vſum inſidiarum arte poſitarum ipſis praebuerunt, diu fortiter pugnans reſtitit. Sed cum verſa in fugam diſſipataque phalange Romana, obſiſtere ipſe vnus amplius non poſſet, neceſſario et ſero fugiens, concluſus captusque eſt a*

Imp. ROMANO *Diog.*

a. C. 1070.

ac direpta; ac, niſi propinqua vrbs plures ſeruaſſet, funditus interiiſſet omnis Romana aetas, quae ad hoc bellum concurrerat.

§. 90.

α) Haec fama quum perueniſſet ad imperatorem, ingenti eum dolore affecit. qua vix audita, altera quoque velocior et multo magis penetrans perlata eſt, quae nunciaret, Turcos rempublicam Chonenſem, et ipſum celeberrimum inter miracula et dona principis militiae templum armis occupaſſe, atque omnia illic caede et cruore completa, multasque contumelias a debacchantibus templo illatas, ipſumque maxime venerandum templum equorum ſtabulum effectum, et, quod indigniſſimum erat, neque hiatus cloacas — non potuiſſe eos, qui illuc confugerant, ſeruare euitato periculo. —

§. 91.

ζ) Aliquot poſt diebus venit — Manuel Curopalates, ſecum adducens Turcum illum, a quo detentus fuerat, non inuitum, ſed 61.

Turcis cum duobus ſororum ſuarum viris, Meliſſeno et Taronita. Ceciderunt et reliquorum Romanorum pauci. GLYCAS, iis, quae ſupra ad §. 76. ex ipſo atmbi, ſubiungit: *Vbi frequenter et variis in locis manus cum Turcis conſeruiſſet, ac partim fortuna fuiſſet vſus proſpera, partim aduerſa, in vrbem rediit, et Manuelem Comnenum dignitate Curopalatis ornatum, vniuerſis cum copiis aduerſus Turcos emiſit. Ex eo tempore multae calamitates Romanis acciderunt. Nam quum forte manus vtrimque confererentur, Manuelus ipſe captus eſt, et vniuerſus exercitus ad internecionem caeſus.*

α) ZONARAS: *Ea res, nec minus fama de Chonarum republica et celebri Sancti Michaelis* (τȣ Ἀρχιϛρατηγȣ) *templo a barbaris occupato, imperatorem perturbauit, vt totus in eo eſſet, vt quamprimum bello eis illato, periclitantes conſeruaret.*

ζ) ZON.: *Sed dum quorundam monitu cunctatur, adeſt Comnenus cum eo Turco, a quo captus fuerat, Nam is, quum Sulta-*

61. SCYL. p. 835. Zon. T. II. p. 281. Niceph. Bryen. p. 25. Glyc. p. 327. Chryſoſculi rurſus meminit in rebellione Botaniatae p. 79.

Imp. RO-
MANO
Diog.

a. C. 1070.

ſed ſponte ſe in ſeruitutem imperatoris dedicantem. Nam quum Sultanus erga ipſum inimico animo eſſet, ob quasdam cauſas exercitum aduerſus eum cum quodam duce miſerat, id moliens, vt eum quouis modo caperet: cuius metu ille commotus, ad imperatorem confugit, ſtatimque eo honore affectus eſt, vt praeſes eſſet. Erat autem ſpecie iuuenis, ſtatura vero fere pygmaeus, et facie *Scytha* et ingratus. Deligit autem ipſum imperator, ſperans, fore, vt cum Turcis et aduerſario exercitu ille pugnaret.

§. 92.

nus — praeſes eſſet. Erat autem parua ſtatura et foediſſimo adſpectu. NIC. BR.: *Abductus igitur* [Manuel] *ad Chryſoſculum, graue putauit, ſi non aliquid genere dignum efficeret ſuo, effecitque plane dignum imprimis narratu facinus. Cognito enim victorem ſuum defeciſſe a Sultano, et ſpe ambitioſa principatum Perſarum verſare animo, experiri hominem decreuit, ſecretique opportunitate colloquii introſpecta eius mente, vbi timore illum vrgeri magno deprehendit, quod ſe copiis Sultani, mox contra ſe moturi, ſentiret imparem, blandis eum demulcere verbis aggreſſus eſt: ſicque mollita primo illo delinimento duritie barbari, efficacioris velut medicaminis profuturam ſic parato ſecundam hanc quamdam compoſitionem admonet, ait illi, Quandoquidem imperium Perſarum affectans, idoneas ad eius inſeſſorem debellandum non haberet copias, nunquam voti compotem futurum, niſi ad Romanum imperatorem transfugiens, eum ſibi adiungeret ſocium ad bellum Perſicum. His ille auditis, vtilis conſilii auctorem viae quoque ducem ſibi eſſe voluit, ſtatim cum illo Conſtantinopolim profectus. Sic qui armis vicerat, arte verborum victus viciſſim et captus eſt. Magnam eo facto gloriam ſuo peperit nomini Curopalates: et erat ſane laude dignum inſigni facinus. Vtrumque porro imperator beneuolentiſſime exceptum muneribus magnis honorauit.* GLYCAS: *Sed tamen Turcus ille, qui Manuelum ceperat, metu quodam perculſus, ideoque partibus Sultani deſertis, ſponte ſua cum Manuelo ad imperatorem transfugit.*

CAPVT IX.

§. 92.

a. C. 1071.

n) [Habito delectu militum imperator appetente vere traiiciens exercitum, Halyn fluuium tranſiit, et Caeſaream praetergreſſus] ad Sebaſtiam proficiſcitur, contendens in Iberiam peruenire, vbi etiam eorum, qui cum Manuele Comneno Curopalate ceciderant, ſpectator fuit. Et inde ſenſim ac paulatim progreſſus, ad Theodoſiopolin ſe confert, ante quidem neglectam, ſed ex quo expu- 62.

n) ZON.: *Appetente vere — praetergreſſus, ad locum qui fons frigidus dicitur, vallum muniuit. — Deinde Theodoſiopolin profectus, ſingulos iuſſit —.* NIC. BR.: *Inde ſub veris initium expeditionem in Turcos ſuſcepit, ducens cum ipſo Chryſoſculum. Cum vero perueniſſet in Bithyniam Curopalates, dolore aurium correptus interiit, magnum luctum imperatori relinquens, multum enim amabat virum. Chryſoſculus vero parum abfuit, quin cum eo moreretur, tanta caſum impatientia perturbationis ferens, vt ſupereſſe amico ſe negaret velle. — Cum in Cappadociam perueniſſet* [imperator] *praecipuis ducum conuocatis, de ſumma belli conſultat, rogans, ecquid praeſtaret irrumpere intra fines Perſidis ibique pugnare cum Turcis; an manentem intra limitem ditionis propriae ipſorum aduentum exſpectare. Nunciabatur enim, Sultanum egredi iam e Perſide, ac lento greſſu in Romanos mouere. Ibi ferociores quique — negare deſidendum illic eſſe, ſed vadendum occurſandumque Sultano, et cum eo proeliandum in Batana Mediae parante ingredi. Contra magiſtro Ioſepho Trachaniotae, magnae tunc parti copiarum praefecto, et duci totius occidentis Nicephoro Bryennio, plane videbatur praeceps id errorique innixum conſilium eſſe: rogabantque imperatorem, vt, ſi poſſet, haereret in loco, hoſtesque ad ſe eliceret, munitis interim ciuitatibus Romanae ditionis per circuitum, agrisque incenſis ac vaſtatis, ne ſuppetere inde hoſtibus neceſſaria poſſent. Sin mouere inde certus eſſet, occuparet Theodoſiopolin, ibique caſtris poſitis hoſtes exſpectaret. Hinc enim fore, vt inopia commeatuum Sultanus cogeretur pugnare cum Romanis loco ipſis ad victoriae ſpem commodiore: ſed ſurdo canebantur. Vicit adulatio et turgens inani gaudio princeps, quod arcem*

62. SCYL. p. 835—837. Zon. T. II. p. 281. Niceph. Bryen. p. 25—28. Glyc. p. 327.

Imp. RO-
MANO
Diog.

a. C. 1071.

expugnatum fuit Artze, inſtauratam, et communitam. Inde iuſſit ſingulos duorum menſium cibaria ſecum ferre, tanquam per incultam et ſolitariam regionem iter habituros.

§. 93.

9) Quum omnes imperata feciſſent, mercenarios *Vzos* et Francos cum Ruſelio, viro forti ac bellicoſo, ad Chliat praedatum miſit, quod prius etiam fecerat. Ille a tergo inſequens ad Matziciert peruenit, vrbem Romanam, ſed a Sultano ſubactam et ante a Turcis obſeſſam c). aſpernatus autem hos vt paucos, aliam manum haud exiguam ab exercitu abſciſſam, Ioſepho magiſtro Trachaniotae tradit, addita etiam haud contemnenda cohorte peditum, immo etiam equitum ſelectorum, qui maxime bellicoſi erant, et inter hoſtes ſemper principes pericula adibant, primique pugnabant. Profectus autem Trachaniotes ad Chliat, opem laturus Vzis et Francis et omni mercenario exercitui. Audierat enim imperator, multitudinem numero infinitam aduerſus ipſos venire; et diuiſerat exercitum, ſperans ipſe ſtatim Matziciert in ſuam poteſtatem redacturum, quod etiam accidit, et ad eos, qui erant in Chliat, adventurum. Quod ſi qua neceſſitas vrgeret, confeſtim ipſos reuoca-

Nempe dictam modo ceperat, et manus Turcorum praedantium caeſis multis, paucis captis, fugauerat, ſibi perſuaſit, neminem vnquam antea Romanum principem tanto in Perſas tamque inſtructo ciuium ſociorumque exercitu mouiſſe. Spebus inde magis magnis, quam veris aut vtilibus inflatus, recta in Perſidem vniuerſas copias perrexit ducere. GLYCAS: *Has ob cauſas imperator iterum exepeditionem inſtituit —. Poſt haec amnem Halym traiiciens, ad interiora progreditur.*

9) ZON.: *diuiſoque exercitu, Ruſelium Latinum, virum bellicoſiſſimum, vna parte attributa, contra Chliatum miſit: alium quendam, altera parte attributa, Mantziciertum vaſtare iuſſit, reliquos ipſe retinuit, bello gerendo non pares. Ac Mantziciertum quidem, Turcis perterritis, fide accepta, et vrbe relicta,*

c) χειρωθεῖσαν δὲ τῷ Σουλτάνῳ κρά- τει [in marg. κράτει] καὶ Τούρκοις ἐγκαθημένους ἔχουσαν.

Imp. RO-MANO *Diog.*

vocaturum, quum exercitus prope caſtra poſuiſſent. audiebant enim, Sultanum ſtudioſe aduerſus ſe contendere. Et quidem certe non carebat ratione rerum diuiſio et conſiliorum, neque aliena erat a peritiſſimo duce, niſi fatum immo vero diuina ira, ſeu ratio a nobis maxime remota, euentum rerum in contrariam partem peruertiſſet, et ad exitum rei et coniunctionem exercitus eadem die etiam Sultanum ſine praecone Turcis adiunxiſſet, et prohibuiſſet decreta ad exitum perduci: ʻnam quum occupaſſet imperator Matzicert, perculſis Turcis eiusque veritis aduentum, iique fidem, quam petierant, accepiſſent, vbi etiam accidit, vt quidam Romanus iuriſiurandi gratia naribus priuaretur, quod iurauerat ipſis imperator, quod ille aſellum Turcicum rapuerat, Dei genitricem et Chriſtum et omnes ſanctos interceſſores inuocans [d].

Q 2 §. 94.

deditionem fecit. NIC. BR.: *Hinc progreſſo vsque Mazicertum Baſilacius occurrit, copias non paucas e Syria ducens atque Armenia. — Qui, quod tunc aſſentari Auguſto libebat, interrogatus, nihil ſani reſpondit. Interrogabatur autem de eo, quod Veſtarches, Leo Diabatenus, modo imperatori ſcripſerat: Sultanum audito eius aduentu deſperantem rebus ſuis Perſide relicta fugere Babylonem. Quae imperator a Leone ſcripta a Baſilacio voce firmata pro indubitatis habens, bifariam diuiſit copias; partem ibi detinuit ſecum, aliam verſus Chleat miſit, duce ipſi praepoſito Maximo Ioſepho Trachaniota, viro acri tum in conſultationibus, tum in executionibus bellicis, ſed tunc, quod iubebatur, inuitiſſime agenti. Suadebat ſiquidem omnibus modis imperatori, contineret ſimul intra limitem vniuerſas ſecum copias. Quae enim ſineret ratio in tanta caſtrorum hoſtilium vicinia exercitum longe mittere? Sed haec ſaepe fruſtra cauſatum neceſſe ad extremum fuit obſequi, et cum ſibi commiſſa exercitus parte in Chleat tendere. Chleat ciuitas eſt ſubiecta Turcis, praeſidia eorum idoneo inſeſſa. Nondum tertia hinc dies effluxerat, cum in noſtros — Turci irruentes, quosdam caedunt, alios capiunt.*

d) Obſcurus ſit, conſtructionem Graecam nimis anxie ſecutus, interpres.

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1071.

§. 94.

1) In quibus dum imperator occuparetur, in milites Romanos, qui praedatum egreſſi fuerant, Turcica manus inuadit. Ratus igitur imperator ducem Sultani cum quibusdam copiis aduenisse,
63. vt diſperſos regii exercitus coërceret, aduerſus ipſum miſit cum idonea manu magiſtrum Nicephorum Bryennium, qui cum ipſo congreſſus haud ceſſit: verum multi cum ipſo vulnerati ſunt, et haud pauci ex ipſis occiderunt. et quum validius ex incurſu paulo ante aſſueti pugnarent, audacius incumbentes armis, cominus reſiſtebant. Quare metu commotus, copias ab imperatore petiit: ille autem condemnata illius timiditate (ignorabat enim rei veritatem), coacta concione, habuit orationem de iis, quae ad bellum pertinebant, — Feruente autem bello, miſit imperator etiam Nicephorum magiſtrum et ducem Theodoſiopolis Baſilacium cum indigenis militibus, quo Bryennio adiuncto, vsque ad quoddam leue proelium aequalis et anceps pugna fuit. Quum autem milites, imperatores ac duces ſequi ſtatuiſſent, primas partes pugnae ſuſti-

1) ZON.: *Milites autem pabulatum egreſſi, ab hoſtibus ſunt ſubito oppreſſi, quo imperator cognito, aduerſus eos miſit —, qui cum Turcis congreſſus, quum ſuas copias fatigatas videret, ſubſidium petiit. Imperator vero vires hoſtium ignorans, Bryennium ignauiae accuſauit, viroque ſuccenſuit, — et tamen Nicephorum B. m. cum parte copiarum miſit, quibus Br. coniunctis, — fuit. Deinde Baſilacius cum ſuis, Bryennio non conſecuto, inter primos inuectus, hoſtes in fugam coniecit, quos dum ad vallum vſque perſequitur, equo vulnerato, in pedes deſilit: et quia ob armorum pondus parum ſe mouere poterat, circumfuſi — conſulebat.* NIC. BR.: *Nunciata re imperatori, vocatur extemplo Baſilaces, qui curioſe inquiſitus de Turcis, qui eſſent, vndeque erumperent in iſtas incurſiones, ſolita confidentia reſpondit, proximum eorum praeſidium eſſe vrbem Chleat, inde hos ſine dubio veniſſe, qui noſtris occurriſſent. adeo in profunda et ſupina ignoratione deſidebat imperator viciniae Sultani, cuius caſtra, copiis ipſius omnibus plena, optimeque ad rem gerendam parata, in proximo erant. Cum autem is cuperet paulo adhuc vlterius imperatorem intra ſuas inſidias elicere, paruas miſſitabat curſorum manus, qui, apparentes circa ca-*

63. SCYL. p. 838. Zon. T. II p. 282. Niceph. Bryen. p. 28.

Imp. RO-
MANO
Diog.

§. 95.

ſuſtinere pollicitus eſt, ſtatimque impetu facto, hoſtes, qui terga dederant, perſequebatur: quum vero Bryennius ſuis fraena detinere iuſſiſſet, ſolus Baſilacius perſequens, ignoratione facti, vbi ad vallum hoſtium acceſſit, confixo ipſius equo ad terram decidit, armorum pondere oppreſſus, et idcirco circumfuſi hoſtes ipſum viuum capiunt, vinctumque ad Sultanum abducunt. In cuius conſpectum adductus, neque vt ſeruus iam effectus, neque vt captiuus abductus, Sultano ſe ſubiecit: ſed neque Sultanus ipſo vt ſeruo, aut

ſtra Romana, ſtatim fugerent, quod ſaepe facientibus inſtantes in fuga Romani quidam duces capti ſunt, quorum primus fuit Baſilaces. Facere enim plenam fidem is imperatori ſtudens dicti ſui, quo affirmauerat, excurſiones iſtas Turcorum non a Sultani caſtris, ſed ab vrbe Chleat eſſe, petiit, permitti ſibi egreſſum e caſtris, strictoque acinace, et calcaribus equo adactis, ſine vllo ordine in hoſtes currit, ſuis pari confuſione ſequentibus. Turci, hac obſeruata diligentia, quamquam ſperandi cauſam offerri videbant non timendi, tamen pauore ſimulato fugae ſe dederunt (ἀμελει και την ἀτακτον τετων φοραν οἱ πολεμιοι προσεποιησαντο φυγειν). *Vbi autem longe iam a caſtris ſuis diſtare palantes Romanos intellexere, verſis impigre habenis, in eos equitant, facileque diſperſos vincunt. Caeduntur multi militum, adeo, vt, quod aiunt, ne nuncius quidem ſupereſſet cladis. Baſilaces vero captus eſt. Cuius incompoſitus egreſſus ſimul nunciatus imperatori fuerat, vocato is duce occidentis Bryennio laeuo tum cornu praefecto, prodire ſtatim eum iubet cum copiis, quae ipſi ſuberant, vel Baſilaci, ſi opus foret, ſuccurſurum, vel alioqui excurſiones importunas vlturum repreſſurumue. Iam enim ſenſum aliquem mali ac periculi ſui concipere imperator coeperat. Fecit Bryennius, quod iubebatur, cohorteſque e vallo educens, aliquantumque progrediens, neminem aut amicorum, aut hoſtium per campum vidit: exſtanteſque procul tantum e quibusdam tumulis Turcos procul conſpicit. Paulo vero vlterius progreſſus, cadauera caeſorum reperit. Cumque eſſet animi anxius, quid Baſilaci contigiſſet, forte in adhuc ſpirantem incidens militem, vbi eſſet Baſilaces, et quae eſſet haec ſtrages, quam cerneret, ab eo doctus; rediit Augusto nunciatum cuncta. At Turci circum accurrebant vndique, circuire-*

Imp. RO-
MANO
Diog.

a. C. 1071.

aut captiuo vſus eſt, ſed crebro acerſens de imperatore eum percontabatur, ſuamque ipſi potentiam oſtentabat, vt ei metum terroremque iniiceret; qui omnia ipſius laudans et extollens, proeliari aduerſus Romanorum imperatorem ipſi inutile conſulebat: ſed hic quidem in his verſabatur.

§. 95.

x) Imperator autem coactus, cum reliquo exercitu egreſſus eſt ad rerum ſpectaculum: et vſque ad veſperam in quibusdam tumulis conſiſtens, vbi, qui reſiſteret, et ſeſe opponeret, neminem vidit, in caſtra reuerſus eſt. ſtatimque circumfuſi Turci ar-
64. cuum ſagittis et equitatu, haud mediocrem exercitui terrorem iniecere, intra vallum impellentes. Nox erat illunis, quum haec gerebantur, neque fugientes et perſequentes vtrum externi, an noti eſſent et amici, diſcerni poterant, verum tota nocte obſcuris vlu-

que phalangem conabantur, id quod ſentiens dux, adhortatus milites fortiter agere, neque committere, vt a Romana virtute degenerare viderentur. Verſa phalangis fronte in caſtra inſtructo agmine ferri coepit certo gradu, nulla circum tumultuantium habita Turcorum ratione. Vt autem ad viciniam proximam caſtrorum prouectus eſt, ſubſiſtere in loco iuſta phalangis parte, ipſe ſubito cum caeteris in ſequentes irruens, facile illos vertit. Vt vero coire Turcos reliquos, feſtinareque in ſuorum auxilium maximo numero vidit, reſumtis ſuis omnibus, phalangem repetebat: quando ab inſtantibus Turcis circumuentus, vulnus in pectore accepit haſtae cuſpide, in auerſa quoque parte corporis telis intus duobus. Sic heroico certamine defunctus, phalangi ſe ſuosque ſaluos adiunxit, cumque illa in caſtra reuerſus, nihil prius habuit, quam adire imperatorem, cui narratis, quae contigerant, ab eo iuſſus eſt in tabernaculo ſuo quieſcere, ac vulnera curare. quod tunc quidem ille fecit.

x) ZON.: *Imperator vero cum reliquiis exercitus — conſiſtens. Quum in caſtra rediiſſet, Turci ea circumdederunt, et obequitantes tela coniecerunt, clamoribus inconditis et vl. —: et hoc modo nocte illa exacta mane Vzorum quaedam cohors ad Turcos transfugit, atque eos etiam Vzos, qui manſerant, ſuſpectos fecit.*

64. SCYL. p. 839. Zon. T. II. p. 282. Niceph. Bryen. p. 28, 29.

vlulatibus circumſonabat exercitus: ita vt omnes apertis ac vigilantibus oculis pernoctarent. Cumque iam illuxiſſet, pars quaedam *Vzorum*, duce quodam nomine *Tame*. et exercitus, cui Tornicius Cotertzes praeerat, ad hoſtes confluxit, quod haud mediocrem ſollicitudinem Romanis attulit, ſuſpicantibus reliquas nationes e) ſibi inimicas. Quidam vero pedites egreſſi, Turcos occidere telis, quae eminus iaciuntur, et armis, quibus cominus pugnatur, et coëgerunt e caſtris exire.

§. 96.

λ) Imperator autem miſſis ad Chliat antecurſoribus, duces, qui illic erant, ad ſe accerſiuit cum copiis, quas habebant, ſtatim cupiens de ſumma rerum proelio decertare; quorum exſpectans auxilium fruſtra tempus conterebat. erant enim ii, qui Pyrrhichiam ſaltationem maxime meditati fuerant. Vt vero de eorum auxilio deſperauit, ſuſpicatus aliqua re eos impediri, cum familiaribus ſtatuebat, poſtridie manum conſerere. Ignorabat videlicet, Trachaniotem quoque, ſibi adiuncto Ruſelio, qui ad imperatorem ſe alacri animo conferebat, cognito Sultani aduerſus imperatorem aduentu

λ) ZON.: *Imperator igitur celerrime Chliatum miſit, ad reuocandos exercitus. qui cum non venirent (nam Tarchaniotes, vnus ex illis ducibus, cognito Sultani aduentu, perſuaſerat Ruſelio, vt vna cum ſuis copiis in Rom. fines confugeret) decreuit Diogenes poſtridie cum ſuis Martis aleam experiri.* NIC. BR.: *Poſterae vero diei orto iam ſole vocatus* [Bryennius] *ab imperatore non excuſauit, quod merito poterat, dolorem vulnerum: ſed in conſilio praeſto adfuit, vbi deliberatione propoſita, prodeundumne in aciem et pugnandum foret, an continendae intra vallum copiae? Sapientibus quidem optimum factu videbatur manere in caſtris, et temere dimiſſas verſus Chleat copias (curriculo inde accerſi,* in gr. tantum, μεταπεμπεσθαι). *Adulatorum autem, an ſic re vera ſapientium, an contra mentem propriam compertae voluntati principis ſeruientium, incertum, contraria praeualuit ſententia: peſſimumque conſilium captum eſt educendi ad proelium exercitus.*

e) το λοιπον ἔθνος.

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1071.

uentu, cum omnibus ſuis per Meſopotamiam haud glorioſe fugientem in Romanorum regionem inuaſiſſe, nulla neque domini ſui, neque honeſti habita ratione. Imperator igitur, vt conſtituerat, inſtructo ad proelium in poſterum diem exercitu, ſuas res componebat, adhuc intra regium tabernaculum conſiſtens; 'quando a Scythis, *Vzis* inquam, qui cum ipſo erant, metu liberatus, conſueto iureiurando ipſum confirmauit f).

§. 97.

μ) Interea dum haec fierent, et milites et ordines, ac manipuli armati in equis conſiſterent, a Sultano legati venerunt, qui pacem vtrisque annunciarent. quos quidem imperator excepit, et colloquium ipſis ſecundum legationis ius impertitus eſt, non tamen eos benigne et humane tractauit. Verumtamen quum conſenſiſſet, crucem illis tradidit, qua oſtendenda reuerterentur incolumes et illaeſi, a Sultano reſponſa referentes. 'ſperauit enim, in-
65. ſperato nuncio elatus, fore, vt Sultanus g) relicto proprio caſtrorum loco, vlterius progreſſus caſtra poneret, et ipſe eodem in loco, vbi prius Sultanus fuiſſet, vallum conſtrueret, et tunc ad conſentiendum ſibi et pacis foedus percutiendum accederet: neque animad-

μ) ZON.: *Interea legati a Sultano — tractauit: et hortatus eſt, vt ſuo domino renunciarent, Si de conditionibus loqui vellet, vt relicto loco, in quo iam caſtra haberet, tabernacula procul transferret, vt ipſe vallum ibi communiret, vbi tum barbarorum tentoria eſſent. Haec arrogantius locutus, legatos ſtatim abire iuſſit. Qui cum Sultano imperatoris verba renunciaſſent, illo cum ſuis de pacis conditionibus deliberante, imperator ſuperbia elatus, fidem quibusdam habuit familiarium ſuorum, qui Sultanum timere dicebant, at quod iuſtas copias non haberet, propterea de pace agere, vt per inducias alium adduceret exercitum: non exſpectato legatorum reditu, nec vlla re alia conſiderata, ſigna canere iuſſit.*

f) ὁποτε και το ἐκ των συνοντων Σκυθων, των Οὐζων φημι, δεος ἀφαιρεμενος, ὁρκῳ συνηθει της αὐτης θρησκειας αὐτον κατησφαλισατο.

g) δεδηλωκε γαρ — ἵν' ὁ Σελτανος &c.

65. SCYL. p. 840.

Imp. RO-MANO Diog.

a. C. 1071.

animaduertit, ſe prae animi elatione victoriam hoſtibus concedere, quemadmodum ii, qui talia accurate examinant, coniicere conſueuere, quum miſiſſet ipſi telum, quod maxime ad victoriam pertinet, et illius eſt ſymbolum, ‘crucem videlicet, nondum finem habuit, neque legatorum exſpectatus fuerat aduentus. Et quidam b) ex iis, qui maxime familiares erant imperatori, ei perſuadent, vt pacem negligat, quaſi rem, quae, mendacii haud expers, deceptura ſit potius, quam vtilitatis aliquid allatura, timere enim ſuſpicabantur Sultanum, quod non idoneas copias haberet, ſed exſpectare eos, qui a tergo inſequerentur, et obtentu pacis tempus differre. Illi igitur, qui cum Sultano erant, per [ad] ſe reuerſis legatis, de pace colloquebantur, eamque omnino integram fieri ſtudebant.

§. 98.

v) Imperator autem non indicto per praeconem bello, quum 66. claſſicum ceciniſſet, temere clamorem ſuſtulit. Quae fama quum ad hoſtes perueniſſet, eos maxime perculit. ‘Illi igitur inſtructa et armata inutili multitudine, vlterius progrediebantur i); a tergo vero

v) ZON.: *Barbaros etſi res improuiſa commouit, tamen aciem inſtruxerunt, nec, quamuis a Romanis inuaderentur, contra ibant, ſed ſenſim recedebant: neque fugientes, neque pugnantes. Quum autem ſerum diei eſſet, imperator, vt qui caſtrorum cuſtodiam iuſto minorem eſſe ſciret, veritus, ne ab hoſtibus diriperentur, ſtatuit, omiſſa pugna, redire ad vallum. Quum igitur imperatorio vexillo conuerſo exercitui denunciaſſet, vt idem faceret; ii, qui circa ipſum erant, citra tumultum iuſſa ſunt exſecuti: ſed quorum ordines longius diſtabant, receſſum*

b) — ἀπεσταλκει αυτω τον σταυρον. Ουπω τελος ισχεν ουδ' ανεμεινε, ἡ των πρεσβεων αφιξις. και τινες &c. ita diſtinguenda eſſe videntur. vt enim in textu Graeco et Latina interpretatione leguntur haec, ſanum ſenſum non admittunt.

66. SCYL. p. 840, 841. Zon. T. II. p. 283, 284. Niceph. Bryen. p. 29—31. Glyc. p. 327, 328. Conſtant. Manaſſ. p. 133, 134. Codin de Origg. CPl. p. 79.

i) τελος δ' ουν καθοπλισαμενοι και οντες, το αχρειον πληθος εις τουπισω προσηλαυνον.

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1071.

vero aciei ad proelium inſtructae ſpeciem praebebant, ſed magis illi ad fugiendum concitabantur, quod viderent Romanorum phalanges inſtructas ad proelium ordine progredi, et illi quidem retro proceſſerant. Imperator autem eum omni exercitu a tergo ipſos perſecutus eſt, quod noctis crepuſculum aduenit. quum imperator aduerſarios non habuiſſet, neque qui ſibi oppoſiti repugnarent, offendiſſetque vacua a militibus caſtra et a cuſtodibus, quod idoneo numero minus abundaret, vt poſſet ibi praeſidia relinquere, ſtatuit, haud amplius eſſe perſequendum, ne ſe incompoſitum Turci aggrederentur, ſimul conſiderans, ſi amplius cunctaretur, ſibi ſuperuenturam noctem, et tunc Turcos eminus iacientes e fuga redituros. His de cauſis conuerſo regio ſigno, praecepit, milites redire. Verum ii, qui procul phalanges habebant, conſpicati ſigna retro conuerſa, cladem ab imperatore acceptam, ſuſpicati ſunt. Immo vero quidam ex iis, qui ei aderant, Andronicus, Caeſaris filius imperatoris patruelis, ante meditatus inſidias, ipſe per ſe talem famam diſſeminauit, et cum militibus, quos habebat, cito

imperatoris fugam interpretati ſunt, eo ſermone ab Andronico Caeſaris filio apud phalanges ſparſo. Nam Caeſar eiusque filii ſubinde imperatori obtrectabant, et clanculum inſidiabantur. Is igitur Andronicus cum non minimae parti exercitus imperaret, ſtatim cum ſuis equo concitato in vallum rediit — obediens erat. Quum autem hoſtes inopinatam Romanorum fugam ex diuina ira coortam intelligerent: ſtatim imperatorem inuaſerunt. Is vero cum ſuis pugna non detrectata, ad tempus fortiter reſtitit. Deinde aliis caeſis, aliis captis, circumuentus a barbaris, ne ſic quidem ceſſit. Enimuero cum multos vulneraſſet, multos occidiſſet, tandem et ipſe fatigatus, cum manu vulnerata, nec vim amplius propulſare, nec, equo caeſo, extra telorum iactum fugere poſſet; captiuus eſt adductus ad barbaros Romanorum imperator. NIC. BR.: *Nec defuere Turci inſtructiori pleniorique ex aduerſo irruentes acie: confligitur. Turcorum multi, Romanorumque plerique cadunt. Bryennius multis corporis locis alia noua vulnera accepit, dum partes agit boni ducis in illo periculo, et praeſenti, quo valebat plurimum in proeliis, conſilio phalangis magnam partem illaeſam ſeruat. Porro imperator venientes contra videns Turcos, educit et ipſe copias velut ad proelium, aciemque pro vallo inſtruit. Praeerat dex-*

cito ad caſtra ſe contulit, quem reliqui quoque imitati, ad unum omnes fugere. Imperator autem conſpicatus id, quod temere fieret, ſuorum fugam, vt mos eſt, eos reuocans, ſiſtebat: verum nemo obediens erat. Aduerſarii vero in tumulis conſiſtentes, quum vidiſſent id, quod nulla ratione fieret, repente Romanorum infortunium Sultano ſtudioſe renunciant, et ad redeundum concitant, quippe iam et ipſe fugiens, a ſuis caſtris procul aberat. Statim igitur cum imperatore acre proelium initur. quumque ſuos iuſſiſſet minime cedere, neque molliter aliquid facere, ſed ſtrenuos

tro cornu Alyates, vir Cappadox, familiaris imperatoris, ſiniſtro ipſe Bryennius; mediam aciem ipſe regebat imperator; poſtremi agminis cura commendata eſt Caeſaris filio, praeſidi Andronico, ſociorum ordines et principum habenti. — Caeterum Turci cum imperatorem cernerent in vnum aciei corpus totum exercitum digerere, nec in partes manusque varias alias in hoſtem excurſuras, alias in inſidiis ſubſeſſuras tribuere, quieuerunt ipſi, quoniam non conſtituerant, id quod imperatorem parare videbant, decretorii proelii aleam iacere. At Sultanus longiuſcule hinc diſtans, caetera rei gerendae opportuna diſpenſabat; eunucho cuidam, valde apud ipſum gratioſo, Tarangae nomine, plerisque attributis copiis, et ſumma eius belli commendata. Hic autem multas in partes exercitu diuiſo, manus alias in viciniora hoſti loca promouet, alias retro idoneis ſtationibus ſublocat, omnibusque imperat, ambire circumque venire Romanos conentur, nec pugnam admoueri ad manus ſinant, verum longe ſagittas vndique iaculentur. Ad ea Romani cum vulnerari ſagittis equos ſuos cernerent, hoſtem procul ſtatim ſequi cogebantur. Tunc vero ſimulata fuga Turci noſtros in paratas inſidias trahebant, a quibus male mulctabantur, mactabanturque. Porro imperatore obfirmante tamen animum in propoſito acie certandi: ac propterea lento ſecum gradu Romanum ordinibus inſtructis exercitum verſus hoſtes promouente (ſi forte ſtructam pariter aciem illorum offendere alicubi poſſet: primum quidem agmina illa varia Turcorum artificioſa fuga diſſipabantur; mox ſubito collecti, magno tumultu vocibusque inconditis irruentes, in Romanos, dextrum cornu in fugam vertunt. eo periculi articulo poſtremum agmen receſſit, ſicque nudata a tergo Romana acie circumuentus omni iam ex parte imperator, ſagittarum vndique nimbis obruebatur: nec labo-

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1071.

et fortes viros ſe praebere, aliquamdiu fortiter reſtitit. Sed quum interim alii extra vallum fugerent, explorata fama minus audiebatur, quippe quum alii aliud nunciarent, hi cladem, illi victoriam, et obſcura atque incerta diſſererent: quod etiam ex Cappadocibus aliqui per tribus et curias abire coeperant, et multi ex regiis equiſonibus cum ipſis equis reuertebantur, ne viderent imperatorem conten-

ranti aciei mediae laeuum cornu ferre auxilium poterat; reuocarunt enim id conantes circumfuſi ac pone laceſſentes hoſtes tanta vi, vt circumuentum quoque ipſum cornu laeuum fuga paſſim effuſa dilabi compulerint. Hic deprehenſus imperator, omnique deſtitutus auxilii ſpe, ſtricto enſe in hoſtes ruit, multosque occidit, multos in fugam vertit; donec concluſus vndique, addenſante ſeſe multitudine hoſtium, in manu vulneratur. Tum agnitus, quis eſſet, maiorique ideo circumobſeſſus, atque omni ſimul ex parte appetitus impetu, primum deiicitur in terram, equo ipſius ſagitta percuſſo, ac ſeſſorem in communem ſecum ruinam trahente, deinde facile iam captus imperator vinctusque ad Sultanum ductus eſt, diuina prouidentia occultis de cauſis tam inopinatum, tamque acerbum permittente caſum. Capta quoque pars magna eſt ducum aliorum, caeteris aut caeſis, aut fuga ſeruatis. Caſtra etiam vniuerſa et ipſum Auguſtale pecuniaeque et inſignium imperatoriorum ſpecioſiſſima quaeque; in quibus et Margaritum illud decantatum fuit, quod Orphanum nominabant. Qui vero cladi ſuperfuere, alio alii diſperſi ſunt, domum pro ſe quisque feſtinantes. GLYCAS: *Ibi vero* [continuantur, quae ſupra ad §. 92. lit. η. ex eodem attuli] *in eum hoſtes caſtra mouent, quos ipſe Sultanus conſecutus a tergo, recta in imperatorem duxit. Quum autem in eum paratum (ceu credi par eſt) incideret, ac deinde fugam faceret, quod imperatoris impetum ſuſtinere non poſſet: cum ſuis imperator Sultanum perſequebatur, eumque ſatis diu conſectatus, tandem ſubſiſtens vlterius progredi deſinebat, ne forte quid inopinatum ipſi accideret. Quapropter omnes auxiliares imperatoris copiae ſimul pedem referebant. Legiones eo diſceſſu conſpecto, quum victum eſſe cogitarent imperatorem, hinc inde diſſipabantur. Hac re Sultano ſignificata, factum eſt, vt prius in fugam acti iam viciſſim perſequentes ſe perſequerentur. Quid inde? manus vtrinque conſeruntur, et imperatorem ipſum Sultanici aggrediuntur. Ille vero tanquam vir bellicis in rebus animoſus — capitur et vinctus ad Sultanum deducitur.* CONST. MAN.: *Nunc Diogenis*

Imp. ROMANO Diog.

a. C. 1071.

contendentes, eratque veluti motus et luctus metusque incredibilis, Turcis vndique confluentibus. Quare ſinguli, perinde ac poterant, ſibi ſalutem quaerebant, perſequentes vero hoſtes alios occidere, alios viuos capere, alios pedibus conculcare. eratque res admodum miſeratione digna, omnemque lamentationem exſuperans atque omnem dolorem. Quum vero imperatorem circumſtetiſſent hoſtes, non ſtatim ipſum cepere, quippe qui rei militaris peritus ac bellicoſus multaque pericula expertus, ſtrenue ſe defendebat, multisque occiſis, ad extremum ipſe in manu gladio percuſſus eſt, et equo iaculo transfixo, pedes pugnabat. Verumtamen defatigatus, ad veſperam capitur, et captus, o incredibilem calamitatem, clariſſimus Romanorum imperator nocte illa, aeque atque multi alii humi iacens, ſine vllo honore, multa cum miſeratione dormiuit, infinitis oppreſſus infortuniorum fluctibus.

caſus narratione complectamur. Graue ac ingens proelium vtrimque mouebatur, nimirum inter Romanos et Perſas: duces vtrimque magna ira concitati proruebant: Mars hominum pernicies circumcurſitabat vndique, cruore reſperſus et in eo manus abluens: quum quidem integra ſanguinis maria cuperet exſorbere. In hoc rerum ſtatu hoſtes imperator inuadebat, latera caedens, perſequens, &c. Dum haec ita gererentur, ad Romanos victoria poſt tempus haud exiguum pugnatae iam pugnae ſpectabat, eisque laeto et hilari vultu arridebat: quum ecce barbariſſimus ille liuor et ſcelerata improbitas, et nubes quaſi quaedam inuidiae diem tam ſplendidum deturpat et obſcurat. Nam vbi Caeſar primus initium fugae feciſſet, vniuerſi relicto imperatore ſemet in pedes coniiciebant. Hoc modo imperator denudato gratulo conſimilis factus, hac illac circumſpectabat, ſeque ſolum intra laqueos inextricabiles delatum videbat. Secundum haec praecipui barbarorum proceres in eum ferociter irruunt, vna currentes &c. Ad extremum, heu! barbarorum in manus imperator venit: leo furentum pantherarum praeda fit: auratas alas habens aquila capitur a noctuis. CODINVS: *Romanus Diogenes diuerſis expeditionibus Perſas aggreſſus, in tertia ipſemet a Sultano et Turcis captus eſt.*

Imp. RO-MANO *Diog.*

a. C. 1071.

§. 99.

ξ) Poſtridie vero quum Sultano renunciatus fuiſſet captus imperator, inexplebili quadam laetitia perfuſus eſt, neque adduci poterat, vt crederet factum, rem ſecum perpendens quanta eſſet, poſt victum talem ac tantum exercitum, ipſum quoque imperatorem captiuum et ſibi ſubiectum accipere. humane tamen factum reputans, victoriamque aequo animo ferens, et proſperum ſucceſſum potius occaſionem ad ſeſe colligendum, et boni animi indicium ac morum omni probitate praeditorum ratus, Deo id totum acceptum referebat: quod maius quam pro ſuis viribus tropaeum erexiſſet. Idcirco perducto ad *Aſan* k) Sultanum Romanorum im-
67. peratore, vili ac militari veſte inducto, de ipſo dubitabat, teſtimoniumque exigebat. Vt autem certior a legatis factus eſt et a Baſilacio, qui ad pedes eius acciderat, miſerabiliter flens, ſtatim, quaſi furore correptus, de throno diſiliit, rectusque ſtans ipſum, ad pedes ſuos lapſum ſecundum morem conculcauit. Quumque exſurgere iuſſum complexus eſſet, „ Ne timeas, ait, imperator, ſed bona ſpe ſis ante omnia, quia nullum corporis periculum ſuſtinebis

ξ) ZON.: *Quo nuncio accepto, Sultanus nomine Axan* (Ἀξαν) *gauiſus eſt, vt natura fert, neque tamen ſuperbia elatus. De cuius moderatione et iuſtitia multa memorantur. Vnde captiuitatem imperatoris haud credebat, ob immoderatum ſucceſſum: eoque viſo non prius acquieuit, quam legati, quos dudum miſerat, eum agnouerant: et Baſilacius —. Noli moerere imperator: ita enim ſunt res humanae. Ego vero te non vt captiuum, ſed vt imperatorem tractabo. Et ſtatim ei tabernaculum deſignat, et miniſteria imperatoria, menſaeque adhibitum iuxta ſe collocat, captiuis, quotquot peteret, redditis.* NIC. BRYEN.: *Perſarum princeps vbi Romanorum imperatorem captiuum ſuum vidit, non eſt elatus in inſolentiam ſucceſſu tanto, ſed quaſi tempus ſe nactum ratus virtutis oſtendendae propriae, quando tantum a fortuna extolleretur, moderatius, quam omnino quisquam ſperare potuiſſet, victoria vſus eſt. Conſolatus enim humaniſ-*

k) και προσαχθεντος τῳ Σελτανῳ Ἀξαντι [in marg. Ασαν τε] βασιλεως Ρωμαιων.

67. SCYL. p. 842, 843. Niceph. Bryen. p. 32. Glycas p. 328, 329. Conſtant. Manaſſ. p. 134.

nobis; verum pro imperii dignitate apud me in honore eris: ille enim mihi imprudens videtur, qui non e contrario aduerſae fortunae ratiocinetur. ac prouideat incommoda, ac vereatur„. Quum igitur iuſſiſſet ipſi conſtitui tabernaculum, imperaſſetque curari diligenter, vt par erat, ſuumque commenſalem ac ſocium tunc eſſe voluit, non deorſum ſedere eum iubens, ſed ad eandem menſam, vt eximii ordinis collegam, et pari honore afficiens, bis die cum ipſo congrediens et colloquens, et hortatu ſuo recreans, vsque ad octo dies eadem verba et ſal cum ipſo communicabat, in nullo quidem vel minimo verbo ei inſultans, ſed de quibusdam erroribus, qui ſibi ab eo in ducendo exercitu commiſſi viderentur, admonens.

Quum vero die quadam Sultanus interrogaſſet imperatorem, „Quid mihi feciſſes, ſi me in tua poteſtate habuiſſes? „ ſimpliciter ac ſine adulatione reſpondit imperator, „ Scito, quod multis plagis tuum corpus confeciſſem„. „ At ego, inquit Sultanus, tuam ſeueritatem, aut crudelitatem non imitabor. veruntamen audio, veſtrum vobis

ſine captiuum communi ſecum adhibuit menſae, aliosque Romanorum, quos et quam multos imperator voluit, ad eius arbitrium dimiſit liberos. GLYCAS: *Ille vero* [Sultanus] *ſolio ſuo deſiliens, pro more calcata Diogenis ceruice, mox eum de terra erigit et amanter complexus — vereatur. His dictis, ſolii ſui, menſae gloriaeque participem Diogenem facit: eumque ad octauum vſque diem apud ſe retentum varie recreat et conſolatur. Quumque Sultanus imperatorem interrogaret aliquando: Quid — ſuperbisque reſiſtere.* CONSTANT. MAN.: *Barbarus ille gentis princeps, qui Diogenem viuum ceperat, praeter omnium ſpem animum inſolentem ac barbarum cum miti commutat, et imperatorem perhumaniter intuetur. Quippe hominis etiam barbari mens erga regem aduerſis iactatum caſibus commiſeratione tangitur. Itaque vir caeteroqui terbarbarus cognatos imperatoris et Romanos, extraneus ciues et gentiles proditionis coarguit: maiorem eius curandi fouendique cauſa ſollicitudinem ſuſcipit, quam ipſimet familiares et propinqui: foedus cum eo ferit: gratiam mutuam conciliat: manus auxiliares porrigit: cum ſuis ad recuperandum imperium ablegat.*

Imp. RO-
MANO
Diog.

a. C. 1071.

vobis Chriſtum pacem praecipere et obliuionem malorum, ſuperbisque reſiſtentem humilibus gratiam dare.

§. 100.

o) Deinde igitur inito foedere, et facta pace perpetua, ‘habitaque filiorum ratione l), et eorum, quae ad vtriusque imperii iura ſpectarent, priſtina foedera confirmarunt, vt mutua eſſet amicitia, neque amplius ab vllo Turcorum res imperii Romani diripi permitteretur, verum omnes, quicunque aduerſus Romanos miſſi fuerant, reuerterentur, et omnes captiui, maxime principes et eximii Romanorum liberarentur: ‘promittente Sultano, ſe benigne imperatorem ſemper tractaturum m). Interfecti ſunt eo tempore Leo, qui ſupplicibus praeerat libellis, et magiſter Euſtathius, et primus a ſecretis. Captus eſt item Baſilius protoueſtiarius Maleſes. Poſt-

o) ZON.: *Ad hunc modum per dies aliquot cum eo verſatus et collocutus, et inſigni honore proſecutus, pace perpetua ſancita, promiſſaque affinitate inter liberos contrahenda ipſorum, Diogenem dimiſit, cum maiore comitatu et honore, quam ſperari potuiſſet. Imperator igitur barbarica veſte ornatus (Sultanus enim gentilitiam illi ſtolam dederat) Theod. profectus, ibi — curaret, et veſtem pro Romana conſuetudine immutauit. Inde cum Sultani legatis vrbem verſus contendit.* — NIC. BR.: *De-*

l) *και κηδος επι τοις παισι συνηρμοσμενον.*

m) *δεξιωσιν αἰδοῦ τα βασιλεως προσομολογησαντες* [in marg. *προσεγγυησαντες*] *τῳ Σελτανῳ.* Nicephorus Bryennius p. 37. haec habet: *Diogenes tam infelici ſucceſſu non fractus obſtinabat adhuc in ſpe animum, ſociosque vltimae fortunae conſolari ſtudebat fiducia mox adfuturi auxilii e Perſide.* Et paulo inferius *Cunctantibus nimium exſpectatis e Perſide copiis, proditur a ſuis Diogenes.*

Scylitzes p. 856. belli huius meminit: *Quum ipſe quoque* [Romanus Diogenes] *occuparetur in expeditionibus aduerſus Turcos, et omne ſtudium poneret in eo, quod magis vrgeret,* [Robertus et qui cum eo erant Normanni] *non amplius vt domini, ſed praedonum ac piratarum inſtar Italiae loca in ſuam poteſtatem redigebant.* it. Anna Comn. p. 3. Alexius Comnenus *annorum non plus quatuordecim adoleſcens laborioſiſſimam periculoſiſſimamque in Perſas expeditionem ducenti* [Romano Diog.] *ſumma voluntate ſe diſcriminum ſocium adiunxit* —.

Imp. Ro-
MANO
Diog.

a. C. 1071.

Poſtquam haec ita geſta ſunt, et ita inter eos conuenit, dimiſit Sultanus imperatorem multum amplexatus, multoque cum honore iubens a ſuis legatis eum deduci. Tenebatur autem Matzicier a Romanis. Vt autem imperator dimiſſus alia via reuerſus eſt, illi relicto oppido noctu effugerunt. quumque in hoſtes incidiſſent, adiere pericula. Imperator autem vbi ad Theodoſiopolim peruenit cum Turcia Sultanica veſte, liberaliter exceptus fuit. ibique dies aliquot commoratus eſt, dum manum curaret, ſeque ipſum pro viribus reficiens melius haberet. Indeque profectus, peragrabat Iberios vicos vna cum Sultani, qui ſecum aderant, legatis, et inde vſque ad ipſam Coloniam proceſſit. [Haec inter Ioannes Caeſar et eius filii et ex ſenatoribus multi, Michaele declarato imperatore, contra Romanum Diogenem rebellarunt. qui exercitu contra eos miſſo, in Ciliciam abiit, auxilium a Sultano exſpectans. Non diu vero poſt Adanae captus monachus detonſus, tandemque oculis quoque priuatus in Prote inſula exſpirauit].

nique ipſum quoque libertati reddidit [Romanum Diog.), *ſolemni prius amicitiae foedere conſcriptis ſibi rite tabulis deuinctum, exactisque ab eo iuris interpoſitione iurandi promiſſionibus nequaquam indignis Romana maieſtate. — Tum eum ad imperium ſuum remiſit comitatu ſatellitioque inſtructum quam ornatiſſimo ac magnificentiſſimo. Quae res initium occaſioque magnorum malorum fuit* —. GLYCAS: *Secundum haec foederibus initis — ratione, diſceſſum vtrimque non ſine multis complexibus et honoris exhibitione, qua alter alteri fauſtiſſima quaeque precaretur. Hoc pacto reuertitur intra fines Romanos imperator.* —

CAPVT X.

Bellum a Turcis, iniuriam Romano Diogeni illatam vlciſcentibus, reparatum; res Turcorum ſub Artatucho, Tutacho et Cutlumuſi filiis Maſuro et Solimane; ab a. C. 1072 – 1078.

§. 101.

Imp. MI-CHAELE *Parap.*

Imp. MICHAELE *Parapinacio.*

a. C. 1072.

ss. a) QVVM pacis foedus erga Diogenem violaretur, atque irritum eſſet a), ira perciti Turci, propterea quod quem ipſi vt inimicum captum et in ſuam poteſtatem redactum omni cura et honore dignati fuerant, propriumque ei imperium reſtituerant: ſui erga ipſum furioſe inimicum minime conciliatum ſe geſſe-

a) ZONARAS: *Sultanus cum didiciſſet, quemadmodum cum Diogene actum eſſet, cumque a ſuis crudeliſſime interfectum, quem ipſe captiuum honorifice ad ſuum imperium remiſiſſet, et pacis conditiones manere irritas: magno dolore affectus, ſuas copias contra Romanorum prouincias concitauit, quas non iam praedabundi inuadebant, ſed vt ſubacturi et poſſeſſuri, quum nemo eſſet, qui obſiſteret.* NICEPH. BRYEN.: *Imperator — Michael circumuentus ancipiti malo irruptionis geminae barbaricae. Hinc*

ss. SCYLITZES [Cedren. T. II p. 846, seq. Zon. T. II. p. 286, 287. Niceph. Bryen. p. 41 — 43. Glyc. p. 329.

a) των — προς Διογενην ἀρχαιων συμφωνιων ἀργων μενοντων και ἀκυρων.

geſſerant b): et quae ab ipſis illum pati oportuerat, amici et cognati in pace praeſertim degentes in illum perpetrauerant, et miſerabili ac luctuoſa morte affecerant (nam externi quoque ob multitudinem calamitatum ipſius et infortunium vix conſolabile ſummopere dolebant) e Perſide cum omnibus copiis profecti, nullo obuio impedimento in Romanas regiones inuadunt, easque vexarunt, non diſperſi accedentes, vt prius, 'et exſules ſtatim c), ſed potius vt domini eorum, in quae inciderant.

§. 102.

β) Haec audiens imperator, coacto idoneo exercitu, ducem ei praefecit Iſaacium Comnenum, eique collegam tradit Ruſelium Latinum cum Francica legione quadringentorum Francorum numero. Quumque in Iconium perueniſſet omnis exercitus, exorta quadam contentione Ruſelius aperte rebellans ſecum Francos abducens, in aliam partem iter arripuit, 'data ſuis venia,' quo vellent

ab-

Turcorum, audita Diogenis, cum quo tranſegerant, exauctoratione, pacem ſolutam arbitrantium, ac propterea orientem vniuerſum hoſtiliter incurſantium; illinc Scytharum, Thraciam — vaſtantium, vtrorumque tanta rabie furentium, ac tam late ſtragem ruinasque ſpargentium, vt Aſia pene pariter Europaque vniuerſa ſaeuiſſimis hoſtibus praedae forent. GLYCAS: *Quum — Turci viderent, foedera pacis — in irritum recidiſſe, quemque — dignati fuerant, eum a Romanis crudeliter interfectum eſſe: magnis cum copiis a Perſide profecti, prouincias Rom. inuaſerunt.*

β) ZON.: *Quae quum illi facerent, imperator — rebellans, per ſe alias cum Turcis pugnat, alias Romanas prouincias vaſtat. Iſaacius vero Comnenus cum reliquo exercitu a Turcis vincitur, ac multis captis, caſtrisque direptis, ipſe quoque in hoſtium poteſtatem venit, a quibus magna pecunia ſe redemit.* NIC. BR.: *imperator Michael Comnenum Iſaacium recenti ſibi affinitate iunctum, et domeſticum Scholarum per orientem conſtitutum ſummum belli ducem contra Turcos mittit, qui aſſumtis*

b) οἱ ἐκεῖνοι μανιωδῶς ὡς ἐχθρῷ προσενεχθέντες ἀπηνῶς; c) καὶ φυγάδες αὐτοχρῆμα.

Imp. MICHAELE Parap.

a. C. 1072

abeundi d). Quum vero ad Melitenem perueniſſet, in Turcos repente inuadens, ſuperior euadit, et reliquam exercitus partem ad Caeſaream appellit.

Comnenus quoque meditatus in hoſtes repente impetum facere, progrediebatur nocte, quaſi imparatos ipſos aggreſſurus; ſed aliter, atque opinatus fuerat, ei accidit. Incidit enim in ipſos compoſitos et paratos, et inuitus cum ipſis congreſſus ſuperatur, et illico capitur, omnia quoque, quae intra vallum erant, corripiuntur; multis interfectis Romanis, viuis quibusdam captis, plures autem ſibi fuga ſalutem quaeſiuere. — Ex eo tempore igitur licentiam nacti Agareni orientis regionem percurrentes non deſiſtebant eam vexare atque vaſtare.

§. 103.

copiis Cappadociam verſus iter intendit. — Hic igitur caſtris poſitis conſultabant, quam inirent rationem cohibendi Turcos, vicos paſſim regionis foede deſolantes. Talia illis meditantibus, Vrſelius defectionem fecit. Quem dum perſequi Romani duces parant, *tumultuoſus ecce ab exploratoribus affertur nuncius Turcorum magno numero in Romanos mouentium, iamque vicina in loco habentium caſtra. Omiſſa igitur in praeſens cura ſequendi Vrſelii, Iſaacius ad proelium ſe comparat. Rogat autem fratrem, vt praeeſſe interim caſtris velit: grauiter eam tulit iuſſionem Alexius, quae occaſionem illi eriperet in acie pugnandi. Conſolatus eum tamen Iſaacius eſt pollicendo ſeſe ipſum cum relictis intra vallum copiis breui accerſiturum, quando maturum foret robur ipſum Romani exercitus in Turcos immittere. His ille perſuaſus in caſtris manſit. Iſaacius autem cum delectis copiis in Turcos vadens obuios habuit eos in finibus Cappadociae, vbi commiſſo ſtatim proelio fugantur Romani, duce interim intrepide pugnante, quoad circumuentus ab hoſtibus, equo ex vulnere ſublabente, ſimul cum eo afflictus humi captus eſt, et ductus a Turcis in ipſorum caſtra.* GLYCAS: *Ex re motus Michael etiam ipſe conſcribit exercitum, cui praetorem dat Iſaacium Comnenum, qui profectus in hoſtem, ad Caeſaream commiſſo cum Turcis proelio, captiuus abducitur, omnesque copias amittit.*

d) και τα καθ᾽ ἑαυτον τῳ ἰδιῳ ἐπιτρεψαι θεληματι.

a. C. 1078.

§. 103.

Cum vero fractae diſiectaeque aciei Romanae inſtarent victores Turci; erumpens vallo cum paucis Alexius memorabilem pugnam fecit, quae pene omnibus ſaluti fuit, diſcrimen ipſe in caput ſuum totum excipiens, et vltro vocans. Quando et parum abfuit, quin caperetur, cum ſeſe in medios immiſiſſet hoſtes, et eum, qui ſe primus accedere auſus erat, magno haſtae ictu interfeciſſet, ſtraviſſetque. Circumfuſis deinde vndique Turcis, tota illum eminus iaculatione infeſtantibus, illaeſus diuina vtique manu ſeruatus eſt ipſe quidem; at equus, quo vehebatur, multis transfixus ſagittis, ſe vectoremque ſuum effudit in terram, quo tempore comites eius — exſilientes ex equis ad eum cucurrerunt, ambientesque ipſum, et cum eo fortiſſime pugnantes periculo tandem exemerunt eum. quindecim erant omnes, e quibus quinque tantum in caſtra ſalui cum Alexio redierunt; caeteris partim occiſis, partim captis. — 69.

§. 104.

[Nocte ingruente cum milites clam vallo egreſſi fugerent, Alexius] in eam partem, qua exibatur, ruit, et reuocare iam egreſſos et retinere adhuc intra vallum repertos cupiens. Sed iam exierant pene omnes fugamque maturabant. Exiit igitur et ipſe, iam Turcis furtiuum Romanorum abitum ſentientibus, et impetu quam vehementiſſimo manuque valida contendentibus aſſequi fugientes. Itaque vitari non poterat, quin caperetur Alexius, niſi Theodotus [vnus e familiaribus eius] — audito ſtrepitu ſequentium equorum, et intellecto inde, Turcorum magnam multitudinem in ipſos irruere, ei ſuaſiſſet paulifper de via declinare. Quod cum feciſſent, et in loco auio virgultis tecto [conſediſſent], quoad multitudo Turcorum praeteriiſſet, latuiſſent; deinde illinc mouentes feſtinabant recta in montem, cui nomen Didymi. Sed euntibus Turcorum occurrit manus, in quos cum impetum feciſſent, diſperſi diſiunctique Alexii comites ab inuicem ſunt; nocteque ſuperue- 70.

69. NICEPHORVS BRYENNIVS p. 43. 70. Id. p. 44.

Imp. MICHAELE *Parap.*

a. C. 1072.

perueniente conuenire iterum congregarique nequiuerunt. Iuit ergo quisque, quo ſors tulit. —

§. 105.

71. [Alexius ſuis in oppido quodam Gabedoniae receptis, inde profectus e quodam, qui e proelio fuga ſeruatus erat, de Iſaacio fratre percontatus cognouit,] euaſiſſe illum manus inſequentium Turcorum ſaluum, atque incolumen perlatum in quodquam oppidulum, quod etiam deſignabat. — Perlatus ergo Ancyram [vbi ſe eum reperturum ſperabat, comperit] barbaros eius detentores paratos eſſe liberationem eius multis aureorum millibus vendere [Quo intellecto] curriculo ſe contulit in vrbem regiam, pecunias inde ſumturus, quibus fratrem redimeret. Paucis inde diebus negotio confecto [cum nocte concubia ad Ancyram veniſſet, portas aperire cuſtodes verebantur] quod in vicinia Turcorum, caſtra non procul illinc habentium, periculoſe id tali hora fieri videretur, ac percontantibus viciſſim, quinam demum eſſent, qui talia peterent? proclamatum ab Alexii comitatu eſt, adeſſe ipſim, quam vocem iucundiſſimam praeſentibus effecit tum caſus quidam, hodie quoque non ſine voluptate memorandus.

Nimirum interim dum confecturus pretium fraternae redemtionis excurrerat in Vrbem Alexius, Iſaacium captiuum res ſuas reputantem cura ſubiit, vitandum, ſi qua poſſet, ſibi eſſe, ne, antequam de liberatione ſua tranſactum eſſet quippiam, longius a Romanae ditionis finibus recederent barbari. tunc enim difficilius negotium fore. Miſſis igitur in vicinas ciuitates nunciis, cum ſeſe captum, et detentores pecuniam pro ſuo capite paciſci paratos docuiſſet, poſtulaſſetque, vt quantum quisque amicorum poſſet conferre pecuniae ad ſui liberationem, ne grauarentur, priusquam longius a Romano limite abſcederent barbari, ſancte pollicens, cuncta ipſis cito cum vſura reponenda: ad eam inuitationem locupletibus multis auri magnam vim mittentibus, pretii, quod petebant Turci, partem numerauit, pro parte reliqua datis obſidibus cauit

71. Id. p. 46, 48.

Imp. MICHAEL *Parap.*

a. C. 1072.

canit; ſicque liber abire permiſſus, Ancyram, eandem ipſam Galatarum metropolim, eadem illa commodum ſe die contulit, qua reducem Conſtantinopoli Alexium eodem perueniſſe iam diximus. Caeterum Iſaacius prius ingreſſus, in quodam domicilio ſupra portas ſito conquieſcebat, obſeratis portis, quarum ipſe claues aſſeruabat. Vt autem vocem fratris exterius clamantis audiuit, exſiliit e ſtrato, clauibusque ſumtis ad portas accurrit: apertisque iis, omnes introduxit in ciuitatem [e]. —

§. 106.

Hinc triduo curandis hominum iumentorumque corporibus dato, vbi audiere, receſſiſſe Turcos procul a Romanis finibus, coe- 72.
pto ipſi Conſtantinopolim verſus itinere, cum poſt traiectum Sangarium Nicomediam peterent, ecce praetereuntibus illis oppidum non magnum Decten vocatum, occurrit vir olim notus pro familiaritate rogans, domum vt ad ſuam in proximo ſitam diuerterent, modicum illic quieturi. Victi precibus omiſſisque equis, in cubiculo ſuperiori quieſcebant, hoſpite interim occupato in parando prandio, plurimumque ſibi gratulante, quod tales apud ſe conuiuas cerneret. Verum interea forte contigit, ducentos Turcos, praedandi cauſa vagantes, illac deſcendere, qui cum innoxie transirent, vlteriusque omnino animos ac ſpes intenderent, ruſticus eos arator conſpicatus, ac ſibi perſuadens, eſſe illos e comitatu Comnenorum, quos modo tranſeuntes viderat, magna compellatis voce dixit, ſeſe iis oſtenturum, vbi eſſet magnus domeſticus. Illi ad hominem coëuntes, vbi ex ipſo cognouerunt, exceptum domeſticum

e) Scylitzes iis, quae ſupra §. 10. ex ipſo attuli, ſubiicit: *Quum autem Iſaacius multis ſeſe pecuniis redemiſſet et pleno marſupio, ſtatim ſummus dux Ioannes Caeſar declaratur.* Meminit huius Iſaacii captiuitatis Anna Comnena p. 77. 78. his verbis: *Iſaacius, — qui exercitus ſaepe ductarat, cum committendum eſſet proelium, nunquam alii primas periculi aut laceſſendi hoſtis dabat, verum ipſe princeps ſimul hoſtilem aciem viderat, in eam praeceps mediam coeco at fulmineo impetu ferebatur, — Vnde et contigit, vt ſemel atque iterum in Aſia pugnans cum Agarenis caperetur.*

72. NICEP. BRYEN. p. 47.

Imp. MI-CHAELE *Parap.*

a. C. 1072.

cum hoſpitio cum paucis in domum ipſis oſtenſam, eam ſtatim obſederunt vndique, omnesque exitus praeſidiis munierunt: vi aperta abſtinuere tantiſper, quod acres obſeſſorum impetus, ſi palam oppugnarentur, erupturos metuerent *f*). Vt vero intellectum periculum intus eſt, repente, quibus animi et vires, ad arma cucurrerunt. Pleraque autem imbellis mixta e mercenariis turba circumſpiciebat fugam. Quibusdam etiam alioqui praeualentibus et vaſto corpore, multum ſeſe in exercitu fortitudinis oſtentatione iactare ſolitis, ignauiſſimum conſilium placebat; nequaquam aientibus tentandam ſibi videre pugnae cum Turcis aleam, ſed abiectis armis deditionem faciendam, fide incolumitatis prius ab obſidentibus accepta. Ad eam vocem murmur ortum eſt varium quorumdam laudantium ſententiam, aliorum inter vtrumque dubitantium.

§. 107.

73. [Cum vero Alexius ſuos ad fortiter pugnandum hortatus eſſet,] alii tecto conſcenſo inde iaculabantur, alii portis patefactis ingenti vi contra hoſtes ferebantur, qui, eo gemino ſubito admoto perculſi metu, ferocia omiſſa, in fugam verſi ſunt. Vnde audacia ſumta, qui erant intus, exierunt vniuerſi, viamque inierunt in formam phalangis militariter inſtructi, niſi quod feſtinantius incedebant paulo, quam diſciplinae ac periculi vſus poſcebat. Caeterum in tutum ſubducti barbari, fugam incuſabant ſuam, mutuoque ſe adhortati, vt inſecutores ſuos viciſſim inſequerentur, feruntur in noſtros rurſus, et quod eos non plures viginti eſſe videbant, circumuenire atque omni ex parte claudere conabantur. Illi concitato curſu fuga verſis ſuorum phalangem inita, ſimul eo peruenerant, collecta rurſus manu, verſisque animoſe frontibus in Turcos ibant, fugiebantque mox barbari, quoad ſuis et ipſi mixti rurſum, cedentes vrgerent noſtros. Per has ſequendi fugiendique vices cum multum eſſet ſpatii confectum, Turci aeſtimato diligentius totius noſtrorum agminis numero, cum ſe longe plures eſſe animaduertiſſent (nam turba illa, quae phalangis exhibebat ſpeciem, quinquaginta

f) πορθειν δε ταυτην [την οικιαν] ουκ επεχειρουν, δεδιοτες τους ενδοθεν.

73. Id. p. 48—50.

quaginta equitum ſummam non explebat) omiſſis iis, contra quos nequidquam hactenus velitati erant, in phalangem ipſam magno impetu magnisque clamoribus ac denſa ſagittarum immiſſione feruntur. Hic noſtri, ſeruandi ordinis cura metu omiſſa, cedebant iam haud dubie, in fugamque cum certa omnium pernicie vergebant, niſi celeriter ambo fratres cum paucis accurrentes opportuniſſimo praeſto auxilio fuiſſent, iamque inclinatos in fugam reuocaſſent, ac ſtare in loco, niſi condonari furori hoſtium indefenſi vellent, inſtitiſſent. Sic cum aliquamdiu adhuc aduerſus Turcos fortiter pugnatum eſſet g), hi magno concepto metu receſſerunt, Romani vero omnes pariter ſeruati ſunt, nullo neque capto, neque occiſo, ſalutis vniuerſi ac ſinguli propriae auctorem ac prouiſorem conclamantes generoſum Alexium. Inde quarta die in vrbem regiam peruenientes, quae contigerant per ciuitatem vulgarunt, gratulationem inſperatae liberationis ſuae cum ſummis aurei iuuenis Alexii laudibus miſcentes, cui eam in ſolidum tribuebant.

§. 108.

a. C 1072—1074.

γ) [IOANNES Caeſar inſtigante Vrſelio Latino imperium af- 74
fectans, cum res nouas in oriente moliretur; Nicephorus eunuchus

γ) SCYLITZES: *Imperator mollire ſtudens barbari* [Ruſelii] *audaciam, pollicetur ei Curopalatae honorem, et inſuper ad eum mittit vxorem et liberos, ſed clam contra ipſum Turcos acceſſit multis promiſſionibus perſuadens, vt Ruſelium debellent. videns autem iſte ſe imbecillem aduerſus eiusmodi multitudinem, Caeſarem e vinculis liberatum imperatorem declarat.* ZONARAS: *Neque homo barbarus, cum imperator, ſi arma deponeret, ei — offerret, — miſiſſet — vlla re eſt mitigatus. Itaque Turcis mercede contra ſe euocatis, videns — declarat.* omiſſa vt Scylitzes.

g) Quae de Arabate et Chaſcare Alanis h. l. Bryennius narrat, ea *Tom IV.* in *Alanicis §. 39.* adfero.

74. BRYENNIVS p. 56, 57. Scylitzes p. 848, 849. Zonar. T. II. p. 287.

Imp. MICHAELE Parap.

a. C. 1072 — 1074.

chus logotheta] nullam partem fiduciae reliquam in Romanis exercitibus videns, adiecit animum ad imploranda auxilia Turcorum. Erat ARTVCH dux Turcorum in orientali tunc limite. hunc legatione miſſa, donisque, et pactione pecuniae perpellit, vt bellum contra Vrſelium ſuſcipiat. Ille acer alioqui bellator cum maximo exercitu expeditionem iſtam ſuſcipit.

§. 109.

g) Caeſar et Vrſelius cum intellixiſſent, Artatuchum infinitas Turcorum copias in ipſos infeſtas mouere, conſcenſo iugo, in quo arx exſtructa erat, — (dicebatur autem illa Metabole) caſtra muniunt in campo longius quam latius iacente ad radices Sophonis montis. Id ita inſtituebant metu ne circumuenirentur multitudine hoſtium ipſi multo pauciores, quod prohibiturā videbatur anguſtia oblongae planitiei, quam caſtris inſediſſent, quae caſtra vt munitiora facerent, flumen ex Sophone defluens foſſae inſtar Turcis obiecerunt. At Artuch, Sangare traiecto, ad iuga montis arci Metabolae imminentia progreſſus i) poſtquam Caeſarem illic et Vrſelium

g) SCYL.: *Nondum autem diuulgata fama, neque dilatata Caeſaris declaratione (et idcirco neque milites concurrerant) ſtatim ad montem Sophonem manus Turcica apparet, quae videbatur quinque aut ſex millium, atque e veſtigio Ruſelius ſe ad proelium comparauit. Verum illius impetum coërcebant et Caeſar et quidam ex praeſtantioribus, vt prius dignoſcerent, quanta eſſet hoſtium vis: ſed ille haud ſuſtinens, quin potius loco ſummae ignominiae ducens, ſi aduerſus ſex aut decem millia pugnam Ruſelius cunctaretur, multo impetu in hoſtes cum Francis inuaſit. Cecidère igitur ex Turcis plures, quum Francòrum nemo haſta inani vſus eſſet. reliqui in fugam coniecti ſunt. Quum vero diutius perſequeretur, praeter id quod conſueuerat, praeſertim per inacceſſos atque inuios montes, non animaduertit a tergo ſe ſuorum plures reliquiſſe: ipſe autem cum paucis quibusdam relictus, et Caeſare inter equites defatigato continua et longa hoſtium inſectatione, incidit in eam calamitatem, quam mox dicemus. Nam in ipſum ita laborantem altera Turcorum*

h) Αρτουχ paulo inferius Αρτατουχ.

i) καὶ ἐπὶ τὴν Μεταβολὴν φθάσας.

Imp. Mi-
CHAEL
Parap.

Velium non reperit, traiecit et ipſe, quae ibi ſunt, anguſtias, et cum proceſſiſſet ad verticem montis, qui Maroxus dicitur, caſtrametatus eſt, indeque hoſtes obſeruabat prope oppidum, quod Triſea vocatur, caſtris poſitis ſtantes. Nec moram eos aggrediendi fecit. Ac primum iaculationibus in eos ex alto vtebatur. Deinde trifariam diuiſo exercitu circumcludere Caeſarianos et Vrſelianos conabatur, quibus locis ambiri poterant, nam a tergo eos protegebat mons. Verum a tribus partibus acriter inſtabant Turci, ac conſertum textum phalangis Latinorum abrumpere ſumma vi nitebantur. Hi vero pauci a pluribus circumuenti, et equis ipſorum imbre vndique ingruente ſagittarum continue percuſſis, faciendum ſibi putarunt, vt, impetu erumpentes, ad manus cum hoſtibus venirent. Sic enim iis terrorem incuti poſſe ſperabant equeſtri ſubita procella. Exhortati igitur ſe inuicem, conſertis mutuo ſcutis, ferociter irruerunt. Ex hoc contigit, multos quidem hoſtium cadere, ipſos vero, circumuentos multitudine, plurimos occidi, ple-

infinita manus, fere centum millia, quantum coniectura aſſequi poterant, inuaſit. Vndique igitur circumuentus vel inuitus cum hoſtibus congreditur, cum paucis admodum, quos circum habebat. Igitur reſtitere Turci, et tamen multi tunc quoque ex ipſis cecidere. verum enimuero circumuenti a tanta multitudine, telis, quae longe iaciebantur, amiſſis equis, et pedites omnes relicti, ita ceſſerunt. attamen multi cadunt, et Turci decuplo plures. Capiuntur Caeſar et Ruſelius et qui cum ipſo erant. Ex Francis autem qui relicti fuerant, fuga ad Metaboles oppidum ſe recepere, vna cum Ruſelii vxore, quod ſummo ſtudio ſeruabant. Turci vero Ruſelium, compedibus vinctum, aſſeruantes, Caeſarem autem ſolutum in honore habebant. Quumque exigeretur captiuorum pretium, ſtudebat imperator eum redimere: nam paulo ante Maleſes quoque abſolutus a Caeſare, ſtatim in exſilium miſſus eſt, publicatis bonis, Ruſelii captiuitatem cum captiuitate Diogenis et publicationem et exſilium commutans: verum Ruſelii vxor ipſum redemerat. quare miſſi ab imperatore, Caeſare ſolum redemto, rediere. ZON.: *Cum autem Turcos* (Αἴφνης δὲ Τούρκων ἀναφανέντων, ὁ Ῥουσέλιος καθ' αὐτῶν — ἐχώρησε) *barbarica ferocia inconſiderate aggreſſus eſſet, Franci multos ſtrauerunt, caeteros in ſugam coniectos continenter ſunt perſecuti: plures tamen ſubſtiterunt, equis ita fatigatis,*

Imp. MI-CHAELE *Parap.*

a. C. 1072 — 1074.

rosque capi. Capti ſunt autem cum his et Caeſar et Vrſelius. At Vrſelium quidem victoria laetus Artuch, accepto pretio, ſuis reddidit; Caeſarem vero ſecum habens, in ſuperiorem Phrygiam abiit. Michael porro Auguſtus auditis quae acciderant, mittit, qui Caeſarem redimerent. Dimiſit autem et eum barbarus, multis pecuniis acceptis.

§. 110.

75. e) [VRSELIVS, captiuitate liberatus, cum Romanas rurſus vaſtaret prouincias: imperator Michael ducem contra illum cum exercitu miſit Alexium Comnenum. Qui furtis belli res Vrſelii mire

vt longiorem inſectationem ferre non poſſent. Sed Ruſelius et Caeſar, paucis comitantibus inſtantes, et longius a ſuis prouecti, in aliam Turcorum multitudinem, quae multa millia complebat, inciderunt: cum quibus vel inuiti pugnare coacti, et a multitudine circumuenti, amiſſis equis ambo capiuntur. Ac Ruſelium vxor mature redemit, Caeſarem vero imperator.

e) SCYL.: *Ruſelius autem ex oppido Metaboles profectus cum iis Francis militibus, qui relicti fuerant, et vxore ac liberis et bonis ſuis per mediam regionem ſine metu ibat: quumque ad Armeniacorum regionem perueniſſet, ad ſua priora caſtra ſe recepit. et inde aduerſus Turcos excurſiones faciens, coërcuit ipſos, ne amplius in eam regionem irrumperent. Audiens haec imperator, praeſtare exiſtimabat, Turcos obtinere locu Romanorum, quam Ruſelium aliquo in loco permittere, ad hoc a Nicephoro inſtigatus ac ſtimulatus. Mittit igitur quendam ex nobilibus ciuibus, aetate iuuenem, ſed alioqui ſtrenuum atque prudentem, praeſidem Alexium Comnenum. qui quum perueniſſet Amaſiam, ibi rei exitum exſpectabat. Ruſelius autem, inita ſocietate et amicitia cum Turcorum principe, congreſſus eſt cum ipſo ſine militibus, vt conſueuerat.* ZON.: *At Ruſelius a captiuitate redemtus, cum — vxore in prouinciam Arm. — recepit. Imperator igitur mittit — Amaſiam, Turcis occulte ſignificat, ſi Ruſelium ſibi traderent, ſe illis grandem pecuniae ſummam daturum.* omiſſa apud Zon. et Scylitzem eadem ſunt. ANNA COMN.: *Vrſelius non contemnendis copiis — collectis, pro*

75. NICEPH. BRYENNIVS p. 57 — 61. Scylitz. p. 849, 850. Zon. T. II. p. 288. Anna Comn. p. 3 — 8.

Imp. MI-CHAELE Parap.

mirè labefactauit. Hic itaque his maxime conturbatus; et, ciuitatum, quae metu aut amore ipſi vectigalia pependerant, ex hoc tempore] collationibus ceſſantibus, ingenti rei nummariae inopia laborans, conſilium iniit aſtutum quidem, non tamen euentu felix. Cum enim accepiſſet, erupiſſe *Tutachum* k) e Perſide ad terras imperii vaſtandas cum magno exercitu Turcorum; optimum factu putauit, adiungere ſe ipſi, et tali ſocio aduerſus Alexium uti. Miſſis igitur prius legatis, poſtmodum ipſe in Turcorum caſtra ſe contulit; foedereque cum Tutacho inito, rediit in arcem, promittens, quamprimum ſe rediturum.

§. III.

ζ) At Alexius, audita profectione Vrſelii ad Tutachum, miſit et ipſe legatos ad eundem cum donis pretioſis, et eum amicitiae admonuit, quae inter imperium Romanum et principem Perſarum

ſe rem gerebat, nihil principali faſtigio humilius ſpirans. Et erat idoneum conſtituendae tyrannidi tempus nactus, quo Romana res — Turcorum recenti victoria ferocium incumbente fortuna, — vix ſe a caſu ſuſtinebat — Aduerſus hunc miſſi viri laude bellica celebres, nihil niſi confidentiam eius ſuis cladibus auxerant: quippe alios, ignei turbinis ritu improuiſa celeritate irruens, perculerat, alios, auxiliis Turcicis ſibi adiunctis, iuſta iam acie auſus congredi, fuderat. — Mouerat ex remotioribus orientis partibus in Romanos fines infeſta ſigna barbarus Tutach cum valido et praedae cupido exercitu: quo tempore Vrſelium — Alexius induſtria non minus propria, quam legionum, ſuo ductui permiſſarum vi adortus, in magnas ſenſim anguſtias redigebat, auiis ſubinde atque aliis munitionibus auferendis, nec iam fere vlterius recedendi ſpatio relicto. Sic ille deprehenſus conſiliique inops, tandem ad Tutachum adit: ab eoque delinito ac ſibi conciliato impetrare nititur, vt conſilia copiasque ſecum iungere in belli communiter gerendi ſocietatem velit.

ζ) SCYLITZ.: *verum quadam die cum ipſis coenans capitur et deuincitur. Fallere enim Romanos etiam iureiurando interpoſito, apud Turcos ſolenne eſt, et venia dignum cenſetur: nec eſt quod quis periurium accuſet. Hunc multo pretio em-*

k) Turux.

Imp. MICHAELE *Parap.*

a. C. 1072—1074.

[illegible] conſtituta erat: rogabat praeterea, ne grauaretur, quosdam, quibus maxime fideret, ad ſe mittere. Habere enim ſe illi communicanda arcana magni momenti, quae noſſe ipſius intereſſet plurimum. Delinitus donis Tutachus, et quis eſſet Alexius ſciens, facile inductus eſt ad hominem ſibi fidiſſimum mittendum: qui cum Amaſeam veniſſet, humaniſſime hominem ac liberaliſſime Alexius accepit: itaque illum demeruit muneribus, familiaritate blandiſſimi ſermonis; erat enim, ſi quis alius, comis in verbis et ſuauiſſime pellax, vt ſibi mirabiliter deuinxerit barbarum. Tum ad iam obnoxium et ex vero beneuolum talem orationem exorſus eſt. „Amici quidem, o mihi care ſodalis, ſunt, inter ſeſe imperator Romanorum et Sultanus veſter. Vrſelius autem vtrique infenſus. Vaſtat enim Romanas terras, idemque, vbi occaſio datur, a Turcis violandis non abſtinet. Nunc videns tuum [illegible] cum exercitu egreſſum, [illegible], ne, quod ſe meritum nouit, ab [illegible] debelletur, larua beneuolentiae ſumta, ſe ad eum contulit, tempus redimens et occaſionem impune nocendi captans. Cui enim dubium eſt, quin, ſimul hic terror praeteriit, ſit idem in Turcos Vrſelius, qui prius, et quibus poterit damnis eos afficiat. Quin igitur id agit potius Tutachus, quod ſuggero. Eum ad ſe reuerſum mihi tradat, acceptis pro eo pecuniis, quantas volet. Hinc enim tria vel maxima lucrabitur. Primum pecuniae vim magnam, quam ego numerabo. Deinde gratiam imperatoris Romani, qui beneficium iſtud magnifice remunerabitur. Denique Sultano gaudium afferet magnum, hoſte grauiſſimo Turcorum de medio ſublato „.

Quid

tum praeſes Alexius ad imperatorem vinctum perducit, quem traditum tortoribus bouinis neruis caedendum, vt fugitiuum aliquem ſeruum flagris intolerabilibus curauit, et in obſcuriſſimam turrim incluſum contemtui habebat catenis vinctum. ZON.: *Itaque illi* [Turci] *amicitia ſimulata, virum comprehenſum magna pecunia commutarunt, qui ſtatim ab Alexio Byzantium perductus et poſt atrocia tormenta in turri quadam eſt incluſus.* ANNA COMN.: *Senſit, et iſti concordiae, ne conualeſcat, omni ope intercedere ſtatuit Romani exercitus dux Alexius. Nec mora: praeoccupat animum barbari; nec verbis, donis, modiſue vllis, aut machinis, ad eum ſibi adiungendum idoneis,*

Imp. MICHAELE Parap.

a. C. 1072 — 1074.

Quid multa: perſuadetur Alexii oratione legatus, et promiſit, perſuaſurum ſe Amyrae, vt efficiat, quae Alexius volebat. Dimittitur ſub haec nouis donis oneratus, et haec Tutacho nunciat, laudes adiungens maximas Alexii humanitatis in factis, comitatis in verbis, liberalitatis in donis, ac pecuniis qua dandis qua promittendis. Nec pluribus opus fuit ad capiendum auarum animum barbari, oſtentatam auri praedam ſpe praeuorantis. Decernit igitur plane id agere, quod rogabatur, et Alexio per omnia obſequi. Sub haec, conſilio diſſimulato, Vrſelium ex condicto redeuntem excipit in ſpeciem beneuole, conuiuioque adhibitum ad extremum capit, vinctumque ad Alexium transmittit, obſidibus ab eo viciſſim acceptis, quoad promiſſam pecuniae ſummam numeraſſet. Gaudium Alexii de ſucceſſu tam proſpero conturbabat inopia pecuniae, quam et ſuae fidei et libertati datorum a ſe obſidum non modicam nec facile in praeſenti parabilem debebat. Incertus igitur conſilii concionem Amaſenorum aduocat, [et inter alia, inquit] Ego — pecunia careo, par eſt, vnumquemque veſtrum conferre, quantum poteſt. Equidem, niſi tam longe ab imperatore diſtarem, et ſi morae ſolutionis indulgeret Tutachus, feſtinarem in vrbem regiam, vt inde auferrem promiſſam et tam iuſte debitam mercedem vtiliſſimae nobis operae. Quoniam autem, vt videtis, nihil horum fieri

parcit, — adgrediendo Tutacho demulcendoque his fere verbis: „Amici — infenſus. Nam quod modo nos incurſat, paulatim carpens atque atterens Romanam rem, Perſide interim abſtinens; mihi crede, non vobis parcit, aut fauet; ſed, quas deeſſe adhuc ſibi ad vos oppugnandos vires intelligit, conſilio et mora colligit: ſine illum, dum ſe corroboret, dum, ſi queat, mecum debellet; dum a Romanis ſecurus ſit; mox in te conuerſum vehementem hoſtem ſenties. Nec vero ego te ad commune incommodum communi mecum opera tollendum publicae duntaxat vtilitatis mercede prouoco. Pecunias opta, quam multas voles, eas a te capti ad nosque miſſi Vrſelii habebis praemium. Hinc — ſublato „. His per internuncios a patre meo, Romani duce exercitus, tali tempore cum Tutacho actis; et videlicet tam ipſo, quam, qui cum eo erant, perſuaſis barbaris: tum vt caueretur de ſumma promiſſae pecuniae, deque ſolutionis die; obſidibus ex maxime inſignium numero datis; capitur ex con-

Imp. MICHAELE *Parap.*

a. C. 1072 — 1074.

fieri poteſt. et Turcorum exercitus multa interim damna ei, quam inſidet, noſtrae regioni infert, Amyra ibi manſuro, donec promiſſum a nobis pretium acceperit, par eſt, vt dixi, immo neceſſarium, omnes vos de veſtro conferre (ad principes et primores loquor) recepturos deinde ab imperatore, quae reipublicae tam neceſſario articulo communis ſalutis foenerati fueritis. [Aegre tandem iis perſuadens Alexius, quae volebat, obtinuit].

§. 112.

76. [ALEXIVS Conſtantinopolin verſus iter agens] cum — circa Caſtamonem perueniſſet, cupiuit viſere aui domum. Iuſſis igitur porro pergere cunctis, ipſe cum paucis declinauit e via — quando et parum abfuit, quin incideret in inſidias Turcorum. Sed qui circa ipſum erant, ita properare coëgerunt, vt ſatis mature ſuorum agmini ſe miſceret. Transgreſſo porro anguſtias et circa mare deſcendenti verſus Heracleam Maurex occurrit, vir non ille quidem nobilis, gnauus tamen et ſtrenuus, vſumque habens maximum mari-

dicto repente Vrſelius, et Amaſeam ad Alexium perducitur. caeterum exſpectatae inde pecuniae morabantur: neque ipſo, vnde ſolueret, habente, et imperatore negligente totam rem. — At Tutachus cum ſuis inſtabat, aut appendi pactum auri modum flagitans, aut eo, vnde, fruſtrata emtione, adductus fuerat, remitti ac reſtitui captiuum. Hic Alexius — tota nocte deliberationibus anxiis tranſacta, conſilium demum expedit, impetrandi ab Amaſenis, vt neceſſariam pecuniam praeſenti collatione conficerent. — reliqua vt Bryennius.

76. NICEPH. BRYEN. p. 63, 64. Scylitzes p. 856. haec habet: *Sub Michaele — imperium* [cum] *negligenter ac pueriliter adminiſtraretur*, [Normanni] *vt ſtabiles domini a mari vsque ad mare et Calabriam ſibi ſubegere, eaque diſtributa, — ſe comites, Robertum vero Ducem appellarunt. Michael autem non ſolum non retinuit regionem, quae ad ſe pertinebat, — ſed vt ipſos Turcos ex Oriente expelleret, exiſtimauit ſibi faciendum eſſe, vt cum ipſis foedus percuteret, et ipſorum ope ac ſocietate, Turcorum temerarium in Rom. regionem inſultum coërceret, quare etiam affinitatem cum Roberto contraxit.*

Imp. MI-CHAELE *Parap,*

a. C. 1072 — 1074.

maritimae rei: quare imperatoribus Romanis neceſſarius videbatur. [Ab hoc hoſpitio eſt exceptus Alexius]. Illi deinde inde abire paranti nunciatum, Turcos ad praedas agendas deſcendiſſe. — Armatus igitur, equo inſcenſo, prodiit cum ſuis. Sequebantur et Maurecis milites viri periti rei bellicae et fortes. — At Turci, procul hos cernentes, fulgore armorum perſtricti, tum ordinis diſciplina, et illo vigore impetus, quem nihil ſiſtere poſſe videretur, territi, effuſe fugerunt. Noſtri vero eos inſecuti longe vltra fines, deiectis etiam aliquibus eorum, domum redierunt. Delectatus eſt Alexius huius obiter perceptae victoriae guſtu, ita vt cupiditatem inde conciperet ibi haerendi, vbi ſimilium occaſionum confligendi cum Turcis ſperari facultas poſſet, quoniam eo vsque ad praedas excurrere illi conſueuerant. — Sed ab imperatore litterae miſſae cum naue vnius ſcalmi remigibus inſtructa, ab iis eum cogitationibus abſtraxerunt. Iubebant enim litterae conſcendere ipſum ſtatim nauem cum Vrſelio et quamprimum Conſtantinopolim venire, ad vitandas inſidias tranſitus terreſtris viae obtinentium Turcorum.

§. 113.

PAVCIS poſt diebus [quam Iſaacius Comn. Antiochiae dux 77.
ortam ibi ſeditionem compreſſerat] nunciatum eſt, non paruam Turcorum manum in Syriam irrumpere. Quo audito, dux cum copiis aduerſus illos vadit. Adiunxit ſe illi vir ſororis eius Conſtantinus, imperatoris Diogenis filius. Occurrunt Turci, pugnatur. Dux, fortiſſime rem gerens, multis vulneribus acceptis, capitur. Conſtantinus Diogenes occiditur. Et ducem quidem Antiocheni, miſſo pretio viginti millium aureorum, redemerunt, caeteraque belli mala reparare ſtuduerunt.

§. 114.

a. C. 1074. — 1078.

η) [NICEPHORO Botaniate in oriente rebellante,] imperator 78.
[Michael] et logotheta — ad principem Turcorum legationem miſerunt

η) SCYLITZES: *Principes in oriente Alexander et Cabaſilas, Syna-*

77. NICEPH. BRYEN. p. 66.

78. Id. p. 79, 80. Scylitz. p. 857. Zonar. T. II. p. 289.

Imp. MI-CHAELE *Parap.*

a. C. 1074—1078.

ſerunt (erat autem is tunc temporis SOLYMAN Cutlumuſi filius l)) qua ei ſuadebant, vt bellum aduerſus Botaniatem capeſſeret. id quod ille fecit, foedere cum legatis Michaelis icto: et ex tunc vias obſidebat, anguſtiis praeoccupatis, Otaniatae copias et tranſitum obſeruans. Ille autem vbi Cotiaeum perueniſſet, Solymanis conſilio cognito, quoniam exercitum haudquaquam ſatis numeroſum ſibi adeſſe videbat, quanto erat opus ad tantam hoſtium multitudinem aperto marte ſuperandam, rationem belli adminiſtrandi ſane prudentem iniit. Vitatis enim rectis et publicis viis, vbi exſpectari ſe ſciebat, noctu vaſis collectis, inobſeruatus tranſiit ad praeſidium quoddam proximum Sangario amni, quod Atzula dicitur, diſtans Nicaea circiter ducenta millia. Vnde rurſus mouens Nicaeae ſe

deni, Gudelius, Straboromanus et reliqui ſenatorii ordinis — Curopalatem Nicephorum Botaniatem conuenientes imperatorem declarant, Octobri menſe indictione prima. Quod quum ad imperatoris aures accidiſſet, haud mediocriter ipſum perturbauit: — et ſtatim Turcis, tanquam cognatis et propinquis, ſcripſit, pollicens, dona ſe daturum, ſi illum ſolum comprehenſum et qui cum ipſo eſſent, ad ſe mittant. ZONARAS: *Orientalium praetorum principes defectionem parturientes, Nicephorum — declarant. Imperator igitur per caduceatores ingenti promiſſa pecunia, a Turcis petit, vt ſeditioſos ſibi tradant.*

l) *Σολυμαν ὁ τȣ Κȣτȣλμȣς υἱος.* Du Cange in Notis ad Bryennium p. 216. „ Iconienſium, inquit, Sultanorum originem hactenus incertam vixque notam nobis tandem aperit Bryennius. Solymannum enim Veterem, vti a Tyrio appellatur, a quo caeteros, qui in Lycaonia, Cappadocia aliisque Aſiae prouinciis imperitarunt, toparchas Turcicos deriuari conſtat, non ex eadem modo, qua ſupremi Turcorum Sultani, gente ortum duxiſſe docet, verum etiam quo illos conſanguinitatis gradu attigerint. A Cutlum quippe, quem etiam cum Scylitze et Zonara *Κȣτλȣμȣς* et *Κȣτȣλμȣσ* vocat, Solymannum Nicaeenſem Sultanum prognatum refert. Cutlumus vero Tangrolbeci Sultani paruelis fuit, ſeu, vti ſcribit lib. I. N. 10. et ex eo Scylitzes [vid. ſupra §. 53.] Tangrolbeci patrui filius, proinde Salgeuci ex filio nepos. Id praeterea firmat Scylitzes, cum ait, Ibrahimum, Tagrolbeci fratrem [vid. ſupra §. 57.], Cutlumi fuiſſe *ἀνεψιον*, ſeu patruelem. Cutlumus porro El-Macino A. Heg. CDLXXVII. Chr. MLXXIV. et inſequenti *Ptolomeus* nuncupatur, vocabulo haud multum abludente, ſi primus im-

Imp. MI-CHAELE *Parap.*

ſe admonuit, antequam Turci ſentirent ipſius profectionem. Hi porro audito tandem eius furtiuo tranſitu, indicioque habito numeri copiarum eius, acie inſtructa ſequebantur, praemiſſis equitibus paucis, qui eunti faceſſerent negotium, et feſtinationem properantis morarentur. Hi non multum profecerunt. Aſſecuti enim agmen Botaniatae non longe Nicaea, iaculatione in illud multa eminus cum barbara vociferatione facta, morari coeptum iter conabantur. At Botaniatae milites pauci quidem illi, caeterum fortes, impetu in Turcos facto, vim eorum repreſſerunt. Veritus tamen Botaniates, ne tandem paucitas ſuorum circumueniretur ab abundantibus numero barbaris, miſit ad eos Chryſoſculum m), qui locutus cum ipſis facile perſuaſit, vt, pecuniis acceptis, retro redirent, ſicque Romani ſecurum habuerunt, Nicaeam vſque, reliquum iter.

 §. 115.

mutetur apex, vbi Solymanni parentem exerte vocat. Atque ex his non mediocriter falli deprehenduntur Zonaras, Tyrius, et Aithonus. Ac Zonaras quidem, qui Cutlumum Tagrolbeci ἀδελφοπαιδα, ſeu ex fratre nepotem facit: Tyrius vero lib. 3. cap. 1. et Aithonus cap. 15. qui Solymannum nepotem fuiſſe ſcribunt Guedadolduli Albae Arſenali Sultani, cui Tyrius Belſetoſi, Aithonus Aſpaſalemi nomen tribuunt. Enimuero vt Cutlumus eiusque filii quinque [tot enim aſſignat liberos Cutlumo Scylitzes, quos inter Solymannum et Maſourium recenſet Bryennius [vid. §. 117.) Lycaoniam, Cappadociam et Bithyniam occuparint, fuſe ſatis enarrat Zonaras in Romano Diogene, et idem Scylitzes in Botaniata. Incertum tamen prorſus relinquitur, quando et quo imperante Nicaea Bithyniae metropolis, in qua regni ſedem, ſeu, vt Anna loquitur lib. 3. p. 95. το Σελτανικον conſtituiſſe Solymannum teſtantur paſſim ſcriptores, in Turcorum conceſſerit poteſtatem, cum id nemo hactenus prodiderit. Certe licet quod a Bryennio lib 3. N. 16, 17, 18. Scylitze, Zonara et aliis traditur, a Nicaeenſibus exceptum Botaniatam et imperatorem acclamatum, perſpicue euincat, hac tempeſtate, h. e. ſub a. C. MLXXVIII. Nicaeam Graecis paruiſſe, illo tamen imperante Turcos agnouiſſe dominos, videtur indicare idem Bryennius lib. 4. N. 2. dum ſcribit: Botaniatam imperatorem factum legatos miſiſſe ad Solymannum et Maſurum, τυς των Τυρκων ἐξαρχοντας ἐν Νικαιᾳ διατριβοντας, qui tum Nicaeae degebant, ſane cum Solymanni veteris regia exſtiterit, Nicaeam oportet ante illius exceſſum, qui anno demum MLXXXV. contigit, in Turcorum ius veniſſe„

m) De hoc vide ſupra *§. 91.*

§. 115.

Imp. NICEPHORO *Botan.*

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

a. C. 1078.

79. [NICEPHORO rerum potito] cum vectigalium ex Aſia ſegnius iam venae fluerent, late dominantibus et pleraque illic intercipientibus Turcis; Europaea vero quaſi funditus exaruiſſent; — redactum erat aerarium publicum in vltimam egeſtatem.

§. 116.

80. 9) BOTANIATES — bene compoſitis rebus ſuis, – omnibus, quicunque vnquam militiam profeſſi fuerant, ad ſe accerſitis, legiones ex iis coëgit. – Coëgit item Turcicum exercitum idoneum, cuius dux erat *Cutlumus* ille celebris cum filiis quinque. Hos ſibi conciliauit, qui Sultano cognatione coniuncti erant, et ſtudebant ſibi vindicare omne Perſicum imperium; ſed haud poterant erga illum pugnare. Et idcirco ad Romanorum regionem aduenerant, vt parem ad illi reſiſtendum potentiam mancifcerentur; magis vero, ſi vera dicere oportet, pugnam aduerſus Sultanum conflantes, et de toto imperio contendentes in loco, qui Rheas vocatur. Iam conflicturis exercitibus, ad aures accidit *Chaliphae* n) factum, qui apud ipſos eodem aequali honore, quo Deus, celebratur: et ille ſtatim

9) ZONARAS: *Botaniates legionibus e diuerſis gentibus conflatis, Turcos etiam ſibi conciliauit, quorum Cutlumus dux erat, Perſa illuſtris, qui cum Sultano, cui genere propinquus erat, de regno contendebat, iamque ad arma res ſpectabat. Id Chaliphae, cuius apud illos maxima erat auctoritas, vt qui a Mahumeto ortum ſumere putaretur, magnum dolorem attulit, ſi inter ipſos ciuilia bella orirentur, et quamuis moris non eſſet, vt ſuo loco excederet, ac in publico verſaretur: tamen inſtituto*

79. NICEPH. BRYEN. p. 87.
80. SCYLITZES p. 860, 861. Zonar. T. II. p. 289.

n) εἰς ὦτα πιπτα το πραγμα τῳ Γλαφυρα. in marg. Χαλιφα. apud Zonaram Χαλιφα et Χαλυφα ſcribitur.

Imp. NICE-PHORO *Botan.*

ſtatim, ſpreto omni faſtu et more (non enim concedebatur ipſi extra proprium hóſpitium egredi) celeriter Rheas perueniens diuertit, et acies iam congreſſuras, in medio ſtans, ad pacem hortatus eſt pro vtilitate quidem Perſarum et ipſorum imperii, malo vero imperii et potentiae Romanorum. Variis enim ſermonibus vltro citroque habitis, ad extremum vicit id, quod ei communiter vtile viſum eſt, vt Sultanus Perſide potiretur, cuius etiam pater dominus fuerat: ii vero, qui cum Cutlumo erant, acceptis copiis et auxiliis a Sultano, in ſuam poteſtatem Romanorum regionem redigerent, et haberent in propriam regionem poteſtatem et imperium, ita vt nullo ſe mutuo conuicio afficiant. Tali admonitione ac ſuaſu Chaliphae dirimitur pugna, 'et diſcedit exercitus o); omnisque contentio propulſatur, et Romanorum loca ſibi in ſeruitutem ſubiicere coeperunt.

Hos igitur cum ſibi aſciuiſſet [Botaniates], cum idoneo exercitu pro inito ſecum foedere feſtinabat, et inito itinere Nicaeam contendebat. Ingens autem numerus ex Megalopoli ad ipſum quotidie confluere. et, quod dictu eſt incredibile, ne Turci quidem ipſi impedimento fuere, immo potius cum reuerentia quadam et obſeruantia comitabantur, et regina vrbium et omnes ipſius principes — declarant imperatorem Botaniatem. [CP. veniens] coronatur, omnesque ſuos dónis et poſſeſſionibus proſecutus atque honoribus, et Turcos item ad Chryſopolim morantes benigne amplexus, alias res ad imperium pertinentes aggreſſus eſt.

contemto ad eos abit, qui de regno litigabant, eisque perſuadet, vt, omiſſo bello, Sultanus principatum ſuum integrum teneat, cognatoque omni ope praeſto ſit, vt Romanis prouinciis ſubactis imperet. Iis pactionibis firmatis, Cutlumus Romanam ditionem ingreſſus, Botaniatae operam nauat; qui iuſtis copiis inſtructus, Nicaeam occupare properabat. —

o) και ὁ ςρατος ὑπεχωρει, interpres *cecidit exercitus.*

Imp. NICEPHORO *Botan.*

a. C. 1078.

§. 117.

81. ι) [BRYENNIVS cum infeſtum exercitum aduerſus Conſtantinopolin duceret, imperator Nicephorus Botaniates Alexium Comnenum] inſtruere copiis — decreuit, quo is bellum in eum adminiſtraret. Verum ad hoc cum deeſſent Romani milites, mittit ad Turcorum principes apud Nicaeam Bithyniae degentes (erant hi autem *Maſurus* et *Solyman*, Cutlumuſi filii), qui ſtatim auxiliares copias miſerunt duum millium Turcorum, et plures continuo parabant. Nondum porro appulſis exſpectatis auxiliis, viſum eſt
82. legatos [ad Bryennium] proficiſci oportere. [Quibus reuerſis] et auditis

ι) SCYLITZES: *Imperator Nicephorus* Botaniates *Nobiliſſimum Alexium Comnenum magnum ipſum domeſticum declarans, — aduerſus Bryennium mittit. — qui, — in loco quodam Calabrya nomine quieſcere iuſſo exercitu, didicit ab exploratoribus, Bryennium a Meſene profectum cum omni exercitu appropinquare. ſtatimque Nobiliſſimus Turcos a ſe delectos iuſſit vsque ad Bryennium peruenire, ac tantum vbi ſe oſtendiſſent, ad ſe reuerti.* ANNA COMN.: *Eiusmodi copias* [Immortales, a Chomate nuncupatos milites et Gallicos manipulos] *qui pro Botaniate res adminiſtrabant, patri meo dant, polliciti auxilia Turcorum, quae conductum miſerant: ſimulque edicunt, ſine mora capeſſat —. qui, ne Turcicis quidem exſpectatis auxiliis, ſtatim ſe ſuisque, quam optime potuit, inſtructis, — ex vrbe regia in Thraciam progreſſus, caſtra circa ſalſum fluuium ſine foſſa et vallo metatus eſt. —*

81. NICEPH. BRYEN. p. 88. Scylitzes p. 863.

82. NICEPH. BRYEN. p. 90. Anna Comn. p. 10. quae p. 9. Initio rebellionis Bryennii relato, pergit, *Viſum tandem eſt opponendum Bryennio Alexium Comn. — datis ad hoc ipſi copiis, quaecunque ad manum erant, ſane perexiguis. — orientales ſiquidem exercitus, alii alio diſperſi, neceſſaria limitibus ſtatione tenebantur, Turcis latiſſime dominantibus, et per omnes fere regiones, quae Euxinum Helleſque pontum interiacent; quaeque hinc Aegaeo, hinc Syriaco mari clauduntur, ſinubusque maxime iis, qui Pamphyliam Ciliciamque praeterlapſi in mare Aegyptium delabuntur, munitiones obtinentibus. Vnde fiebat, vt, cum orientales exercitus Turcico periculo diſtinerentur, occidui ad Bryennium confluxiſſent, quae ſupererat Romana potentia exili ſane numero cenſeretur.*

Imp. NICEPHORO Botan.

a. C. 1078.

auditis Bryennii poſtulatis, de compoſitione deſperatum eſt. Profectus eſt igitur Comnenus, habens ſecum praeter auxiliares Turcos etiam eos, qui Chomateni dicuntur, — quibus adiecta eſt phalanx eorum, qui vocantur Immortales p). — His aliisque Comnenus Alexius aſſumtis, egreſſus caſtra poſuit ad fluuium - [Almyrum ex Thraciae montibus fluentem] cui adſitum caſtellum in colle munitum viſitur, Calobrya vocatum. -

§. 118.

x) [Quod cum Bryennius a Turcis, ex Alexiano exercitu captis, didiciſſet] poſtridie mane iuſſit omnem exercitum armari. - Maxime autem eo articulo rerum conturbabat ipſum [Alexium] pridie appulſus ab imperatore nuncius, qui omnino vetabat eo die pugnari; ſed exſpectari aduentum auxiliarium Turcorum, qui iam eſſe in itinere dicebantur. Atqui tali loco et tempore deprehenſis defugiendi proelii nulla facultas reſtabat -. [Alexius itaque] copias armauit, et bifariam diuiſit. Immortales et Francos ipſe duxit. Chomatenis et Turcis Conſtantinum Catacalonem ducem praepoſuit 83.

x) ANNA COMN.: *Bryennio infeſto in Alexium mouente circa Calauram, Alexius Immortales — Scythis. — Iam hic caſus quoque quidam ad propagandam proſperitatem coeptorum nonnihil contulit. Cohors quaedam auxiliarium Turcorum forte occurrit meo patri, tum commodum cum ipſe fortunam pugnae reſtituerat: quod ipſum cum didiciſſent ab eo, hoſtesque vbi eſſent, requirerent, ipſe iis ſecum in quemdam tumulum conuenientibus, —. Caeterum cum ita ſe res hoſtium habere cernerent tam ii, qui dudum erant cum Alexio, quam qui ſe recens adiunxerant Turci, conſilio extempore capto, cuius auctor Alexius fuit, tres turmas faciunt. — mitterent.*

p) De his Bryennius: *Imperator Michael, aut, vt verius dicam, Nicephorus Logotheta ſpado, videns, orientalis limitis exercitum paene omnem defeciſſe, ſubiugatum a Turcis, curauit alias copias ex nouis delectibus ſufficere. Quare quosdam ex ſparſis per Aſiam mercede ſeruientibus colligens*, armis inſtructos in bellicis artibus probe exerceri iuſſit, et *Immortales* appellauit.

83. NICEPH. BRYEN. p. 91, 92. Anna Comn. p. 11, 12.

Imp. NICE-PHORO *Bo-tan.*

a. C. 1078.

84. poſuit, opponens eos ex aduerſo Scythis. [Proelio inito, et Bryennianis, falſo de caede ducis rumore ſparſo, in fugam verſis] in iſtud opportuniſſime momentum occurrit aduentus non exiguae Turcorum manus ex iis, quos ab imperatore in auxilium Alexio miſſos iam diximus. Hi videntes commiſſam pugnam turbatosque ac fugientes hoſtes, quaeſito domeſtico Scholarum ac denique inuento, prolixiſſime ſuam detulerunt [operam], vt confideret, hortantes, ſibique oſtenſis hoſtibus aliquam partem victoriae concederet. Alexius eorum alacritate vtendum ratus, ducibus horum ſecum aſſumtis, aſcendit in tumulum, ex quo ſciebat hoſtium aciem cerni poſſe, quam et ipſis inde oſtendit. Illi videntes confuſam phalangem temere huc illuc nulla certi ordinis diſciplina euagantem, ac ſenſim ſe diſſoluentem, — cunctis otioſe cernentibus, quid ageretur [Franci enim ad Bryennianos tranſierant], et periculi ſecuris. Haec, inquam, cum duces Turcorum, monſtrante Alexio, vidiſſent, deſcendentes inde, ſuas copias trifariam partiti ſunt, harum duas partes in inſidias abſconderunt; tertiam iuſſerunt in hoſtes inuehi non iam in phalangis modum ordinatos; ſed per modicos manipulos ſparſim diſcerptos, mandato edito, vt equos in eos incitarent eminusque iacularentur, et quamplurima in eos tela mitterent.

§. 119.

λ) Sequebatur autem hos et Alexius Comnenus, congregatis circa ſe quotquot ex fuga retractos praeſens illi fortuna obtulit. Cum hoc ſtatu res eſſent, Immortalium quidam praecurrentes ante Turcos iam in agmen Bryennii penetrauerunt, tam intime, vt vnus eorum ipſi Bryennio pectus haſta cominus tunderet. [Quem cum Bryennius ſtrauiſſet] improuiſo Turci, cum clamore alacri, grandi-

λ) ANNA COMNENA: *Sequebatur — ſtrauiſſet, Turci quidem ſibi ſuccedentes, totum agmen Bryennii ſagittarum aſſiduis quibusdam nubibus inumbrabant. Contra quos Bryenniani, licet repentinae nonnihil incurſione turbati, colligentes ſe tamen et in ordines euntes, obſiſtebant — pugnandum. Verum et Turci et pater meus, poſt impreſſionem exigui temporis, receſſerunt, ex compo-*

84. NIC. BR. p. 93, 94. Anna Comn. p. 13, 14.

Imp. NICEPHORO Botan.

a. C. 1078.

grandinem telorum mittunt: haerentibus et trepidantibus ductoribus phalangis ad tam inopinatum malum. Tamen, vt erant viri fortes et belli periti, reſtituere in ordinem phalangem conabantur, adhortantes ad bene pugnandum, parataeque iam victoriae decus obtinendum. Iamque pro anguſtia temporis ſatis reſtitutis ordinibus, in Turcos ferebantur. At hi, effuſe fugientes, eos in inſi- 85.
dias trahebant, duobus, vt diximus, locis poſitas, ad quorum priorem vt ſe admouerunt, erumpentibus ex occulto ſuis et ipſi, fuga omiſſa, ſe adiungentes, innumerabili telorum multitudine hoſtes obruebant, vulnerabantque paſſim et viros et equos. Quare Bryennianis haud dubie in fugam inclinantibus, qui apud Bryennium domeſtici Scholarum titulum habebat; Curopalates Ioannes [frater Bryennii] auxilio venit, celeritate magna, quem Bryenniani videntes, audacius Turcis reſiſtebant, in eosque vltro irruebant. Hi vero rurſus artificioſa fuga ceſſerunt, nec retro ferri deſtiterunt, priusquam inſequentes in ſecundas inſidias pertraxiſſent. Quod cum eſſet factum, multi repente Bryennianorum ceciderunt, aliique omnes fugam haud dubie ſpectabant: quo Curopalates viſo, raptim ſuppetias accurrens, multos ex Alexianis, verſa iam vice inſequentibus, occidit, et fugientes ſuos hortabatur, vt manerent. Sed fruſtra contendebat. Omnes enim, ipſo cum fratre et huius filio relictis, receſſerunt. Hi porro memorabili pugna edita, multisque Turcorum deiectis, poſtquam vniuerſam phalangem diſſipatam viderunt, abierunt et ipſi fugientes, Turcis a tergo inſtantibus.
Quare

ſito fuga ſimulata, paulatim trahentes hoſtem, quoad in inſidiarum locum perducerent. Vbi vero ad locum, in quo primum agmen ſubſederat ventum eſt — hoſtes obruebant. — Signo igitur in fugam praeeunte, vniuerſi terga dant aduerſariis. At Bryennius, quanquam vehementer aduerſa pugna fatigatus, ſummaque vi compulſus cedere, quam praeſente et generoſo eſſet animo, monſtrauit — ſed cum equus iam deficeret Bryennii, et propter reciprocatos longiſſimo tempore omnem in partem curſus, fugiendo iuxta ſequendoque impar, parum ab exſpiran-

85. NIC. BR. p. 95, 96. Anna Comn. p. 13—15.

Imp. NICEPHORO Botan.

a. C. 1078.

Quare illi crebro in eos conuerſi, eorum impetum retardare conabantur: quoad equus, cui Bryennius inſidebat, labore fractus, viribus deſtitui coepit ad porro pergendum. Quo caſu circumuentus, ipſe quidem lento, prout poterat, paſſu procedebat; frater vero eius et filius, verſo ſaepius vultu, Turcos reprimebant. Ac quoad quidem non ita magna inſequentium multitudo erat, receptum ſatis commodum adminiſtrabant: poſtquam vero multi concurrebant, et Bryennii equus, magis ac magis deficiens, plane iam inutilis ad curſum erat, circuire ipſos et a facie progreſſi ſe ipſis oſtendere hoſtes conabantur. Sed ambo, magno impetu in hoſtes illati, duobus ex his deiectis, caeteros longe refugere compulerunt, et ſic breui ſibi ſecuritate parata pergebant. Verum rurſus Turci cum plurimis aliis reuerſi, vehementer in eos incumbebant; his denuo, vt prius, generoſa vi Turcos impetentibus: ſed ad extremum audacibus coeptis fortuna non adfuit. Ioannes enim, cum vnum quempiam Turcorum deieciſſet, in alium impegit, ita vt amborum equi, offenſione mutua equitibus excuſſis, et ipſi cum iis humi ſternerentur. Bryennii vero, imperium affectantis, filius ſtudio inſequendi hoſtes longius elatus, vno Turcorum deiecto, in medio Turcorum deprehenſus, haerebat, nec iam, quantumuis conaretur, expedire ſe poterat, vt patri ſuccurreret.

Hac vice rerum ſecuriores Turci, magno numero maioreque vi in Bryennium incurrunt. Vnus igitur eorum enſe ſtricto ipſum audentius aggreditur. Ille vero conuerſus, ferit eum gladio

do abeſſe videretur, deſiliens generoſe Bryennius, ſtansque, correptis habenis, duos inſequentium Turcorum ferociores vltro prouocauit. quorum illum vnus cum haſta pulſaſſet, priusquam perferret ictum grauius, ab illo repercuſſus eſt, occupante vno ictu abſcindere manum eius, quae telum complexa ſola ſubſedit in imo. Interim Turcorum alter agillimo ſaltu ex equo proprio in equum Bryennii tranſiliit, ephippioque ipſius apte inſedit. Ipſe nihilominus habenas tenuit, tergumque inſcendere ſumma ope annitens fruſtra erat, flectente ſe anguis inſtar ac reſupinante barbaro: quem nec mutato conſilio enſe confodere conatus, libare vmquam potuit, aſſidue vitabundum. denique laſ-

Imp. NICEPHORO *Botan.*

a. C. 1078.

dio, et manum eius amputans, cadere in terram ipſo enim acinace coëgit. reliqui conabantur ipſum circuire. verum ipſe ſe ſtrenue defenſabat. itaque in incurrentes a fronte generoſo ruens impetu, haſta quemdam ex iis pulſat. Quo ſatagente haſtam enſe frangere, is, cui prius a Bryennio abſciſſa manus fuerat, inſilit a tergo in equum Bryennii, et ipſum amplectitur. Vertebat ille quidem retro enſem, vt hunc configeret, ſed aſſequi non poterat haerentem ſibi, et proprio ipſius corpore protectum. Hic deſilientes equis caeteri Turci, Bryennium rogabant, ne obſtinaret animum in mortem, verum fortunae tandem cederet. Ille tamen, quoad manu valuit, tundere ac tundi non deſtitit, donec ad extremum laſſitudine fatiſcens, conſiliis hoſtium acquieſcere coactus eſt, et ita contigit ipſum capi. Hunc barbari honore deducentes ſummo ad Comnenum Alexium abibant, quem nunciis praemiſſis, captum fuiſſe Bryennium, praemonuerant. — Filius Nicephori Bryennii cum ſe globo Turcorum ipſum ambientium expediuiſſet, tamque longe receſſiſſet, vt ne telis quidem eorum contiguus eſſet, [Adrianopolim peruenit.]

§. 120.

a. C. 1078 — 1081.

NICEPHORVS Meliſſenus, vir nobilis — et affinitate Comnenis iunctus, (nam horum ſororem Eudociam vxorem duxerat) circa Coam inſulam diuerſans, conciliatis ſibi ad ſeque attractis Turcorum copiis et Turcorum ducibus, circuibat Aſiae vrbes, ru- 86.

 bris

ſata iactandis in vanum ictibus dextera, hunc poſſe caedere deſperans, mediam ſe in hoſtium circumſtantium turbam iniecit, qui comprehenſum virum, rem ſe afferre magnam merito rati, ad Alexium duxerunt, non longe hinc occupatum ſuis Turcorumque phalangibus ad pugnandum generoſe perurgendis. Atque illi primum victoriae ſuae indicium, miſſo nuncio, dederunt. Mox ipſi adfuerunt cum illuſtri captiuo, quem vt paulo ante pugnantem, ita tunc quoque vinctum cernere terribile ſpectaculum erat.

86. NICEPH. BRYEN. p. 103, 104. Anni ſupho ſuperſcripti ſunt anni imperii Nicephori Botaniatae.

Imp. NICE-PHORO *Botan.*

a. C. 1078.

bris calceis indutis, ac paſſim illarum ciues ei, velut Romanorum imperatori, ſe ſuasque dedebant ciuitates: ille autem, inuitus licet, eas Turcis tradebat. ita vt hoc modo contigerit breui tempore vrbes Aſiae, Phrygiae ac Galatiae vniuerſas in Turcorum venire poteſtatem. Ipſe porro magno exercitu Nicaea Bithyniae occupata, inde imminebat imperio Romano. His Botaniates cognitis, Comnenum Alexium accerſit, iubetque, Chalcedonenſi freto traiecto, aduerſus Meliſſenum expeditionem ſuſcipere. At hic iſtam militiam deprecabatur. – Metuebat enim, ne, ſi quid forte eo bello offenderet, quod procliue erat in tanto maiori Turcorum exercitu, maleuoli, arrepta nocendi anſa, diffamarent ipſum apud imperatorem, velut in gratiam Meliſſeni, affinis ſui, rem de induſtria male geſſiſſet.

§. 121.

87. 'Ioannes, protoueſtiarius eunuchus, quem imperator ſummum exercitus ducem declarauit, reliquis ducibus conuocatis cum deliberaret', oppugnandane Nicaea foret; an eſſet conſultius proficiſci recta Dorylium verſus, et ibi proelium cum Sultano committere: 'ipſe quidem, Nicaeam oppugnandam, cenſuit. Palaeologus Georgius in alia omnia diſcedens', Scito, [inquit], fore, vt, cum admotus Nicaeae fuerit exercitus, et eam tentare coeperit, audaciſſimi quique militum vulnerentur et occidantur –. Turci vero, qui extra vrbem caſtra habent, ſentientes Nicaeam oppugnari, infeſti ſine dubio in nos incurrent. Nos autem, 'vtrisque' ſimul reſiſtere non valentes, neceſſario fugere cogemur. – Nulla – eorum ratione habita, eunuchus ille, aſſumtis copiis, recta Nicaeam verſus mouet, 'fruſtra id diſſuadente Palaeologo', donec audito tandem aduenire Turcos ingratiis nec ſine pudore redire cogitur.

§. 122.

'Palaeologus, cui' ductum vniuerſi exercitus Ioannes in iſto receptu commiſit, 'omnibus rite diſpoſitis,' ipſe cum paucis circumiens obibat modo extremum agmen, modo cornu aciei dexterum (nam laeuum ſecurum erat, protectum a palude) Turcos ex-

87. Id. p. 105—107.

excurrentes coërcens, quoad admouiſſent ſe caſtello, Baſilea dicto, vbi caſtra metari conſtituerant. ' Eo cum appropinquarent, occurrit campus late patens, ſepto lateritio, multis locis hiante, circumdatus. Hic equites loci natura coacti extra ordines excurrere coeperunt, vt aditus intra ſeptum, qua muri labes viam dabat, captarent q). Id Turci, qui a tergo ſequebantur, animaduertentes, ſublato clamore maximo impetum in pedites fecerunt, eos vndique iaculis et ſagittis excuſſis arcubus petentes, quo illi conſternati, effuſe ſe in fugam dant, eunucho ſolo retro relicto, qui, metu conſtrictus, fugere cum aliis non potuit.— Ille [accedente Palaeologo] ſupplex ac tremens dicebat: miſerere mei, neque me tradi permittas in Agarenorum manus. Georgius [Palaeologus] bono animo eſſe iuſſit, et deinceps ſequi ſeſe. Incurſu autem vehementiori Turcorum plurium in ipſos facto, eunuchus in tantum terrorem incidit, vt parum abeſſet ab amentia. ' Tunc Palaeologus, conuerſis equi habenis, Turcis ſequentibus occurrens, primum ex ipſis obuium ferit, et mortuum in terram deiicit. Quo ſpectaculo cohibiti reliqui aliquantum receſſerunt. ' At Georgius iterum verſus ad ſuos, conſternatione ſtupidum et pauore mutum vidit r), leui manus verbere in mala feriens; noli timere, inquit, ' et eo ſecum aſſumto, reliquo agmini coniungitur s). Mox cum eos iterum aſſecuti eſſent inſequentes Turci, conuerſus rurſum Palaeologus cum equitibus non multis, loci enim anguſtiae non capiebant plures, graui armaturae laboranti animos addidit, et in Turcos ipſe ducens equites irrupit, barbaris ſtatim fugientibus. Quorum cum multi cecidiſſent, cautiores iam erant reliqui in acie cominus tentanda, ſed procul conſiſtentes ſpectabant. Iuſſit igitur Palaeologus procedere grauiter armatos et caſtrametari. Ipſe vltimus cum equitibus peritiţit, quoad illam, quam dixi, maceriam praetergreſſi pedites omnes locum caſtris ceperunt.—

q) —θριγγιῳ πλινθινῳ ἀναπεταμενον πεδιον ἐςι κυκλεμενον, ὀυ πολλας ἀσοδας ἐχοντι, και ὁι ἱππεις ἁμα ἐκτρεχειν ἠρξαντο, ὡς παρα τας ἀσοδας γενεσθαι.

r) ἐπιςραφεις δε ὡς τον ἐυνεχον, ἀνουν και ἀφωνον ἐθεασατο.

s) Addit haec interpres.

Imp. NICEPHORO *Botan.*

a. C. 1078 – 1081.

§. 123.

88. OCCVPATAE a Turcis vrbis Cyzici accepto imperator nuncio, Alexium [Comnenum] ſubito accerſit. Erat is dies, quo iuxta conuenta apparere in palatio ſolus debebat Iſaacius [frater Alexii. Hi itaque anxii primum, re e famulo cognita, ſollicitudine depoſita] comparabant tranquille animum ad ea, quae reſpondenda imperatori eſſent, mox interrogaturo conſulturoque ipſos, quid tali tempore opus facto foret? Talia illis cogitantibus, intuens Comnenos imperator, Cyzici cladem, ipſis, vt putabat, adhuc ignotam, expoſuit. Illi autem, quibus nec eſſet improuiſa res et locum haberent conſolationis paratum in iacturis et expugnationibus vrbium, facile afflictum Auguſti animum appoſito et copioſo ſermone recrearunt, et excitarunt in meliorem ſpem. cum diſputarent, curabile id vulnus eſſe, valeret modo ſaluumque ac florens vigeret imperii caput, Auguſtus nempe ipſe, breui profecto depraedatores barbaros ſeptuplum in ſinum ipſorum recepturos.

88. ANNA COMNENA p. 47. et p. 49. cum Comnenos defectionis conſilia agitaſſe dixiſſet, pergit: *Occultum autem, vt par erat, id decretum habebant, quoad breui perpetrandi eius occaſio ſe obtulit talis quaedam. Datum erat negotium Alexio — inducendi in vrbem partem quandam exercitus armandam aduerſus Agarenos, qui vrbem Cyzicum diripuerant. Hoc ille praetextu duces exercitus ſibi maxime fidos euocauit ſcriptis litteris.* —

CAPVT

CAPVT XI.

Res Turcorum, ſub Sultanis 1) Nicaeae; a) Solymane, eius praefectis Apelchaſemo et Pulchaſe, et b) filio Cliziaſthlane, eius praefectis Mochumete et Elchane; 2) Perſidis; Topara et fiio Pargiarucho, eorumque praefectis Tutuſe, Puzano et Proſucho geſtae; ab a. C. 1081. — 1083?

§. 124.

Imp. ALEXIO I. *Comneno.* — *Imp.* ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1081.

ALEXIVS imperator palpitantem extremis ſingultibus rem Romanam cernens, Turcis in oriente cuncta vaſtantibus; occiduis prouinciis imminente Roberto, — aeſtuabat animo, non ſatis expediens, quo ſe verteret; 'cum eum illinc ad pugnam Turci vocarent, hinc Northmani raperent t). — Manum [itaque] rebus ad- 89.

89. Ead. p. 91, 92.

t) ἑκατέρωθεν [in marg. ἑκατέρω] τῶν πολεμίων πρὸς ἑαυτὸν τὴν μάχην ἤδη προαρπαζόντων. Paulo inferius Anna *Equidem*, inquit, *ipſa memini a ſenioribus audire me cum dicerent: tantam tunc miſeriam huius fuiſſe ciuitatis ſub hoc capeſſentis imperium Alexii primum tempus, perſonante omnium aures atque animos belli ſimul Turcici ſimul Northmannici tumultus exſpectatione et fama, quantam nullius vnquam vrbis in omni retro exſtitiſſe memoria fando eſſet auditum*, in gr. tantum. ὧν οὐδεμία τῶν πόλεων ἀπ' αἰῶνος ἐς τοσοῦτον ἀθλιότητος κατήχθη.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1081.

admouens, primum omnium ſibi faciendum putauit, vt eos, qui per orientalem limitem vrbibus aut arcibus praefecti, fortem reipublicae operam ſuſtinendo Turcorum impetu nauabant, ad ſe omnes accerſeret. Statim ergo ad Dabatenum, Heracleam Ponticam et Paphlagoniam obtinentem, ad Burtzen, Cappadociae et Chomati cum imperio ac praeſidio praepoſitum, ad alios per ea loca inſignes ſcribit, — iubens eos, idoneo locis, quibus praeerant, praeſidio relicto, cum caetera militia feſtinare ad ſe in vrbem cum delectu nouorum militum, quam numeroſiſſimo poſſent.

§. 125.

Quoniam vero [imperator] impiiſſimos Turcos videbat circa
90. Propontidem; vt ſuperius indicauimus v), commorantes, SOLYMA, qui orienti toti imperitabat, Nicaeae habitante x) (vbi et *Sultanicium* erat, quod nos palatium diceremus); et ad quotidiana latrocinia eos immittente, ſicque omnem late oram, quae Thyniae et Bithyniae obiacet, vſque ad ipſum Boſporum, quae nunc Damalis dicitur, aſſiduis, qua equeſtribus qua pedeſtribus, incurſionibus depraedante planeque vaſtante: tam ſecura licentia graſſantibus barbaris, vt tantum non mare ipſum inſcendere, vrbemque vltro inuadere auſuri viderentur: quos cernientes Byzantii ſine vllo metu moras agere in oppidulis circum littora poſitis, atque in ſacris templis, nemine illos inde abſterrente, aut pellere parante, terrore ac conſternatione pleni, quid conſilii caperent, non habebant. Haec, inquam, imperator videns, alteque comprehendens animo, poſt fluctuantium diu cogitationum aeſtus varios, in vna tandem ſententia conſedit, quam et extemplo in rem deducere aggreſſus eſt, hoc ferme modo. Ex iis, quos ad praeſens periculum collegerat Romanis et Chomatenis militibus decuriones cum ſuis manipulis nauiculis imponit, partim leuiter armatos arcu duntaxat et clypeo, partim loricatos praeterea galeatosque et haſtis inſtructos. Hos obire

90. Ead. p. 95: indictionem 4. habet Anna p. 64. quintam, p. 114.

v) Vide locum ſupra ad §. 117. allatum.

x) καὶ περὶ τὴν Νίκαιαν αὐλιζόμενος.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

obire per noctes littora iubebat: et, ſicubi barbaros cernerent, haud multo maiore quam ipſi erant numero ſtationem habentes, clam exſcenſu facto, in eos irruere, maturoque receptu mox regredi, vnde quisque exierat. Addebat etiam ad rem eam caute gerendam monita, ipſis vltro non occurſura ex eo ſuſpicans, quod rudes adhuc illos et bellicae rei inexpertos ſciret: praeciperent nautis, vt quam minimo ſtrepitu remigarent, ipſique cauerent ſibi a ſubſidere ſolitis ad inſidias barbaris in ſciſſuris petrarum.

§. 126.

His per dies aliquot excurſionibus eruptionibusque frequentatis, paulatim Turci ex maritimis locis in interiora recedebant. Quo 61.
imperator cognito, ſuis mandat, oppidula et aedificia eadem, quae paulo ante Turci obtinuerant, ipſi iam vacua occupent, in iisque pernoctent: indeque primo mane, quo tempore Turcos prodire caſtris commeatus neceſſitas, aut alius vſus cogeret, impreſſiones in eos facerent, quae ſi eſſent proſperae, primo tamen ſucceſſu contenti nihilominus recederent in ſua praeſidia y), nec lucrum vlterius vllo periculo paciſcerentur; in quo quantulacunque incideret offenſio magnos hoſtibus, ʻpraeualere aſſuetis z), animos faceret, illico igitur receptui canerent a). Haud dudum ea ita fieri coeperant, ʻcum retulere adhuc vlterius pedem barbari, et tutioribus retro locis caſtra muniuere b). ʻTum vero imperator ſuos, eatenus pedites, equitare iuſſit c), haſtamque vibrare ac reciprocis viciſſim incurſionibus fatigare hoſtes ſollicitosque habere, non iam irruendo furtim per noctis tenebras, ſed luce palam audaci marte laceſſendo. ʻatque id vt confidentius porro facerent d), decuriones qui prius fuerant, quinquagenarios facit, ʻvt mirarentur barbari, eos, qui modo pauci et pedites, noctium obtentu freti, fura-

91. Ead. p. 96, 97.

y) ἀρκεσθῆναι τούτῳ, κἂν μικρὸν ᾖ.

z) Addit haec interpres.

a) In gr. additur, καὶ ἔσω τῶν φρουρίων γενέσθαι.

b) καὶ πορρωτέρω αὖθις οἱ βάρβαροι ἐγίνοντο.

c) ὥστε ἀποθαῤῥῆσαι τὸν αὐτοκράτορα — κελεῦσαι &c.

d) Addit haec interpres.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1081.

furari ſucceſſus exiguos ſatis habebant e), nunc, ſole orto atque adeo medium tenente coelum, iuſta fortiſſime praelia conſerere.

Sic paulatim res Turcorum retro labebantur: Romano vero imperio libertas et dignitas — reuiuiſcere videbatur. Non enim a Boſporo ſolum atque a maritimis locis longe ſummouit Comnenus Turcos, verum etiam ex locis, quae Bithyniae et Thyniae obiacent. atque adeo e Nicomediae finibus expulſos, eo compulit, vt ipſorum Sultanus trepide atque inſtanter pacem orare cogeretur. Nec reſpuit Alexius, adigente ipſum ad id fama — expeditionis Roberti [Normannorum ducis] —. 'Ea extrema neceſſitas rerum Alexium, quamuis inuitum, compulit, vt, Turcis a Damali atque a maritima ora longe prius recedere coactis, praeter dona, quibus tali tempore ſupplices barbaros excipere vtile viſum eſt, pacem quoque largiretur, his legibus: f) vt Dracontem fluuium deinceps pro ditionis ſuae termino haberent: eum ne vnquam manu facta traiicerent, neue in fines Bithyniorum irrumperent. Sic bellum orientale conquieuit.

§. 127.

a. C. 1082.

92. [ROBERTO Normannorum duce Illyricum infeſtante, et Aulone vrbe iam potito,] cum facile cerneret [Alexius], quas haberet ad manum, ſperaretue copias, ne vnam quidem partem ex plurimis, quae Roberti exercitum conflabant, aequare multitudine poſſe, ſtatuit, ſibi ex Oriente Turcos euocandos; idque agere, miſſis nunciis, cum Sultano coepit.

§. 128.

e) και οἱ πεζοι, οἱ και νυκτος μεντα δεινα πολλα τοις ἐναντιοις μαχομενοι &c.

f) ἐνθεν τοι και τους Τουρκους διαπαντοιας μεθοδου της τε Δαμαλεως, και των περι-αυτην παραλιων τοπων ἐκδιωξας ἁμα και δωροις δεξιωσαμενος, ἐξεβιασατο εἰς εἰρηνικας ἀπονευσαι σπονδας.

92. ANNA COMNENA p. 105. Duobus proeliis, breui poſt cum Roberti copiis commiſſis, Turcorum meminit Anna, et quidem p. 109. vbi Taticium magnum primicerium Turcos circum Achridas habitantes ductaſſe, et p. 117. fugam Turcorum fugae Romanorum cauſam extitiſſe, quaſi in tranſitu refert.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

§. 128.

a. C. 108$\frac{2}{3}$.

BAIMVNDVS [Roberti filius] Caſtoria egreſſus, prope Lariſſam venit, hiemare illic in animo habens. At imperator [congregandarum copiarum cauſa Conſtantinopolin rediit]. Ad eam rem milites a Sultano petiit, cum ductoribus militiae peritis, et longa belli experientia ſubactis. Tunc ille ad Auguſtum miſit ſeptem millia Turcorum ſub diſciplina experientiſſimorum ducum: inter quos *Camyres* aetate ac vſu ſupra omnes eminebat. 93.

[Proelio leuiori ad Lariſſam victis Romanis] imperator animo prouidens locum, qua tranſiturus Baimundus videbatur, miſit, qui eum praeoccuparent, milites fortiſſimos cum Turcis, duce omnibus praefecto Migideno; quos, vt prope fuerunt, Baimundus primo impetu percellens, vicit, fudit, fugauit, et vſque ad fluuium inſecutus eſt. [Poſtridie cum cliſuras prope Lariſſam Baimundus occupaſſet, Michaeli Ducae, duci phalangis, praecepit] imperator, ne omnes ſuos in clauſtri fauces introduceret, ſed legiones quidem ſtare iuberet extra, — paucos tantum e Turcis fere ac *Sarmatis* delectos, qui ſagittandi arte praeſtarent, penetrare intra fauces pateretur: hisque ipſis ediceret, ne alio vllo genere armorum, quam telis procul ac miſſilibus vterentur. Verum hi cum ingreſſi excurſiones equeſtres in Latinos facerent, qui foris ſtabant, magna pugnandi libidine praecepti reuerentiam vincente, pro ſe quisque in ſaltum ingredi, nec ſine mutuo praeuertendi ſtudio, coeperunt. [Ibi a Latinis profligati, aegre diſcrimen euaſerunt]. 94.

§. 129.

a. C. 108$\frac{2}{4}$.

IMPERATOR Alexius poſtquam, vt ſuperius diximus g), Turcis ab ora Bithyniae atque ab ipſo Boſporo ſuperioribusque regionibus 95.

93. Ead. p. 137. Ind. 5. d. 18. Octobr. Anna habet p. 114. Ind. 7. Cal. Dec. p. 166.

94. Ead. p. 141, 142.

95. ANNA COMN. p. 168, 169. Indict. 7. a. M. 6592. habet Anna p. 273. vbi interpres perperam 6692.

g) Vid. §. 126.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 108¾.

nibus expulſis, pacis foedus cum Solymano contraxerat; ſicque verſis in Illyricum habenis — Robertum — ac filium eius Baimundum egregie vicerat: inde rediens comperit, non modo totam orientalem imperii oram Turcorum, qui *Apelchaſemo* b) parebant, incurſionibus conculcatam; ſed eos in ipſam etiam vſque Propontidem maritimaſque tractus eius regiones, ſucceſſibus audaciam alentibus, ſecure progreſſos offendit. Quomodo igitur *Amer* SOLYMVS Nicaea exiens hunc Apelchaſemum praeſidii praefectum illic reliquerit: *Puzanes* i) vero a *Sultane Perſarum* miſſus in Aſiam, et a Sultanis fratre *Tutuſe* k) victus occiſusque fuerit: quomodo denique Tutuſes ipſe, poſt ſuperatum Puzanen a conſobrinis ipſius ſtrangulatus, perierit, hinc narrare incipiendum eſt.

§. 130.

Vir fuit ex Armenia oriundus, Philaretus nomine, fortitudine ac prudentia inſignis, quem Romanus Diogenes tunc imperans in domeſticatus dignitatem euexerat l). Is — tanti tamque bene de ſe meriti principis indigniſſimam abdicationem ſuppliciumque iniquiſſimum non ferens, — ſpectare defectionem coepit, viamque ſibi ad huius conſilii perpetrandi facultatem vrbis Antiochenae occupatione praemuniuit m). At cum eum quieſcere illic importuniſſimae Turcorum, loca circum vicina aſſidue infeſtantium, incurſiones non ſinerent; homo, qui omnem a Romanis damnaret ſpem, ad conſilium immane quam atrox atque impium animum adiecit. decreuit enim transire in mores ſuperſtitionemque Turcorum, et circumciſionem ſuſcipere n). 'Exhorruit ad mentionem abominabilis flagitii filius eius, patremque diu fruſtra reuocare inde ac dehortari conatus, ad extremum deſperata curatione illius o), Nicaeam octo dierum curſu peruenit

b) Απελχασημ.

i) Πȣζανος.

k) Τȣτȣσης, de hoc vid. infra §. 131. 145.

l) Vid. ſupra §. 86.

m) ἀλλ᾽ ἀποστασιαν μελετησας τὴν της Αντιοχȣ ἐξȣσιαν ἑαυτῳ περιεποιησατο.

n) In. gr. breuius ita: ἐσκεψατο προσελθειν τοις Τȣρκοις, και περιτμηθηναι ὡς ἐθος αὐτοις.

o) ὁ δε ὑιος αὐτου ἐνεκατο σφοδρα, τȣτον της παραλογȣ ἀνακοπτων ὁρμης. ἀλλ᾽ ὀυκ ἐπεισθη τα λωονα συμβȣλευων. περιλυπος τοινυν γενομενος &c.

uenit, Ameremque Solymam, Sultanicii dignitatem illic adeptum, ad Antiochiam obſidendam patremque in ea vrbe ſuum ipſius oppugnandum incitat. Haud ſegnem ad ea virum reperit. Totus ergo in apparatu expeditionis Antiochenae Solymas, Nicaeae-cuſtodiam Apelchaſemo commiſit, viro quem quanti faceret glorioſa appellatione declarauit: nomen enim ei dedit, quo nomine, illum ducum eſſe omnium praeſtantiſſimum ducem, ſignificabatur. Ipſe porro Amer Solymas, filio Philareti ſecum aſſumto, duodecim itinere noctium (diebus ſiquidem quieſcebat, ſic conſilii ſui ſenſum eripiens hoſtibus) Antiochiam improuiſus [veniens], facile imparatam occupauit aduentu ipſo impetuque primo p).

§. 131.

Quidam quoque, *Charatices* q) nomine, Sinopen r) per id tempus expilauit graſſatione clandeſtina, indicio ad id pellectus copioſi auri multaeque caeterae pecuniae ibi depoſitae in regiis theſauris. At Tutuſes s), magni Sultani frater, Hieroſolymorum et Meſopotamiae vniuerſae, Chalepi quoque, ac vsque ad Bagdam t) ipſam

p) καταλαμβανει την Αντιοχειαν, και ἐξ ἐφοδε ταυτην κατειχεν. Du Freſne in Notis in Alexiadem p. 323, 324. „ Venit, inquit, Antiochia in Turcorum poteſtatem ſub Abulcaſemo Chalipha, circa a. C. MLXXXIV. Alexio imperante. Tradunt ſiquidem Raimundus de Agiles p. 148. Ordericus Vital. lib. 13. p. 914. et Willelmus Tyr. lib. 5. c. 11. eam, antequam a Francis expugnaretur, quod accidit 3. Iul. A. MXCVIII. Saracenos per annos 14. obtinuiſſe. Vide Elmacinum„.

q) Χαρατικης.

r) Σινωπην. in marg. Σινωπην.

s) Du Freſne l. c., „ Tutuſae nomen varie effertur ab El Macini interpretibus. Erpenio enim *Tagiuddaulas Niſus*, Vaterio vero *Tageoldulas* dicitur. Fuit ille Gieſaluddaulae, ſeu Gelaloldulae Maſcoſae ſummi Turcorum Sultani frater, Barſelami Salgeucidae Sultani filius, Damaſci Ameras, Siarfuddaula, ſeu Serfodulo, Muslemi filio, Coroſi nepote, Aleppi ſeu Berrhoeae Amera, a Solymanno, cui ille Antiochiam auferre annixus erat, interfecto, A. Heg. CDLXXVII. Chr. MLXXXIV. ipſe Aleppum non modo inuaſit, ſed et ipſam Antiochiam, caeſo Solymanno ex fratre nepote, expugnauit, totiusque Syriae principatum nactus eſt A. Chr. MLXXXV„.

t) Βαγδα. Du Freſne l. c., „ vide Albericum A. MXCVIII„.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 108¾.

ipſam, poteſtatem obtinens, maiorem in modum cupiebat Antiochia potiri. ʻAmere porro ciuitatem eandem haud minus ſollicite retinente, quam cupide inuaſerat; pronunciat iter exercitui Tutuſes Chalepo Antiochiam verſus, vnde contra ſignis infeſſis occurrente Solyma, proelium conſeritur magnum atque atrox v): in quo poſtquam a iaculatione ac telis ad manus et gladios admota pugna eſt, non ferentes Tutuſanorum vim Ameris copiae, terga paſſim praebent. ʻEas magno conuicio mixtis ſuaſionibus et promiſſis ad officium militare a flagitioſa fuga nequidquam reuocare conatus Solymas, tandem, vbi valentius remedio malum vidit x), haud ignarus quantum ſibi periculum impenderet, declinauit et ipſe in tutum, vt putabat, locum, clypeoque humi abiecto, triſtis inſedit. Non latuere latebrae conſanguineos eius. Frequentes ad eum ſatrapae concurrunt, et ſermonibus ambiunt fallacibus, ſuadentes, vt veniret ſecum: patruum quippe ipſius Tutuſem ʻmagnopere cupere videre ipſum atque amplecti y). Ad haec ille, ſatis certus nihil inde ſperandum ſibi, ſed metuenda omnia, conſtanter renne-
96- bant. Ad extremum incumbentibus ſatrapis, ʻſuaſionibus exoſae viae ſeſe paulatim intendentibus vſque ad oſtentationem violentae abductionis, quam repugnando eluctari ſolus nequiret z), eductum repente gladium Amer in propria impulit viſcera, tranſuerberatoque corpore malus male periit a).

§. 132.

His magnus Sultanus b) auditis, et a Tutuſe, hac victoria in formidoloſam potentiae molem aucto, metuendum ſibi ac cauendum

v) ἐπει τον Αμηρ Σολυμαν ἀφηρπαζοντα ἐβλεπε, και την της Αντιοχειας ἀρχην ἑαυτῳ ἠδη περιποιȣμενον, συν ὁλαις δυναμεσιν, ἐν μεταιχμιῳ τȣ Χαλεπ και της Αντιοχειας καταλαμβανει, συνηντηκοτος δε αὐτῳ τȣ Αμηρ Σολυμα πολεμος ἐυθυς ἀναῤῥηγνυται μεγας.

x) πολλα δε τȣτȣς θαρσυνων, ὁ Σολυμας, ἐπει της φυγης ἀπεχεσθαι ȣκ ἐπειθεν,

y) μεταπεμπεσθαι αὐτον.

z) ἐπει ȣ προς ἰσχυες αὐτῳ ἀντικαθιςασθαι ἠν, ὁια μονῳ ὀντι,

96. Ead. p. 170.

a) παραχρημα γȣν ὁι συνθεντες των τȣ Αμηρ Σολυμα δυναμεων προσχωρȣσι τῳ Τȣτȣσῃ. omiſit haec interpres.

b) ὁ δε μεγας Σȣλταν, Adnotat

ad

dum putant, *Siauſo* c) ad imperatorem miſſo, affinitatem eius ambiit, pollicens, ſi poſtulati compos fieret, abducturum ſe Turcos ex cunctis orae maritimae partibus, caſtraque ipſi atque arces ibi ſitas traditurum, denique ex toto animo auxiliaturum, vbi opus eſſet d). Lectis imperator Sultanis litteris, affinitatis quidem mentionem in iis factam tacitus contemſit; et Siauſum e) intuitus, 'et ex vultu, habitu verbisque eius indicio capto f), prudentem eſſe virum ſtatuens, interrogauit, vnde domo, et quibus ortus ex parentibus eſſet? Eo vero reſpondente, matrem ſibi ex Iberis fuiſſe; patre tamen Turco ſe genitum fatente, magnopere imperator inſtitit, vt ſacrum ſuſcipere baptiſmum vellet. Nec reſpuit Siauſus, quin etiam fidem obſtrinxit, ſe non rediturum ad Turcos amplius, vbi diuini compos baptiſmatis factus foret.

'Quoniam autem ſcriptum Siauſus ſubſcriptioneque ac ſigillo rite munitum penes ſe habebat diploma Sultanis g), quo oſtenſo ſatrapas maritimarum vrbium atque arcium eiicere ex iis poſſet, 'et in illas viciſſim miſſos ab imperatore praefectos inducere h), poſtquam idem imperator de affinitate cum Sultane contrahenda fidem dediſſet; 'egit cum Siauſo imperator, vt ad vrbes arcesque iſtas ſe conferret i), Turcosque ipſarum praeſidiarios cum Romanis

ad h. l. Du Freſne: „Aduerſus Tutuſem, ſeu Tageoldulam, tot ſucceſſibus elatum, bellum ſuſcepit Gelaloldules Sultanus frater, captumque Aleppum Caſmaroldulae commendauit, nec multo poſt hominem exuit A. Heg. CDLXXXV. Chr. MXCII. transmiſſa in Mechamudum Sultanica dignitate„.

c) τον Ουσιαν. in marg. Σιαυς„ Magiſtratus Turcicus, qui etiamnum Chiaous apud Turcos appellatur. Leunclauius in Pandect. Turc. N. 172. Iis qui praefectus eſt, Zauziorum Baſſa vocatur, de quo magiſtratu idem agit Leuncl. N. 228. habebant etiam Byzantini imperatores ſuos Chiauſios, quos vulgo Τζαυσιυς vocant Scriptores, atque in iis Acropolita c. 60. quibus qui praeerat Μεγας Τζαουσιος dicitur Pachymeri lib. 7. c. 1. lib. 12. c. 30. lib. 13. c. 22. Vide praeterea Meurſium in Τζαουσιος.

d) τυτον θεασαμενος ὁ βασιλευς, και τας τε Σελταν γραφας ὑπαναγνες.

e) Ουσιαν, in marg. Σιαυς.

f) Addit haec interpres.

g) και ἐπει ἐντεταλμενον ἦν αὐτῳ δι ἐγγραφε προσαξεως Σελτανικης.

h) Addit haec interpres.

i) ταυτη τη γραφη συγχρησασθαι ὁ βασιλευς τῳ Σιαυς ὑπεθετο.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 108 ⅞.

nis commutaret k), litteris Sultanis oſtendendis, eaque re perfecta Conſtantinopolim ſe reciperet. Annuit his Siauſus libentiſſime; Sinopenque profectus primum, Sultanicis litteris Charatici l) oblatis, eum inde expulit, ne vno quidem nummo potitum regiae pecuniae, quam concupierat. Contigit ei m) ſiquidem tale quippiam. In illa graſſatione, de qua diximus, cum immaculatae Dominae noſtrae Matris Dei 'phanatice templum violaſſet n), vltori repente daemoni diuinitus eſt traditus: ita vt ſtatim humi afflictus volutaretur ſpumans. 'Eodem porro adhuc in ſtatu erat, quando eum Siauſus mandato Sultanis illinc eiecit o). Praefectura vero Sinopes cum plena poteſtate a Siauſo eodem translata eſt in Conſtantinum Dalaſſenum, ad id ipſum ab imperatore miſſum. Inde alias ſimiliter ciuitates Siauſus obiens, Sultanicasque ſatrapis oſtendens litteras, Turcica ex omnibus praeſidia cum ducibus eduxit, deſtinatisque ab imperatore praefectis ac copiis arces vrbesque tradidit. Tum, iis
97. rite perfectis, ad Auguſtum reuerſus, ſacro baptiſmate dignatus eſt, ac cum multis aliis muneribus tum ducatu Anchiali donatus.

§. 133.

Caede porro Ameris Solymae per Aſiam vulgata, quicunque ſatraparum vrbes aut oppida praeſidiis obtinebant, vindicare illa ſibi priuatim, ac caſtrum quisque ſibi creditum, vt rem deinceps propriam habere ac tueri coeperunt. Etenim quo tempore is Nicaeae cuſtodiam Apelchaſemo committit, Antiochiam feſtinans, vt dictum eſt p), plerasque cum orae maritimae, tum Cappadociae atque adeo vniuerſae Aſiae, ciuitates diuerſis obiter diſtribuit ſatrapis: ea lege, vt quisque, quem ſortitus eſſet, cum fide ac cura tueretur locum, quoad ipſe Amer reuerteretur. At Apelchaſemus Nicaeae archiſatrapa, qua in ciuitate 'ſtata ſedes et palatium Sultanum erat, Sultanicium appellatum q), cum fratri ſuo *Pulchaſae* Cappa-

k) και ἐμων τελας ἐκαθεν ἀπολαυσαι.

l) De quo vide ſupra §. 131.

m) ἐν τῳ της Σινωπης ἐξερχεσθαι ἀυτον omiſit interpres.

n) κατεαξας — το τεμενος.

o) και ὀυτως ἐκαθεν δαιμονιων ἐξεληλυθα.

97. Ead. p. 171.

p) Vid. ſupra §. 130.

q) In Gr. tantum: ἐν ᾗ και το Σελτανικιον ἦν. vide tamen ſupra §. 125.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

Cappadociam conceſſiſſet, ſecurus erat, nihil dubitans, quin euehendus ipſe mox eſſet in Sultanicii dignitatem, ac tanquam eam rem iam teneret manibus, homo acer et inquieti pugnacisque ingenii, poſſeſſis haud contentus, erumpebat in rapinas alienorum, et Bithyniam vniuerſam, vſque ad ipſam Propontidem, quotidianis latrociniis infeſtam per ſuos habebat.

Aduerſus eam vim imperator experta dudum methodo vſus, et latrocinantes repreſſit, et Apelchaſemum ad pacem ac foedus cogitandum compulit. In qua tamen cogitatione cum ille cunctaretur, multa meditans, facileque iudicans, ſe non niſi magno coactum aut malo, aut metu ad quieta conſilia appulſurum animum; id imperator ſentiens, conueniendum hominem armata manu, et validum contra eum exercitum mittendum decreuit. Dux ad id electus Taticius r). Huic firmae inſtructaeque idoneo numero datae copiae ſunt, cum mandatis, vt, recta in Nicaeam mouens, caute rem gereret, nec temere praecipitaret pugnam, niſi, habita ratione numeri hoſtium et locorum ſitus, explorata videretur victoriae ſpes.

§. 134.

Progreſſus cum his ad Nicaeam Taticius, cum aciem muris admouiſſet, magnum a Turcis aliquamdiu ſilentium fuit: tandem tamen, apertis ſubito portis ducenti equites erupere. quos Galli conſpicati (erant ex ea gente ſat multi tum in exercitu s)) ſine mora, longis armati haſtis, in aduerſos procurrunt, multisque percuſſis reliquos in arcem contruſerunt. Quo facto, ſtare nihilominus inſtructum ad proelium aciem Taticius eodem loco iuſſit vſque ad occaſum ſolis: nemineque Turcorum extra portas apparente, regreſſus Baſileam verſus t), idoneo loco muniuit caſtra, duodecimo ferme citra Nicaeam ſtadio.

§. 135.

r) τῷ — Πελχανῇ.

s) οἱ δὲ Κελτοὶ, ἦσαν γὰρ ἱκανοὶ, τούτους δεξάμενοι.

t) κατὰ τὴν Βασιλαῖαν. Adnotat ad h. l. Du Freſne: „ An idem oppidum, quod Βασίλαιον vocat Conſtantinus Porph. ſtatuitque in Themate Buccellariorum, epiſcopatu inſigne ſub Ancyrana metropoli? „

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 108¾.

§. 135.

Ibi excitatur Taticius nocturno nuncio ruſtici cuiusdam, affirmantis: adeſſe *Proſuchum* v), cum quinquaginta millium exer-
98 citu, a nouo Sultane PARGIARVCHO x) miſſum: eadem et alii dixere, vt dubitandi non supereſſet locus. His Taticius compertis, ſe imparem tanto numero ſentiens, remittere de audacia initiorum et tuta magis quam glorioſa ſequi conſilia decreuit: praeclare ſecum actum iri reputans, ſi, vitata neceſſitate committendi paucos ſuos cum longe pluribus et inſtructioribus hoſtibus, ad perniciem rei Romanae certam, copias incolumes ſeruare ac reducere ſuas poſſet. Ab hoc decreto Conſtantinopolin haud dubie reſpiciens, per Nicomediam iter indixit.

Quem primo caſtrorum motu contemplatus e muris Apelchaſemus, ac quo pergeret intelligens, raptim eductis copiis, inſtare veſtigiis recedentium coepit, eo animo ac ſpe, vt, cum eos viae ratio in locum iniquum compelleret, ipſe arbitratu ſuo facilem capeſſeret cum feſſis et ſitus natura circumuentis y). Venerant Prenetum Romani. Apelchaſemus occaſionem vincendi ſe nactum putans z), copias explicat, laceſſitque proelium. Coactus a) Taticius et ipſe contra ſtruit aciem, primam in hoſtes impreſſionem Gallis equitibus, in fronte collocatis, tribuens. hi, correptis manu longis lanceis, totis effuſi habenis ignea velocitate barbaros impetunt, confractosque phalangas magna caede ac tumultu in fugam vertunt. Sicque Conſtantinopolin per Bithynos feliciter tenuit Taticius cum ſuis.

§. 136.

v) Προσουχ.

x) Παραγιαρουχ. in marg. Παργιαρουχ. Du Freſne, Berciarocus, inquit, ſeu, vt effertur ab Erpenio, Barchiuruchus, alter Gelaloldduli ſeu Toparae Sultani filius, parente a Tutuſe patruo, qui eum immiſſis Chaziis interfecerat, ſublato et in ordinem acto Mechamudo fratre, Sultanicam dignitatem inuaſit, A. Heg. CDLXXXVII. Chr. MXCIV. vide Not. ad pag. 179. [*ſ. 145.* lit. *y.*].

98. ANNA COMN. p. 172.

y) ἐξεληλυθὼς παρέσκετο, ἵνα ἔτυχεν ἐν ἐπικαίρῳ τόπῳ τούτον στρατοπεδεύσαντα θεασάμενος προσβάλῃ.

z) Gr. vnico verbo, ἰνδυμ...

a) Addit hoc interpres.

a. C. 108¼.

§. 136.

Verum Apelchaſemus quieſcere non potuit. 'Vir qui animo tam ſuperbas ſpes verſaret, vt vel imperii apicem ſibi Romani deſpondere auderet b)'; vel, ſi tanta res non ſuccederet, maritimae certe orae poteſtatem vniuerſae, ipſarumque adeo inſularum, cupiditate praecepiſſet. His tam vaſtis cogitationibus tumidus, primum quidem piraticam claſſem inſtruere decreuerat, occupata ad eam rem Cio c) (vrbs ea maritima Bithynorum eſt) 'conſiliumque ipſi e ſententia proceſſerat; quod talis loci occupatione nauale aptum ſibi parauerat ad claſſem aedificandam, cui operi haud ſegnis opera dabatur d). Nihil horum imperatorem latuit. Ergo confeſtim quas forte habuit ad manum biremes triremesque caeterasque armauit naues, ducique ipſis praepoſito Manueli Butumitae mandatum dedit proficiſcendi contra Apelchaſemum ſumma celeritate, ne is otium haberet liberum abſoluendarum nauium, quarum aedificationem multum promouerat. Porro naues ipſas quocumque in ſtatu reperiret, ſtatim incenderet. 'Haec mari curata e). Per continentem miſſus Taticius eſt eodem tempore cum firmis copiis.

§. 137.

'Horum ſimul duorum ducum et exercituum, vno tempore contra ſe ab Auguſto immiſſorum ex vrbe regia, famam Apelchaſemus audiuit, moxque fulminea celeritate aduectum conſpexit Butumitem: certis quoque exploratorum indiciis comperit, aduentare terra Taticium f); 'conſultatione de ſumma rerum raptim habita g), conſtituit, locum, in quo tunc eſſet, minime aptum vide-

b) ἐπιθυμητικως. γαρ ἀχε τα σκηπτρα της Ρωμαιων ἀναδησασθαι ἀρχης.

c) την Κιον. Du Freſne in Notis p. 324. „ Cium, inquit, vrbem maritimam in Bithynia habent Strabo lib. 12. Theophanes p. 200. 405. Chiacus, ni fallor, hodie, in Itinerario D. de Breues p. 9 ...

d) και προεβαινεν ὡς ᾤετο κατα σκοπον ἀυτῳ ἀπαρτιζομενων των νηων.

e) Addit haec interpres.

f) ἀμφοτερων ὀυν της πολεως ἐξεληλυθοτων, ἐπει τον Βουτουμιτην ὁ Απελχασημ διαποντιον μετα σφοδρας της ῥυμης ἠδη καταλαμβανοντα ἐθεασατο, ἐμεμαθηκει δε και των ἐξ ἠπειρου ἐπικαταλαμβανοντων.

g) Addit haec interpres.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 108½.

99. videri ad pugnam ex eo cum Romanis capeſſendam; quod is aſper, anguſtus, incompoſitus, nequaquam commodam praeberet ſtationem ſagittariis ad arcendum equitatum Romanorum. Ergo, inde translatis copiis b), locum occupat, a quibusdam *Alycas* nominatum, ab aliis *Cypariſſum*. Interim Butomites, praeuertente vocis ſonum velocitate, mari inuectus, naues Apelchaſemi combuſſit.

§. 138.

Poſtridie cladis huius peruenit in eiusdem conſpectum Taticius, lectoque idoneo caſtris Romanis loco, nullo momento remiſſionis Turcis indulto, ſtatim fatigare ipſos, qua immiſſis manipulis ſuorum, qui manum cominus conſererent, qua eminus iaculationibus aſſiduis, coepit; inſtititque ſic agere per dies continuos quindecim, Apelchaſemo per totum id tempus parem audaciae aggredientium Romanorum reſiſtendi conſtantiam opponente. Ea mora taedium Latinis attulit, tum ſub Taticio merentibus. Ergo frequentes inſtitere apud ducem, vt Turcos, quantanis loci opportunitate fretos, debellandos ſibi vnis daret. Aliena res a militari prudentia Taticio videbatur: tamen, quod augeri quotidie Apelchaſemi exercitum nouis copiarum Turcicarum acceſſionibus cerneret, periculo conſilium vincente, in ſententiam Latinorum tranſiit, et ſub ortum ſolis acie inſtructa, pugnam cum Apelchaſemo capeſſiuit. Multi tunc caeſi Turci, plurimi capti: plures obliti caſtrorum vaſorumque ac ſupellectilis, ſalutis ſpem in fuga poſuere. Ipſe Apelchaſemus vix ſaluus Nicaeam tenuit. Praeda omni potiti Taticiani, propria in caſtra diuites redierunt.

§. 139.

His imperator auditis pro ſua prudentia inopinatum conſilium extemplo cepit prouocandi ad pacem Apelchaſemi i). Scribit ergo perhumanas ad eum litteras, quibus magnopere auctor ipſi eſt; abſtineat deinceps conatibus vanis, neue fruſtra verberare pergat

99. Ead. p. 173.

b) ὡς ἐπιτήδειον τόπον ἐβουλεύσατο τὴν δύναμιν μεταθεῖναι.

i) Haec in Gr. non leguntur.

pergat aërem. ‘Quin potius ad ſe Conſtantinopolin veniat, ampliſſimis ibi et muneribus et honoribus a ſe, qui ſcriberet, et fidem ſuam regiam ad id, quod oſtendebat, praeſtandum obſtringeret, ſtatim cumulandus k).

‘Lectis hiſce Apelchaſemus litteris, ſimul eodem tempore Proſuchum, audiens expugnatis l) plerisque arcibus, quas ſatrapae quidam occupauerant, Nicaeam iam aduentare, vt eam obſidione cingeret, ‘neceſſitate, quod aiunt, in ambitionem verſa m), ‘fidem imperatoris experiri conſtituit, ſperans, etiam iſto congreſſu penitius ſe introſpecturum Auguſti mentem, ac pacem, ſi firmam et vtilem fore cerneret, coram facilius, quam legatis intermediis, initurum n). ‘Verum Alexius alia omnia machinabatur aduerſus barbaros, quibuſcum nulla fida pax eſſet, omnem honeſtam eſſe rationem ſtatuens publicae obtinendae ſecuritatis, quam alioqui neceſſariam imperio, tamen neque vi aperta, ob praeſentem rei Romanae debilitatem, nec per Turcorum perfidiam vlla tractatione conficere poſſet. Nunciis igitur imperatoris liberaliter inuitantibus, vt Conſtantinopolin venire ne grauaretur; pollicentibusque, Auguſto curae futurum, vt et honorificentiſſime ibi exciperetur, habereturque, et, voluptatibus ac ſpectaculis omnis generis recreatus, muneribusque cumulatus ampliſſimis, domum, quando vellet, reduceretur o), aſſenſus eſt Apelchaſemus, et Conſtantinopolin ſe trans-

k) *ἀλλα προσεληλυθεναι τε αὐτῳ, και πολλων χρηματων ἑαυτον ἀπαλλαξαι. δωρηματων τε δαψιλων ἐπαπολαυσαι και τιμης.*

l) *ὁ δε Απελχασημ ἐπει και τον Προσουχ* [de quo vide ſupra *§. 135.*] *ἐμανθανε πολιορκουντα* &c.

m) *την ἀναγκην φιλοτιμιαν, ὁ φασι, ποιησαμενος.* Du Freſne in Notis p. 325. Prouerbialis, inquit, formula, qua non ſemel vtitur Anna lib. 13. p. 399. et 402. noſtris frequens, *faire de neceſſité vertu*, Will. Tyrius l. 10. c. 17. *faciens de neceſſitate virtutem* —.

n) In Gr. tantum, *ἁμα δε και της τε βασιλεως γνωμης κατασοχασαμενος, και τεθαῤῥηκως την μετ᾽ αὐτε εἰρηνην ἀσπαζεται.*

100. ANNA COMN. p. 174.

o) *των δε ἀναμεταξυ εἰρηνικων σπονδων τελεσθεισων μελετησας και ἑτερον τι συνοισον ὁ αὐτοκρατωρ, ἐπει και ἐκ ἐνην ἀλλως ἀνυσθηναι το σκοπεμενον, μετακαλειται τετον εἰς την βασιλευεσαν, ἐφ᾽ ᾧ και χρηματα λαβειν, και τρυφης ἅλις ἐπαπολαυσαι, και ἐυτως οἰκαδε ἐπαναστρεψαι.*

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 108¾.

tranſtulit; vbi nihil minus, quam ſperauerat, demonſtrationum honoris ac deliciarum expertus, iis fruebatur p).

§. 140.

At imperator, qui haberet in animo expellere Nicomedia Turcos (vrbs ea primaria eſt Bithyniae, quam Turci Nicaeenſes praeſidio tenebant) ad eamque rem opus eſſe videret conſtructione maritimae arcis q), quae vſum Nicomediae ſuppleret, perficere id decreuit eo ipſo tempore, quo Apelchaſemus, Conſtantinopoli relaxans animum, de pacis conditionibus per otium tractaret r). Omnibus ergo, quae ad aedificationem eſſe poterant vſui, in naues onerarias impoſitis, cum magna caementariorum atque eius generis opificum manu s), Euſtathio, claſſis drungario, totius negotii curam demandat, ſuggerit in aurem, quid arcanum quidem habere, caeterum exſequi ſtrenue, opus ſit. Omni nempe ratione, moris et impedimentis perruptis omnibus, quam celerrime conſtruendam arcem: ei rei ſi qui forte Turcorum interuenirent, ii pecuniis, ii conuiuiis, ii beneficiis omne genus obruerentur; tum admonerentur quaſi obiter, vt de re, quam ipſorum cauſa vulgari nondum oporteret, Apelchaſemum eſſe Conſtantinopoli coniunctiſſimum imperatori; nihil eorum, quae viderent, ſine conſcientia et voluntate ipſius fieri t): interim ſedula opera daretur, ne qua nauis ex maritima Bithyniae ora Conſtantinopolin venire ſineretur, quae indicium Apelchaſemo nouae conſtructionis afferre poſſet. Haec Euſtathio praeſcripta v).

Inte-

p) παντοιας ἠξιωται φιλοφροσυνης.

q) Du Freſne l. c. „Oppidum, inquit, ſeu caſtrum forte, quod κιβωτον Graeci, noſtri Ciuitot appellarunt, in Nicomedienſi ſinu exaedificatum ab Alexio, vt auctor eſt Ordericus Vitalis lib. 4. qui id Varangis inhabitandum et tuendum ab eodem Auguſto conceſſum narrat. Vide Notas noſtras ad Vilhard. N. 89. et 240. Ciboti meminit etiam Pachym. lib. 6. c. 25.„

r) In Gr. haec tantum, ἐν ὁσῳ τα της ἀγαπης ἠδρευε.

s) συν αὐτοις οἰκοδομοις.

t) και το ἀποῤῥητον ἐγκαλυψας, ἐπισκηψας ἀ τινες των Τυρκων διερχοιντο παντοιως φιλοφρονεισθαι, και ἐς κορον διδοντας ἐπαλαυνειν των δωρεων [in marg. χρεωδων]. προστιθεναι δε το μεθ' ἀδησεως τα Απελχασημ ταυτα οἰκοδομειν.

v) ἀτα ἀπαν πλοιον ἀπαρξαι των της Βιθυνιδος παραλιων μερων, ὡς μη δηλον αὐτῳ γινεσθαι το γινομενον.

a. C. 108¾. Imp. ALEXIO I. Comn.

Interim Apelchaſemum imperator quotidianis implere largitionibus non ceſſabat; ad balneas hominem officioſiſſime inuitans, tum ad ſpectacula equeſtrium ludorum atque ad venationes ſecum ducens, oſtentansque hoſpiti ornamenta publica columnarum ſtatuarumque in plateis exſtantia. Quin etiam eius in gratiam vnius certamen equorum curulium apparari committique iuſſit in theatro, quod Magnus olim ſtruxit Conſtantinus. delectarique eo ludicro potiſſimum hominem ſentiens, blande vrgebat, vt eo quotidie itaret ſpectatum, vel quadrigarum curſus, vel domitationes equorum. Per has remiſſiones Apelcheſemo tempus ſuauiter terente, perfecta munitio eſt. cuius rei certior factus Auguſtus, hoſpitem maioribus adhuc onuſtum donis x) et Sebaſtotati (quaſi Auguſtiſſimum diceres y)) dignitate honeſtatum, firmatis quam maxime conuentorum pactis, a ſe cum bona gratia honorificentiſſime dimiſit itinere maritimo. Ei cum paulo poſt nunciata eſſet arcis conſtructio, quamquam ea res alto illi vulnere penetrauit animum, habuit tamen vultum et vocem in poteſtate, et, quaſi audire diſſimulans, in ſilentio ſe continuit. Tale quiddam et de Alcibiade memoratur.

§. 141.

Caeterum Proſuchus, iuxta id quod Taticius indicio nocturni tunc nuncii comperit, cum valido exercitu, totis ipſe incumbens viribus, Nicaeae oppugnationem vrgebat, vi ſe illam ſubactuum autumans, ſpe ad trimeſtrem iam vſque contentionem pertinaci, nihilque in futurum certa remittere. Iamque intus arcto loco res erant Apelchaſemo et caeteris oppugnationem cum ipſo tolerantibus: Ergo illi maturum rati conſulere in medium, ſic communiter ſtatuerunt: implorandum videri auxilium imperatoris. neque enim ſe poſſe aut diutius obſiſtere Proſucho armis rem gerenti, nec porro tutum aut honeſtum ducere, eius clementiae, 101.

cuius

x) ἐν ἐντεῦθεν τριβόμενα τε καὶ πλεῖστοι δωρεαῖς τούτου ἀμειβόμενος γε, ἐκεχείρια τοῖς οἰκοδόμοις δίδοται. &c. εἰς δὲ τὸ πολίχνιον ἤδη τετέλεστο, καὶ πρὸς τὸ σεβαστὸν ἔχων.

y) Addit haec interpres. 101. Ead. p. 175.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 108⅞.

cuius iram tam acerbam experirentur, capita ſua credere z): praeſtareque omnino, ceruices imperatoriae ſeruitutis iugo, quam manus victoriae Proſuchi, dare.

'His imperator acceptis, repente Taticium cum flore copiarum, quae tum forte ad manum fuere, vexillis et ſceptris argento clauatis, ad ſpeciem iuſti ac regii exercitus, additis, ſuppetias obſeſſis miſit, datis clam mandatis, vt oſtentatum Apelchaſemo auxilium potius ex mente imperatoris atque ex vſu rei Romanae, quam ex vtilitate aut voluntate ipſius Apelchaſemi adminiſtraret. Neque enim ſe magnopere curare hunc barbarum, nedum quouis pretio periculoque paciſci ſalutem eius velle: verum allici tamen eumdem liberationis ſpe quadam, factu opportunum ducere quoniam, duobus barbaris, aeque Romanae reipublicae infenſis, inter ſe tum hoſtiliter commiſſis, politica ratio dictaret, debiliorem ſubleuandum ſuſtentandumque; non vt plane vinceret, ſed ne prorſus ſuccumberet: ſicque illum quidem expelleret; 'huic autem ereptam vrbem ditioni Romanae reſtitueret; ſucceſſu non per ſe ſolum aeſtimando, ſed quod ad alias aliasque recuperationes amiſſarum vrbium regionumque Romanis gradus futurus eſſet b). Multum ſiquidem imperii Romani limites, ex quo Turci praeſertim inualuerant, a priſtina latitudine coarctati coierant inter ſeſe, ac ſe
102. ſibi inuicem admouerant. — 'Quos itaque vt dilataret Alexius, cepit' conſilium mittendi Nicaeam exercitus ſuppetias Apelchaſemo: non quo illum periculo eriperet; ſed vt ſibi victoriam pararet. At enim non adſpirauit tum quidem ei coepto fortuna. Sic enim res ibi tum geſta ſe habuit: Miſſi auxilio Romani oppidulum occuparunt

z) και μη επιπλεον αντεχειν προς τον Προσουχ δυναμενοι, διαπεμψαμενοι προς τον βασιλεα, ητουντο της εξ αυτου βοηθειας τυχειν.

a) ο δε παραχρημα τους των περιτυχοντων εκκριτους διελων, σημαιαις τε και σκηπτροις αργυροηλοις επιδιδους εις αρωγην τουτους εκπεμπει. ου γαρ αντικρυς βοηθων τῳ Απελχασημ στρατιαν επεμπεν, αλλα τι της βοηθειας εντευθεν κατα τον νουν ο αυτοκρατωρ εις καταλυσιν του Απελχασημ περϊισατο.

b) αφ' ου δε την πολιν εξεληται, και την τεως μη ουσαν υπο τον κυκλον αυτου ιδιαν ποιησηται και κατα μικρον εκ ταυτης ετεραν και μαλα αλλην ελομενος, την των Ρωμαιων αρχην πλατυτεραν ποιησηται.

102. ANNA COMN. p. 176.

runt a Domino Georgio nomen habens: quo comperto, qui obſidebantur Nicaeae, Turci portas extemplo ipſis aperuerunt. Inde illi cum conſcendiſſent ſupra portam orientalem in pinnas et propugnacula murorum, ſignaque illic ac ſceptra in ſeriem terrifica procul ſpecie ſtatuiſſent, oſtentabundi; ſimul alacribus vociferationibus iugiter minaciterque perſonantes, perfecerunt demum, vt, qui Nicaeam oppugnabant, barbari Romanum ipſum imperatorem cum omnibus ſuis copiis in eam ingreſſum [arbitrati] terrore ac deſperatione inde ortis conturbati, per noctem abſceſſerint. Poſt quae Romanus exercitus Conſtantinopolim rediit: 'non enim ſe parem ſentiebat excipiendis in ipſorum reditu barbaris. quos ſatis conſtabat animo reuertendi receſſiſſe in intimam ditionem Turcicam; inde mox aucto exercitu, in numerum quantum maximum conflare vltimo conatu Turcicum nomen vniuerſum valet, ad expulſionis ſuae vel ignominiam eluendam, vel iniuriam vlciſcendam denuo venturos c).'

§. 142.

Interim Sultanes, diu exſpectato Siauſi, quem miſerat, reditu, 'poſtquam denique cognouit: non iam morari ipſum, ſed plane migraſſe vt in mores atque in ritus, ita etiam in terras Chriſtianorum, eiectoque Sinope Charatice fraudulenta oſtenſione litterarum, mox diuino baptiſmo palam ſuſcepto, in occiduas oras ab 103.
imperatore miſſum, fruiturum ibi Anchiali ducatu, quam ei dignitatem imperator idem in praemium attribuerat d): 'haec, inquam, Sultanes vbi cognouit, tulit primum, vt par erat, moleſtiſſime. Diſſimulato tamen in praeſens dolore atque ira e), faciendum ſibi ſtatuit, vt Puzanum rurſus cum copiis aduerſus Apelchaſemum mitteret

c) ὀυ γὰρ ἦσαν ἀξιόμαχον πλῆθος πρὸς ἔφοδον Περσικὴν, ἐλπιζομένην ἐκ τοῦ βάθους τῆς Τουρκικῆς ἐξουσίας ἀυθις ἐλευσεσθαι.

d) ἐπεὶ ἔωρα τοῦτον ἐμβραδύνοντα, ἐμεμαθήκει δὲ τὰ καθ᾽ ἀυτὸν, ὡς τὸν Χαρατικὴν μετὰ τροπῆς τῆς Σινώπης ἀπήλασεν. τοῦ θείου βαπτίσματος ὡς τετυχήκει, καὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν παρὰ τοῦ ἀυτοκράτορος ἀπεστάλη, τὴν δουκικὴν ἐξουσίαν Ἀγχιάλου περιζωσάμενος.

103. Ead. p. 177.

e) In Gr. tantum, ἠνιᾶτο καὶ ἤχαλλεν.

Imp. ALEXIO I. Comn.

teret, eidem litteras ad imperatorem daret, quibus affinitatis cum eo contrahendae negotium vrgeret. Eae litterae in hunc modum erant ſcriptae.

„Audiui, Auguſte, quo loco res tuae fuerint, et ſint. Vt, inquam, ſtatim ab initiis imperii ſuſcepti certamina in multa incideris; vtque, modo ſopito Latino tumultu, belli et nouus circumſtrepat a *Scythis* rumor, expeditionem in vos parantibus: vt denique noſter *f*) ipſe Amer Apelchaſemus, induciis, quae tibi erant cum Solyma compoſitae, ſolutis, vſque ad ipſam Damalim Aſiam vaſtet. Si ergo volueris Apelchaſemum ex iſtis partibus expelli, tum Aſiam, ipſamque adeo Antiochiam poteſtati tuae reſtitui; mitte tuam ad me filiam, nurum mihi cariſſimam futuram, ſponſam vero primogenito filiorum meorum. Id ſi feceris, nullum tibi deinceps impedimentum obſtabit; ſed omnia facile perficies, me adiuuante, quaecumque aggredi libuerit, non per orientem ſolum, verum etiam vſque ad Illyricum et per occiduas regiones vniuerſas, opera copiarum auxiliarium, quas mittemus tibi „. Hactenus Perſicus Sultanes.

§. 143.

At Puzanus, admotis Nicaeae copiis, tentataque iterum et ſaepius fruſtra ciuitate, repugnante toties fortiter Apelchaſemo, et, vbi opus erat, auxilia tum petente, tum accipiente ab Alexio, ad caeteram vrbium arciumque reliquarum recuperationem impetum conuertit. Recedens ergo a Nicaeae vicinia longius, caſtra munit ad Lampen fluuium *g*) circa Lopadium *h*). Eius Apelchaſemus abſceſſu comperto, tredecim mulos onerauit auro, quantum ferre potuerunt, cum iisque ad Sultanem Perſarum ipſe proficiſcitur, tanti, vt ſperabat, muneris gratia impetraturus ab eo, ne ſua ſibi praefectura abrogaretur *i*). Sultanes in quodam tum loco *Spacha-*

f) Addit hoc interpres.

g) Λαμπην. Du Freſne ad h. l. „Vrbem hoc nomine habet Anna p. 324. „ infra *§. 196.*

h) Λοπαδιον. Du Freſne ad h. l. „De oppido Lopadio et fluuio eiusdem nominis habet quaedam Leunclauius in Pand. Turc. N. 16, et 86. *Lupar* dicitur Odoni de Diogilo lib. 5. de Profect. Ludou. Reg. Franc. in Orient. Adde notas noſtras ad Villharduinum „.

i) δωρον αὐτῳ κομιζων, ἐφ᾽ ᾧ μη παραλυθηναι της ἀρχης.

a. C. 1083 — 1096.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

cha k) dicto commorans, certior de Apelchaſemi aduentu factus, ne admittere quidem in conſpectum eum voluit. ipſo porro deprecatores adhibente, illis, importunius inſtantibus, os occluſit ad extremum hoc reſponſo: „ Quoniam ſemel Ameri Puzano poteſtatem iſtam tribui, abdicare ipſum abſentem et inauditum nolo l). Det ergo Apelchaſemus aurum ad Puzanum ſe conferens, cum eoque, vt volet, de rebus ſuis tractet. Quicquid inter ipſos conuenerit, ratum habebo „. Multa contra haec Apelchaſemus per ſe ſuosque allegauit. Sed cum, tempus terere ſe, animaduerteret, deſperans denique iter ad Puzanum ſuſcipit. Non longum proceſſerat, cum illi occurrunt expedito ducenti viri fortes et primarii, 104.
contra ipſum miſſi a Puzano, quem nequaquam Apelchaſemi ab Nicaea profectio latuerat. Ii captum miſerum laqueo ex neruo torto ſtrangularunt m).

§. 144.

At imperator, lectis Sultanis litteris, ne primarum quidem cogitationum ac deliberationum tenus admittere in animum ſuſtinuit mentionem eius, quae petebatur, rei. Quomodo enim, cum regia virgo, ſi, quod epiſtola poſtulabat, primogenito Sultanis deſponſa in Perſidem duceretur, miſerrima in totam vitam foret, regni conſors quauis egeſtate triſtioris. — atque, vt tum res eius erant ſatis ex ſententia fluentes, nulla imperii neceſſitas cogebat, amicitiam barbarorum tam cari capitis pretio emere. Riſit ergo ſpem audacem Perſae primo auditu litterarum eius: ſubiecitque, iſtud ipſi votum a malo videri daemone ſuggeſtum. Verum idem tamen pro ſua rerum politicarum prudentia non putauit opportunum, ſignificare Sultani, quantopere affinitatem eius aſpernaretur. quin potius ſpe inani lactare ipſum, et velut trahenda tractatione talis negotii tenere interim hominem, atque incertis cogitationibus

 ſuſpen-

k) περι το πυχα αὐλιζομενον, in marg. σπαχα.

l) ουκ ετι ταυτην εξ αυτȣ ἀφαιρεθησεσθαι βȣλομαι.

104. ANNA COMN. p. 178.

m) το δε ὁλον ὀν τȣ Πȣζανȣ ἦν καθ᾽ ἐμον λογον, ἀλλα τȣ Σȣλτανȣ ἱκανȣ τοιαυθ᾽ οἰκονομησαντος κατα του Απελχασημ δηλωσαντος. ἀλλα ταυτα μεν κατα τȣ Απελχασημ, omiſit haec interpres.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083—1096.

ſuſpendere, ſuarum eſſe partium credidit n). Curticium igitur tresque ſimul alios ad eum legatos miſit, cum mutuis officioſe ſcriptis litteris, quibus ſignificabat, pergratam ſibi accidiſſe pacis allatam ab eo mentionem; habereque in animo, poſtulatis eius annuere: verum petere et ipſum aliqua viciſſim, quae diſtincte et declarabat; non ſpe impetrandi, ſed arte eludendi extendendique barbaro deliberandi tempus, quo durante innoxius is futurus eſſet Romanae rei o).

§. 145.

Caeterum priusquam haec Byzantio profecta legatio *Chorozanum* peruenifſet, audita Sultanis q) caedes Curticio comitibusque reditum ſuaſit. Nex porro Sultanis auctorem habuit, quem minime oportuit, fratrem ipſius Tutuſen. Is ſublato Amere Solyma, generoque inſuper proprio, ex Arabia contra ipſum cum copiis progreſſo, victo ſimiliter atque occiſo, tantis ſucceſſibus inflatus r), accipere non potuit aequis auribus, quod de fratre Sultane nuncii ferebant; ſerio eum de pace cum imperatore agere, multumque iam promotum id negotium eſſe. Cuius praeuertere clauſulam tollendo mature fratre certus s), duodecim accerſitos caedem ſpirantes *Chaſios* t) (ſic lingua Perſica vocantur) legatorum nomine ac

n) περι του μεν κηδους ούτως έσχεν ὁ ἀυτοκρατωρ. ἐλπισι δε κεναις τον του Σουλταν λογισμον ἀπαιωρειν δειν λογισαμενος, καταπεμψαμενος τον Κουρτικιον &c.

o) ἀπαιτων ἅμα και ἀυτος, ἀλλα τα του χρονου παρατασιν ἐισαγοντα.

p) Χοροσαν. Du Freſne ad h. l. „Ita dicta Perſis interior ſcriptoribus rerum orient. paſſim. Vid. Leunclauius N. 4.„

g) Du Freſne, „ Taparae Sultani, vt mox pag. ſeq.„ vid. *§. 146.*

r) και γαρ ὁ ἀυταδελφος ἀυτου Τουτουσης, μετα το ἀνελειν τον Αμηρ Σολυμαν, και τον ἰδιον γαμβρον ἐξ Αραβιας καθ' ἀυτου στρατευσαντα, τυφωθεις &c.

s) και τον Σουλταν μεμαθηκως εἰς ἐιρηνικας σπονδας μετα του ἀυτοκρατορος ἤδη ἐπαγεσθαι, προς τον τ' ἀδελφου φονον ἀπεβλεψε.

t) Χασιους. Du Freſne in Notis ad h. l. „ Chaſios, inquit, hoc loco vocat Anna, quos noſtri vulgo *Aſſaſinos*, Perſica, inquit, lingua; qua appellatione vtitur etiam Nicetas in Iſaacio lib. 1. N. 6. et in Alexio lib. 3. N. 6. Χασυσιοι dicuntur Ioanni Phocae in Deſcript. Terrae ſanctae, cap. 3. Saracenicam fuiſſe Sicariorum iſtorum nomenclaturam,

ac iure ſtrenue pergere ad Sultanem iuſſit: modum inſuper tradens circumueniendi eius. „ Ite, inquiens, et primo aduentu prae vobis ferte, habere vos arcana, quae Sultani nuncietis: ſic admiſſi et, ſecedentibus caeteris, ‘ad aurem progreſſi cominus v), fratrem ſtatim meum trucidate „. Cum his legati, vel potius ſicarii, mandatis, pro more iſtius generis hominum, alacri vigentes gau- 105.
dio, ſic prorſus tamquam ad epulas irent, ad caedem Sultanis properant, Commodum eum offendunt ‘ comeſſantem et ſemiebrium x). Habetur ſine diſcuſſione fides legatis fraternis. Secedunt familiares Sultanis, ſicarii ſe ipſi vndique admouent; gladiisque, quos ſub ala geſtabant, improuiſo eductis, infelicem momento conficiunt y).

Iſtiusmodi propria facinora Chaſiorum ſunt, hoc inſtitutum infandae ſectae. Delectari ſanguine, et ſummam putare voluptatem mergendi in viſcera hominum ferri. Quod ſi in flagranti ſcelere ira ſuccurrentium diſcerpantur, ‘votorum ſumma. nihil opinione ipſorum magnificentius et expetibilius tali morte, cum qua nec imperia commutare velint. Iam tota ipſis vita in facinorum.

 eius-

clatuream, auctor eſt etiam Willelmus Tyrius lib. 20. c. 21. Caiſinos in Arabia memorat non ſemel Theophanes p. 356, 358. et 363. quibus fortaſſis originem et nomen dedit Caſius ille Iſmaelita Arabs, cuius meminit Abraham Echellenſis in Hiſt. Arabum cap. 3. ſed an ab iis Chaſii appellationem mutuati ſint, non auſim affirmare. Vide Notas noſtras ad Ioinuillae p. 87. „

v) ὡς ταχα προς ους αυτῳ ὁμιλησοντας βελεδας.

105. Ead. p. 179.

x) μεθυοντα.

y) Du Freſne in Notis p. 325, 32[illegible]. „ Gelaloldulum Sultanum a fratre Tutuſe, ſeu Tageoldulo immiſſis Chaziis vel Aſſaſinis interfectum hic refert Anna, qua in re cum rerum Turcicarum et Saracenicarum ſcriptoribus non conſentit. Tradit quippe El — Macinus, Sultanum in vrbe Bagdatenſi fato naturali extinctum A. Heg. CDLXXXV. Chriſti MXCII. illiusque percepta morte Tageoldulum ſeſe Sultanum appellaſſe, miſſisque ad Chalipham Muquetadibillam, quo ab eo Bagdati inaugurraretur; ſed repulſam paſſum eſſe. Vereor igitur, ne quod idem Scriptor de Chaſiorum fiducia et temeritate ingerit ſub A. Heg. CDLXXXIII. Chr. MXC. Annae impoſuerit: quo loco El - Macinus *Batiias* vocat, qui aliis *Aſſaſſini* et *Chaſii* promiſcue appellantur. Vide eumdem A. Heg. CDXCV „.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

eiusmodi meditatione conſumitur: tota victus et ſtatus ratio inde eſt, haec ars, haec res, haec patriae ipſis hereditatis loco audacia eſt z). Succedunt alii aliis in profeſſione iſta, et ſucceſſores ſibi eandem in vitam educant. Horum quidem duodecim interfectorum Sultanis nemo tum ad Tutuſen rediit. Omnes praeſentem perfidiae mercedem, ſtatim contrucidati, penderunt.

§. 146.

Ea Puzanus b) ſimul audiit, mouet impigre cum copiis Choroſanum verſus: quo cum appropinquaret, excipit eum occiſi frater, Tutuſes. Venitur ad manus, miſcetur atrox cominus proelium, et diu anceps, obnixis vtrimque ſumma vi exercitibus certisque non cedere, quoad Puzanus generoſiſſime pugnans et totas vnus conturbans phalanges hoſtium letali percuſſus vulnere cecidit. tunc enim milites eius conſulere ſibi pro ſe quisque, ac fugam alius alio tendere coeperunt.

At Tutuſes, ob victoriam triumphans, ſuperbo gaudio Choroſanum rediit, in Sultanicii apicem mox, vt ipſi videbatur, euehendus; miſer, qui periculum atque adeo exitium ſuo imminens capiti non cerneret. Ecce enim occurrens illi occiſi Sultanis TAPARAE c) filius *Spargiaruchus* d) — 'vires corporis — atque animi omnes in vltionis officium effundens, ineluctabili plane impetu cunctas

z) ἐπει πασα ἐκεχειρια τετοις ἐδιδετο ἰων ἐμπεπιςευμενων την τε Σελταν φυλακην, πορρωθεν ἑςηκοτων.

a) καθαπερ τι κυδος τον τοιετον λογιζονται θανατον, ὡσπερ τινα πατριον κληρον τα φονικα ταυτα ἐργα, ἀλλος προς ἀλλον &c.

b) Du Freſne l. c. „ Quem Anna Puzanum, El-Macinus *Extacarum* ſeu *Icſantarum* vocat, vbi a Taggeoldulo ſuperatum et caeſum refert menſe Giumada A. Heg. CDLXXXVII. Chr. MXCIV „.

c) Du Freſne l. c. „ Sultanum, qui eo aeuo hac gaudebat dignitate, Tutuſae fratrem, Gielaluddaulam, ſeu Gelaloldulnm, cognomento Malcoſam, vel Melicſai, 'appellari ab El-Macino, iam ſupra [*§. 131.* not. *s.*] monui. Proinde haud ſcio, vnde *Taparem* confecerit Anna. *Melec-La*, vel potius *Melec-Sa* nuncupari videtur ab Aithono „.

d) Σπαργιαρεχ, in marg. Παργιαρουχ. De quo vide et ſupra *§. 135.*]

eius diſiecit, diſſlauitque copias Tutuſis e), fuſasque ſumma vi perſecutus eſt. Ipſe quin etiam, ſupina paulo ante ſecuritate inſtar Nauati f) illius praeſidentis tumidus, interficitur Tutuſes g).

§. 147.

CAETERVM quo tempore Apelchaſemus cum pecuniis ad Sultanem Choroſanum ſe contulit, vt ſuperius narrauimus h), frater eius Pulchaſes Nicaeam occupauit. Id imperator ſentiens, 'magnificis donorum ingentium promiſſionibus tentare animum hominis incipit i), 'non plane fruſtra. Verum homo non minus cautus, quam cupidus, cunctabatur: aliis atque aliis morarum praetextibus vnam veram obtegens trahendae tractationis cauſam; ea erat ſucceſſus itineris fraterni, quem obſeruans eiusque reditum opperiens, 106.
verba interim imperatori dabat, ita ei ſpem oſtentans, vt rem ſibi ſemper ſeruaret integram k).

§. 148.

INTERIM tale quiddam contigit. Trucidatus a Chaſiis Sultanes paulo ante ceperat, apudque ſe habebat Magni Solymae duos filios l). Hi poſt Sultanis necem Choroſano fugientes, Nicaeam cele-

e) και συμβαλων ὁλῃ χειρι και γνωμῃ ὡς πολλα τας Τετεσῃ δυναμεις διεσπασε.

f) Interpres in marg. „Puto legendum *Nabalis*„. Du Freſne in Notis p. 326. „Hoc eſt, inquit, inſtar Nouati illius haereſiarchae tumidus geſtiebat„. —

g) Du Freſne l. c. „Caeſum perinde et deletum Tageoldulum a Belciarocco ex fratre nepote tradit El-Macinus, menſe Safaro A. Heg. CDLXXXVIII. Chr. MXCV„.

h) Vid. *§. 143.*

i) διφιλας τας δωρεας ὑπισχνειτο και ταυτης [Νικαιας] αυτῳ παραχωρησαι ἐκαθεν ἐκειαν.

106. ANNA COMN. p. 180.

k) ὁ δε Πελχασης ἠθελε μεν, ἀλλ' ἀνεβαλλετο αὐθις ἀποβλεπων προς τον Απελχασημ, και λογες ἐκ λογων προς αὐτοκρατορα διεπεμπετο, ἀπαιωρων ὁιτε αὐτον, τῃ δ' ἀληθειᾳ την τε ἀδελφε ἀπεκδεχομενος ἐπανελευσιν.

l) Du Freſne l. c. „Solymannos, duos hac ipſa tempeſtate agnoſcunt ſcriptores. Prior Nicaeae princeps, qui Antiochiam cepit, *Vetus* Tudebodo p. 783. dicitur, ad diſcrimen Solymanni Iunioris, veteris filii, cuius primogenitus frater fuit Cliziaſthlan, qui Nicaeam occupauit: quam vrbem Solymanno fratri Cliza-

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

celeriter ſe conferunt: ibique beneuole ab iis ſunt excepti, qui plus poterant apud populum, 'rem gratulatione publica dignam putantibus, in tali perturbatione imperii Turcici principes habere ſanguinis regii m).' Acceſſit his Pulchaſes et Nicaeae principatum velut paternam quandam hereditatem cum fide iuuenibus reddidit.

Eorum natu maior, CLITZIASTHLAN n) nomine, Sultanes creatus, vxores et liberos Turcorum, qui tum erant Nicaeae, in eam ciuitatem accerſendos, ibi vt habitarent, 'vrbemque tot familiarum acceſſione frequentiorem redderent, edixit: quo nimirum illa ſuſtinere dignitatem regiae ciuitatis et praecipui Sultanum domicilii ac quaſi metropoleos regni Turcici poſſet o). Sic conſtitutis Nicaeae rebus, Pulchaſen eius praefectura mouet, et archiſatrapae *Mochumeti* poteſtate tradita in omnes, qui tunc erant Nicaeae, ſatrapas, ipſe hunc ibi relinquens, aduerſus Melitenem egreditur. Et haec quidem hactenus de Sultanibus.

§. 149.

Helcanes p) autem archiſatrapa cum ſuis occupatis Apolloniade ac Cyzico, ciuitatibus ad mare ſitis, maritimam inde vniuerſam oram infeſtam latrociniis habebat. Id ſimul imperator audiit, nauiculis, quae forte ad manum fuere, (nam claſſis nondum parata erat) ſatis magno numero expeditis, impoſitisque in eas machinis ad oppugnationes vrbium aptis, vna cum fortibus militibus, praefectoque omnibus Euphorbeno Alexandro, viro et genere illuſtri et fortitudine inclyto, apparatum iſtum omnem aduerſus Helcanem miſit.

Peruenit cito Apolloniadem cum his Alexander, vrbemque impigre adortus, continua oppugnatione ſex dierum, ne noctibus quidem

ziaſthlanem ceſſiſſe par eſt credere in partem hereditatis paternae, reſeruata ſibi Lycaonia, vel Cappadocia. Nam et tempore expugnatae a noſtris Nicaeae, vbi imperitabat Solymannus, Cliziaſthlan vero Lycaoniae et Iconienſi vrbi. Vide Annam p. 318„. [infra §. 189.]

m) Addit haec interpres.

n) Κλιτζιασθλαν.

o) ἀποκαταςησας την πολιν ταυτην Σουλτανων ὡς ἀν τις οἰκοι κα[illegible]τηριον.

p) Ελχανης, ita in Gr. ſemper.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

quidem relaxata, totum exteriorem ciuitatis ambitum, quem nunc Exopolon vulgari verbo conſuetudo vocat, redegit in poteſtatem, Helcanemque in arcem contruſit, fortiter inde repugnantem, auxilii mox adfuturi fiducia, quae nequaquam ipſum eſt fruſtrata. Breui enim apparuit multitudo ingens barbarici exercitus, cui ſuum longe imparem Alexander ſentiens, melius putauit coeptis abſiſtere, quam, copiis ſibi creditis in certum exitium committendis, dedecus tentatae ſine ſucceſſu arcis vnius tot fortium virorum iactura cumulare. Obſidione igitur trepide ſoluta; viciſſim ipſe iam conclusus, atque in arcto res ſuas poſitas ſentiens, ideoque anxie circumſpectans ſalutis expediendae vias omnes, denique nihil tutius reperit, quam ſi mare verſus iter intenderet. Sua ergo ſuosque in eas, quas dixi, nauiculas impoſitos propelli per ſtagnum iubet.

§. 150.

Praeſenſit Helcanes conſilium: praeoccupatoque praeſidiis tum 107. ſtagni oſtio q), tum ponte fluminis, Romanos omni ex parte circumuenit. Viſitur illic templum, olim aedificatum a ſancta Helena in nomine Conſtantini Magni, a quibus appellationem pons iſte hodieque obtinet. Eo vbi cum ſuis ſcaphis Romani peruenenere, cooriuntur repente ex inſidiis milites Helcanae inter fortiſſimos delecti, maximoque numero hinc pontem inſidentes, illinc ſtagni, quod diximus, oſtium. Noſtri ſero intelligentes, ſeſe incidiſſe in paratos laqueos, quod extremum deſperatio fortibus facit, alliſis vtrimque ad littus ſcaphis exſilientes, in terram audacter ad hoſtes vadunt. Nec deſunt ſibi Turci. pugnatur atrociter: tandem paucitas opprimitur a numero. multi noſtrorum, et in iis eximii quique, capti r), multi hauſti fluuio.

§. 151.

107. Ead. p. 181.

q) το της λιμνης κατεσχε ϛομιον. Du Freſne in Nott. p. 327. „Lacum, inquit, Lopadium intelligit, e quo amnis profluit, Rhyndacus olim dictus, ad cuius oſtium exſtructa fuit Apollonias, vt eſt apud Plinium, Ptolemaeum et Stephanum. Huius ſtagni, vel lacus, vt et pontis ad amnem extructi, de quo Anna, mentio fit apud Laonicum lib. 4. Vide Leuncl. N. 36. et Notas noſtras ad Villhard. N. 169.„

r) και πολλοι μεν των λογαδων αλισκονται.

Imp. Alexii I. Comn.

a. C. 1083 — 1096.

§. 151.

Perculſus triſti nuncio Auguſtus, Opum cum iuſto exercitu ad cladis iſtius vltionem deſtinat. Pergit is actutum per continentem, et, Cyzico capta obiter praeſidioque firmata, trecentos fortes et oppugnandis arcibus exercitatos, a caeteris auulſos copiis, contra Poemanenum miſit; qui et ipſi nauarunt operam, et iſtud quoque caſtrum prima ipſa incurſione ceperunt t): iis, qui intus erant, partim occiſis, partim in ſeruitutem ſubiugatis iure belli, quos et ad Opum miſerunt: ille ſtatim ad imperatorem curauit ducendos. Hinc iam Opus recta ducit ad Apolloniadem, validaque oppugnatione cito expreſſit Helcanae confeſſionem infirmitatis ſuae. Is, neceſſitate in conſilium verſa, vrbis vltro atque arcis quin etiam et ſui quoque deditionem facit, nam, conſanguineis ſecum aſſumtis, ad partes imperatoris tranſiens, Conſtantinopolin ad eum venit. Nullum in eum liberalitatis genus omiſit Auguſtus, donorum tamen omnium longe maximum ſacer baptiſmus fuit, a barbaro ſuſceptus ſuadente Alexio.

Vulgante mox fama, quam ſplendide quamque honorifice Conſtantinopoli Helcanes haberetur, duo archiſatrapae ex illuſtribus inter Turcos, quos fruſtra inuitauerat Opus, vt ire ipſi quoque ad Auguſti comitatum vellent, voluntarii adfuere ſimiliaque conſecuti. Nomen vni *Scaliarius*; alter is fuit, qui deinde *Hyperperilampri*, quaſi diceres ſuperceleberrimi, titulo cohoneſtatus eſt.

s) κατα το Ποιμανηνον. Du Freſne l. c. „ Vrbs Villharduino *Puemenienor* nuncupata, in prouincia Helleſponti. Notitiae veteres paſſim „.

t) ὃ δὴ καὶ ἐξ ἐφόδου τοῦτο κατέσχον.

CAPVT

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

CAPVT XII.

Res Tzachae, generi Clitziaſthlanis, terra ac mari aduerſus Romanos geſtae; bellum ei ab imperatore et Clitziaſthlane illatum; caedes Tzachae; pax inter Alexium I. Comn. et Clitziaſthlanem iuncta; ab a. C. 1083 – 1096.

§. 152.

a. C. 1083 — 1096.

Cvm paulo ante [quam Alexio auxilio miſſi a Comite Flan- 108.
driae a) equites quingenti aduenissent] certi allati eſſent ab Oriente nuncii, quibus conſtabat: Nicaeae praefectum (vulgo Perſarum ſatrapam b) vocant: ſed nunc a Perſis, qui Turcis parent, nominari ſolet *Amiras*) *Apelchaſemum* c) expeditionem in Nico-

medi-

108. ANNA COMNENA p. 205.

a) Du Freſne in Notis p. 334. „Fuit is Robertus, cognomento Friſius, Comes Flandriae, qui ante duodecennium fere, quam proceres noſtri Hieroſolymitanum aggrederentur iter, cum multis opibus Hieruſalem orationis gratia eſt profectus, rediensque per Thraciam, cum Alexio imp. locutus eſt. Haec ferme Guibertus lib. 1. Hiſt. Hieroſ. cap. 4. et lib. 7. c. 34. Peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit Robertus A. MLXXXV. a qua necdum reducem. A. MLXXXIX. autor eſt Meierus lib. 3. Hanc, praeter Andr. Sylvium in Chronic. Marcian. lib. 4. c. 3. et aliquot alios, attigit Robertus Monachus„.

b) Du Freſne in Notis p. 338. „Cliziaſthlanem, Solymanni veteris filium„.

c) Du Freſne l. c. „Atqui e viuis ſublatus erat Apelchaſem [vid. ſupra §. *143.*], cui ſucceſſerat Cliziaſthlan, Solymanni filius [vid. ſupra §. *148.*], ope Pulchaſis, Apelchaſemi fratris; qui hic intelligi debet; proinde lego, *τον Απελχασημ αδελφον*„.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

mediam, quanta maxima poſſet cura ac diligentia, parare, Flandrenſes eo equites ad vrbem regionemque tutandam miſit.

§. 153.

108. α) Per id quoque temporis *Tzachas* d), probe edoctus quantopere nutaret in Occidente Romana res, quantoque imperator labore ac miſeria vix ac ne vix quidem *Paxitnacarum*, contra incumbentium, pondus ſuſtineret; occaſionem magnae rei ſibi oblatam, ratus, decreuit armare claſſem. ac Smyrnaeo tum forte cuidam occurrens naualium operum peritiſſimo, curam dedit piraticarum apparandarum nauium, numero quam poſſet maximo. Agraria inſuper (nomen eſt nauigiorum alterius generis) agraria, inquam, tecta quadraginta, experientibus nauticae militiae viris onuſta, cum piraticis addidiſſet, ſoluens cum iis omnibus Clazomenas e) tenuit, et eam vrbem primo aduentu occupauit. Inde Phocaeam appulſus, et ipſam cepit. Ex hoc loco litteras dat ad Mitylenenſis ditionis curatorem, Alopum, quibus ſeſe illi conſulere ſignificans minaciter denunciabat: Abiret mature, ſi ſaperet, alioqui, ſi eum illic mox deprehenderet, graues poenas daturum. His territus curator f), naue noctu conſcenſa, Conſtantinopolim peti-

α) ZONARAS: *Compreſſis Roberti* [Normannorum ducis] *inſultibus, aliunde Romani imperii hoſtes exſtitere. Nam Turci, Oriente ſubacto, inſulis quidem abſtinebant. Tzachas enim Turcus, non illuſtris ille quidem, ſed vir acer et magnae improbitatis, cum paucis nauiculis inſula Chio ex improuiſo capta, et claſſe ibi aedificata, Lesbum, Samum, Rhodum et plures alias inſulas occupauit: vnde tamen a Romana claſſe pulſus eſt.* GLYCAS: *Compreſſo Franco* [Roberto], *Turci rurſum fines Romanos inuaſerunt: quorum e natione quidam, cui Zachatzae* (Τζαχατζας) *nomen erat, Chium, Samum et Rhodum inſulas occupauit.*

108. ANNA COMN. l. c. Zonaras T. II. p. 298. Glycas p. 333.

d) Τζαχας.

e) ταις Κλυζομεναις. Du Freſne l. c. „Eadem, opinor, quae Clazomenae, vrbs Ioniae maritima: vt credam, facit Phoceae et Mitylenes ſeu Lesbi inſulae vicinia„.

f) ὁ δε ἀπο των τε Τζαχα ἀπειλων ἐνδειματωθεις.

petiuit. Quo Tzachas comperto, nihil cunctatus, Mitylenem occupauit facile, vna illi negotium Methymna faciente. Eſt ea in 109.
promontorio iſtius inſulae ſita ciuitas: cuius fidem conſtantem ſimul cognouit imperator g), extemplo ſubmiſſis nauibus, praeſidia idonea ſuggeſſit, quibus oppugnationem Tzachae poſſet repellere. Verum hic, ea ciuitate non tanti habita, vt ei obſidendae tempus, alibi collocandum vtilius, vellet terere, tota ſtatim claſſe inuectus in Chium, totam et iſtam primo incurſu occupauit inſulam.

§. 154.

His Tzachae progreſſibus imperator motus, nauticas contra eum copias, ſatis, vt putabat, multas firmasque, miſit, duce iis praefecto Niceta Caſtamonita. Hic, primo ſtatim congreſſu victus, plerasque nauium eripi ſibi ab Tzacha paſſus eſt. Ad eius cladis nuncium imperator aliam rurſus claſſem armat, duce illi praepoſito Dalaſſeno, viro fortiſſimo, materna ipſi cognatione iuncto. Is, appulſus Chium, nullam arcis oppugnandae moram fecit: 'quin ſuam occaſionem ratus abſentiam Tzachae, Smyrna, vt fama erat, reditum parantis, nihil ſibi ad conatum omnem faciebat reliqui, quo h) expugnatio ciuitatis auxiliorum aduentum praeuerteret. Ergo machinis et baliſtis vehementer incumbens, tandem muri ſpatium, quantum inter duas tenditur turres, diruit ac ſternit. Eo Turci, qui erant intus, animaduerſo, 'gnari quam ineluctabiles in muro nudatas arces Romanorum inſultus eſſe ſoleant h), Romanas conati voces, miſericordiam implorabant communis omnium domini i). At milites apud Dalaſſenum et Opum frequentes inſtabant: permitti ſibi flagitantes irruptionem in apertam arcem. Recuſabant

 duces

109. ANNA COMN. p. 206.

g) ὁν προσεληλυθει τῳ Τζαχᾳ, ὁ βασιλευς περι τετα πυθομενος.

g) ἐκθυμως μαχομενος και σπευδων την πολιν ἑλειν προ τε τον Τζαχαν ἀπο της Σμυρνας καταλαβειν.

h) ὡς ἀνυποστατοι ταις ὁρμαις οἱ Ρωμαιοι ἐισιν.

i) ἐις ἐλεον τον των ἁπαντων ἐπεκαλεντο κυριον, ῥωμαϊζοντες. Du Freſne in Notis p. 338. „Graeco idiomate Dei miſericordiam imploraſſe Turcos, ait Anna, quod Turcicis hiſce verbis facere ſolent, Αλλα, ὀνα Κεβαρ ἀλλα—„.

duces, continebantque impetum multitudinis, ad certam victoriam ruentis. Cauſa cunctandi erat metus, ne, poſt expugnationem certo futuram, ſi miles ire ſineretur, direptio mox conſequens praedam multam ac variam, a Tzacha comportatam in iſtam arcem, temere conſumeret: quam ipſi reſtituram dominis aut fiſco ſeruatam ac ſibi mallent. Praetextus ab oſtentata Turcorum deditione ſumtus k). „Audiſtis, inquiebant, vt Turci noſtrum imperatorem agnoſcunt et ipſi, venerantur que. Cur veſtros ſupplices ac dedititios trucidatum itis?„ Sic extracta die, Turci ſecuta nocte murum pro ſubuerſo alium attollunt, eumque, qua parte ſpectabant hoſtes, culcitris, pellibus, omnisque generis centonibus diligenter protegunt: quo mollities tomenti vim tormentorum ac machinis eiaculatorum infringeret lapidum, eneruemque omnem faceret et inefficacem eiaculationem.

§. 155.

Interim Tzachas cum ſua claſſe ad alterum inſulae appulſus latus, terreſtri verſus vrbem Chium itinere pergere inſtitit cum exercitu Turcorum octo fere millium: ſequente ipſum et claſſe ac
110. circumlegente oram. Id vbi Dalaſſenus didicit, ſoluere nauarchos iubet, et aduerſus claſſem hoſtilem infeſtos ferri. Praefecerat Opum Romanis nauibus, et idoneo ipſos virorum fortium numero firmarat, iuſſeratque pugnam inuadere quamprimum cum vacuis milite nauigiis Turcorum l). At Tzachas, terram repente deſerens, claſſem conſcendit, curſumque infeſtus dirigit recta in obſeſſam vrbem. Occurrit illi Opus circa noctem mediam, nouoque ac inopinato claſſem hoſtium inſtructu diſpoſitam miratur. Magno ſiquidem rudente, aut catena Tzachas ad id parata ipſum, naues ſuas vniuerſas complexus adſtrinxerat, vt nec retro vlla cedere, nec prorſum vltra caeterarum ordinem poſſet excurrere, aciei que naualis ſic formam corrumpere.

Tali ſpecie perculſus Opus, ne accedere quidem auſus propius, verſis ſtatim guberraculis, Chium repetiit. Tzachas receden-

k) Addit haec interpres. 110. Ead. p. 207.

l) βελομενος απα τατῳ συναντησα διαπλοιζομενῳ, καὶ αυτα συμμιξαι προς πολεμον.

dentem caute ac ſine tumultu contenta remigatione ſequebatur, 'interuallo non magno m). Sic appropinquabant ambo ciuitati. Primus Opus in portum vrbis, quem antea Dalaſſenus occupauerat, naues induxit. Tzachas circumducta claſſe vltra portus ambitum, moenibus obſeſſae arcis naues admouit. Quarta dies hebdomadis erat.

§. 156.

Poſtridie eductos e nauibus numerauit [Tzachas], deſcripſitque omnes. Dalaſſenus oppidulum quoddam portui propinquum conſpicatus, auulſo coaequatoque priori vallo, noua ad illud metatus et munitus caſtra eſt, in eaque, pro tempore ac periculo ſatis munita, ſuas copias vniuerſas tranſtulit.

Sequenti die ambo exercitus, armati prodeuntes, inſtruebantur ad pugnam. Caeterum Romanus immotus in loco manebat, 'ſic iuſſus a Dalaſſeno, qui rumpi phalangis textum conteſſerationemque cohaerentium ſcutorum diſceſſu a ſe inuicem diſcurſuque militum vetuerat n). Contraria ratione Tzachas totum ipſum corpus aciei barbaricae infeſtum in Romanos immittebat, paucis turmatim equitibus pone iuſſis ſequi. Turcos ſic contra venientes intuiti Latini, repente longis protenſis haſtis in eos aduerſi procurrunt. 'Barbari telorum procul ac iaculorum nimbis, non in Gallos collimantes ipſos, ſed in equos eorum, multos ſtrauerunt in itinere ipſo, alios emenſo ſpatio admotos haſtis et ipſi vſi, confoderunt. Ita plerisque caeſis, caeteros effuſa concitatos fuga intra vallum compulere o). at illi, 'ne hic quidem ſe tutos rati p), praecipiti ad naues curſu ferebantur. Romani, ſpectaculo paſſim ac foede fugientium Gallorum perculſi conſternatique, loco pauliſper moti ſunt: et ad muros eius, quod diximus, oppiduli conſtiterunt. Turci, obſtante nullo, ad littus vsque prouecti, naues quasdam occuparunt. id conſpicati nautici, funes abſcindunt, auulſique a III.

ripa

m) Addit haec interpres.

n) τα Δαλασσηνα κελευσαντος, μηδενα τον συνασπισμον λυειν.

o) οἱ δε οὖν κατα των Κελτων, αλλα κατα των ἵππων τας βολας πεμποντες, και δια των δορατων δε τινας πληξαντες, πλειστους ανελον, και εσω τα χαρακος τετραμμενους οὕτω συνηλασαν.

p) In Gr. tantum, ἐκεῖθεν.

III. Ead. p. 208.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1083—1096.

ripa, anchoris iactis, in conſpectu ſiſtunt, rei euentum ſpeculantes. Iubet eos Dalaſſenus legere inſulae oram ab occiduo latere et circumuectos occupare Boliſſum, ibique ſuum aduentum praeſtolari (eſt Boliſſus exiguum oppidum in promontorio ſitum huius inſulae).

§. 157.

Venit id conſilium Dalaſſeni *Scytharum* quorumdam in notitiam, qui ſtatim Tzacham adeuntes, indicarunt ei. at is quinquaginta extemplo ſpeculatores exploratum miſit, quandonam claſſis Dalaſſeni ſoluere pararet; de eo ſe curriculo moneri iubens.

Ex alia vero parte tempore eodem delegauit ad Dalaſſenum ipſum, qui ſignificarent, expetere ſe colloquium eius, pacis cauſa componendae. Ad eam cogitationem impulſum puto fuiſſe Tzacham, deſperatione quadam vincendi Dalaſſeni, quod, quam is eſſet generoſo maliſque ac periculis imperterrito animo, videret. Promiſit dux Romanus, ſe poſtridie ſumma caſtrorum porta proditurum, paratum audire Tzacham, et cum eo de communi tractare concordia.

Locum et tempus barbaro probante, conueniunt mane duces ambo: mox initium loquendi Tzachas occupans, ſic Dalaſſenum, nominatim prius appellatum, eſt affatus. „ Scito, illum ipſum eſſe me, qui olim adoleſcentulus, incurſare Aſiam orſus, poſt acrem pugnam circumuentus et captus ſum a Cabalica Alexandro, indeque imperatori Nicephoro Botaniatae oblatus, ſtatim praenobiliſſimi dignitate q) cohoneſtatus, doniſque magnis dignatus, fidele ipſi obſequium promiſi. ‚Verum eius pacti vinculis teneri neutiquam me amplius interpretor r), ex quo Nicephoro extortas Comnenus Alexius habenas imperii ſumſit in manus. ‚Haec vero ruptae concordiae, expromtique a me in Romanos odii cauſa eſt: quam vltro iam profero s): nec recuſo, quin imperatori declaretur. Qui ſi tollere inimicitias et reconciliari gratiam inter nos velit

q) τῃ των πρωτονωβελλισιμων ἀξιᾳ. in marg. πρωτων ἡγεμενων.

r) ἐκκεκοπται ἁπαντα.

s) κἀγω μεν ὀυν ἠδη το της ἐχθρας αἰτιον ἀπαγγελλων ἡκω.

velit, ea in id ego lege conſentiam: ſi mihi honorum bonorumque fructus omnium, quibus a Nicephori abdicatione priuatus ſum, cum fide reſtituantur, aut compenſentur [t]. Quod ſi etiam affinitate ſancire concordiam placet, ne id quidem recuſauerim. Scribantur modo noſtros inter liberos pacta nuptialia, more ac ritu vobis Romanis nobisque barbaris legitimo ac recepto. Haec vbi rite concluſa perfectaque fuerint, omnes inſulas, quas, Romanae ditioni *ſubiectas*, bello cepi, tuae permittam poteſtati, per te imperatori reſtituendas, ſicque conditionibus foederis, quae me ſpectant, cum fide impletis, in meam me patriam recipiam„.

Ea Dalaſſenus, quippe qui fraudem ac fallaciam barbarorum [x] noſſet, nequaquam bona fide offerri dicique, autumans, aſſentiri cunctabatur, et eam ad Tzacham orationem habuit, quae et facile nudaret ſuſpicionem de eo ſuam, et ipſius Dalaſſeni libertatem ac fiduciam teſtaretur [y]; ſic ipſi reſpondens: „ Neque tu, quas memoras, inſulas mihi trades, vt dixiſti; neque ego ſine imperatoris voluntate ac nutu, quae ab illo pariter a meque poſtulas, annuam. Verum quoniam dux magnus Ioannes, imperatricis frater, in dies atque in horas exſpectatur, cum ingentibus terra marique huc copiis veniens, reſeruetur ei huius cognitio negotii. Illum adi, ſimul aduenerit, illi expone quod vis. ſi probauerit, vnus ille omnium idoneus eſt maxime ad conficiendam, quam ambis, pacem: qui tanta valet apud Auguſtum gratia, vt nihil non eius interuentu impetrari ab eo poſſit„. Haec Dalaſſenus [z]. — 112.

§. 158.

[Ioannem itaque hunc,] qui et militaris rei peritiam haberet ſummam, et fide atque obſequio totus ex imperatoris nutu penderet, aptiſſimum vnum eſſe omnium, qui contra Tzacham mittere-

t) ὁποσα λαβαν ὀφαλων ἐστερημαι, ἀνελλιπως ἀποδοθητω μοι ἁπαντα.

112. ANNA COMN. p. 209.

x) των Τερκων.

y) Addit haec interpres.

z) και ὀυτως ἐν ἰδῃ αἱ μετα τε ἀυτοκρατορος σπονδαι, ἀυτε την ἐιρηνην μεσαζοντος, περας λαβοιεν.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083—1096.

teretur, facile vidit Alexius. Accerſitum ergo [Dyrrhachio; cui per annos vndecim praefuerat] ad eam rem magnis maritimis terreſtribusque praefecit copiis, et, maximum claſſis ducem appellitum, ire, quod bene verteret, aduerſus Tzacham iuſſit. Eo bello quot pugnas Ioannes pugnauerit, quot ac quantis audacter laceſſitis ac fortiſſime ſuperatis e periculis victor euaſerit, hiſtoria conſequens docebit. Ad eum Dalaſſenus aduentantem, ſuo ad Tzacham reſponſo, velle ſe integram compoſitionis oblatae tractationem reſeruare, ſignificauit.

§. 159.

At Tzachas Homericum ſibi videbatur illud intus ipſe canere: Nox eſt: nocte frui lucrum: fas fidere nocti. Receperat, po-
113. ſtridie ſe copiam commeatuum miſſurum; ſed haec verba erant. Nam diluculo ad littus progreſſus, et ventum nactus ferentem, nauigauit Smyrnam, animo plures illic congregandi copias, cum quibus Chium reuerteretur. Nihil tam verſutis artibus profecit Tzachas in Dalaſſeni fraudem, quin ille, vt machinationes omnes barbari ſubdolas ingenio ac ſolertia peruiderat, ita per eas perruptas atque eluſas ad finem ſibi propoſitum progrederetur [a]. Ingreſſus enim in oblatas forte naues, ſimul cognouit fugam Tzachae, impoſitisque in eas vniuerſis ſuis copiis, Boliſſum, vt dudum deſtinauerat, cepit [b], in eaque moratus vrbe, quoad et naues congregaret plures, et machinas pararet alias, ſimul milites e fatigatione reficeret, ad extremum cum maiori eorum parte, vnde diſceſſerat, rediit: reſumtaque acrius, quam vmquam, oppugnatione vrbis Chii [c], murisque iterum ſubrutis, eam tandem ſibi ſubiecit, fruſtra Tzacha oſtentante reditum et auxilia iam ſera Smyrnae adhuc parante [d]. Qui tandem inſtructus ſatis, et mare nauigationi opportunum nactus, felici nauigatione claſſem vniuerſam ſuam ad Mitylenem appulit.

§. 160.

113. Ead. p. 210.

a) ἀλλ' ὀυδ' ὁ Δαλασσηνος δευτερος προς τας τȣ Τζαχα μηχανας ἐφαινετο.

b) την Βολισσον κατελαβε.

c) Supplet haec interpres.

d) τȣ Τζαχα την Σμυρνην ἐτι περινοσταντος.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

§. 160.

[SCYTHAE cum per continentem occiduam omnia vaſtarent]; 114.
nec — res maritima remiſſius habebat, quin potius in multo maximo periculo verſabatur, Tzacha cum rurſus aedificata armataque claſſe impune omnia peruolitante, oramque late omnem inſulaſque ac portus piraticis incurſionibus infeſtante. Vulnerabatur his vndecumque affluentibus nunciis imperatoris animus, [nec] in tam impedita perplexitate rerum qualecumque conſilium expedire poterat. multoque minus, poſtquam allatum praeterea eſt; auctam vehementer a Tzacha claſſem, congregatis ex ora vniuerſa maritima ingenti numero nouis nauibus. cum hoc ſupplemento in animo habere barbarum, reliquis, quas nondum ſibi ſubiecerat, inſulis vaſtatis, occiduas irruptione valida tentare regiones: adeoque iam egiſſe per internuncios cum Scythis, vt Cherſoneſum occuparent. Nunciabatur et illud: interuertere conari Tzacham eundem auxilia, quae imperator ab oriente ſibi promiſſa Turcorum exſpectabat: congregatasque iam mercenarii militis copias Turcicas, promiſſis et ſpebus magnis ab emiſſariis Tzachae tentatas, vt a foedere cum Romanis pacto reſilirent, ad ſeque potius ſuamque militiam, relicto imperatore, ſe conferrent, ſimulatque copiam pabuli ad alendum equitatum idoneam inſularum, quam meditabatur, depraedatione comparaſſet e).

§. 161.

[IMPERATOR Alexius Comnenus finibus Romani imperii ad- 115.
uerſus Dalmatas munitis,] notitiam accipit rerum et conſiliorum

 Tza-

114. ANNA COMN. p. 226.

e) *ἱππικὰ τας κριθας κατελαβε* in margine adſcribuntur.

Anna Comnena p. 240. Trapezuntem Turcis ab Alexio Comneno ereptam alieno loco, quo conſpirationis Theodori Gaurae mentionem facit, docet, his verbis: *Theodorus erat Gauras, in vrbe commorans regia, profectus aliunde, cuius vehementem et ſtrenuum efficacemque nouandis rebus veritus animum Alexius, duce ipſo creato Trapezuntis, quam is vrbem Turcis eripuerat, ſuſpectum ab ſe hominem ſpecie honoris ablegauerat.* Et paulo inferius de eodem: *ſemper reportatis de hoſte victoriis ita vt Trapezuntem ipſam vrbem Turcis extortam ſibi propriam vindicans inuictae vir potentiae vulgo putaretur.*

115. ANNA COMN. p. 245.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1069.

Tzachae. 'Didicit enim idoneis auctoribus, nihil de priori ſpe ac minis remiſiſſe, ob ea, quae illi minus proſpera terra marique contigerant *f*), quin potius et inſignibus vti regiis, et illud ipſum ſupremae poteſtatis nomen haud diſſimulanter vſurpare, ac Smyrnae velut in regni metropolim delecta, ibi aedificare atque inſtruere, quibus et inſulas rurſus vaſtet, 'et ipſam vſque Conſtantinopolim terrorem ſui praedandique licentiam, aut, ſi Deo placet, imperium quoque promoueat, ſoliumque illic inuadat Romanae poteſtatis *g*). Ea, quotidianis confirmata nunciis, haudquaquam pro vanis ſpernenda rumoribus imperator ſtatuens, decreuit tum per eam, quae modica ſupererat, rebus ſub dio gerendis aptam tempeſtatem; tum per conſequentem hiemem, eos belli apparatus colligere, quibus non tantum ſpes, conſilia conatusque Tzachae irritos redderet; ve-
116. rum etiam eundem pelleret prius poſſeſſis; et tam Smyrnam, vbi regnabat, quam alia loca, quae latrocinio inuaſa tyrannide premebat, ipſi eriperet.

§. 162.

Hiberno igitur tempore fere tranſacto, ſub primulum veris exortum fratrem Auguſtae Ioannem Ducam, Epidamno ad id vocatum, magnum claſſis creauit ducem. eique ex continente lectam terreſtrem militiam attribuit egregiam, cum eaque itinere terreſtri vadere in Tzacham iubet, aſſignataque Conſtantino Dalaſſeno ſub Ioannis auſpiciis claſſis ductandae praefectura, eum, praecepit, ſic oram legere, ſic motum progreſſumque moderari, vt ambo eodem tempore, terreſtris maritimusque exercitus, Mitylenem peruenirent, et bellum ſimul cum Tzacha capeſſerent.

Vt primum Ducas Mitylenem tenuit, caſtra eſt metatus ligneis egregie munita protectaque turribus; vnde ex tuto quodam oppido in omnes erumpendi, oppugnandi, reique cuiuslibet ex vſu gerendae occaſiones immineret.

§. 163.

f) ὡς οὐδεν των συμβαντων αὐτῳ κατα τε την θαλασσαν και την ἠπειρον της προτερον γνωμης ἀπεστησαν.

g) και μεχρι αὐτου φθασαι Βυζαντιου. και ἀς αὐτην δε ει δυνατον την της βασιλειας ἀνενεχθηναι περιωπην. 116. Ead. p. 246.

Imp. ALEXIO I. Comn.

§. 163.

At Tzachas Mitylenes cuſtodiam fratri ſuo *Galabatzae* h) commiſerat. Verum vt, eum haud parem apparatibus et conatibus tantis aduerſarii tam acris, facile ſenſit, non diſtulit, occurrere contra ipſe, et in laboris ac periculi partem ſe quoque digni properare i). Age ſane pugna committitur, quam nox diremit, neutro ſe victum putante. Et vero adeo neutra pars prooemiali eo certamine vires abſumſit k), vt ad tertium abhinc menſem quotidie Ducas aut Mitylenes muros quateret, aut, explicata in Tzacham acie, cum eo, minime cunctante, proelium confereret, a primo diei ortu fere in veſperam durans. Atque hac tam pertinaci contentione laboris, ſic ſemet Ioannes ipſum, ſic exercitum exhauſerat, vt nihil ſibi iam fere reliquum ad extremam laſſitudinem feciſſet. Quo imperator audito, tum miſeratione praeſentis incommodi, tum metu imminentis exitii ſuorum, angebatur. Profectum ergo e caſtris militem, quo ibi loco res eſſent, percontatus, audiuit ex eo: pugnare Ioannem omnibus horis nulla remiſſione aut mora. Quonam vero, Auguſtus ait, tempore cum Tzacha init quotidiana iſta certamina, quae dicis? Sub ſolis exortum, reſpondit miles. tum imperator: vtri autem pugnantium obuerſos in ortum vultus habent? Noſter exercitus, miles inquit. Peruidit ex verbo [Auguſtus] cauſam ſtatim pro ſua rapidiſſima velocitate mentis, ob quam inferiores e proelio redirent ſui, litterasque raptim ad Ioannem ſcriptas, quibus monebat, „ Ne aciem ſtrueret mane radiis aduerſis; neue vnus obſtinaret pugnam contra duos ſimul, Tzacham et ſolem: ſed poſt transgreſſum meridianum circulum, ſidere in occaſum prono, certamen capeſſeret „: militi ſtatim dedit, redire celeriter ad exercitum iuſſo; verbisque eadem mandata frequentauit, quae praeſcripta tradiderat. Sic ad extremum grauiter 117.
edicens: „ Si die in occaſum inclinante pugnam cum hoſtibus iniueritis, ſtatim vincetis „.

h) τῳ ἀδελφῳ Γαλαβατζῃ.

i) θαττον φθασας και πολεμε σχημα διατυπωσας ξυμμιγνυται τῳ Δεκι.

k) Addit haec interpres.

l) και ουδεν πλεον ην τῳ Δεκι τε τοιετε χωματε.

117. Ead. p. 247.

a. C. 1083 — 1096.

§. 164.

Haec ſimul Ducas per militem accepit, 'alioqui ſolitus in omnibus ex imperatoris nutu pendere; conſiliumque quodcumque ipſius, addicta vel in rebus minimis reuerentia, velut editum oraculum ſectari m), poſtera ipſa luce, cum ſe more ſolito paratos ad pugnam excipiendam hoſtes obtuliſſent, phalangas Romanas armari prodireque vetuit, Turcis ignaris rei, feriari eo die vtique a pugna Ioannem velle, autumantibus; ideoque, armis illic poſitis, confidentibus ſecure. At ecce in coeli verticem altiſſime ſubuecto ſole, ſuis Ducas edicit, vt armentur: ac paulo poſt, eodem ſidere iam in pronum deſpectante, aciem perite deſcriptam cum alacri et conſona vociferatione cunctorum educit. ne ſic quidem imparatus deprehendi potuit Tzachas. 'Prodiit contra et ipſe armatus inſtructusque valide, nec moram pugnandi fecit. Implicuere ſe vtrimque acies magnis animis conatibusque n). verum vento ab ortu flante vehementi, cum puluis, pedibus excitatus concurrentium, 'ſimul cum infeſtis inclinatae lucis radiis, in oculos vultusque Turcorum impingeretur o); Romanique vegetius, quam vnquam antehac, inſtarent, magna Turcos neceſſitas terga vertere coëgit.

§. 165.

Senſit fortunam partium mutatam Tzachas: cumque nec vrbem iam oppugnationi ſuſtinendae, nec ſe ad pugnam aequo campo capeſſendam parem vltra cerneret, facili conditione pacem licitatus, impetrauit a Duca, quod vnum petiit: vt ſibi per eum tutus atque innoxius Smyrnam receſſus eſſet maritimo curſu. Quoniam autem in eius promiſſionis fidem duos Tzachas obſides popoſcerat: exegit ex eo viciſſim ſatrapas e praecipuis totidem Ioannes, in pignus ſecuritatis a Tzacha iuratae Mitylenaeis, quibus Du-

eas

m) και μηδε ποτε τε αυτοκρατορος, μηδε την επι τω τυχοντι [τε Δεκα] παραβλεψαμενε συμβελην.

n) αλλ᾽ ευθυς καρτερως ὁπλισαμενοι συμμιγνυσι ταις Ρωμαϊκαις φαλαγξιν.

o) και το μεν τοι κατα προσωπον τον ἡλιον λαμποντα ἐχοντες· το δετι και τε ανεμε τας ὀψεις δια της κονεως τροπον τινα κατασβολεντες.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

cum ab eo cautum voluerat: vt is nemini eorum, digrediens, vlla in re nocere poſſet, aut quemquam ſecum Smyrnam abducere. Sequeſtri liberi reditus Tzachae fuerunt Euphorbenus Alexander et Manuel Butumites, viri ambo bellicoſi et fortes. In haec ergo fides mutuo data eſt; nec Turci, Mitylene abeuntes, quidquam loci eius incolis iniuriae moleſtiaeue inferrent: neu Romana viciſſim claſſis reditum Turcicae 'Smyrnam verſus p) vlla incurſione infeſtaret. Verum cancer recta ingredi non didicit. Quin ipſo in pacis initae limine offendens Tzachas, adeo non abſtinuit vim a Mitylenaeis, vt conatum omnem intenderit ad eos vniuerſos cum vxoribus et liberis abducendos ſecum.

§. 166.

Sub haec Dalaſſenus Conſtantinus, 'ductor Romanae claſſis; Turcica potentioris, tum primum Mitylenem venit q); claſſeque 118.
ad promontorium quoddam, vt Ducas iuſſerat, appulſa, 'magnopere agebat, vt ſibi vltio permitteretur ingratiſſimae perfidiae Turcorum, quam vexandis in digreſſu, contra datam fidem, Mitylenaeis oſtenderant r). Abnuebat Ducas, iusiurandum obtendens. Cui Dalaſſenus, „ Nempe, inquit, tu iuraſti, non ego: qui, nec praeſens nec conſcius, ea quae inter vos eumque compoſita ſunt, iure meo ignorare poſſum. Tu ergo qua religione tibi videris adſtrictus, in ea te contine, ſi lubet: 'me libertate mea et occaſione vti ſine, ad foedifragum Tzacham, prout meritus eſt, male mulctandum s). „ His dictis, et expedita raptim claſſe, Dalaſſenus Tzacham, modo ſoluta naue feſtinantem Smyrnam, 'remis velisque ſecutus et aſſecutus breui t), multas illi eripuit praedatorias naues, qua-

p) Addit haec interpres. in Gr. tantum eſt, ἐν τῳ διαπεραν.

q) θαλασσοκρατωρ τηνικαυτα ὠν, και μηπω ἐφθακως.

118. ANNA COMN. p. 248.

r) ἐπει ταυτα μεμαθηκει ἐλθων, ἠξιε τον Δεκαν παραχωρηθηναι οἱ μετα τε Τζαχα συναψαι πολεμον.

s) ἐπαποδυσομαι προς τον κατα τε Τζαχα πολεμον.

t) καταλαμβανει τετον ὁ Δαλασσηνος θαττον ἡ λογος. και παραχρημα προσβαλων ἐδιωκεν. [ἀλλα και ὁ Δεκας το ἐπιλοιπον τε ναυτικε τε Τζαχα λυων τα πρυμνησια ἐφθακως. κατεσχε μεν τας ναυς, και της βαρβαρικης χειρος τες δορυαλωτες ἁπαντας και τες ἐν αὐτοις δεσμωτας αἰχμαλωτες ἐῤῥυσατο. ὁδε Δαλασσηνος, omiſit incluſa interpres].

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

quarum vectores cum remigibus iuſſit occidi. nec fugiſſet ipſe Tzachas Dalaſſeni victoris manus, ‘niſi cautius barbarus prouiſo periculo, non, vt erat veriſimile, maiorem nauem aliquam, ſed minutum lembum ingreſſus, cum eo, inter trepidationem ſuorum conatumque noſtrorum nauigia magna expugnantium ſcaphas negligentium, ignotus euaſiſſet. Euaſit autem in paratum ſibi pari aſtutia perfugium *v*). Iuſſerat ſiquidem, praeſto ſibi eſſe a continente ad aliquod deſignatum ipſis promontorium Turcos quosdam; in eaque ſtatione morari, quoad ſcirent, Tzacham ipſum innoxie Smyrnam tenuiſſe. Sic fore reputans, vt, ſi, quod verebatur, infeſtam hoſtili claſſe nauigationem experiretur, ad iſtud praeoccupatum a ſuis littus tuto ſe cum naulcula proriperet. quod et fecit: indeque, deducentibus, quos ibi reperit, Turcis, Smyrnam incolumis peruenit. ‘Porro Ducas, ſoluta iam Tzachae naue, reliquas claſſis eius, priusquam ſoluerent, praeoccupans, captiuos in iis repertos liberauit omnes *x*).

Dalaſſenus, victor rediens, magno ſe duci iunxit. Ducas vero idoneis praeſidiis firmata Mitylene, quando inde Dalaſſenus rediit, magnum ex Romana claſſe ſegregatum numerum nauium aduerſus inſulas miſit, quas Tzachas, ditioni ſuae additas, ſat multas praeſidiis adhuc ſuorum obtinebat. Ipſe, obiter occupata Samo aliisque nonnullis inſulis, in vrbem regiam reuerſus eſt.

§. 167.

119. AT Tzachas, inquieti vir animi et belli amans, quieſcere non ſuſtinuit. Verum paulo poſt parandis rurſus Smyrnae ſtudioſe piraticis nauibus omnis generis, dromonibus, inquam, biremibus, triremibusque, aliisue id genus leuioribus, et ad celeritatem curſus magis expeditis, ‘prout ad propoſitum latrocinandi vtile reba-

v) ὁ μη — ὡς ἐν τῶν κεφοτερων ἀκατιων μεταβας, δια το ἀνυποπτον διασωθῃ λαθων.

x) Haec ſunt in ſuperioribus omiſſa, vid. Not. *t*.

119. ANNA COMN. p. 250. Rebellionibus, quas Carycas in Creta, in Cypro inſulis Rapſomates fecerant, enarratis, Anna pergit, *At Tzachas* &c.

batur, perniciem haud dubiam Romanis cudebat y). Senſit imperator: nec dubitandum cunctandumue ratus, terreſtribus eum vno tempore maritimisque inuadere copiis ſtatuit. Naualis in Tzacham belli prouincia Conſtantino Dalaſſeno commiſſa: cui ad id claſſis, quae tum fuit, vniuerſa eſt tradita. Ipſe ſibi Auguſtus negotium ſumſit, quod ad ſucceſſum non parum vtile prouidebat fore, concitandi contra Tzacham per litteras Sultanis. Litterae hunc ferme in modum erant ſcriptae. „ Scis, praecellentiſſime Sultan Clitziaſthlan, Sultanicii dignitatem hereditario iure quam optime ad te pertinere. Tuus tamen gener z) Tzachas 'minime dubiis, ſi quis introſpiciat, inſidiis auertere illam in ſe ſtudet. Nam quod candidatum ſe fert palam imperii Romani, bellumque nobis denunciat, mihi crede, fucus eſt vafri artificis, cui, ſpes viresque metienti proprias, ſatis liquidum eſt, Romanum imperium altioris rem eſſe faſtigii, quam vt eo vſque ſua poſſit ipſum attollere fortuna. Quid igitur? Te profecto intuetur; et vtcumque collimare in nos ſimulat, in tuum ſolium ambitionem intendit a). 'Tu vero, ſi me audies, mora et diſſimulatione excuſſa omni, nefarium inſidiatorem occupabis, pro ſalute ac dignitate propugnans tua, periclitaturis omnino, ſi ſcelus nondum adultae perfidiae ſeſe ſpatio et ſucceſſu corroborauerit b). Quod ad me attinet, meis ego non deero partibus; prouidique adeo iam ſatis, ne minae impotentis latronis magnope- 120.
re formidandae Romanis ſint. 'Sollicitum me tamen habet in hac ſecuritate mea periculum tuum, cui, vel communi neceſſitudine prin-

y) του αὐτου σκοπου ἐχομενος.

z) Γαμβρος, Du Freſne in Notis p. 236. „ i. affinis, non gener. duxerat enim Solymannus, Cliziaſthlanis frater, iſtius Tzachae filiam in vxorem, vt eſt apud Annam p. 313. 322. [quae loca infra §. 184. 194. adfero] „.

a) κἀν κατα της βασιλειας Ρωμαιων τῳ φαινομενῳ ὁπλιζηται, βασιλεα ἑαυτον ἀποκαλων, ἀλλα τουτο προδηλος σκηψις ἐστι. οὐ γαρ λεληθεν αὐτον πολυπειριαν ἐχοντα ἀκριβως γινωσκοντα, ὡς οὐ προσηκει τουτῳ ἡ βασιλεια Ρωμαιων, και ἀδυνατον τοιαυτης ἀρχης ἐπιδραξασθαι. το δε παν σκαιωρημα κατα σου ἐξαρτιζεται.

b) οὐ χρη τοιγαρουν ἀνεχεσθαι σου. του. οὐτω. μην ἀναπεπτωκεναι. ἀλλ' ἐγρηγορεναι μαλλον ἱνα μη της ἀρχης παραλυθῃς.

120. Ead. p. 251.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083—1096.

principum, vel priuata beneuolentia tui, occurſum velim. Planeque auctor tibi ſum, vt quam primum in acrem curam euigiles tuendi atque aſſerendi principatus, iſto eius appetitore, vel pacatis artibus ac conſiliis c); vel, ſi parum illa proceſſerint, armis et vi aperta ſubigendo „.

§. 168.

His ab imperatore ſic prouiſis, peruenit Abydum Tzachas; per continentem cum copiis profectus, oppugnareque ciuitatem muralibus omnis generis machinis coepit a terra: naues enim piraticae, quas aedificari iuſſas a Tzacha vidimus, nondum tum abſolutae, praeſto eſſe tempori non potuerant.

His Dalaſſenus compertis, vir omnium ad pericula inuadenda promtiſſimus, recta cum datis ſibi copiis tendit. At Sultan Clitziaſthlan, accepto per litteras imperatoris indicio motus, cum toto repente exercitu in Tzacham mouet. Sic barbarorum ingenium eſt irritabile et in caedem praeceps.

§. 169.

"Aduentante porro a terra Sultane, inſtante a mari Dalaſſeno, circumuentus Tzachas, et hinc quidem deſtitutus nauibus, quae adhuc imperfectae in manibus fabrorum erant, "illinc vtcumque inſtructus, minus certe validus, quam neceſſe erat ad Romanum ſimul et Turcicum irati ſoceri, vno tempore contra venientes, exercitus ſuſtinendos e), in magnis rerum anguſtiis inopia conſilii conflictabatur. "Cum autem hoc modo circumſeſſus vndique, etiam eruptiones Abydenorum et praeſidii ciuiumque obſeſſae vrbis ſubitos a tergo impetus, dum ipſe contra hoſtes, aliunde irruentes, rem gereret, formidaret: optimum factu putauit, operam dare

c) κηδομενος δε σε παρεγγυωμαι ως αν και αυτος της ιδιας φροντισης αρχης και εξασιας, και τη μεν μετ' ειρηνης &c.

d) εγγιζει δε τατε γινομενα, εκει εξ ηπειρε και θαλαττης τας πολεμιας δωρα επιοντας.

e) μητε δυναμεις αποχρωσας εχων προς τε το Ρωμαϊκον και το τε κηδεσε αυτε Σελταν Κλιτζιασθλαν στρατευμα.

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

re, vt ſibi Sultanem reconciliaret *f*). Ignarus ergo, quam non expiabile ipſi a Sultane odium imperatoris litterae paraſſent, ſocerum adit, generi fiducia veniam et amicitiam expoſcens. nec ſpem abnuit *g*), vultu obtutuque feſtiuo excipiens hominem, Clitziaſthlan. Quin paulo poſt, menſae adhibitum liberalibus inuitare poculis, non deſtitit, quoad mero plenum et temulentum animaduertens, eductum gladium in eius latus impulit, quo ille vulnere iacuit exanimis.

§. 170.

Miſit poſt haec Sultan, qui cum imperatore de pace tractarent: facileque tranſacta res eſt, conditionibus vtrimque cito probatis riteque iuratis: tranquillitateque per hunc modum orae maritimae reddita.

f) πτοημενος δε και τας ἐποικας και σρατιωτας Ἀβυδε, δειν ἐλογισατο προσεληλυθεναι τῳ Σελταν.

g) ὁ δε Σελταν τετον θεασαμενος.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

CAPVT XIII.

Bellum ab occidentalibus principibus et imperatore Alexio I. Comn. Turcis illatum, vſque ad Nicaeam captam; a. C. 1096, 1097.

§. 171.

a. C. 1096. [a]

121. VIX paululum ex laborioſi belli [Comanici] laſſitudine refectus [imperator Alexius Comnenus], nouam gerendae rei occaſionem habuit. Turcos nempe comperit infeſtare Bithyniam latrociniis, quod eam praeſidiis vacuam norant: laborante videlicet in occiduo limite per Comanicum tumultum [b] Romana re, eo conuocare, vt ad periculum vrgens, vires imperii, caeteris tunc quidem minus periclitantibus neglectis, coactus imperator fuerat. Verum vt in omne tempus iſta praedonum accolarum importunitate Bithyniam liberaret, opus animo concedit, magnificentia et generoſitate ſua dignum, quod quale fuerit, paucis exſequar. Sangaris [c] fluuius, cum ora maritima recto littore vſque ad Chelem [d] oppidum protenſa indeque ſe ad ſeptemtrionem flectente, ſatis

121. ANNA COMN. p. 282.

a) Haec paulo ante primam Francorum in Palaeſtinam ſuſceptam expeditionem, quam vulgo ad a. C. 1095. referunt, collocanda eſſe, ſeries hiſtoriae docet.

b) Supplet haec interpres.

c) Du Freſne ad h. l. „ Fluuius Aſiae Minoris ſeu Phrygiae, de quo multa Philipp. Mauſſacus in Notis ad Plutarchum de Flum. —„.

d) Id. „ Chelem, locum inter Apolloniam et Sangarium habet Arrianus in Periplo Ponti Euxini „.

latis magnam regionem circumſcribunt: in quam opportuno traiectu mali vicini Iſmaelitae, obſeruata paucitate praeſidiariorum, per Maryandenos [e] et per eos, qui vltra Sangarim habitant, facile illam depraedabantur, vaſtabantque; Nicomediam praeſertim amne tranſito infeſtantes. Fraenandae iſti in poſterum licentiae, a qua nunquam in occaſione voluntas maleficae gentis temperatura ſibi eſſet, quaerebat imperator artem ac modum. Cum ergo hac ipſa cura firmandi limitis illius, praeſertim vero nobiliſſimae ciuitatis Nicomediae ſecuritati conſulendi, loca illa luſtraret: animaduertit longiſſimam foſſam infra paludem Baanam. quam cum tanti putaſſet vſque ad extremum explorando perſequi, plane ſtatuit ex forma ac ſitu, neutiquam id naturae opus, ſed artis ac manus eſſe. Perquirenti curioſius, quid ea de re indigenae ſeniores ferrent, reperit obſcuram famam, quae, iſtum alueum iuſſu olim Anaſtaſii Dicori excauatum, memoraret; qua id occaſione, quoue conſilio factum, aut decretum, dicere nequiret. Caeterum imperator Alexius, ducta ex natura loci coniectura, ſtuduiſſe quemcumque molitorem iſtius foſſae deriuare in eam paludem proximam, autumabat. Vtut foret, hac occaſione vti ad praeſens propoſitum ſtatuit. Purgari effodique altius iſtam paludem iubet. Veritus autem, ne, ad confluentes aquarum ſaburra hinc atque inde per fluctus illata, proceſſu temporis vada exiſterent, traiectioni barbarorum opportuna, excitare inſtituit loco delecto arcem a fundamentis firmiſſimam, quam et affluxus amnis obiectu natiuae ſemper redundantis foſſae, et praecipue muri craſſities atque altitudo, ſtructuraeque tota ratio ac forma muniret adeo, vt non immerito arcis, aut turris ferreae nomen, quod hodieque obtinet, ſuſtinere ac praeſtare poſſet.

Huic quaſi prociuitati, ad ſecuritatem ciuitatis Nicomedienſis barbaricis excurſionibus oppoſitae, et velut antemurali Nicomedienſium moenium, imperator exſtruendo quotidianam attentionem et operam dabat a primo mane vſque ad veſperam: — multo vero minus pecuniae pepercit vlliue ſumtui, quo ad firmitatem arcis, quam munitiſſimam optaret, adiici putaret aliquid poſſe. —

e) Id. „ Aſiae populi, quorum metropolis Claudiopolis, vbi ſequiore Graecia extitit Thema Buccellariorum. Porph. lib. 1. de Themat. „

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1096.

§. 172.

122. [ANNA Comnena, ad expeditiones cruciatas, quae vocantur, enarrandas accedens] Haec porro, inquit, commotionis tantae vel occaſio vel cauſa fuit. Gallus quidam, Petrus nomine, cognomento Cucupetrus *f*), adorandi cauſa ſepulcri ſancti peregrinatione antea ſuſcepta, grauiſſimis Turcorum et Saracenorum iniuriis toto itinere vexatus, vix tandem redire potuerat in patriam: vbi perfidarum gentium inſolentiam ſecum reputans, quae obſliterat, ne ſuſceptae religioni ex animi ſententia ſatisfaceret: decreuit, rem prima experientia ſucceſſu caſſam, nouo coepto maiorique conatu ſuſcipere: ſatisque doctus memoria caſuum ſuorum, non eiusmodi viam eſſe ſepulcri ſancti, per quam incomitatum expediret incedere, rationem iniuit ſane prudentem comitatus ingentis ad iſtud iter ſibi adiungendi. Nimirum per vniuerſas Latinorum regiones promulgare inſtitit: oraculo ſe diuino iuſſum denunciare omnibus in Francia comitibus: Deum velle, vt ad ſancti ſepulcri adorationem cuncti pergerent: in idque toto animo atque impetu ferrentur, vt Ieroſolymorum ſacram vrbem ex Agarenorum impiis manibus eriperent. Succeſſus iſti conſilio atque incepto reſpondit tantus, quantum ſperare potuiſſet nemo. Concuſſi ea voce animi Gallorum omnium, feruere vndique vidiſſes cuncta, aliis aliunde cum armis equis caeteroque apparatu bellico affluentibus. —

§. 173.

123. α) Primus expeditionis promulgator, Petrus, primus quoque, vt

α) GLYCAS: *Quum — Franci traieciſſent in Aſiam, Nicaeam Bithy-*

122. ANNA COMN. p. 283, 284.

f) Du Freſne in Notis p. 349. „Ita vocatum ait Anna Petrum Eremitam. — Eſt enim vocabulum confectum ex nomine viri appellatiuo, et voce κουκούλλιον truncata, — quae Latinis cucullam notat; vnde veroſimile mihi videtur, Petrum, vt tunc vulgo appellabatur, Eremitam, ab ipſis Gallis militibus ioculari vocabulo *Petrum cucullatum* indigitatum, quod cuculla monachica caput aperiret, quemadmodum S. Aimilianus Confeſſor et Monachus Benedictinus in eius Vita, et Petrus Abaelardus appellatur a Fulcone Priore Diagili in epiſtola, quae inſcribitur *Petro cucullato*. —„.

123. ANNA COMN. p. 285, 286.

Cly-

vt par erat, expedito egreſſu e patria, Adriatico mari traiecto cum peditum octoginta millibus, et centum millibus equitum, per Hungariae fines Conſtantinopolin ſe contulit. — Huic Petro imperator in Turcos ruenti, peritus ipſe rerum morumque gentis eius, multa beneuole ac prudenter ſuadebat praeuertendis, in quae deinde is incidit, malis peropportuna inter alia, vt aliorum comitum, quos in itinere eſſe conſtaret, aduentum praeſtolaretur. Verum omnia ille, ſua fretus multitudine, contemſit, transmiſſisque freto copiis, ad paruum oppidum, Helenopolim [h] vocatum, poſuit caſtra. Sequebantur hunc ducem Normanni ad decem millia. Hi tum ſegregati a reliquo corpore, circumiacentem vaſtabant Nicaeae regionem, tanta in omnes crudelitate, vt puerulos lactentes pars diſcerpe-

niae Turcis, qui eam obtinebant, ademtam imperatori [Alexio Comneno] *pro certo pretio vendiderunt.* NICEPH. GREG.: Alexius Comnenus, *principatu recens ſuſcepto, Romanum imperium videbat vndique oppugnatum et crudeliter diſcerptum, ob graues ſuperiorum imperatorum culpas. Nam Turci in oriente cum alia omnia longo iam tempore obtinebant, tum ipſam Nicaeam, celebrem illam vrbem: — neque quicquam praeter extrema et funeſtiſſima mala exſpectabatur. Hunc igitur rerum ſtatum intuenti et anxio imperatori optatiſſimus fuit et valde opportunus Gallici exercitus aduentus. Cum his habito colloquio paciſcitur, ſi inita in hunc modum ſocietate, Turcos Romanis prouinciis et vrbibus expuliſſent, vt illorum opes acciperent, ſibi vero vrbes opum vacuas habere liceret. Qua conditione illi auide accepta, Helleſpontum cum ipſo imperatore traiiciunt. Sicut autem ignis denſae ſiluae iniectus, alia tanquam ſtipulam*

Glycas p. 334. Nicephorus Gregoras T. I. p. 62. qui haec alieno loco ſub Michaele Pal. narrat.

g) τον της Λογγοβαρδιας διαπεραντι πορθμον. Du Freſne p. 351. „ Non Adriatico mari traiecto, quod vult Anna, ſed Lotharingia, Franconia Bauaria et Auſtria transcurſis in Hungariam et Thraciam peruenit. Petrus. Wil. Tyrius lib. 1. cap. 19. et alii „.

h) Du Freſne l. c. „ Transmiſſo freto Petrum ad portum, qui vocatur *Ciuitat*, caſtra metatum ſcribit Albertus Ag. lib. 1. c. 16. Eſt vero Helenopolis Bithyniae vrbs ad Dracontis fluuii oſtium, in Nicomedienſi ſinu, Drepanum olim dicta, et ab Helena Conſtantini M. matre, quam ei natalem fuiſſe aiunt, nuncupata — „.

a. C. 1096.

cerperent membratim, pars ligneis transfixos verubus igni aſſarent; adultis vero ac ſenibus omnis generis nulla non ſupplicii ac contumeliae crudelitate illuderent.

Harum ſenſu iniuriarum erumpentes Nicaea Turci, proelium cum Normannis acre conſerunt; ſed, his fortiſſime repugnantibus, fracti victique repetunt vrbem. Victores Helenopolim ad reliquum exercitum profecti, haud placide a ſociis excepti ſunt, audacem ſuperbiam rem ſeorſum gerere volentium incuſantibus, et alia querentibus, qualia tali tempore inter tales perſonas inuidia iacere nouit diſcordiarum irritamenta. Res haud procul ſeditione ac ciuili proelio fuit. Tandem feroces Normanni ſeiuncti rurſus a caeteris Xerigordum i) impetu capiunt, eamque obtinent.

§. 174.

Quo Sultanes audito, cum idoneis copiis *Elchanem* k) mittit, qui, recepta Xerigordo, Normannorum alios gladio cecidit, alios captiuos abduxit. Simul aduerſus caeteras Cucupetri copias conſilia et dolos moliens. Nam et inſidias poſuit locis idoneis, per quae tranſitus erat Helenopoli Nicaeam petentibus, et Latinorum l) aua-

celeriter, alia propter viriditatem tardius quidem, ſed tamen abſumit: ſic geminus ille Romanorum Gallorumque exercitus, terribilis hoſtibus ac toleratu difficilis viſus eſt, tum ob armorum grauitatem, roburque corporum, tum ob conſtantiam animorum inexpugnabilem. Proinde hoſtium alii veluti gramen et lutum (vt ita dicam) conculcabantur: alii repugnabant, modo anguſtiis locorum, modo Romanarum vrbium moenibus defenſi: ſed ne iſtorum quidem fortuna prorſus inuicta fuit, quia alii deditionem facerent, alii vi ſubigerentur, alii exſules et fugitiui abirent. Hoc modo omnem Aſiam, quae eſt intra Alym, item quae Maeandro Pamphyliaque terminatur, repurgarunt, promiſſisque aſſertarum vrbium opibus acceptis, coeptum iter proſecuti ſunt.—

i) Du Freſne l. c. „ Caſtrum vltra Nicaeam, *Exerogorgon* nuncupatum Tudebodo, Baldrico, Guiberto, et Tyrio „.

k) τὸν Ἐλχανην. de quo vide ſupra *§. 149.*

l) τῶν Κελτῶν.

a. C. 1096.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

ritia perſpecta, duos quosdam vafros ſubmiſit homines in Petri caſtra, qui paſſim per exercitum ferrent, Normannos cepiſſe Nicaeam, in eaque diripienda verſari, vix pares exportandis immenſis opibus, interea ſane dum ipſi apud Helenopolim otio torperent. Mouit ea ſama incredibiliter vulgus militum. nec teneri vltra potuere; verum direptionis et vrbis depraedandae audita mentione, ſurgunt paſſim amentes, et nulla diſciplina, nullo militari ordine, nulla forma aciei ductuque ſignorum, tumultuoſiſſime ruunt Nicaeam verſus, quaſi lymphati.— Tum igitur vt ordinibus ſolutis, 124.
nullo inſtructu aut cautione pugnam ineuntibus ſolita, diſperſi temere ferrentur, in Turcos, ad locum Draconem dictum ſubſidentes in inſidiis, incidunt, ibique miſerabiliter caeduntur m). Ac tantam Gallorum Normanorumque Iſmaelitico tum gladio carnificinam exercitam memorant, vt, comportatis in vnum aceruum deinde cadaueribus, non tumulus, aut collis vertexue in latam ſpeculationem eminens; ſed magni plane montis inſtar exſtiterit cum ſublimi altitudine in iuſtam craſſitiem et latitudinem patentis. Ac plane ingens hodieque ſupereſt illic agger oſſium, quamquam non pauca inde ſubtracta conſtat. Siquidem poſtea quidam ex iſto genere barbarorum tum caeſorum, cum murum non longe hinc in ciuitatis formam aedificarent, multa inde ſumta lapidibus oſſa miſcuerunt, caementoque deuinxerunt in vnam ſtructurae molem; ſepulcrum mortuis, viuisque vrbem vna opera molientes. Et haec ciuitas hodie viſitur cincta moenibus, oſſium ſaxorumque mixtura confectis.

§. 175.

Deleto internecione Chriſtiano exercitu, Petrus cum paucis Helenopolim ſe recipit. Nec ibi tutus erat. Intendebant Turci machinas ad ipſum intercipiendum. Mouit imperatori miſericordiam tantae caedis certus nuncius: nec ſibi committendum putauit, vt

124. ANNA COMN. p. 287, 288.

m) Du Freſne l. c., Cladem hanc narrant Albertus Aq. Tyrius et alii. quam accidiſſe ſcribunt menſe Octobri An. MXCVI. Tudebodus lib. 1. Guibertus lib. 2. cap. 11. Balbric &c.,,.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1096.

vt, Petro in tanto diſcrimine deſerendo, Turcos ſineret victoriam tantam captiuitate ducis ipſius illuſtriorem facere. Miſit igitur ei ſuppetias Catacalonem Conſtantinum Euphorbenum — cum idoneis copiis [n]), quas in naues bellicas impoſuit. Hunc Turci cernentes iam appulſum, fugae ſe dederunt. Euphorbenus, non longum illic moratus, Petrum cum ſociis non multis, certo periculo ereptum, imperatori ſiſtit incolumem. —,

Hic ſucceſſus expeditionis primae fuit Latinorum in Turcos; quam aliae atque aliae conſecutae ſunt: — ac dum Turcis minantur vltionem, Chriſtianae Graeciae cladem ſeruitutemque [parabant].

§. 176.

a. C. 1096, 1097.

125. AVGVSTVS donis honoribusque omnis generis delinitis Gallis, tandem eos diſceſſum vrgentes allocuturus vltimum imperatorio ſolio conſedit. Vocatisque Baimundo ac comitibus cunctis, multa diſſeruit de rebus, ipſis per viam euenturis: ſimul de toto genere ac ratione belli Turcici, de moribus atque artibus gentis, vniuerſaque conſuetudine pugnarum; quidque illorum machinationibus ac dolis opponere cautionis expediat; vt explicare contra illos aciem; vt inſidias aptis locis ſtruere; vt non effuſe perſequi terga de induſtria praebentes; ʻcaeteraque de genere hoc praeſenti ſibi experientia comperta, dum bella cum gente iſta varia gereret [o]) familiaris-

n) Du Freſne, „ Auxiliares copias Petro ſubmiſſas ab Alexio tradunt etiam Albertus Aq. lib. 1. c. 23. et alii „.

Anna Comn. p. 294. haec habet; *Magnates ſolum illos et principes Gallos Baimundi familiares, aut neceſſarios, vel colloquia eius, vel propria verſutia deprauauerat in iſtam malitiam Chriſtianos feriendi, dum Turcis minantur.* p. 298. Gotthofredus (Γοντοφρε) cruciatorum dux, ſuis a Romanis victis, *teſte — promiſit Deo, ſeſe quascumque vrbes arceſue bello forte capturus deinceps eſſet de barbaris, quae vrbes arceſue imperii antea fuiſſent, eas captas a ſe, bona fide traditurum ducibus praefectiſue a Romano imperatore mittendis ad ipſum.*

125. ANNA COMN. p. 305, 306.

o) Addit haec interpres.

liariſſime ad ipſos humaniſſimeque diſputauit p); ſperans qua ſermone conſiliisque tam beneuolis, qua largitionibus pecuniarum, quibus haud pepercerat, mores aſperos infenſae gentis ad aliquem ſui amorem, aut reſpectum poſſe inflecti. Sic demum abire omnes ac traiicere permiſit, vno Sangele retento. —

§. 177.

Porro imperator aliquando voluerat admiſcere ſe Gallis, vnaque cum iis contra barbaros vadere. Deinde tamen, veritus innumerabilem multitudinem Gallicorum exercituum, opportunius factu iudicauit, proficiſci Pelecanum q), ibique haerere, vbi, ob viciniam Nicaeae, facile reſcire ac mature poſſet, quid accideret Gallis; quid Turci, qui extra quique intra Nicaeam eſſent, rerum gererent, pararentue. Non enim ſua dignum fama ſatis aut tutum putabat, tanto circumſtrepente bello, deſidere ipſum domi ſecurum, ac non prodire in campum imminereque in occaſiones, quae ſe darent, ſi nihil aliud, Nicaeae ſibi a barbaris ipſis obtinendae: ab his enim malebat eam vrbem ſibi tradi, quam a Gallis, qui iuxta pacta conuenta firmata iuramento, reddituri eam erant, vbi ſubegiſſent. Verum iſtud conſilium Auguſtus habebat in arcano. [ſolo Bitumite eius conſcio]. Ei ergo demandauit curam deliniendorum, qui Nicaeam obtinebant, barbarorum, qua promiſſionibus

p) Etiam ſupra p. 301. Anna; Alexius Galli cuiusdam iactantiam reprehendens, inter alia, *Tu vero,* inquit, *ſi quid mihi credis, memento, neque inter eos, qui agmen claudent, in poſtrema te acie locare, neque eminere inter primos qui haſtam vibrant in fronte exercitus. noui expertus artem et morem bellandi Turcorum. Periculoſus ille vterque locus eſt. in medium te abde Triariorum ſubſidentium turbam, vbi tuis ſeptus vndique circumuentionem hoſtilem vites. Atque hoc ſalutare monitum non iſti ſolum minus merenti dedit, ſed et aliis omnibus, quibus praedixit quaecunque iſto itinere euentura erant, magnopere ſuadens, ne Turcos effuſius inſequerentur, quando Dei nutu illos viciſſent, ſed ab inſidiis vnice cauerent, omnino ſibi a gente ſubdola fraudibusque et cautis artibus confidere ſolita ſtruendis.*

q) Du Cange in Notis p. 360. „Locus in Bithynia, cuius meminit Cantacuzenus lib. 2. cap. 6. Vide Alb. Aq. lib. 2. cap. 17„.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1096, 1097.

onibus tum rerum aliarum, tum certae impunitatis ac ſecuritatis tutae, qua minis, apte intextis intentatisque ac arte exaggeratis malorum immanium et innumerabilium, quae, ſi exſpectarent, dum vrbs a Gallis caperetur, ſubituri abſque dubio, paſſuri ſine ſolatio forent. Haec vti erant ab initio prouiſa, finem ex voto imperatoris habuere.

§. 178.

126. At Baimundus et omnes comites illic congregati, vnde traiecturi Cibotum verſus 'poſt Gotthofredum erant, imperatoris, vt putabant, cum Sangele ad ipſos eo vſque proceſſuri, aduentum opperiri conſtituerant; vt, hoc ſecum aſſumto, illo ſalutato, infeſti Nicaeam pergerent r). Verum illis cunctantibus, cum is, quem inſederant, locus innumerabili multitudini eorum aegre alimenta ſuppeditaret, mutare conſilium coacti ſunt. Freto igitur Ciboti maturius traiecto, collecti rurſus, Nicaeae ſe muris admouerunt: quo eodem ſe poſterius per Bithynos et Nicomediam Sangeles contulit.

Duces porro Latini, primo ad Nicaeam appulſu, turres vrbis eius et coronam moenium, eas continuantem, inter ſe partiti continuo ſunt, attributo vnicuique certo muri ſpatio, quod arbitratu ſuo, quibus vellet poſſetue, machinis atque arietibus quateret; non temere arbitrantes, oppugnationis vniuerſae ardori haud paulum poſſe adiici aemulatione ſingulorum. — Ratio etiam Sangelis abſentis habita in ea ſortitione eſt; et locus illi vacuus relictus moenium, quem propriis copiis et conſiliis adoriretur, vbi aduenisſet. Imperator vero conſilium exſecutus ante memoratum, ſe Pelecanum tranſtulit ibique ſubſiſtens, quas dixi, de Nicaea ſibi adiungenda cogitationes agitabat.

§. 179.

127. Caeterum, qui Nicaeam obtinebant, barbari cum, ſaepe miſſis nunciis, Sultanis s) longius cunctantis auxilium fruſtra implorasſent

126. ANNA COMN. p. 309.

r) — μετα τȣ Γοντοφρȣ την τȣ Σαγγελη προσμενειν [in marg. προσμενον] ἀφιξιν. Quae hic in Graeco deſunt, paulo inferius adduntur.

127. Ead. p. 310.

s) τȣ Σελτανȣ, Du Freſne p. 366. „ Solymannum. Alb. Aq. lib. 2. cap. 21. Tyr. lib. 3. cap. 2, 3. „

Imp. ALE-XIO I. Comn.

ſiſſent, tandem pertinaci Latinorum et dies totos vno tenore acris impetus continuare ſolitorum oppugnatione fracti, adductique in neceſſitatem deliberandi de ſumma rerum, poſt multam — alternationem ſententiarum, decreuerunt ad extremum, longe videri conducibilius, ad imperatorem accedere, quam a Gallis capi. Deliberatione ſic concluſa, Butumitem acceſſunt, cuius litteris plurimis, ampliſſima praemia et beneficia ab imperatore oſtentantibus, prouocati ad deditionem ſaepius fuerant. Is praeſens, quae ſcripſerat, affirmans; quin eadem dilucidius et diſertius pollicita frequentans; ac Chartas imperatoris, quibus munitus venerat ad fidem dictorum faciendam, monſtrans, eo rem denique tractando deduxerat, vt Turci, deſperantes, ſe poſſe amplius Gallis obſiſtere, ſequi ſpem, oblatam ab imperatore, opum honorumque mallent ſcilicet, quam intentatam hoſtili gladio perniciem mox ſubire.

Nondum tertium hiſce intra Nicaeam tranſigendis Butumites diem exegerat, cum Sangeles partem ſibi relictam oppugnationis ſtrenue capeſſens paratis ante machinis tentare ac ſuccutere murum occoepit conatu magno.

§. 180.

Fama inter haec percrebuit Sultanis aduentantis, quae, ad Turcos perlata Nicaeenſes, facile effecit, vt ii Butumitem, diſiecto compoſitionis negotio, eiicerent. At Sultanes prae ſe miſit exercitus partem, quaſi exploraturam, ecquid reuera vacuus locus eſſet ille, qui, vt dixi, reſeruatus Sangeli fuerat t). Praeceperat autem ſuis, ne, ſi qui contra Galli incurrerent, pugnam cum iis detrectarent.

Itaque cum ab ea parte, quam inſidebat Sangeles, ſigna primum apparere coepiſſent Turcorum, ea conſpicati procul Sangelis milites, alacritate mira procurrentes obuiam, conſeruere cum Turcis proelium v), nec ceſſarunt alii comites feſtinare ſuppetias Sange-

t) σκεψομενοι την του Σαγγελη ἐφοδον.

v) θεασαμενοι δε τουτους προσελθειν οι του Σαγγελη συμμιξαντες.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1096, 1097.

Sangelianis certantibus. Quin ipſe Baimundus ac caeteri plane omnes, accepto nuncio barbaricae impreſſionis, vt par erat, moti, ex propria cuiusque comitis militia ducentis ab vnoquoque militibus ſelectis, conflatum tali collatione numeroſiſſimum exercitum ſtatim ad auxilium Sangelis expediunt. Adſuerunt copiae in tempore, funduntur fuganturque barbari, Gallis vſque veſperam inſequentibus.

§. 181.

Nihil hac prima belli offenſione fractus animo Sultanes, poſtridie ſummo mane ſe ac ſuos armat, explicataque late acie planitiem, quae multa obiacet Nicaeae, ſuburbanam occupat. Facile agnouere Galli ſpecie procul ac numero audaciaque exercitus hoſtilis, praeſentem adeſſe illic cum viribus ac copiis praecipuis Sultanem ipſum, caput rei Turcicae. Ergo, velut in periculo digno ſuis animis, valide armati, moxque exſilientes impetu ardenti, — aduerſus Turcos contra inuolant [x]. Colliduntur acies, acri, ſi vmquam alias aut alibi, graui et atroci proelio, nec minus diuturno [y]. Nam partis vtriusque obnixa pertinacia in aequilibrio fortunae quodam toto ferme die pugna conſtitit. Sub ſolis tamen occaſum vertuntur in fugam Turci; intempeſtiuis victori ſcilicet, opportunis victo, tenebris prohibentibus, ne fugacibus inſequendis
128. ſucceſſus fructum pernicie hoſtium Galli extenderent [z]. Qui, ſplendidae victoriae compotes [a], triumphabundi reuertebantur in caſtra, capita caeſorum hoſtium longis haſtilibus infixa praeferentes, ad terrorem videlicet obſeſſorum, quos ille conſpectus de clade ſuorum admoniturus erat, erepturusque eisdem omnem demum ſpem, quam in Sultanis auxilio conſtituerant; a quo quam nihil exſpectandum foret, ſatis eſſet clade iſta prima et quaſi ad limen offenſione declaratum: ex quibus colligerent, fruſtra vexari ſe caſſo labore

x) καὶ οἱ Κέλτοι αἰδόμενοι της ταυτης παρουσιας, καρτερως ὁπλισαμενοι, καθαπερει λεοντες κατ᾽ αὐτων ἱενται.

y) και συῤῥηγνυνται, τηνικαυτα πολεμος δεινος και βαρυς.

z) της νυκτος αὐτης διαιτησασης την μαχην. πιπτουσι μεν ὀυν ἐξ ἑκατερων πολλοι, κτεινονται δε ὀυχ ἡττονες, τιτρωσκονται δε οἱ πλειους.

128. Ead. p. 311.

a) Du Freſne p. 366. „ Tudebod. lib. 2. Alb. Aq. lib. 2. cap. 27. Tyr. l. 3. c. 4. et alii „.

bore repugnandi, et pertinaciam fracti remitterent b). Tali ſpe ac conſilio Latini talia gerebant.

§. 182.

Sultanes vero, multitudine illorum innumerabili conſpecta & vim eorum inſuper atque audaciam plane ineluctabilem atque invictam expertus in congreſſu, Turcis, qui Nicaeam propugnabant, ſignificari curauit: Permittere ſe illis, vt ſibi pro arbitratu conſulerent. Conſenſus hic erat in concluſionem deditionis imperatori faciendae, ad quem potius, quam ad Gallos, propendere Nicaeenſes Turcos animis, proſpectum Sultani iampridem erat.

Caeterum Sangeles, ſuſcepto inſtans operi, turrem ligneam architectatus, eam bubulo corio vndique protectam ac circa medium viminum ramaliumque fiſſorum lentis adſtrictam amplexibus, caeteraque omni ex parte, quae adhiberi cumque potuit, cura ac cautione communitam, admouit hoſtili turri, quae vocabatur *Gonatos*, quaſi diceres, *genu flexo inclinatam*. — Nec deerant extra machinam viri fortes, qui turris obſeſſae latera vndique foderent et perterebrare conarentur: ſimul additi et alii, ſubruendorum moenium artem callentes: qui, clam ſubmiſſi muroque infimo applíciti, fundamenta turris ipſa ſcrutarentur, harpaginibus molientes atque vncis inſtrumentisque id genus ferreis: quibus quos euellebant lapides, pro iis ſingulis codices aut tibicines ligneos moli ſubſtru- 129.
endae interim ſupponebant. idque agebant inobſeruati: quoniam, qui propugnatores vrbis petebant iaculis, et minas oſtentabant inſilire in muros parantium, attentionem Nicaeenſium in ſe totam verterant. Iſto ergo continuato labore terebrandae turris, tandem lapidibus eruendis tignisque ſubſtituendis adeo profectum eſt, vt iam vſque intimam muri ſuperficiem; quae vrbem reſpicit, opus pertingeret: ita vt rimis, ab illa parte peruiis, transluceret dies. Tum vero iniectus ignis ſupplementa illa lignea conſumſit, moles-

b) καθαπερι σημαιας ταυτας φεροντες. ἱν᾽ ὀυτω ποῤῥωθεν το γεγονος διαγνοντες ὁι βαρβαροι, και την ἐκ πρωτης βαλβιδος ἡτταν δελιασαντες, της συντονε μαχης ἀποςησωνται.

129. ANNA COMN. p. 312.

a. C. 1096, 1097.

que aedificii ſuperſtans, fundo ſubſidente, in ſe incubuit. — c) Inſtabat ſub haec Sangeles et caeteri pro ſe quisque circumdandae vallo, aggere, bellicisque operibus vniuerſae per ambitum ciuitati. Foſſamque iam comportata terra ſic vndique oppleuerant, vt, aequali coaequata ſuperficie cum campis adiacentibus, inoffenſam vsque ad murum praeberet viam. —

§. 183.

'Imperator', et ipſe Nicaeam oppugnare meditans, machinas exſtruendas curauit'. Propenderat [enim] aliquando in eam partem, vt, coniunctis ſuis cum Latinorum exercitu copiis vno conſilio atque impetu bellum aduerſus atheam Turcorum gentem capeſſeret. Poſtea tamen, cum attenta conſideratione reputaſſet, innumerabilem multitudinem caſtrorum Francicorum, aduerſus quam Romanae copiae nullam proportionem comparabilis numeri vlla ex parte tueri poſſent; ad haec deſultoriam gentis leuitatem in conſiliis mutandis, — remouit ſe prudenter ab ea ſententia, pro qua ſtatuit, non adeſſe quidem ipſe praeſens caſtris exercitibusque Gallorum; verum ductare copias ipſis auxiliares in tali vicinia eorum, vt nihilo fere minus momenti afferret illis ad ſucceſſum belli, quam ſi eſſet iunctus.

Hoc animo intelligens, fruſtra conari Latinos in quatiendis firmiſſimae vrbis moenibus, quamdiu ea per lacum adiunctum liberam haberet communicationem cum Sultano, qui liberrimo vltro citroque commeatu, nauibus exportabat importabatque Nicaeam
130. plane quidquid volebat, ad annonam praeſidii tutelamque arcis, decreuit ſibi faciendum, vt lacum occuparet iſtum, vrbemque ab hac parte circumcluderet d). Ad eam rem parari comportarique nauiculas iuſſit, quantis aqua illa non alta par eſſe ferendis poſſet. Has, a parte, quae Cium e) ſpectat, curribus aduectas, imponit lacui

c) Du Freſne c.,, Tudebodus lib. 4. p. 781. Albert. Aq. lib. I. c. 36.,, 130. Ead. p. 313.

d) Du Freſne l. c.,, Rem narrant Albert. Aq. lib. 2. cap. 32. Raymundus de Agiles p. 141, 142. Robert. Mon. lib. 7. p. 40. Baldric. lib. 1. p. 96. Guibertus lib. 3. c. 8. Tyrius lib. 3. cap. 6. et 7,,.

e) Du Freſne l. c.,, An *Cibotum* [de quo vid. ſupra §. 140. not. q.] ? Ita Albert. Aq. lib. 2. cap. 32. Guibertus et alii,,.

lacui militibus onuſtas bene armatis, quibus Manuelem praefecit Butumitem: ſigna iis plura dedit, quam pro numero, vti et buccinas et tympana; 'intentato videlicet ad terrorem falſo, ſed vtili, multitudinis maioris indicio f). Haec per lacum ab Auguſto prouiſa.

§. 184.

Iam Taticium et Tzitam cum cetratis ſtrenuis, numero duum millium, ab vlteriori continente accitos, iuſſit, ad Diui Georgii caſtellum exſcenſu facto, ſagittas, quas habebant plurimas, mulis imponere ſic ſe itinere terreſtri admouere Nicaeae, proculque a muris deſilientes ex equis, recta lento gradu vadere aduerſum turrem Gonaton dictam, illicque vallum figere: ac poſtea, communicato conſilio 'cum Gallis g), ad vnum vndique ſignum variis partibus inſiſtere conaturis, momento eodem clypeatos muro ſuccedere. Haud ſecus factum, quam mandatum fuerat. Edocti a Taticio Latini de conſilio imperatoris, 'expediunt pro ſe quisque ſe vndique ad oppugnationem acrem, ac ferro furoreque armati omnes h), cum terrifica vociferatione in muros irruunt. Taticiani creberrimis iaculis exſtantes e pinnis Turcos feriebant: Galli alibi quidem perforabant muros, alibi baliſtis et molarium lapidum intorto per machinas pondere ac creberrime multiplicatis ictibus quatiebant. Simul a lacu explicata feriebant oculos innumerabilia vexilla Romanorum, buccinaeque illae tot percellebant, terrente per hunc modum, vt iuſſus erat, Butumite, nec minus aſtute ſpem miſcente metui. Nam eodem tempore fidis hominibus ſubmiſſis, promiſſa iterum imperatoris oſtentabat Nicaeenſibus. Qui, tot rebus adeo iam territi, vt nec eminere de propugnaculis, aut deſpicere inde auderent, 'ac plane Sultanis denunciatione ipſius, auxilium ab eo, cuius fiducia ſteterant, deſperaſſent i), conſilium denique concluſere ſerio tractandae cum Butumite deditionis.

Euo

f) ὡς ἐντεῦθεν ἐκπλαγήσοιτο δοκεῖν.
g) Addit haec interpres.
h) ἐσιδηροφόρησαν ἅπαντες.
i) ἅμα δὲ καὶ τὴν τοῦ Σολτάνου ἀπεγνωκότες ἔλευσιν.

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

a. C. 1097.

Euocatus ille ad colloquium, auream ipſis bullam, ad id ipſum ab imperatore ſibi traditam, oſtendit, qua promiſſiones ſupra modum expetibiles et ſpem vincentes, quanta maxima firmitate ſanciebantur. Nimirum imperator non modo impunitatem ſecuritatemque praeſtabat omnibus certiſſimam verum etiam et pecuniarum et honorum largitiones amplas decernebat ſorori et vxori Sultanis k). quae, vt ferebatur, Tzachae filia erat, neque hic ſolum regia liberalitas oſtentabatur, ſed et plane omnibus, quotquot Nicaeae erant, barbaris magna praemia proponebantur.

§. 185.

His tam commodis, tantaq e auctoritate ad fidem munitis promiſſionibus facile aſſenſi Nicaeenſes Turci, vrbis ingreſſum permittunt Butumiti: qui confeſtim litteras ad Taticium dat ſcriptas
131. in hanc ſententiam: „ Praedam in manibus habemus: vobis quod reſtat, indicenda expediendaque aggreſſio eſt. Fac, inquam, vt et Galli circum omnes et tu nihilo ſegnius ad inſultum experiendum murosque perrumpendos exſurgatis condicta ſimul hora cras oriente ſole „. Haec ita mandabantur, vt conſilia imperatoris et cum Nicaeenſibus conuentio in occulto eſſent. Sic enim decreuerat, ſuisque impenſe praeceperat, dare cautam operam ne quid eius rei ad notitiam Gallorum emanaret.

Poſtridie igitur cum Galli dato vndique oppugnationis ſigno, magno tumultu atque impetu muros vndique a terra tentarent: Taticiusque cum ipſis magnam ſpeciem aſcenſum ſerio pro ſe conantis oſtenderet, ecce Butumites ſubito e propugnaculis, quaſi victor, et a ſua parte felicius aditu tentato, voti compos, apparuit, vexillaque Romana in pinnis circum murorum figens, voce ingenti buccinarum tubarumque concentu adiuta imperatorem acclamauit: ſicque vniuerſus Romanus exercitus Nicaeam introductus eſt l).

§. 186.

k) Du Freſne l. c. „ Quae a Gallis poſt turris caſum dum per lacum vrbe elabi niteretur capta, cum duobus filiis Conſtantinopolin ducta fuerat. Alb. Aq. lib. 2. cap. 36, 37. Tyr. lib. 3. cap. 8. 10. 12„. 131. ANNA COMN. p. 214.

l) Du Freſne l. c. „ Capta eſt Ni-

§. 186.

His ex ſententia ſic perfectis, Butumites a duplici aeque ſibi genere cauendum de caetero ſtatuit. Nam et multitudo ingens et leuitas vehemensque natura atque impetus Gallorum ſuſpecta illi erant; cauendumque ideo putabat, ne ii, ſi arcem ingrederentur, eam ſibi occuparent: rurſus vero Turcorum ſatrapas, qui ſecum intra Nicaeam erant, animaduertebat et tanto eſſe numero et tali copiarum ac virium inſtructu, vt, ſi modo vellent, facile vincire mactareque Romanos poſſent. Aduerſus hoc vtrumque periculum vnam communiter cautionem prouidit ſumendi ſibi claues portae, quae tunc vnica patebat, aliis ob metum Gallorum antea occluſis. Eo modo ſeſe arbitrum ingreſſus egreſſusue quorumuis effecit. qua re ſatis interim aduerſus Gallos tutus, inteſtinum a Turcis periculum vt amoliretur, minuere ſatraparum numerum hac arte adorſus eſt. Accerſiuit ſingillatim maxime audaces potentesque, plus ideo ſuſpectos m), magnopere iis auctor fuit, imperatorem adirent, praemiaque ab eo nauatae ipſi operae copioſa et perhonorifica coram acciperent. Suboſtentans etiam ſpem pleriſque impetrandi ab Auguſto magiſtratus cenſusque annuos cum iure ac honore imaginis n). quibus illi capti ſpebus et facile aſſenſi noctu per lacum ſubinde ſimul pauci emittebantur ad Rhodomerum et Hybridam o) Monaſtram, qui circa oppidulum, a Domino Georgio nomen obtinens, morabantur. Quibus Butumites ad ſingulas transmiſſiones ſatraparum ſedulo mandabat, ipſos vt ſine mora, ſi per turmas modicas ſeparatos ſeorſum ad Imperatorem ſubinde mitterent: nequaquam exſpectantes, quoad vnus manipulus eorum cum ſequente coniungi poſſet: quod ſi fieret, periculum erat, ne illi, coniunctione tali praeualidi, audax quippiam in Romanos attentarent.

Nicaea poſt 7. hebdomadum et 3. dierum obſidionem. Roberto Monacho lib. 1. 20. Iunii An. MXCVII. Albertus Aquenſis lib. 2. c. 37. Tudebodus lib. 2. Tyrius lib. 3. cap. 12. et al.

m) μετακεκλημενος τοινυν αὐτους.

n) εἰ βελοιντο πολλα τε χρηματα ἐκειθεν λαβειν και τιμης ἀξιωθηναι μεγιστης. και ἐτησιας τυπωθηναι φιλοτιμιας.

o) μιξοβαρβαρον.

Imp. ALEXIO I. *Comn*

a. C. 1097.

Prudens haec ſapientis viri cautio prophetiae pondus habuit Caſſandreae cuiusdam et ſero creditae. Primae transmiſſiones tutae atque innoxiae fuerunt, cura iſta, quam diximus, adhibita. Deinde, vt fit, diligentia elangueſcente, confluere permiſſi vnam in manum numeroſiorem quam pro ductorum paucitate, barbari ſe circumſpicere vireſque aeſtimare proprias, ducentibusque Romanis aut caedem, aut ſeruitutem decernere coeperunt: ſatis gnari, gratum ſe munus oblaturos Sultani ſuo, ſi Romanos illi tales et tanto numero captiuos adducerent. Ergo ita comparato conſilio, vt capere Romanos quam occidere ſatius ducerent, noctu in eos inſurgunt, vinciuntque cunctos; et, mutata repente regione viae, in eam partem iter cum iis intendunt, qua pergere oportebat ad Sultanem ituros. Sic euntes peruenerunt in verticem Azalae (locus hic eſt a muris Nicaeae * * * ſtadiis diſſitus), illic interquieſcere barbaris viſum. Qui etiam deſilientes ex equis, captiuos ſuos nonnulla humanitate conſolabantur. Erat Monaſtras, vt dixi, ex Turcis hybrida p), indeque linguam ipſorum callens. Rhodomerus vero, quod a Turcis olim captus multo cum iis tempore fuerat, nec ipſe ignarus idiomatis Turcici. Ambo igitur data occaſione haud ſibi defuere, quominus blandis et plauſibilibus ſermonibus cauſam apud ſatrapas perorarent ſuam. Quibus moti ſunt Turci ita, vt denuo data acceptaque fide ad imperatorem, vt coeperant, tenderent.

§. 187.

Hos appulſos Peſecannm blandis omnes et laetis intuitus imperator oculis, diſſimulata in praeſens indignatione in Rhodomerum
133 et Monaſtram, abire in parata hoſpitia perhumaniter iuſſit. Poſtridie qui Turcorum ſeruire imperatori voluerunt, praeſentemque operam in eius obſequio nauare, innumeris beneficiis affecti ab eo fuit q): qui, repetendarum dominum deſiderio teneri ſe, declararunt

132. Ead. p. 315.

p) ἦσα δ' ὁ μὲν Μοναςρὰς ἦν καὶ τῆς Τȣρκικῆς ἀδήμων διαλεκτȣ.

133. Ead. p. 316.

q) Du Freſne p. 367. „Ex Turcis Nicaeenſibus, qui tum Alexio fidem dederunt, eiusque adhaeſerunt partibus, fuere parentes Ioannis

runt, multis et ipſi ac magnis cumulati muneribus, ire, quo mens ferebat, ſunt benigne permiſſi. —

CAPVT XIV.

Res a Latinis contra Turcos geſtae; ab a. C. 1097 -- 1105.

§. 188.

[GALLORVM comites cum ſe imperatori Alexio iureiurando obſtrinxiſſent] viam omnes, quae ducit Antiochiam, capeſſiuere. — Cum autem Baimundus [qui primum agmen ducebat] ſtrenue vaderet, Turci eum in Dorylaei r) campeſtribus ſpeculati; ratique, quod lata planitie nullas alias copias cernerent, diſtante paulo latiore ſpatio exercitu caetero, vniuerſam eſſe illam militiam Latinorum, contemſere ſcilicet paucitatem: inuectique audacter proelium iniuere cum Baimundo. Hic contigit, vt ferox et ventoſus Latinus — conſilii tum oblitus ab imperatore ſuggeſti, prima in fronte aciei Baimundi locum tueretur, elatusque ardore praecipiti vlterius etiam occurreret contra ruentibus Turcis. Succeſſus obtigit temeritate incepti dignus. amiſſis caede praeſenti quadraginta e ſuorum numero, ipſe grauiter ſaucius terga praebere hoſti- 134.

nis Axuchi, qui cum Ioanni, Alexii filio, cui aequalis erat, datus eſſet in colluſorem, poſthaec Ioanne imperante, ad praecipuas imperii dignitates peruenit. Nicet. in Ioanne N. 3,,.

134. ANNA COMN. p. 317.

r) Du Freſne l. c.,, Doryſaeum Phrygiae oppidum Geographis. In Dorylaei campeſtribus impetitum a Solymanno Boemundum ait Anna. At Albertus Aq. lib. 2. cap. 38. *in valle Dorgoganhi*, quae eidem cap. 43. et Tyrio *Gorgon* nuncupatur,,.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1097 — 1105.

hoſtibus coactus in mediam ſuorum aciem magno curſu ſe abdidit; facto ipſo praedicans, vtcumque vox ſileret, veritatem prudentiamque conſiliorum imperatoris s). Caeterum B.imundus acrem et formidabilem Turcorum impetum ſentiens, miſit, qui Gallicas copias pone ſequentes ſui periculi admonerent. Aduolant illae quam celerrime, gra ique cum Turcis redintegrato proelio tandem eos,
135. totis annixae viribus, non ſine Romanorum ſub Taticio militantium fideli et forti auxilio, ſuperant t).

§. 189.

Vlterius tamen Galli cum turmatim pergerent, offendunt Turcos iterum ad Hebraicam v), vbi *Taniſcan* x) Sultan et *Aſan* y), qui ſolus ductabat armatorum octoginta millia. Conflictus fit acer et vehemens, neutra ſibi parte quicquam faciente reliqui, quominus manu atque impetu ſumme contenderet. obnixae inſtabant acies, neutris terga vertere, aut vlla re cedere paratis. Curam Baimundo

s) Haec ad locum Annae Comnenae ſupra ad §. 176. not. — p. allatum reſpiciunt.

135. Ead. p 318.

t) Du Freſne l. c. „ Alb. Aq. lib. 2. cap. 42, 43. Fulcher. lib. 1. cap. 5. Tudebod. lib. 2. &c. commiſſum hoc proelium Kal. Iul. A. MXCVII. autor eſt Baldricus lib. 2. et Tudebod. p. 783 „.

v) Id. l. c. „ Haud procul ab Iconio alteram hanc Turcorum cladem accidiſſe narrat Tudebodus lib. 2. p. 784. De tertia ad Agruſtopolim ſilent ſcriptores „.

x) Τανισκαν. Du Freſne p. 367. „Idem, qui p. 365 [vbi Georgius dux Trapezuntius, qui rebellionem fecerat, eum in auxilium vocare decreuiſſe dicitur] Τανισμαν, Solymanni Nicaeae principis frater. Nec enim diuerſus eſt a Donimanno Nixandriae vrbis principe, cuius meminit Albertus Aq. lib. 9. cap. 3?. quo quidem Nixandriae vocabulo Neocaeſaream intellexiſſe eumdem Albertum recte coniectat Reineccius. *Dalimannum* vocat Ordericus Vital. lib. 10. p. 796. et ſeq. *Daniſman* Tyr. lib. 9. cap. 21. et Auctor Geſt. Expugn. Hieruſ. p 579. 596. Idem etiam cum Taniſmano Turco ſeu Perſarmenio, qui tum Cappadocia potiebatur, de quo Nicetas in Ioanne N. 5, 6. et Cinnam lib. 1 „. [vid. infra §. 255.].

y) Ἀζαν. Du Freſne l. c. „ Qui Tyrio lib. 5. *Axianus*, Raimundo de Agiles et aliis, *Caſſianus*. vide Annam lib. 4. „

z) Κλιτζιασγαν.

do attulit, dextrum ea die cornu ductanti, tam obſtinata conſtantia Turcorum. Ergo eam vt frangeret, a prius diuiſus copiis, ipſum in Sultanem CLITZIASTRAN impetu ferociſſimo coepit inuehi. — Perterruit ea res Turcos, effecitque vt Gallis terga darent, haud longe tamen ſecutis fugientes. meminerant enim mandatorum et conſiliorum imperatoris. Verum contenti, expugnaſſe die illa caſtra Turcorum, vbi ſeſe in illis paulisper refeciſſent, iterum via reſumta, Turcos ad Agruſtopolim [a] reperiunt: congreſſique rurſus, ſumma vi fundunt fugantque. Ibi flos barbarici exercitus viſque et audacia Turcorum cecidit. Superſtites pauci, ſparguntur alius alio; cura omni non rei ſolum publicae, ſed vxorum liberorumque, quos paſſim abiiciebant, omiſſa. Nec ab eo die contra obſiſtere Latinis auſi ſunt, vnam aduerſus arma viunque illorum in fuga ſibi repoſitam ſpem ſalutis arbitrantes.

§. 190.

Quid poſtea? Perueniunt Latini vna cum Romano exercitu Antiochiam, eique ſe admouent ab ea parte, quae a pernice curſu nomen obtinet [b]: valloque fixo ac munitis caſtris prope muros ciuitatis ſarcinas illic depoſuere, neglectaque cura occupandae obiacentis vtrimque regionis Antiochiam coeperunt oppugnare, in eoque perſeuerarunt per menſes omnino tres [c]. At Turci, inſtante neceſſitate perculſi, petunt a Sultano Chorosanis, vt ſibi, Antiochiam vltra propugnare non valentibus, ſuppetias mittat copias idoneo numero tum ad vrbem nouo praeſidio firmandam, tum

a) Αγρυστοπολιν. Du Freſne p. 367 „ ita Editio Hoeſch. An Α᾽γγυστοπολιν, quam in Phrygia ſtatuit Suidas. Vide Annam p. 478 „.

b) Du Freſne l. c. „ Fernam fluuium, ſeu *Farfar*, qui et *Orontes* dicitur, intelligit, qui eo loco, quo Galli copias ſuas traduxerunt, rapidiſſimus eſt. Conferendus Albertus Aq. lib. 3. cap. 32. Porro Antiochiam peruenerunt noſtri 12. Kal. Nouembr. 4. Feria A. MXCVII. Tudebod. lib. 2. Robert. Mon. lib. 13. Albert. Aq. lib. 3. cap. 38 „.

c) Du Freſne l. c „ Atqui per 9. menſes duraſſe obſidionem Antiochenam tradunt Albertus Aq. lib. 4. cap. 25. Otho Friſing. lib. 7. cap. 2. et alii; ſeu, vt habet Robert. Mon. lib. 7. octo menſes, diem vnum. Sane obſeſſam ciuitatem 11. Kal. Nouembr. captam vero 3. Non. Iun. refert Raimundus de Agiles „.

tum ad Latinos, qui eam foris oppugnant, acie vincendos indeque pellendos.

Erat inter concluſos Antiochiae barbaros Armenus quidam [d], cui forte propugnanda obuenerat ea muri pars, aduerſus quam Baimundi propriae copiae pugnabant. Hunc ſaepius de ſummo muro deſpectantem ita Baimundus deliniuerat, totque ac talibus tentarat promiſſis, vt is, vrbem ſe illi proditurum, reciperet. Rei quinetiam exſecutionem in hunc modum Armenus compoſuerat. „Da, inquiens, quandocunque voles, ſignum mihi condictum. ſtatim huius ego te turris in poſſeſſionem mittam. Tu vero vide, vt tunc et expeditus ad rem gerendam ipſe et pranſos paratos ad manum tuos habeas; ſcalis inſtructos ad aſcenſum moliendum. Imo, ſi mihi credis, vniuerſum exercitum totis Latinorum caſtris armari minarique ac conari aſſultum expedit eodem tempore [e]. Sic enim fiet, vt nec, auerſi alio, veſtrum aſcenſum Turci ſentiant [f]: et mox, vbi ſuperaſſe vos murum viderint, quaſi an-
136. cipiti circumuenti malo de tutela vrbis et ſalute ſua deſperantes [g] fugae ſe mandent„. Haec ſic conſtituta premebat Baimundus alto ſilentio.

§. 191.

Interim aduenit trepidus nuncius ingentis aduentantis Agarenorum exercitus, ducente ipſo Sultane Choroſanis, cui nomen erat Cur-

d) Du Freſne p. 367, 368. „Pyrrhus nomine, ſeu, vt eſt apud Tyrium lib. 5. cap. 11. et 19. *Emir Feirus*, id eſt, Dominus Pyrrhus. Hunc de genere Turcorum fuiſſe ſcribunt Tudebodus lib. 2. p. 792. Fulcherius lib. 1. cap. 9. Robert. Mon. lib. 5. p. 53. Albert. Aq. lib. 4. cap. 16. et Baldricus lib. 2. p. 109. contra quam Anna, quae Armenium facit. Sed haec conciliat Raimundus de Agiles p. 148, 149. qui *Pyrrhum vnum de Turcatis* fuiſſe ait, hoc eſt, *de Armeniis et Graecis Antiochiae incolis, quos Turcae capta paulo ante vrbe, pro penuria domeſticorum Turcauerant, datis ex ſua gente vxoribus.* Adde Guibertum lib. 6. cap. 17„.

e) *οὐδὲ δὲ μόνον ἕτοιμον εἶναι χρὴ, ἀλλὰ καὶ ἅπαν τὸ ϛράτευμα θωρήξαςθαι.*

f) Addit haec interpres.

g) *καὶ τὸ ἐνυάλιον ἀλαλάζοντας, ἐκδειματωθέντες* &c.

136. ANNA COMN. p. 319.

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

CVRPAGAN [h]), quam maximas congregare potuerat copias, quae
modice diſtare atque adeo mox adfuturae dicebantur. Elegit ſuis
fraudibus illum occaſionis articulum Baimundus. Nolebat Antio-
chiam Taticio dedi, iuxta ea, quae ipſe ac Galli caeteri iuratus
imperatori promiſerat: verum eius principatum ciuitatis ſpe ſibi ac
cupiditate ipſe deſponderat. ‘Taticio itaque ſub ſpecie amicitiae
clam ſignificat, comites Gallorum perſuaſum habere, barbaros,
qui a Choroſane veniant, accitu impulſuque imperatoris in Gallos
ruere, eoſque hinc ira incenſos de ipſo occidendo conſilium iniiſ-
ſe.’ His Taticius perculſus—mouit inde cum copiis, Romanaque
ad Sudi portum claſſe conſcenſa Cyprum tenuit [i]). Poſt huius
diſceſſum ‘Baimundus comitibus Gallorum, vt barbaros ſibi quis-
que oppoſitos, ante quam Curpagan adueniret, conciliare niteren-
tur, auctor fuit’. Cum—his annuiſſent facile comites, et pro ſe
quisque incumberent operi—: ecce ſub primam lucem Baimundus 137.
ad turrem adit, ab Armeno proditore cuſtoditam; quo ſtatim,
iuxta condictum, portam aperiente, irrumpit cum ſuis Baimundus,
et dicto citius ſuperatis gradibus. alte de pinnis turris in obſeſſo-
rum atque obſidentium repente conſpectum eminuit, tubaque pu-
gnae ſignum dari iuſſit. Hinc noua ſtatim apparuit facies rerum.
Turci haud dubie territi per aduerſam ſtrenue portam fugere, pau-
cis duntaxat, quibus animus firmior, ad praeſidium Culae [k]) (ar-
cis

h) Κερπαγαν. Du Freſne p. 368. „Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 19. *Corbagath, quem noſtri vulgariter Corbaram appellant.* Robertus Monachus lib. 6. Tyrius lib. 5. cap. 14. Fulcherius lib. 1. cap. 14. Albert. Aq. et alii *Corbatam* et *Carbalam*, Haytonus *Corbanam* Vincentius Bellouac. *Corbegath* vocant„.

i) Du Freſne l. c. „Fugam Taticii et diſceſſum ab obſidione Antiochena narrant Albert. Aq. lib. 3. cap. 38. et 40. Robertus Mon. lib. 4. p. 48. Baldricus lib. 2. p. 103. Raimundus de Agiles p. 146. Tyrius lib. 4. cap. 23. Guibertus lib. 4. cap. 10. de Boemundi conſilio ſilent omnes„. Σελ. Du Freſne. „Sic vocant Orontis fluuii oſtium. *Portus Soldini* dicitur Sanuto lib. 3. part. 3. cap. 1.—„.

137. Ead. p. 320.

k) Du Freſne l. c. „(Acropolis Antiochena, infra p. 321. *Praeſidium magiſtrae arcis, in monte ſitum*, apud

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

a. C. 1097 — 1105.

cis id nomen) remanentibus. At Galli exterius in vrbem exemplo Baimundi moliri aſcenſum vndique, ſcalis applicitis, potitique ſubito Antiochenſi ciuitate [l]. Nec eo contentus Tancres, rapit ſecum promtiſſimos quosque idoneo numero, fugaciumque veſtigia premit, quorum multi caeduntur, multi vulnerantur.

§. 192.

Sub haec Curpagan tandem adueniens cum innumeris chiliadibus barbarorum, vbi, cuius in auxilium venerat, captam iam inuenerat Antiochiam, caſtra fixit, in iisque, foſſa vndique munitis, cum depoſuiſſet ſarcinas, conſultabat, quid ageret; non parum propendens in ſententiam obſidendae oppugnandaeque ciuitatis [m]. Sed eum adhuc in procinctu ſtantem occupauit impreſſio vehemens ferociter erumpentium Gallorum: qui tamen ſic a Turcis excepti ſunt [n], vt, poſt pugnam atrociſſimam, tandem intra ciuitatem compingerentur, vbi nullam iis quietis partem aſſidua et concors interni ſimul externique hoſtis dabat impugnatio. Nam et ſtrenue obſidentes vrbem barbari, oppugnationem vrgebant, et, qui Culam obtinebant, Turci praeſidiarii perpetuo infeſtabant eos, qui clauſi et circumuenti tenebantur ciuitate verius, quam tenebant illam.

Hic rurſus Baimundus, verſutiae non oblitus ſuae, locum inuenit machinationi nouae ad Antiochiae principatum ſibi certius
138. aſſerendum. 'Comitibus enim, vt, dum ipſe praeſidiarios arcis repelleret, illi impugnantibus exterius barbaris vnice inuigilarent, auctor

apud Albertum Aqu. lib. 3. cap. 38. lib. 4. cap. 24. *Caſtrum, quod ciuitati imminet.* — Acropolis Antiochenae nomen pariter prodit Raimundus de Agiles: *In colle autem Septentrionali caſtellum quoddam eſt, et in medio collis caſtellum aliud, quod lingua Graeca Colox vocatur.* — „.

l) Du Freſne p. 369. „ Capta eſt a noſtris Antiochia 3. Iun. An. MXCVIII. vti habent Albertus Aqu. lib. 4. cap. 25. et alii paſſim: nam falli conſtat Lupum Protoſpatham, qui menſe Aprili captam refert „.

m) Du Freſne l. c. „ De obſeſſa a Turcis Antiochia agunt ſcriptores omnes „.

n) Du Freſne. „ Albert. Aqu. lib. 4. cap. 27 „.

138. Ead. p. 321.

auctor fuit.' Perſuaſi tunc quoque comites ſunt. Ipſisque prolixe concedentibus, moliri extemplo Baimundus coepit murum, quo mediam Antiochiam in obliquum ſcindens, arcem a Turcis inſeſſam a reliqua vrbe ſepararet. Tali ſpecie ac praetextu munitiſſimam aedificauit arcem, belli quam longiſſime ducendi receptaculum inſtructiſſimum. cui acerrimum ſe ipſe cuſtodem impoſuit; non die, non nocte conniuens; ſed horis experrectus omnibus in quasnis occaſiones aut ſuſtinendorum, aut viciſſim laedendorum hoſtium, qui arcem tenebant Antiochenſem, 'quos, vt dixi, ſibi proprie depopoſcerat o). Nec minus alii comites ſpartam ſuam curabant, inſiſtentes propugnaculis peruigili cuſtodia; 'ne qua vel clam falleret, vel palam perrumperet graſſatio exterius imminentium hoſtium. Quin etiam partem ſibi curae talis Antiochenſes ipſi depoſcebant ciues: quorum ne quis, muros accedens, inde cum obſidentibus barbaris de proditione tranſigeret, vt periculum erat; ita ſibi negotium impoſitum Galli duces putabant acri vigilia cauendi, ne id fieri poſſet.

§. 193.

Tali loco res erant apud Antiochiam: quando imperator magno interdum agitabatur impetu eo cum iuſtis copiis eundi in auxilium Gallorum. Verum vtcumque cupientem cohibuit maritimae rei profligatus ſtatus et inſularum maritimarumque orarum atque vrbium miſerrima vaſtatio, aut deſtructio potius et deſolatio extrema. Nimirum Smyrnam *Tzachas*, vt ſortem et hereditatem propriam tenebat. Quidam alius *Tangripermes* q) dictus vrbem quandam Epheſiorum, prope mare ſitam, in qua olim exſtructum templum eſt in nomine S. Ioannis Apoſtoli Theologi. 'Alii ſimiles latrunculi alias opportunis locis arces inuaſerant, praeſidiisque occupabant: e quibus erumpentes, infeſta late habebant omnia; Chriſtianis, quos magno captiuabant numero, in viliſſimam et aerumnoſiſ-

o) Addit haec interpres.

p) μη πως οἱ βαρβαροι ἐξωθεν νυκτος δια κλιμακων ἀνελθοντες την πολιν καταςχωσιν. μη λαθη τις των ἐντος ἀνωθεν τε ταχες γενεσθαι καθ' ὁυτως ὁμιλησας τοις βαρβαροις προδοσιας περι προδω την πολιν.

q) Ταγγριπερμης.

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

a. C. 1097—1105.

mnoſiſſimam ſeruitutem mancipandis r). Sed et inſulas Chium, Rhodum ac pleraſque caeteras inſederant: easque tum pro naualibus habebant, vbi piraticas aedificarent claſſes; 'tum pro tutis receptaculis ac portubus, in quibus praedam onuſti deponerent s).

Primum igitur omnium faciendum ſibi Auguſtus ſtatuit, vt et mari claſſem imponeret idoneo inſtructam ad coërcendum Tzacham: 'et continentis, qua mare reſpicit, diſponendis per littoralem oram qua terreſtribus, qua naualibus praeſidiis tutelae prouideret t): non
139. ſolum quantum erat opus ad reprimendas incurſiones barbarorum; verum ita, vt ad ipſos quoque, ſi res ferret, laceſſendos debellandosque miſſae contra eos copiae ſufficerent. His vbi magis vrgentibus ſatisfeciſſet curis, reliquum omnem, quam cogere numeroſiſſimum poſſet, ductare ipſe Auguſtus praeſens exercitum decreuerat ſuppetias obſeſſis Antiochiae Latinis, cum eoque pugnare aduerſus barbaros, qui eos illic oppugnabant.

§. 194.

Haec animi conſulta quo in rem conferret, accerſit Ioannem Ducam, vxoris ſuae fratrem, eique tradit copias, ex diuerſis collectas regionibus, claſſemque ſatis validam ad oppugnandas littorales arces, 'quae a piratis eiusmodi tenebantur v). Dedit etiam filiam Tzachae, nuper cum aliis e principali Turcorum familia, qui Nicaeae ſunt reperti, occaſione deditionis ciuitatis eius illic captam. Dedit autem eam in vſum confirmandi, oſtenſione puellae iſtius, 'quam ſeruari apud Nicaeam notum erat Turcis x), nondum ſatis vulgati nuncii expugnatae Nicaeae. Quem quidem late ſpargi a Ioanne mandabat imperator: 'et ſatrapis aliisque piratis barbaris y), ſi quos ad tantam rem credendam inueniret duros, tale capti-

r) καὶ ἄλλοι ἄλλα φρούρια τῶν Σατραπῶν κατέχοντες, ὡς ἀργυρωνήτοις τοῖς Χριστιανοῖς ἐκέχρηντο ἅπαντα ληϊζόμενοι.

s) Addit haec interpres.

t) καὶ δυνάμεις διὰ ξηρᾶς ἀρκετὰς καὶ στόλον ἱκανὸν κατέλιπεν.

139. ANNA COMN. p. 322.

v) Addit haec interpres.

x) Addit h. interpres.

y) τοῖς Σατράπαις τῶν Τούρκων καὶ τοῖς τὰ περὶ θάλατταν νεμομένοις βαρβάροις.

aptiuum caput in fidei argumentum ineluctabile monſtrari. Inde enim futurum ſperabat, vt certi tali teſtimonio ac pignore de Nicaea dedita latrones Turci z), rebus iam ſuis diffidentes, quas obtinebant arces pro vita et ſecuro abitu incruenta compoſitione paciſcerentur a).

[Ioannes Ducas ſic inſtructus] cum traieciſſet in Abydum, accerſito Caſpaci claſſis praefecturam curamque commendauit; promiſſo ei, ſi nauaſſet iſta in re operam, principatu ciuitatis Smyrnae conterminarumque regionum, vbi ea per eos capta imperioque reddita ciuitas foret. Cum hac ſpe ac mandato Caſpax claſſem ſoluit Smyrnam verſus: Ioanne terreſtres copias per continentem eodem per ſe ductante. Nec diu poſt Smyrnam qui tenebant Turci, ſimul Ioannem Ducam a terra contra ſe cum exercitu venientem, atque adeo iam non longe a ſuis moenibus caſtra munientem: ſimul a mari appellentem cum claſſe Caſpacem, portuique applicantem attoniti cum vidiſſent; vulgata iam quoque antea perculſi fama Nicaeae captae: nequaquam obfirmare animos ad reſiſtendum potuere. Ventum ergo ſtatim ad tractandum eſt, cumque nihil peterent aliud, niſi ſibi iurari a Ioanne Duca, ſecurum ipſis et innoxium per Romanos receſſum in domos ſuas fore, proque eo Smyrnae deditionem praeſentem paciſcerentur: viſa Ioanni eſt non aſpernanda occaſio tantae vrbis aduentu primo ſine cruore ac periculo recuperandae. Pollicente igitur ſine mora Duca, quae petebant Tzachenſes Smyrnaei b), abeunt illi continuo c), vrbiſque praefectura eius ac cuſtodia cum fide Caſpaci, cui erat promiſſa, committitur. 140.

§. 195.

[Caſpace a Saraceno quodam, qui ob furtum commiſſum cauſſam dicere iubebatur, occiſo, Ioannes Ducas] Hyaleum Smyrnae praefectum declarauit, virum bello fortiſſimum. Ipſe nauali-

bus

z) οἱ τὰς ἤδη ἐνθάδε πόλεις κατέχοντες.

a) ἀμαχητὶ παραδοῖεν.

b) συντίθεται τοίνυν ὁ Δούκας τηνικαῦτα τῷ τοῦ Τζαχᾶ γνωρίμῳ τὰ κατὰ σκοπὸν ἅπαντα πληρῶσαι ὑποσχόμενος.

c) μεθ' εἰρήνης οὖν ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀπελάσας.

140. Ead. p. 323.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1097 — 1105.

bus copiis ad Smyrnae tutelam relictis, terreſtres ſecum copias aduerſus Tangripermem d) et *Maracen* e) Epheſiis incubantes rapit. ‘Hunc conſpicati procul duo iſti ſatrapae f), prodeunt ſtatim acie inſtructa, pugnamque Ioanni afferunt in planitie arci ſubiecta. ‘Cunctatus parumper Ducas, mox tamen g) agmine et ipſe quam peritiſſime inſtructo, impigre in eos mouet. Dimicatum atrociter et diu, vigente in maximam diei partem vtrimque certamine. Tandem poſt longum aequilibrium dubiae fortunae Turci tergis praebitis plane fuſi, ‘fugam cruentam et infeſtam inſequentibus noſtris nece ac ſeruitute multorum e ſuis habuere h). Inter captiuos, quorum vniuerſus ad duo millia numerus aſcendit, plerique ſatrapae reperti: de quibus conſultus imperator, ſpargi eos per inſulas iuſſit.

§. 196.

Reſidui Turci per Maeandrum amnem profecti Polybotum, ſatis illic ſecure morabantur, haudquaquam exiſtimantes, Ioannem eo cogitaturum. Verum haec eos quidem fiducia fefellit. Is enim relicto Petzea, qui vrbi Epheſinae ducis iure nomineque praeeſſet, exercitu aſſumto ſecum omni, non tumultuario ac cupide, ſed, vt experientiſſimum decebat ducem, pedetentim ordinateque in Turcos mouit; mandatis monitisque imperatoris tali cautione ad-
141. uerſus eam gentem bellum gerens.

Praeceſſerant, vt diximus, Turci ‘Polybotum i). Horum illic properantium veſtigia premere via eadem ſequendo Ioannes noluit; ſed compendioſiori alia tuto inuectus, Sardes obiter et Philadelphiam occupauit, quarum cuſtodiam Michaeli Cecaumeno credidit. Hinc Laodiceam cum acceſſiſſet, obuios effuſo accurſu ciues omnes habuit, ſe ſuaque alacriter dedentes: iis ille humaniter acce-

d) Huius ſupra §. 193. facta eſt mentio.

e) τα Μαρακη.

f) τουτον θεασαμενοι οἱ βαρβαροι καθ᾽ αὐτων ἱεμενον.

g) ὁ δε Δουξ μηδε μικρον τι μελλησας.

h) κτεινονται δε τηνικαυτα πολλοι.

141. ANNA COMN. p. 324.

i) δια τε Μαιανδρου και των παρακειμενων αὐτῳ πολεων ὁδευσαντες καταλαμβανουσι το Πολυβοτον.

acceptis tantam fidem habuit, ‘vt, nullo impoſito praefecto praeſidioue k), ſuo ipſos iuri arbitrioque permitteret. Inde Chomate tranſito, Lampen l) cepit, eique Camytzin Euſtathium ducem impoſuit. ‘Polybotum denique non diu poſt Turcos eo receptos peruenit: quorum in turbam, ex itinere ſecuro adhuc inconditam m), ſarcinisque vix bene depoſitis implicitam, impreſſione inuectus acri, cladem illis infert maximam, qua et caeſi plurimi barbarorum ſunt, praedaque ingens, nec minor captiuorum numerus eſt receptus.

§. 197.

Dum haec maxime Ioannes contra Turcos gerit, imperator paratis copiis profectus in auxilium Gallorum Antiochiam propugnantium, Philomelium n) cum vniuerſo exercitu peruenit, multis obiter caeſis barbaris, receptisque vrbibus, quae occupatae ab iis antea fuerant. Illic eum conueniunt Gulielmus Grantemanes o), Stephanus comes Franciae p), et Petrus Aliphae, demiſſi per funes e pinnis murorum Antiochiae et per Tarſum ad imperatorem, quo mittebantur, profecti. Ii confirmarunt, arcto plane loco res et ſpes Gallorum eſſe, imo iurarunt, imminere ipſis exitium ſupremum. Quo nuncio imperator tanto accenſus eſt magis ad maturandum, quod deſtinabat ipſis, auxilium; quamquam omnes illum a tali conſilio impetuque reuocabant. Paulo poſt tamen cum fama percrebuiſſet vndecumque affluens aduentantis contra imperatorem immenſae multitudinis barbarorum, quos Chiorofanis Sultanus, ‘par-

k) μηδε ἡγεμονας ἐπιστησας.

l) Du Freſne p. 369. „ Paulus epiſcopus Λαμπης interfuit concilio Epheſino, vt ex Actis conſtat, ſed vrbs iſta in Cretenſi prouincia fuit, vt ibi innuitur parte 2. Act. 1 „.

m) ἐφθακως δε εἰς το Πολυβοτον καταλαμβανει Τερκων πληθος πολυ.

n) Du Freſne l. c. „ Vrbs Phrygiae, Geographis nota. Hinc tandem docemur oppidi nomen, quod mire deprauatum legitur apud Scriptores Rerum Hieroſolym. Tudebodo enim lib. 4. *Philemia* dicitur; Alberto Aq. lib. 4. cap. 40. lib. 8. cap. 38. et Tyrio lib. 4. cap. 20. *vrbs Finiminis.* — „.

o) Du Freſne. „ Will. *de Grentemaiſnil* Hugonis ex Aleide Yuonis Bellimontani comitis nata filius, nobilis Normannus. — „.

p) Du Freſne. „ Steph. Comes Bleſenſis et Carnotenſis. — „.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1097 — 1105.

partim ex ea ipſa vrbe vbi regnabat q) electos, partim ex vlterioribus accerſitos regionibus in occurſum Romanarum copiarum, Auguſto ipſo duce Antiochiam petentium, feſtinare iuſſerat r), praepoſito ipſis *Iſmaele* filio, coepit imperator remittere de iſto quo ferebatur impetu ſoluendae vtique obſidionis Antiochenae, et Curpaganis cum ſuo Turcico exercitu internecione delendi.

§. 198.

Cogitanti deinde tota de re attentius illa ipſa legatio Gallorum et triſtes de ipſorum deſperatiſſimo ſtatu paulo ante accepti nuncii, qui tunc ad properandum ſtimulauerant, iam alia omnia ſuadere
142. videbantur s). — Quid [enim] ibi reperiretur, niſi ſemiruta ciuitas, arcis intus hoſtilis iugum adhuc patiens, non prius de Turcis capta, quam ab iisdem arctius obſeſſa oppugnataque acrius, circumfuſis vndique innumerabilibus turmis Agarenorum. — Quorſum igitur ita turbidis, ita deſperatis Gallorum rebus miſcere ſuas Romanus curet? Et cum neque copias habeat, vincendis barbaris, Antiochiam oppugnantibus, pares; neque aut conferre conſilia (quod opus erat ad conditionem rei gerendae) cum obſeſſis queat: nec, ſi id liceat, ſperet tamen in ſententiam ſecum vnam trahere genus peruicax et accipiendis conſiliis indocile, vtique nihil conſulat prudentius, quam hic ſiſtere: ne, ſi pergat, et in via male inita progrediendi perſeuerantiam obſtinet, dum Antiochiae auxilium importat, Conſtantinopoli accerſat exitium.

Caeterum regreſſurus imperator a Philomelio miſericordem concepit curam ſalutis ac libertatis Chriſtianorum, loca illa incolentium, quos, imminente aduentu barbaricarum copiarum innumera-

q) ἀπο τε των Χορασαν, ἀπο τε των πορρωτερων μερων.

r) ἐνταλαμενος ταχος τον αὐτοκρατορα ἐφθακεναι προ του την Αντιοχειαν καταλαβειν.

s) την μεν δη ὁρμην του αὐτοκρατορος ἡν εἰχεν ὑπερ της των Κελτων σωτηριας, διαχρυσασθαι τε σπευδων τους καθ' αὐτου συττωντας Τουρκους και αὐτον δη τον τουτων ἡγεμονα Κουρπαγαν ἐπεσχε τα διαμηνυθεντα ὑπο τε των ἐληλυθοτων Φραγγων, ὑπο τε την του Ισμαηλ κατ' αὐτου μηνυσαντων ἐλευσιν.

142. Ead. p. 325.

merabilium, occiſione occidendos ab iratis Turcis intelligebat. Tanto ergo malo vt praeuerteret, vulgari paſſim per regionem circum omnem Agarenorum expeditionem iuſſit, tum per praecones edici, vt, qui ſexus aetatisque omnis ſalui eſſe vellent, ad caſtra imperatoris in tuta mox receſſuri ſeſe ſine mora adiungerent cum rebus omnes ſuis quaecumque efferre poſſent, ſic futurum, vt et corpora, et opes certo exitio eriperent. Ad hanc vocem congregata multitudo ingens virorum et mulierum imperatori comes reuertenti fuit —. Porro imperator 'ſolicitus ne ſibi recedenti veſtigia barbari cum pernicie magna inſtantes premerent t), partem ex toto ſuo exercitu ſelegit, cui curam demandaret reprimendarum incurſionum Agarenicarum. Eam partem in multas particulas ſubſecuit; quibus, vagari paſſim ac ſeorſum iuſſis, mandauit, vt, ſi quos offenderent Turcorum manipulos, audacter inuaderent fortiterque caedendis iis ſpem et cogitationem caeteris adimerent imperatoris perſequendi. Ipſe autem cum caetero vniuerſo populo captiuisque barbaris ac metu migrantibus Chriſtianis Conſtantinopolitanum iter terebat ſecurus. 143.

§. 199.

Quando Iſmael archiſatrapa, qui caedes virorum, deſtructiones vrbium, rerum corporumque praedas, quibus modis itinere toto a Conſtantinopoli ad Philomelium graſſatum in Turcos Auguſtum didicerat, 'cumulate ſeſe magna viciſſim ipſius clade ſperauerat vlturum; tutum iam imperatoris receſſum audiens, dolorem ereptae praedae tantae interuerſaeque ſpei, oppugnatione Paiperti conſolari ſtatuit v). Arx ea erat occupata paulo ante ab illo late inclyto Gabra Theodoro, qui factus certior de Iſmaelis conſilio, iamque illius copias prope amnem munitioni ſuae iſti proximum conſediſſe caſtris poſitis intuens, conſilia verſabat nocturnae impreſſionis

t) Addit haec interpres.

143. ANNA COMN. p. 326.

v) μηδὲν ἔργον αὐτῷ καταλελοιπὸς εἰς τῆς ἄγρας ἀπεγνω, ἐν ἀμηχανίαις καθίσατο. καὶ ἐφ' ἑτέραν τρεπόμενος τὸ Παίπερτ [vrbs in Armenia apud Scylitzem. Du Freſne.] πολιορκήσειν ἐπέγνω.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1097 — 1105.

ſionis in Turcicas copias experiundae. Verum quem tota res habuerit exitum — dicendum aptiori loco reſeruetur.

§. 200.

Nunc, quod propoſuimus, decet exſequi, de Antiochenſibus Latinis, qui, magnis in anguſtiis deprehenſi, fame hinc grauiter vrgente, Turcis illinc de oppugnatione vehementiſſima nihil remittentibus, ad Petrum x) accedunt, illum qui victus ad Helenopolin fuerat, vt diximus y), epiſcopum ipſorum, ſupplicesque ab eo petunt, quid ſibi tantis in malis auctor eſſet vt facerent. 'Qui illos, vt Deum, quem tot offenderint ſceleribus, placarent, hortatus, ipſos a dextra altaris fodientes inuenturos ſanctum clauum, diuino afflatus oraculo, promiſit.' Parent, et voti compotes facti, repertum ſacrum clauum alacri feſtinatione cum gaudio
144. quodam horrore mixto ad Petrum deferunt. Electus hic caſtiſſimus habitus omnium Sangeles z), cui ſanctum ac venerabile ferrum geſtandum in proeliis committeretur.

Poſtridie fit eruptio per ſeductam portam et male ſecuris ab ea parte Turcis inſuſpicabilem. Magnopere ambierat, tandemque impetrauerat a ducibus caeteris comes Flandriae a), ſibi per eos vt liceret equo inuehi primum in Turcos cum ſociis duntaxat tribus. Cum ergo ſtructae in mutuo conſpectu acies ſtarent, et pranſi parati ſeſe vtrimque ad congreſſum milites accingunt, Flandrenſis, equo deſiliens, terrae ſolum oſculatur tertio, Deum adorans at-

x) Du Freſne p. 370. „Petrum Eremitam cum altero Petro perperam hic confundit Anna; Petro enim, cui reuelata eſt Lancea Dominica, Clericus fuit de terra Prouinciae, cognomento Bartholomaeus, vti paſſim aſſerunt Scriptores Rerum Hieroſol. Raimundus de Agiles p. 150—152. 156. Albert. Aq. lib. 4. cap. 43. 47. 52. lib. 5. cap. 32. Guibertus lib. 7. cap. 31. Fulcherius lib. 1. cap. 10. 15. Tyrius lib. 6. cap. 14. et Ordericus Vitalis, qui Petrum Abrachamum cognominatum tradit lib. 9. et 10. pag. 739. 741. 779„.

144. Ead. p. 327.

y) Supra §. 174. 175.

z) Du Freſne l. c. „Sacram lanceam in proeliis a comite S. Aegidii praelatam tradunt praeterea Raimundus de Agiles, Albert. Aq. et alii„.

a) Du Freſne l. c. „Vide Albert. Aq. lib. 4. cap. 55„.

Imp. ALEXIO I. Comn.

atque inuocans toties, mox, bene ominantibus cunctis, et *Deus nobiſcum* acclamantibus, totis habenis in ipſum Curpagan inuehitur, ſuper tumulo quodam ſtantem. Quotquot occurrunt Turci, vaſtis perfoſſi haſtarum ictibus, ſternuntur. Qua vulgata in multos clade, caeteris animus contra occurrendi metum in turpem et fugae ante pugnam occupandae praecipitem impetum mutatus eſt. Terga vertit tantus exercitus, laceſſentibus et inſequentibus viris quatuor [b], manifeſto numine auxiliantis et Chriſtianam rem miſerantis Dei. Nec fuga indemnis fuit. Sic amentes et attoniti ruebant, vt in vortices obiacentis fluminis ſe vltro iniicerent: hauſtorum aqua inde numerum colligas, quod coaceruata pleno alueo cadauera pontis vſum inſequentibus praebuere. In hunc modum fugientes Turcos perſecuti Galli quantum ſatis fuit, in caſtra barbarica redeunt, ſpoliorum omnis generis immenſa vi referta. Itaque cum haud ſegniter operam direptioni darent: adeo tamen exhaurire infinitas opes tot manus vnius diei rapina nequiuere, vt ne conſecutis quidem et egerendo abſumtis triginta inde continuis aliis tota intra vrbem Antiochiam comportari vix praeda valuerit.

§. 201.

GALLI, Baimundo Antiochiae praefectura permiſſa [c], multisque in itinere arcibus captis, tandem Hieroſolyma peruenerunt. quibus, per dimidium menſem oppugnatis potiti [d], finitimis quoque gentibus ac regionibus late domitis, Gothofredum regem nomina-

b) Addit haec interpres.

c) Du Freſne p. 370.„ *Cruce ſignati*, inquit Albertus Aq. lib. 5. cap. 2. vt et Robertus Mon. lib. 7. *Boemundum Dominum et Aduocatum vrbis conſtituerunt, eo quod multum in traditione vrbis expendiſſet, plurimumque laboris pertuliſſet.* Cuius quidem vrbis *Princeps* appellatus eſt, *quoniam*, ait Tyrius lib. 6. cap. 23. *apud ſuos nomine dignitatis Princeps dictus fuerat*, Tarenti ſcilicet, vt eſt in libro vernaculo *Familles d'outremer*, et apud Sigonium lib. 9 de Regno Ital„.

d) Du Freſne l. c.„ Capta eſt Hieroſolyma 14. Iul. Feria 6. A. C. MXCIX. obſeſſa vero d. 6. Iun. Tudebodus lib. 5. Albert. Aq. lib. 6. cap. 6. Tyrius lib. 8. cap. 24.—„.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1097—1105.

145 minarunt. Quibus Amerimnas, Babylonis princeps e), cognitis, ingentem exercitum, ex Armenis, Saracenis Agarenisque conflatum f), contra Gallos miſit. Hi bello licet tandem ſuperiores eſſent; multos tamen ſuorum amiſerunt, captiuos Babylonem abductos. quibus breui poſt Amerimnas, magna ab Alexio imperatore accepta pecunia, libertatem reddidit.'

'His ita geſtis Sangeles, poſtquam arces prius captas miſſis ab

e) Du Freſne p. 371, 372. „ Ἀμερίμνης dicitur Cedreno et Zonarae in Theophilo, et Conſtantino Porph. de Adm. Imp. Cap. 25. qui Annae Ἀμερίμνης. Sic autem ſupremos, quibus parebant, principes indigitabant Turci et Saraceni, quos inter primum obtinuit locum Amerumnes Aſiaticus Bagdatenſis, ſeu Babylonius, qui imperabat vniuerſae Africae, Aegypto, Syriae et Arabiae Felici, quibus prouinciis totidem praefecti erant Amerades, ſeu Amiralii. Ab illius imperio auulſa primum Africa, deinde Perſis ſeu Chorozan, denique Arabia felix, quarum Amerades, excuſſo Bagdatenſis iugo, Amerumnes ſe inſcripſerunt. Ita Porphyrogenitus loco citato. At Alexii aeuo, Syria partim principi Bagdatenſi, ſeu Chorozano, partim Aegyptio Sultano parebat. Vnde in Hiſtoria Belli Sacri paſſim principis vtriusque mentionem fieri obſeruare eſt. Hieroſolymam enim et vrbes adiacentes, paulo ante Francorum in has plagas expeditionem, Perſico, vel Chorozano, ademerat Aegyptius, ſeu Babylonius, vt pluribus narrat Albertus Aq. lib. 6. cap. 31, 32. Otho Friſing. lib. 7. cap. 4.—. Antiochia vero et Damaſcus adhuc Chorozano principi ſuberant, qui promiſcue *Soldanus* et *Princeps Turcorum* vocitatur ab Alberto Aqu. lib. 4. cap. 2. a. Chalipha Bagdatenſi diuerſus, penes quem titulo tenus ſumma rerum erat, vel ſaltim religionis Mahumetanae, vti pluribus narrant Tyrius lib. 4. cap. 11. et Benjaminus Tudel. in Itinerario. Vnde *Apoſtolicus Turcarum* dicitur Tudebodo, et *Papa Turcorum* Raimundo de Agiles et Iacobo de Vitriaco lib. 3. eoque nomine Alcoranum e collo pendentem torquis inſtar geſtabat, vt autor eſt idem Porphyrogenitus. Habitabat ille in Bagdat, perinde ac Sultanus. Ita Albertus Aqu. lib. 8. cap. 7. Hinc eſt quod non ſemel legimus ab his principibus Antiochenorum auxilio miſſum Corbagath.—„. Quae hic Anna Comnena de Gallis ſeu Francis a Babylonio captis, et ab Alexio Comneno redemtis refert, eorum rurſus p. 346. meminit.

145. ANNA COMN. p. 328, 329.

f) Du Freſne p. 372. „ Vide Albertum Aqu. lib. 6. cap. 41. Fulcher. lib. 1. cap. 19. Baldric. lib. 4. Guibert lib. 7. cap. 15. Othon. Friſing. lib. 7. cap. 5.„.

Imp. ALEXIO I. Comn.

ab imperatore ducibus reddidiſſet', Antarado g) admonens, eam quoque munitionem ſine certamine ſubegit.

§. 202.

Verum *Atapacas* h) rerum potiens Damaſci, audito eius rei nuncio, multis congregatis copiis, cum iuſto exercitu aduerſus Sangelem proceſſit; qui, haud quaquam ſe parem tam multis ſentiens, aſtu defectum virium ſuppleuit; conſilio ſecum inito forti quidem illo, ſed plus etiam prudenti. Cum enim indigenis, comitate ſibi ac manſuetudine adiunctis, ſatis fideret, ſic cum iis conuenit. „ Ego, inquiens, quodam in loco arcis huius valde amplae ac ſpatioſae occultatus latebo: vos vero, vbi Atapacas aduenerit, rem quidem vti ſe habet, neutiquam fatebimini, ſed metu me perculſum affirmabitis fugiſſe.,. Dictum, factum. Adueniens Atapacas, et percontatus, vbi eſſet Sangeles? abiiſſe trepide profugum veriſimiliter aientibus facile credidit: et, vt erat de via feſſus, figi ſibi tentorium loco commodo non longe a muris Antaradi iuſſit. Turci caeteri, humani-

g) Du Freſne p. 374. „ Quae poſtea Tortoſa dicta, nobilis ciuitas in Phoenice prouincia ſita —„.

h) Ατααακας. Du Freſne l. c. „Malim Αταπακας. ſic enim legendum cenſeo apud Annam et Nicetam [hunc poſteriorem locum infra §. 257. adfero]. Imperabat enim ea tempeſtate, hoc eſt, ante Gothofredi exceſſum, Damaſcenae vrbi *Ababacas Tegtakin Dabiroldin*, non ſupremo quidem iure et tanquam Dominus principalis, ſed Praefecti loco, ſeu Procuratoris, quemadmodum Damaſcenorum Principum Vicarios et Miniſtros non ſemel vocat Antiſtes Tyrius lib. 15. cap. 7. lib. 16. cap. 7. lib. 18. cap. 27. aut Amiralis, vt Ordericus Vitalis. Damaſco vero imperarunt circa ea tempora *Tageoldulus Niſus*, qui Annae *Tutuſes*, Gelaloldulae magni Turcorum Sultani frater, pulſo et exacto Iſaro principe A. Heg. CDLXXII. Chr. MLXXXIX. Caeſo et ſublato e viuis Tageoldulo, ſucceſſit in eundem principatum *Phacherolmaduc Rodoan*, Tageolduli filius, A. Heg. CDLXXXVIII. Chriſti MLXXXV. quo in ordinem acto, Damaſcum obtinuit eodem anno *Sanſolmaluc Decac*. Phacherolmaduci frater. Is Soubequino primum, cuius opera vrbem inuaſerat et principatum, ſupremam rerum adminiſtrationem commiſit, quo interfecto, *Ababacam Tegtakin*, cognomento *Dahiroldin*, Vicarium et Procuratorem conſtituit. Obiit autem Decacus A. Heg. CDXCVIII. Chr.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1097 — 1105.

manitate atque officiis indigenarum, multam ipſis beneuolentiam vultu exhibentium, in ſecuritate confirmati, ſolutos equos ad paſtum dimittunt per campos paſſim.

Ita res erant, cum meridie, ſole ardentius verticibus inſtante, valide armatus Sangeles cum ſuis, (quadringenti erant) portis repente patefactis, in media irrumpit Turcorum caſtra. Hic deprehenſi licet, quibus mos eſt vitae non parcere, milites fortiſſimi, generoſe obſtiterunt Gallis, maior pars, quibus animus minus praeſens, fugam mature capiunt. Vaſtum patebat late camporum aequor, non palude, non tumulo, non valle aut voragine interceptum vsquam. Ea res inutilem fugam timidis fecit. Inuecti poſt eos victores Galli, omnes ad vnum in poteſtatem redegere; ac, praeter omnino paucos, qui captiui ſunt ſeruati, vniuerſos gladio abſumſere.

§. 203.

Sic debellatis Turcis, mouet Sangeles aduerſus Tripolim, et verticem quendam imminentem ex aduerſo ciuitati primo aduentu occupat. Eſt is vertex pars quaedam Libani montis: vbi, praeterquam quod munitiſſimus erat caſtrorum ſitus, alia etiam affulgebat opportunitas intercipiendi fontis publici, qui de Libano in ciui-

Chr. MCIII. ante quem annum expugnatam Tortoſam ſcriptores noſtri commemorant. Decaci meminit Fulcherius lib. 1. cap. 14. et lib 2. cap. 1. cui *Melec Ducac* et *Duchat*, ſeu potius *Duchac* nuncupatur. Extincto Decaco principatum Damaſcenum arripuit *Ababacas*, cuius frequens occurrit mentio apud ſcriptores Rerum Hieroſ. varie tamen elata huius principis nomenclatura. *Tuldequinum* enim vocat Fulcherius lib. 2. cap. 51. *Daldequinum* Tyrius lib. 11. cap. 20. 22. 25. lib. 12. cap. 6. 8. 12. 16. lib. 13. cap. 9. 16. 26. lib. 15. cap. 7. *Doldequinum* Gauterius de Bell. Antioch. vocabulis haud multum a Tectakini voce abludentibus. Interdum *Meieredin* eidem Tyrio lib. 16. cap. 8. Hertoldin Alberto Aq. lib. 11. cap. 1. *Duodechin* et *Dochin* eidem ſcriptori lib. 12. cap. 7. 9. et 19. appellatur, quae videntur nomina ad *Dahiroldin* ſpectare. Denique *Tegel-Melec* interdum dicitur Tyrio lib. 14. cap. 17. vide eumdem Tyrium lib. 27. cap. 26. lib. 21. cap. 7. et Nicetam in Ioanne N. 8.,,

Imp. ALEXIO I. Comn. 146.

ciuitatem Tripolim, ducto per collem iſtum opere, fluebat Ex illo iugo dedit ad Auguſtum litteras Sangeles, quibus, poſtquam quid egiſſet expoſuerat, petebat vt, manu et arte adiuta natura loci, quem inſediſſet, caſtrum i) illic praeualidum exſtrui curaret: idque ea diligentia, quae occupare poſſet aduentum Chorosanis, copias maximas, et quibus vtique ſua paucitas in iugo muris nudo obſiſtere non poſſet, ad Tripolim auxilium breui ducturi. Annuens his Auguſtu, iſtius oppidi ſtructuram duci Cypri commendauit: cui dedit negotium, vt materiam et artifices talis operis claſſe quamprimum importaret eo, vbi erat Sangeles. cuius ductum et praeſcriptum in delectu loci, deſignandis muris, et tota molitione nouae vrbis ſequi omnes et exſequi deberent. —

§. 204.

'Mortuo Gothofredo, Galli Balduinum, Edeſſa euocatum, Hieroſolymorum regem crearunt.' Hac vice rerum peruenit Conſtantinopolim Normannicus exercitus, ductores habens fratres duos Flandrenſes dictos k). His magnopere ſuadebat imperator, vt prio-

146. Ead. p. 330.

i) Du Freſne p. 374, 375. „ Raimundus, capta Tortoſa, anxius quomodo Chriſtiani nominis hoſtes a finibus iſtis propulſaret, conſilium cepit de obſidenda Tripoli, cumque parum in eo conatu proficeret, quod ciuibus ſubinde auxilium ſubmitteretur a Babylone, Aſcalone et Sagitta et Sur, nouum praeſidium, ſecundo ab vrbe milliari, in colle quodam fieri decreuit, a quo ſemper vrbi aduerſaretur, et ad quod ſui aſſidue protectionis cauſa ab hoſtili impetu repedarent. Praeſidio nomen inditum *Montis Peregrinorum*, eo quod peregrinis et Chriſtianis militibus illic maximum contra gentilium vires ſemper haberetur. Haec ferme Albertus Aqu. lib. 9. cap. 32. Tyrius MCIII. lib. 10. cap. 27. Fulcher. lib. 2. cap. 33. Graecos Raimundo in illo aedificando operam ſuam locaſſe ſilent prorſus noſtri „.

k) Du Freſne p. 375. „ Expeditionem Longobardorum intelligit, quibus adiuncti non pauci e Germanis et Gallis comites, qui ea tempeſtate Conſtantinopolim peruenerunt. De hac Albertus Aqu. lib. 8. cap. 5, 6. et ſeq. Tyrius lib. 10. cap. 12. et 19. Mathaeus Pariſ. et alii. At nullos ibi e Normannia comites agnoſcunt ſcriptores, neque exercitus ductores Flandrenſes duos, quos

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1097 — 1105.

147. priorum et ipſi exercituum veſtigiis inſiſterent, et, per maritimas regiones Hieroſolymam proficiſcentes, Latinis, quae iam erant illic, ſeſe copiis adiungerent. Verum haec ipſis vtique probari numquam potuere, certis animo non iungere ſe Gallis, nec inire ſocietatem cum illis praedae gloriaeue: ſed nouum campum propriae virtuti quaerere, viamque, intentatam adhuc Latinorum armis, recta per orientalem limitem capeſſere Choroſanum [l]) verſus, cuius etiam regiae vrbis expugnationem depraedationemque iam ſpebus praecipiebant. 'Facile ſentiebat imperator, quam non dubiam in perniciem conſilia iſta vergerent: tamen — ceſſit aliquando: et ne tum quidem immemor humanitatis, quam ſecundam inire potuit viam conſulendi hoſpitibus, priori excluſus vitio ipſorum, cupide arripuit ſimul et prouide. Miſerans ſiquidem et quantum in ipſo erat, prohibere ſatagens interitum tantae multitudinis (erant quinquaginta millia equitum, peditum centum millia). Sangelem [m]) et Tzitam cum ipſis miſit, negotio vtrique dato, ſuadendi meliora in occaſionibus et intempeſtiuos gentis praeferocis impetus, qua vi, quaque arte valerent, eatenus coërcendi, ne in exercitus totius exitium ruerent.

§. 205.

Traiecto igitur Ciboti freto verſus Armeniacum prouecti limitem, Ancyram capiunt. Haly deinde amne tranſito, cuidam ſe oppidulo admouent, 'ibique Chriſtianorum multos occidunt.' talique imbuti ſcelere ac cruore, ſacrilegi coepta via ſecuri procedebant

quos hic Anna comminiſcitur; niſi fortaſſis in iſta fuerint expeditione Philippus et Willelmus, Roberti comitis Flandriae fratres, de quibus Meierus A. MCIV. et MCIX „.

147. ANNA COMN. p. 331.

l) Du Freſne l. c. „ Albertus Aqu. lib. 8. cap. 7. *Dicentes ſe etiam regnum Chorozan vi intrare, ac Boemundum de captiuitate Turcorum, aut extorquere et liberare, aut in virtute ſua ciuitatem Baldach, quae eſt caput regni Chorozan, obſidere et deſtruere* „.

m) In Graeco tantum: *ὁ δὲ βασιλευς παντη ἀσυμφορον τετο γινωσκων και την ἀπωλειαν μη θελων τε τοσετε λαε. πεντηκοντα γαρ ἦσαν χιλιαδες ἱππεων ἀνδρων, και ἑκατον πεζων. ἐπει μη πειθομενες ἑωρα, τον δευτερον ὁ φασι πλειν ἐρχομενος, τον Σαγγελην κ. τ. λ.*

Imp. Alex-xio I. Comn.

debant Amaſeam verſus, quando experientiſſimi bellorum Turci arctare primum coepere aduenis annonam; oppidis quippe ac locis, per quae tranſituros norant, mature praeoccupatis, etiam herbas camporum et animantium pabula igni corruperant [n]. Nec his contenti; accedunt cominus Latinamque aciem laceſſunt. Feria erat ſecunda [o]. Pugna committitur, praeualentibus Turcis. Qui, Latinis loco pulſis, campi domini, vallum ibidem figunt, deponuntque ſarcinas.

Poſtridie iterum ambo exercitus concurrunt. Caeterum ita locis praeoccupatis circum vndique, tabernaculisque lato circuitu expanſis Latinos Turci concluſerant, vt nec annonae, aut pabulationis cauſa prodire quoquam, nec iumenta equoſue potum ducere liceret. Quorum ſenſu incommodorum ac [p] praeſenti conſpectu ſupremi exitii Galli velut deſperabundi, at non multam paſſuri necem [q] cum armis in hoſtes ruunt. Quarta erat feria. Conflictus miſcetur atrox. Neque iam arcubus aut longis haſtis, ſed, admoto ad manus proelio, ſtrictis cominus enſibus Turci Normannos cito vertunt. Hi propria in caſtra compulſi conſilii, 148.
cuius iam erant inopes, auctorem videlicet quaerebant [r]. Nec aderat imperator; ille olim ſpretus conſiliarius, cum facta et nunc ſero comprobata ſuaderet. Quod reſtabat adeunt ſibi datos ab ipſo viae comites Sangelem et Tzitam, quid opus cenſerent facto percontantes; ac numquid eſſet illic in proximo quaepiam imperatoriae ditionis regio, in quam habere tutum receptum poſſent? Mox ſarcinis et tabernaculis relictis peditatuque omni, caeteri equis inuecti quam incitatiſſime currunt ad partem maritimam Armeniaci limitis

n) προκαταλαβοντες τας κωμας πασας, και τα χορτασματα παντα ενεπρησαν.

Du Freſne l. c., Conſulendus praeter Albertum Aqu. lib. 8. cap. 7. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 789. et ſeq. vbi totam hanc Longobardorum et Aquitanorum expeditionem, variasque a Turcis, noſtris illatas clades accurrate commemorat „.

o) Du Freſne l. c. „ Accidit clades iſta circa Iunium menſem An. MCI. Albert. Aqu. lib. 8. cap. 15. et ſeq. „.

p) q) Addit haec interpres.

r) συμβαλον ανεζητουν.

148. ANNA COMN. p. 331.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1097 — 1107.

mitis et Pauracem. At Turci primum irruentes in caſtra, cuncta diripiunt. Mox ad inſequendum fugientes verſi, peditatum primum omnem internecione delent: quosdam etiam ex aliis aſſecuti, ad Choroſanem ſpeciminis cauſa duxerunt. Talia Turcorum in Normannos facinora fuere. Porro Sangeles et Tzitas cum reſiduis equitibus paucis Conſtantinopolin reuerſi ſunt s). —

CAPVT XV.

Turci Alexii I. Comn. ſocii; iteratae Turcorum in prouincias Romanas irruptiones, ducibus inprimis Aſane, Cappadociae ſatrapa, et Saiſane, Choroſanis Sultano, ſatrapis denique Monolyco, Contogme et Muchumete; ab a. C. 1107.

§. 206.

a. C. 1107 a) — 1109.

149. [ALEXIVS Comnenus cum fines Romanos aduerſus Baimundum muniret] Petrulam obtinebat cum validis pedeſtribus copiis mixti

s) Du Freſne, „ Albertus Aqu. lib. 8. cap. 17. 22. Ordericus p. 792. lib. 10 „. Sequuntur apud Annam Comnenam varia de diſcordiis Latinos, ad bellum ſacrum proficiſcentes, inter et Alexium I. Comnenum ortis.

149. ANNA COMN. p. 389, 390.

a) Anna Comnena p. 351. indictionis 14. meminit, et tunc Alexium 20. egiſſe imperii annum ait, ſed annus hic potius, (cum, vt eadem p. 64. refert, indict. 4. imperium ſuſceperit) in indictionem 8. i. e. a. C. 1100. incidit. Indictionem 12. habet p. 364. quae itaque erit a. C. 1104. Indict. 1. cal. Nouembr. p. 376. occurrit, i. e. a. C. 1107.

mixti generis Alexander Cabaſilas, vir intrepidi promtique ad bellicos caſus animi, prout ſaepe in Aſia multis Turcorum fundendis fugandisque probauerat.

§. 207.

[BAIMVNDVS Romanos ad Deuram adortus proelio cum ſu- 150.
peraſſet,] caeſus item ibi eſt *Scaliarius* b) Turcus, illuſtris olim per orientem et late inclytus belli dux. poſtea ſalutari ſibi ad imperatorem transfugio, etiam ſacri baptiſmatis donum aſſecutus.

§. 208.

[CANTACVZENVS dux Romanorum, ſemel iam a Baimundo 151.
victus, copiis ad Charzanem amnem collectis, vbi hoſtes appropinquare vidit,] ante ſolis ortum armatus armatam educit, et medius obtinet aciem, in prima locatus fronte. Turci laeuum, Alani duce Alano Roſiniee dextrum habebant cornu. Praemiſſi ante omnes *Scythas*, cum mandatis, vt procul iaculando Gallos elicerent. 'Hi, accedentibus, nuſquam hiante phalangis textu, Gallis', deprehenſi in medio —, praeterquam quod deerat inſtabilibus conuerſionibus ipſorum loci capacitas idonea, etiam vehemente flagellati equitatione Gallorum, 'terga iam non arte, ſed neceſſitate vertebant c). cum ecce ſuccedere iis iuſſi procurrunt Turci, 'nihilo melioribus auſpiciis Siquidem Gallis et hos contemtim impetu pugnae ardenti ſubmonentibus d), Cantacuzenus vincendos mox, imo paene iam victos Turcos cernens. exuſiocratorem e) Romiſcen, — Ala-

150. Ead. p. 390. Indictionis 2. a. M. 6617 (vbi perperam interpres 6517) meminit Anna p. 415.

b) Σκαλιαριος. De quo vide ſupra §. 151.

151. Ead. p. 392, 393.

c) ἀλλ' ἐδιδων ἐυθυς τοις Κελτοις τα μεταφρενα

d) και ὀυδε τουτων λογον ὁλως πεποιημενοι ὁι Κελτοι ἐνθυμοτερον ἐμαχοντο.

e) Du Freſne in Notis p. 395. „Dignitas, vt videtur, Palatina, qua Alanorum foederatorum, qui Byzantinis Auguſtis merebant, duces donabantur. — vt Acoluthi Barangorum &c. — Alanos vero conductitios Graecis militaſſe teſtatur etiam Claudianus de Bello Getico, Godefridus Mon. S. Pantal. A. MCLXXXIX. et Anonymus de Expedit. Aſiat. Friderici I. imp. apud Caniſium p. 71„. Caeterum qui hic Ρωμισκης, ſupra Ρωσμικης vocabatur.

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

a. C. 1107—1109.

Alanos, quos regebat, viros pugnaciſſimos; cum Gallis committere praecepit. 'His quoque ab hoſtibus victis, ipſe in eos irruit, fuſos a ſe hoſtes et fuga cladem confitentes, vſque ad oppidulum Myli dictum inſecutus eſt.

§. 209.

152 [Baimundus pace cum Alexio Comneno iuncta, in inſtrumento publico eius verbis rite concepto inter alia] Si ego quidem, inquit, et corpore valebo, et a bello quocumque barbarico aut Turcico liber fuero, per me ipſe praeſens ductabo meas copias, cumque iis meum caput et corpus in pugnae diſcrimen veſtra cau-
153 ſa dabo. — 'De vrbibus vero, quae nondum ſubiectae Romaniae fuere, ſic iuratus ſpondeo. Eas ſiue citra bellum, ſiue iure belli ac victoriae mihi prouenerint, omnes maieſtati veſtrae, tanquam ab ea mihi conceſſas, imputaturum *f*); ſeu Turcicae illae fuerint, ſeu Armenicae, ſeu, vt quis, linguam forte noſtram callens, diceret, Paganicae, aut Chriſtianae.— Saracenorum et Iſmaelitarum quicumque ad maieſtatem tuam transfugio confluent, vrbesque ipſi ſuas tradent, eos ego neque impediam, neque vlla ratione conabor aut agam, vt eos mihi potius conciliem. Exceptis tamen iis, qui forte a me bello graui et laborioſo in anguſtias redacti, hanc eludendi mei victoriaeque fruſtrandae induſtriam comminiſcerentur, vt maieſtatem tuam appellarent; eique deditionem ſui facere velle dicerent: non vllo tui ſtudio, ſed metu pernicei certae et meritae *g*). —

§. 210.

a. C. 1109. *h*)

[ALEXIVS] domum redux non ille in otium remiſſionesque
154 declinauit; ſed animo reputans miſerrime vaſtatam aut potius deſola-

152. ANNA COMN. p. 407.

153. Ead. p. 409.

f) και ταυτας ἁπασας ὡς ἀπο της ὑμετερας βασιλειας λογιζομαι.

143. Ead. p. 411, 412.

g) [ἃ μηπω — το μερος ἐκεινο] προς το κρατος το σον ἀπεβλεψε κινδυνον ὑφορωμενον και την σωτηριαν ἑαυτων ἐκ τε προσερχεσθαι σοι πραγματευομενον.

154. ANNA COMN. p. 419, 425.

h) Pacis cum Baimundo a. M. 5517.

a. C. 1109.

ſolatam funditus a barbaris oram Aſiae littoralem vniuerſam, quanta patet ab Smyrna vſque ad Attaliam, exprobrabile ſibi ſtatuebat fore, niſi florentes olim ciuitates illas — repararet. [H c negotio Philocali Eumathio demandato; hic inter alia Adramytio, quae] populoſiſſima olim ciuitas, quo tempore Tzachas Smyrnae imperitans i), cunctam late oram impune vaſtabat, ab eo deſolata miſerrime penitusque exciſa fuerat, — celebritatem et ornatum priſtinum repoſuit.

§. 211.

Accepto autem indicio de Turcis, eſſe illos circa Lampen, lectum agmen ex ſuis ſegregatum copiis contra ipſos miſit. Profecti noſtri acri cum Turcis certamine commiſſo, plane ipſos, idque impetu primo, ſuperant: tam crudeliter vſi victoria, vt Turcorum paruulos in lebetes per luſum et laſciuiam cachinnantes iniicerent. Caeſis plurimis, captiuos quoque ducentes multos, laeti ad Eumathium victores redeunt.

At Turci ſuperſtites, quo luctum ac cladem ſuam veſtium quoque triſtitia teſtarentur, pullis atrati palliis circumibant vrbes regionesque omnes Turcici nominis, querule ac lamentabiliter narrantes, quae ſibi acerba contigiſſent. Mouebat cum vox miſerabilis, tum ſpecies lugubris ſupplicum: itaque paſſim ad miſericordiam ſuorum, ad iram et conatum reponendae hoſtibus cladis concitabantur haud dubie barbari k): Eumathio interim Philadelphiae (eo ſe tranſtulerat) ob felicitatem ſucceſſus tanti gaudente in ſinu.

§. 212.

a. C. 1109. — 1118.

Caeterum Archiſatrapa quidam, *Aſan* l) nomine, Cappadociam obtinens et indigenis velut mancipiis ſuperbo auareque abuti 155.

 ſoli-

617. Indict. 2. menſe Septembri iunctae Anna meminit p. 415. Quibus haec noſtra ſubiungit.

i) De quo vide ſupra §. 153 — 169.

k) κατὰ τῶν ἀμφίων ἅπαντας εἰς οἶκτον παρακινοῦντες, καὶ πρὸς ἄμυναν ἐρεθίζοντες. 155. Ead. p. 421.

l) De quo vide ſupra §. 189.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1109 — 1118.

ſolitus, audito, quid contigiſſet Turcis, de quibus diximus, extemplo, quas in manu habebat, copiis m) contractis, aliisque aliunde additis, vſque ad numerum quatuor et viginti millium militum, cum iis infeſtus vadit aduerſus Eumathium acrem hominem ac vigilem; ideoque nec falli aut deprehendi facilem. Is, Philadelphiae conſidens, habebat vbique exploratores multos bene euritos beneque oculatos in ſpeculis, quorum vtcumque fidelium ac probatorum attentionem ſubinde inſuper inſpectoribus mittendis acuebat in ſollicitudinem quam maximam; ita vt noctes totas in vigilia traducerent: atque in ſuſpecta pariter et tuta loca parem acrimoniam curae inconniuentis intenderent n). Horum qui forte primus contra venientem conſpicatus procul eſt exercitum Turcicum, curriculo accedens, Eumathio, quid inſtaret, nunciat. Ille animi vir praeſentiſſimi deliberationisque velocis, quique longarum conſultationum ratiocinia vno ſani conſilii momento corriperet, vt ſtatim ſenſit, neutiquam adeſſe idoneo copias numero, quas comparare Turcicis patenti acie prudenter poſſet: claudi Philadelphiae, vbi erat cum ſuis ipſe, portas omnes iubet. Edicit deinde: nemo murum aſcendat, nemo clamet, nemo tibia citharaue ſonum edat, qui exaudiri poſſit ab hoſtibus: omnes eiusmodi inſtitium ſilentiumque teneant, quo perſuaderi circumeuntibus auſcultaturis queat, plane deſertam et a nemine cultam viuentium hanc videri ciuitatem o).

§. 213.

Admouit inde Aſan ſe Philadelphiae: ac cum vrbem corona ſuorum cinctam curioſe toto triduo luſtraſſet: ſolitudinem inquam moenium, obſtructarum a parte interiori portarum ſpeciem caeteramque infirmitatis ac timoris confeſſionem vſurpaſſet oculis, facile in eam ſententiam venit, vt, paucos eſſe intus cum Eumathio mili-

m) τας οἰκειας δυνάμεις.

n) σκοπάς τε ἁπανταχῆ ἔπεμπε. καὶ ἵνα μη ἀμελοιεν ἀυτοι προσεπέμπεν ἀλλους. και προς ἐγρηγορησιν ἀνηρέθιζεν, ὥστε παννυχους ἐγρηγορεναι. και τας ἀμφοδες, και τας πεδιαδας ἐριαθεῖν.

o) και ἁπλως ἐν τοιέτῳ σχηματι την πολιν κατεστησατο, ὥστε πάνῃ ἀοικητον δοκειν τοις διερχομενοις.

militea, crederet p). Itaque, ſi baliſtas ac machinas reliquamque obſidionalem ſupellectilem haberet, tentaturus haud dubie oppugnationem extemplo videbatur. Nunc eo deſtitutus apparatu, contemtis hoſtibus, quod q) eis numerum et animos ad eruptionem deeſſe credebat; decem ſuorum millia ab reliquo exercitu diſiuncta miſit contra Cerbianum r), agmen aliud Smyrnam verſus ac Nymphaeum s) iubet ſeparatum tendere: tertium denique, ex reliquiis vniuerſis conſtans in Pergamum ac Cliara t) immiſit, mandatis ad omnes editis, vt praedis ac latrociniis agerent ferrentque late cuncta. Ipſe harum partium vnam, pone aſſectabatur eam, quae * * * verſus intendebat iter.

§. 214.

Nihil horum Philocalem latuit. Ergo haud dubiae occaſionem victoriae oblatam diuiſione Turcorum interpretans, ſuas omnes, quotquot habebat, irruere in illos copias iubet. Eunt noſtri; forteque in eos improuiſi incidunt, qui Cerbianum petebant. 156.
Mora nulla pugnae, aut caedis potius, diluculo initium fit. internecione conciduntur barbari. Noſtri recuperatis liberatisque captiuis omnibus, quos iſtud Turcorum agmen obiter ceperat, ad inſequendum aliud, quod Smyrnam ac Nymphaeum cogitaſſe diximus, vim atque impetum vertunt Turci, reliquiae prioris cladis, ad hanc ſecundam aciem, calamitatis ſuae nuncii communisque indices periculi, ſe applicuerant. Horum igitur qua indicio admoniti, qua ſupplemento aucti, vertunt facies, opponuntque noſtris aduerſa pectora; quadratoque atque in cornua deſcripto agmine co-

p) οὐκ. δὲ οὐδεὶς ἐνόθη προκύψειν ἐφαινέτο, αἱ δε πυλαι των ἐνδον ἀχεν ἀσφαλιστ.

q) ἑλεπολεις δὲ οὐ πυργους αὐτῳ οὐδὲ πετροβολα ὀργανα, νομικὰς etc.

r) Du Freſne p. 407. „Regio, vt videtur, Thracenſi themati (in quo erat Smyrna, vt eſt apud Porphyrogennetam) vicina, *Celbianum* dicta Paulo Diac. lib. 22. Hiſt. Miſc. Nicetae in Iſaac. lib. 1. N. 4. et Acropolitae p. 398. Edit. Geneu. vide Leuncl. N. 39„.

s) Du Freſne l. c. „Lydiae vrbs Nicephoro Gregorae lib. 3. et 6. Acropolitae, Ducae cap. 21. — „.

t) Du Freſne. „Vrbs nota Nicetae in Man. Acropolitae, Ducae, &c„.

156. ANNA COMN. p. 482.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

copiam aperti proelii audent facere. concurritur acriter, noſtris egregie vincentibus v). Cadunt Turcorum multi, nec pauciores viui capti ſeruitum abducuntur. reliqui perpauci, caeca et praecipiti in Maeandri vortices illati fuga, iis abſorpti male periere. Alluit hic amnis Phrygiam, fluuiorum obliquiſſimus omnium et aſſiduis ſeſe flexionibus contorquens.

Porro noſtri, ex hac ſecunda victoria maioribus conceptis animis, ad tertiam quoque, quae reſtabat ſola, Turcorum manum deprehendendam cogitationes et curſum intenderunt. Fruſtra id tamen: quod Turci nimio iam interuallo praeceſſerant. Rediere igitur Philadelphiam, quos victores atque incolumes laetus gratulansque Eumathius amplectens, fortitudine ipſorum egregia, qua erant totis viribus annixi, ne quem ſibi elabi hoſtium ſinerent, magnopere collaudata, donis eos pro copia praeſenti amplis muneratus eſt: vberiores etiam gratias tantorum meritorum, ſuam et Auguſti fidem addicens, promiſit in poſterum.

§. 215.

157. [CVM Piſani ac Genuenſes caeterique principes Italiae claſſes parare validas nunciarentur, quibus maritimas regiones imperii CPlitani mox vaſtaturi eſſent]; conſtabat aliunde bellum ab oriente inſtare barbaricum formidoloſum atque atrox x), duce *Amore* SAISANE y) in expeditionem iam progreſſo, ac recta imponente Philadelphiam verſus et totam illam mari vicinam regionem. Hac quadam quaſi niue aut grandine crebrarum pariter et vehementium famarum, excuſſus vtique imperator quiete domus Auguſtae z), eo occurrendum putauit, vnde aduerſus vtramque vim vnus occurreret, quam fieri poſſet optime. Ei rei delecta Cherſoneſus in quam

v) διεκδραμοντες δε και τινες απο τε τε ἱμεροδηκ μερας, και ἐξ ἑτερων κερατων τον κατ᾽ αυτων συγκροτησαντες πολεμον κατα κρατος ἐνικησαν.

157. ANNA COMN. p. 428.

x) Addit haec interpres.

y) Αμηρσαΐσαν vna voce ſcribitur. Pro *Saine* reſcripſi *Saiſane*, vt interpres ipſe p. 431. recte ſcribit. Hoc poſteriori loco Σαΐσαν Σελταν vocatur.

z) δειν και αυτος ἐξεληλυθεναι της βασιλευουσης ἔγνω.

quam ſimul ſe contulit, ſimul eodem ex locis omnibus terreſtres iuxta naualesque copias coëgit. Ex iis delectu ſegregatum idoneum exercitum per Scamandrum vſque Atrametum ipſumque Thraceſium [a] progredi iuſſit illicque ſubſiſtere. Habuit tum Philadelphia praefectum Conſtantinum Gabram numerumque abundantem multitudinis ad tutelam ſui. Hybrida Monaſtras — Pergamum obtinebat et Chliera. Aliae his adiacentes arces vrbesque ad mare ſitae tractus illius reliquiae aliis praeſtantibus rei bellicae peritia et fortitudine ducibus ſuberant. Quos aſſiduis nunciis in omnium horarum vigiliam experrectos habebat imperator; ſubinde repetitis mandatis excitans ad ſpeculatores fidos et acres quoquouerſum continue mittendos, quos nullus hoſtium motus progreſſusue poſſet fallere: qui ſtatim comperta nunciarent.

§. 216.

Earum, quas miſſas e Choroſane a Saiſane Sultano diximus, 158.
copiarum quaedam per Sinai partes iter habebant; aliae 'in eam continentis orientalis regionem, quae commune caeteris Aſiae nomen propriae tamen ſibi vindicat [b], profectae ſunt. Nihil eorum latuit praefectum ea tempeſtate Philadelphiae Gabram Conſtantinum. Itaque is, aſſumtis, quas ſub ſe habebat, copiis, occurrens barbaris ad Cerbianum [c], in eos incitato equo laxatis habenis primus ipſe infeſtus inuehitur, proſequentibus, vti iuſſerat, ſuis vniuerſis. Felicitas audaciae reſpondit. Victi ſunt barbari et cladis inopinatiſſimae nuncio, qua tam multi ſuorum a tam paucis noſtrorum 159.
fuſi fugatique fuerant, perculſus Sultanus, miſſis ad imperatorem legatis, de pace cum eo coepit agere.

Fatebantur legati: diu eſſe, cum dominus ipſorum cuperet pacem *Muſulmanos* inter et Romanos videre conſtitutam. 'Vere ita,

a) Thraceſium thema Lydiam, Cariam, Ioniam et aliquas alias prouincias complectebatur. Conſtantin de Themat. lib. 1. et in Vita Baſilii cap. 15. et 16.

158. ANNA COMN. p. 431.

b) *δια της ιδιως καλουμενης Ασιας.*

c) Vide ſupra §. 213. not. r.

159. Ead. p. 432.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

ita erat. Nam is princeps longo iam ex tempore continenter auditis ſucceſſibus Alexii Auguſti: vt prudenter ſe, vt fortiter contra hoſtes omnis generis geſſerit: vt anguſtiis, vt periculis ex maximis virtute ſe ac conſilio explicuerit, praeſtanti ſenſim praeoccupatus opinione viri ac veneratione quadam erat. Cui cum ad cumulum acceſſit recens experientia offenſionis ipſum ad limen factae [d]; — mora iam nulla eſſe potuit, quin ad conſilia pacis cum imperatore componendae mentem Sultanus et cogitationem appelleret [e].

§. 217.

Cum igitur aduenissent e Perſide legati, reſedit imperator ſublimi ſolio [f]. Praetoriani omnes omnis linguae ac generis ordine quisque ſuo circum diſpoſiti terribilem in ſpeciem. nec deerant, quorum formidoloſior aſpectus erat, ſecuribus in humero poſitis armati barbari, perpetuam in ſeriem loco ſuo digeſti [g]. Per horum ora armaque minaciter renidentia longa via [h] deducuntur legati Perſae ad imperiale ſolium. Inde Auguſtus eos, quae res ac tempus poſcebat, de Sultano percontatus, auditisque viciſſim, quae ipſi afferrent, 'ſignificauit, placere ſibi quoque, pacem Perſas inter et Romanos aequam et firmam fieri [i]. Perrexit exquirere deinde, quid Sultanus poſceret. Recitantur a legatis poſtulata eius. In iis eſſe aliqua ſtatim Auguſtus vidit Romanae rei parum commoda. 'Eo igitur eloquentiam, qua valebat plurimum, conuertit ſuam, vt pertinaciam in iis obtinendis capitibus inuictam adimeret. Multa in eam rem excuſauit, multa monuit, multis commemoratis varie, atque ad rem ſuam apte accommodatis arte ingenioque plurimis euicit tandem, vt pro ea, quam habebant, res ex praeſenti notitia moderandi poteſtate, conditionibus iſtis imperio

d) ἐκ μακρᾶ γὰρ τῆς τᾶ αὐτοκράτορος κατὰ πάντων ἀριστείας μανθάνων, καὶ ἀπόπειραν αὐτᾶ οἷον πεποιημένος.

e) καὶ μὴ βȣλόμενος πρὸς τὰς ἀφηνικὰς ἀπενενευκα σπονδάς.

f) φοβερός.

g) καὶ οἱ ἐπὶ τῆς τάξεως τὰς στρατιώτας ἐκ πάσης γλώττης συνειλεγμένας, καὶ τὰς πελεκυφόρους βαρβάρους ἐν τάξει κατασησάμενοι.

h) Addit. haec interpres.

i) ὡμολόγει μὲν τὴν μετὰ πάντων εἰρήνην ἀσπάζεσθαι τε καὶ θέλειν.

 Imp. ALEXIO I. Comn.

rio noxiis non haererent mordicus; ſed iis relaxandis in ſententiam imperatoris ſe duci paterentur k).

'Hoc expreſſo conſenſu, dimiſſi Perſae in ample ipſis et commode paratum tabernaculum deducti ſunt l); mandante 'ipſis in digreſſu Auguſto, vt ibi per otium de dictis vltro citroque ſermone primo iſto etiam atque etiam cogitarent m); pollicens, fore, ſiquidem 'in ſententia perſtarent, et n) in iis, 'quae ſibi iam aequa videri declaraſſent o), toto ſibi animo totaque ſententia perſeuerandum ducerent, craſtina ipſa ſtatim die 'pacem, cuius tractandae cauſa venerant, momento abſoluendam firmandamque p). Mirifice ipſis, quae dicebat imperator, placere videbantur omnia. 'Nec nox conſilium mutauit q). Poſtridie, imprimis volentibus atque annitentibus legatis, conuentum in certas leges, tractatioque concordiae felici exitu concluſa r). 'Eiusmodi pacis eius leges erant, vt ſatis appareret, nequaquam, ea tempore tali ſancienda, ſe ſuaue priuatim Auguſtum attendiſſe; verum, vt ſolebat ſemper, rei communis vtilitatem et ſceptri Romani maieſtatem ſpectaſſe vnam s); magna profecto noſtra et in tempus omne propaganda poſterum felicitate, ſi duraſſet tam ſalutaris iſta concordia. —

§. 218.

[ALEXIVS Conſtantinopolin reuerſus,] non diu ibi quieuerat, 160.
cum trepidis excitatur nunciis ingentis irruptionis Turcorum ex cunctis orientis regionibus et ex ipſo Choroſaue ad quinquaginta millia

k) πολλην τοις αὐτȣ λογοις παθω περιςπαλας ἐυςοχωτατα τε προς ἀυτȣς ἀπολογησαμενος, δια πολλων ῥηματων παθα τοις ἀυτȣ συγκατανευσαι θεληmασιν.

l) ἀτα προς την παρασκευασθεισαν ἀυτοις σκηνην ἀπελυσεν.

m) σκοπησαι τα ῥηθεντα.

n) o) Addit haec interpres.

p) την μεταξυ συμφωνιας περας λαβειν.

q) Addit haec interpres.

r) περας ἡ συμφωνια λαμβανει.

s) ὀυ προς ἑαυτον δε ἀπενευε μονον, ἀλλα προς ἀυτην την βασιλειαν Ρωμαιων. κηδομενος γαρ των κοσμικων μαλλον ἢ των ἑαυτου παν τε ὀικονομȣμενον προς τα σκηπτρα Ρωμαιων ἀπονευειν και ἀναφερεσθαι παντοιως διωκονομει.

160. ANNA COMN. p. 433.

lia congregatorum. — Conuocat imperator, ad ſeque cogit vndique militiam Romanam vniuerſam et aſſecutus coniectura tempus, quo tempore pro more ipſorum pridem obſeruato incurſaturi Chriſtianorum terras iſti barbari videbantur, praeoccupare illud expeditione maturanda, et prodire illis obuiam ſtatuit. Fretum ergo, quod Damalim et Byzantium interiacet, tranſit.

§. 219.

[VLTRA Damalim ſtationem habens imperator] commiſſo for-
161. te plenilunio cum id nocte quadam conſpicatus imperator eſſet, clare dixit —: Si quidem excurrere ad praedas Turci decreuere, vtique hoc tempus habent ei conſilio aptiſſimum. Quare angor equidem, quod occaſionem omiſerim praeoccupandae illorum irruptionis.

Veſpere ſic locutus imperator eſt. Diei poſterae diluculo ingreſſus cubiculum principum eunuchus, cui erat eius cura demandata, irruptionem Turcorum in Nicaeae viciniam nunciauit, oſtenditque ſcriptum Euſtathii Camytzae, quid Turci agerent, quot quoue ſtatu eſſent exponens. Ad eum imperator nuncium moras abrumpit omnes, dolorisque oblitus ac morbi *t*), curru ſtatim conſcenſo, 'cuius habenas manu ipſe dextera moderabatur *v*), iter capeſſit Nicaeam verſus. Feruntur eodem magno pro ſe quisque ſtudio milites, ſumtis raptim haſtis vtrimque diſpoſiti turmatim, quidam procurrentes, affectantes retro caeteri, mira omnes alacritate, quam

161. Ead. p. 438.

t) Podagra nimirum laborabat.

v) τῃ δεξιᾳ χειρι λογον κατεχων. Du Freſne in Notis p. 411. „ Locus, ni fallor, luxatus. Quid enim eſt Alexium Nicaeam contra Turcos profectum, et cum iis bellum initurum τῃ δεξιᾳ &c. Nam quod vult eruditus interpres, Alexium currus, quo vehebatur, habenas dextra moderatum, nec eſt ſimile vero, neque ex Annae verbis elici poteſt. An igitur reponenda ea verba, quae habet lib. 7. p. 196. τῃ δε δεξιᾳ χειρι της τȣ λογȣ μητρος το ὠμοφορον σημαιαν aut εἰκονα, κατεχων; vt ſenſus ſit, Alexium in expeditionem illam profectum, dextra tenentem Deiparae humerale vel imaginem; quo caſu, ὠμοφορον Deiparae in priore contra Scythas proelio deperditum haud fuerit. Sed an probabilis ſit coniectura, aliis diiudicandum relinquo „.

quam praeſens conſpectus et generoſa fiducia ducentis contra barbaros Auguſti cunctis inſpirabant. —

§. 220.

Sic triduo peruentum ad locum quendam Aegyllos x) dictum, vnde Cibotum verſus traiecturus imperator erat. Ibi eum traiectionem vrgere iſtam Auguſta videns, venia impetrata recedendi, vale ipſi dixit, et in vrbem regiam iter intendit. Imperatori Cibotum appulſo nunciauit accedens quidam: Praecipuos ſatrapas Turcorum, qui ſimul omnes ſub ſignis haberent quadraginta militum 162.
millia, diſtribuiſſe inter ſe tum copias, tum belli gerendi partes. Negotium quibusdam datum infeſtandae Nicaeae, adiacentiumque ipſi regionum atque vrbium populandarum. *Monolyco* y) et * * * attributa ad praedandum eſſe mari vicina loca. Hos magno ſucceſſu rem geſſiſſe. Vaſtatis enim omnibus circa lacum Nicaeenſem, Pruſa etiam nec non Apolloniade expilatis ac direptis, congregaſſe illic copias vnum in locum caſtris poſitis, praedaque omni comportata. Tum communi conſilio atque impetu progreſſos vlterius, Lopadium et finitima huic loca cuncta latrociniis et genus omne maleficiis vexaſſe, ipſa quin etiam Cyzico primo incurſu capta, cum in eam a parte, quae mare ſpectat, impetum feciſſent, praefecto vrbis nusquam ad prohibendum occurrente, ſed ignaua et turpi fuga elapſo. Deinde *Contogmen* z) et Amerem *Machumetem* a), qui ſupra praecipuos ſatraparum eminebant dignitate ac potentia, per Lentianos Poemanenum abiiſſe, trahentes praedam multam, virosque captiuos plurimos, cum mulieribus et pueris, quotquot reliquos gladius feciſſet. Monolycum vero transgreſſo quodam fluuio (quem Barenum accolae appellant, fluentem ex monte quodam Ibibe vocato, ex quo eodem multi etiam alii amnes profluunt, inter quos Scamander, Angilocomites et Empe-

 pelus

x) Du Freſne l. c. „Locus in Bithyniae ora, qui Αἴγυλος Zonarae in Michaele Theophili F. p. 131. et Scylitzae p. 552„.

162. ANNA COMN. p. 439. Zonaras T. II. p. 306. Glyc. p. 335.

y) Μονολυκον.

z) Κοντογμην.

a) Μαχαμετ.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

lus) ad Pareum declinaſſe, et Abydum ad Helleſpontum ſitam praetergreſſum, per Atramytum quoque et Chliera cum tota captiuorum multitudine tutum et pacatum ſine ſanguine, ſine pugna iter habuiſſe.

§. 221.

α) Imperator hoc indicio accepto litteras dat ad Camytzen, tunc ducem Nicaeae, quibus ei mandabat, vt barbaros pone ſequeretur cum militibus quingentis, et, quae de ipſis haberet comperta, confeſtim indicaret ſibi per litteras; vitaret autem congreſſum cum Turcis, et paucitati ſuorum pugna declinanda parceret. Ad hoc imperium egreſſus ille Nicaea, Contogmen, Ameren Muchumetem reliquosque ſatrapas deprehendit in loco, quem vocant *Aorata*, quaſi dicas *inuiſa*, nec ſe te uit, cito videlicet oblitus mandatorum Auguſti, quin confligeret illico. Turci, qui iam iamque adfuturum imperatorem ante crediderant, vbi viuidum eundemque improuiſum Camytzis impetum ſenſere, facile perſuaſi, rem ſibi eſſe cum imperatore totoque exercitu, terga territi verterunt.

Sed capto tunc *Scytha* quodam e noſtris, vbi, ex eo percontati, a Camytze vno ſe loco pulſos, didicerunt, e monte, in quem pauefacti confugerant, reſumtis animis deſcendunt, et magno tympanorum ac vociferationum ſonitu reuocatis e fuga vndique ſuis popularibus (qui pro peritia linguae ac morum gentis facile ſtatim agnouerunt eſſe illas voces ac ſigna reuocantium di-
163. ſperſos ad ſpem meliorem rebus ſaluis), vbi omnes confluxerunt in

α) ZONARAS: *Cum aliquando imperatori nunciaretur, Turcicum exercitum colligi, Romanas prouincias populaturum, atque ipſe pedibus aeger — barbaris occurrere non poſſet: Euſtathio Cammytze duce phalangem contra eos mittit, viro inter duces primario, qui cum non minima hoſtium parte congreſſus, victus eſt et captus, militibus partim caeſis, partim fuga elapſis.* reliqua vide ad §. 223. GLYCAS: *Sequutae ſunt Turcorum in prouincias Romanas excurſiones, contra quos imperator quum ducere copias, adfixus lecto non poſſet: Euſtathium Camytzem*

162. ANNA COMN. p. 440. Zonar T. II. p. 306.

in vnum rurſus, reuerſi ſunt ſimul in planitiem ei loco proxime ſubiectam, quem Aorata diximus vocatum.

§. 222.

At Camytzes, qui primo illo ſucceſſu praedam barbaris eripuiſſet vniuerſam, non curauit (quod et facile poterat, et prudenter debebat) eam ad Poemanenum vicinam arcem munitiſſimam tutiſſime illic futuram transferre; ſed circum Aorata moras trahens ſibi perniciem quaeſiuit. Congregati quippe iterum reſumta fiducia barbari, totis animis imminebant in occaſionem vlciſcendi Camytzae. Cum ergo cognouiſſent, morari adhuc eum circa Aorata, occupatum diuidundae reddendaeue praedae, captiuorum quoque diſcernendis differentiis a cauſis [b], armatis confeſtim et per turmas eductis ordinibus, acie inſtructa in noſtros irruunt primo diluculo. Maxima pars agminis Camytzae ad primum ſenſum tantae ingruentis multitudinis barbaricae ſpem ſalutis in matura fuga poſuit. Ipſe dux cum *Scythis* et Gallis Romanisque iis omnibus, quos paulo generoſiores militaris officii cogitatio a conſciſcendo fuga flagitio tenuerat, fortiſſime pugnans, vbi, ſuis circum plerisque omnibus occiſis, deprehenſum ſe cum paucis in medio vidit, tamen obſirmauit animum in conſilio quaerendae, ſpe vincendi exorta, honeſtae certe in armis necis [c], quando letali ei vulnere percuſſus, quo vehebatur, equus, repente concidit. Pro-

exercitibus praefectum aduerſus eos mittit. Is conſerta cum Turcis manu, non copias modo caeſas amittit, verum etiam ab hoſte captiuus abducitur. Eo caſu imperator cognito, teneri non potuit, quin ipſe ad ea loca proficiſceretur. Quo facto inſtar fumi Turcos diſſipauit, tanto eis terrore iniecto, vt etiam ii, qui Camytzem captiuum detinebant, ſponte ſua cum ipſo ad imperatorem accederent. Secundum haec princeps Turcorum foedus cum imperatore feriit: quo inito domum vtrinque diſceſſum.

b) ἐτι αὐτον εἰς τα Αορατα ἐνδιατριβοντα και τα παρα την λειαν ἑκασταν και τους δορυαλωτους διατιθεμενον.

c) ὁδε γε Καμυτζης μεθ' ὀλιγων καταλαφθεις, ἀντειχετο της μαχης.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1109 — 1118.

Prope aderat patruelis Camytzae, Catardon nomine. Is proprio ſtatim equo deſiliens, eum Camytzae tradit. Verum homo vaſtus et graui corpore, eum equum facile conſcendere non poſſet, paululum retrocedens, ad quandam quercum humeris applicitis, ſtringit acinacem, ſaluteque deſperata barbaros, quotquot accedere cominus auderent, in capite, in ceruice, in manibus vaſtis haud vnquam ceſſans ictibus, petebat. Hunc tam fortiter rem gerentem, et multis circa caeſis, multis vulneratis, in noua adhuc pericula intrepide durantem conſpicati longo iam tempore barbari, admiratione non dubia concepta tantae virtutis tantaeque conſtantiae, ſeruare tam fortem virum omnino decreuerunt. Ex his archiſatrapa Muchumetus, olim ipſum noſcens, noſcendumque [ſe] illi tunc exhibens, ceſſare ac faceſſere iubet omnes, qui contra eum pugnabant. ipſe autem equo deſiliens cum iis, quos forte ſecum habuit, propius accedit, amiceque virum his fere verbis alloquitur: Ne ſaluti mortem, quaeſo te, praeferas; ſed da mihi manum, et ſaluus eſto. Ad ea Camytzes, ſe a tam multis vnum circum-
164 uentum videns, nec iam vires ſentiens impreſſioni variae tot ſimul oppugnantium ſuſtinendae pares, manum Mahumeti dat. qui ei in equum impoſito vinciri pedes iuſſit, ne poſſet elabi. Hactenus de caſu Euſtathii d).

§. 223.

β) At imperator prouiſum coniectura callem, quo progreſſuri erant barbari, declinans alio, vitauit. et per Nicaeam tranſiens, perque Malagina e), et per eum locum, cui Baſilica nomen eſt valles

β) ZONARAS: *Quo imperator nunciato teneri non potuit, quin ipſe egrederetur, ac Turcos quidem nusquam adeptus eſt, quod, audito eius aduentu, laxatis habenis continenter fugerant. Sed Cammytzem, qui ſuis cuſtodibus, magnorum praemiorum ſpe propoſita, perſuaſerat, vt ſecum ad imperatorem transfugerent, libenter vidit, et, liberatoribus eius pecunia donatis, Byzantium redit.* cf. infra §. 225.

164. ANNA COMN. p. 441. Zonar. T. II. p. 306.

d) Supra §. 219. Euſtathius Camytzes vocatur.

e) Du Freſne p. 411. „Oppidum ad Olympum montem (qui Myſiae cognominatur a Ptolemaeo et Conſtantino lib. 1. de Themat.) olim Μαλαγ-

Imp. Ale-xio I. Comn.

(valles hae ſunt anguſtae oſtiaque ac difficillimi atque impeditiſſimi meatus circum Olympi iuga ſiti), deſcendit in locum Alethina vocatum, indeque Acrocum ſe confert, feſtinans praeoccupare, ne priores eo peruenirent Turci primi agminis, quibuſcum ibi, antequam caeteri adeſſent, committere proelium decreuerat. Horum et [exercitus] Romani plane omnis, quem contemnebant, nec vbi aut quid ageret omnino ſibi curandum cogitandumue cenſebant, ſecuri Turci, quos diximus, arundinetum ad iſtam vallem poſitum occupant, in idque circumfuſi procumbunt paſſim. Ibi eſſe illos ſecureque agere nunciatum imperatori eſt, contra ipſos venienti per planitiem vallis, ſed adhuc interuallo idoneo diſtanti.

Hic ille aciem ſtruit in hunc modum. Primo agmini, fronte aduerſa hoſtibus obiecto, duos praefecit Conſtantinum Gabram et Monaſtram. Ex vtroque latere turmatim reliquum exercitum diſpoſuit. Poſtremum agmen Tzipureli et Ampelae, viris longo vſu experientiſſimis rei bellicae, regendum commendauit: mediam ipſe ſibi ſumſit moderandam aciem. ac phalangas aſpectu ingreſſuque primo conturbans totas, fulminis more modoque in Turcos irruit, acreque cum iis proelium conſerit. Admouetur ad manus pugna. Multi cadunt barbarorum; multi capiuntur; alii ſeſe in arundineae ſiluae profundum penitus abdentes, praeſenti tum quidem periculo ſibi defuncti videbantur. Verum imperator, omnibus, qui in campo puro ſteterant, egregie deuictis, animum adiecit ad eos quoque, qui ſub obtentu arundinum muſſabant, extrahendis inde. Caeterum Romani, cum irrumpere in ſaltum cannis conſitum tentarent, vliginoſa mollitie paluſtris loci, veſtigium alto luto penitus ſorbentis, deterrebantur. Pendebant dubitatione cun-

Μιλαγγεια, aeuo recentiori Μαλαγινα nuncupatum, vt eſt, apud Zonaram in Michaele, ſeu Μαλαγινα, vt eſt in VII. Synodo Oecumenica p. 475. Edit. 1611. Occurrit prior appellatio apud Theophanem A. 1. Nicephori Generalis. Nicetam in Man. lib. 1. N. 2. &c. Poſterior apud Annam lib. 15. Landulfum Sagac. lib. 23. et 24. apud quem male editum *Malagma*, pro *Malagna*. Montem fuiſſe opinatur vir magnus, at Nicetas diſerte oppidum vocat „.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1109—1118.

cuncti, quam praeſenti conſilio Auguſtus expediuit: Iubet corona vndique armatorum circumcingi arundinetum f): tum in id vna dumtaxat parte ignes iniici, ardentibus repente denſa copia cannis exſurgit alte flamma, cuius vim Turci metuentes, e periculoſis latebris in manus noſtrorum obſidentium fugientes inciderunt omnes. Horum pars gladio abſumti, pars ad imperatorem viui ducti ſunt. Hactenus de re geſta aduerſus eos barbaros, qui a Carme deſcenderant.

§. 224.

165. De qua vt primum factus eſt certior Amer Machumet, repente tot Muſulmanorum vlciſci cladem cupiens, infeſtus in imperatorem mouit, iunctis etiam ſibi *Turcomanis* g), qui per Aſiam degebant, aliisque. Itaque tunc contigit, in medio poſitum Auguſtum inſtare ſimul hoſti, ſimul a tergo habere hoſtem alterum ſibi viciſſim inſtantem. Nam, quos ducebat Machumetes, barbari veſtigia imperatoris indagatione acri cupidi premebant: interim dum

f) οἱ δὲ στρατιωται δια το βαλτωδες και πυκνον τε καλαμωνος μη δυναμενοι ὤσαιται ἐν ἀμηχανιᾳ ἦσαν. και ὁς περιζωσας τον καλαμωνα δια των στρατιωτων.

165. ANNA COMN. p. 442.

g) Prima haec eſt, quae apud Scriptores hiſtoriae Byzantinae occurrit Turcomanorum mentio. Cinnamus eorum meminit p. 121. (quem locum infra §. 304. adfero). vbi Du Freſne, „ Turcorum, inquit, et Turcomannorum eadem fuit origo. qui cum relictis ſeptentrionalibus regionibus in Orientem transmigraſſent, rege ſibi creato, vniuerſas pene Aſiae prouincias armata manu occuparunt. Extunc gens illa, rudis prius et inculta, nec certas habens manſiones, oppida coepit incolere, legesque condere, et agriculturae operam dare. Fuere tamen ex his, qui in ſua ruditate conſtantes, priorem haud deſerentes viuendi modum, ex rapto viuere aſſueti, id vitae tenuerunt genus. Hi Turcomanni priſca appellatione dicti ſunt, vocabulo ex Turcis et Comanis, a quibus prima eorum origo fuit, compoſito. Haec ferme Tyrius lib. I. cap. 7. et ex eo Iacobus de Vitriaco lib. I. cap. II. Monachus Altiſiod. A. MCLXXXXII. *Per hos dies Latrunculorum Syriae, et eorum, qui ſolitudinem inhabitant, quos Turcomagnos vocant, innumera multitudo Laodiceam vrbem impetunt et deuaſtant.* A Tyrio diſſentit Albericus A. MLIX. *Turcorum ſiue Turcamanorum gens non ab eodem trahunt originem et dicuntur militares Turci, Turcomani vero vulgares* „.

Imp. ALEXIO I. Comn.

dum Augustus ipſe vtrimque concluſus, eos, qui a Carme venerant, ante ſe poſitos inſequebatur. ‘Sed bene habet, quod mature altera ex parte glorioſum ſibi exitum vincendo rupit deprehenſa virtus: ſecuruſque iam Romanus ancipitis mali, quas ad conficiendum hoſtem alterum vires modo erat feliciter expertus, eas integras et fiducia laeti ſucceſſus auctas in reliquam belli partem ſpe optima vertebat [h]. Vrget nihilominus Machumetes coeptum: et, quo ruebat impetu cito, in poſtremum imperatoris agmen incidit, eique primum ſe admouit eius parti, cui Ampelas praeerat. Is vicinia imperatoris fretus, alioqui natura proiectus ad audendum, ne tantillum quidem ſumere ſibi ſpatii ſuſtinuit, quo ſe colligeret, ſuoſque compararet ad hoſtilem impreſſionem excipiendam fortiter, ſed praeceps repente in Machumetem procurrit. Sequebatur et Tzipureles.

Iamque ambos ſuus curſus ad ruinas vici veteris prouexerat ſolos; militibus ipſorum nondum eo progreſſis, ſed retro adhuc interuallo idoneo viam legentibus: cum ecce fit eis Machumetes obuius. Vir is erat animi praeſentis. vidit ſtatim occaſionem ſuam [i]: et equum Ampelae iaculo transfigens, cum eo equitem humo affligit, adhuc quidem innoxium; ſed circumfuſi iam pediti Turci magno numero mox interfecerunt. Irruit in eos audacia ingenti fortiſſime Tzipureles; cuius equum ita multis illi vndique telis haerentibus confixerunt, vt alatus videretur. Sic et hunc ephippiis excuſſum gladio ſtatim confecere. ‘Interea qui poſtremum agmen Romani exercitus (hoc agmen in id officii deſcriptum et loco vltimo pone collocatum eſt, vt vaſorum baiulos, ſi qui lentiores ſint, aut laſſi ſubſiſtant, tueantur; neque ipſis ſolum, ſed iumentis etiam et ſarcinis praeſidio ſint: et ſi qua ſe oſtentet a tergo manus hoſtilis, irruere contra ſint parati.) hoc, inquam, poſtremum exercitus tum Romani qui complebant agmen, vbi tandem gradu militari poſt duces, iuueniliter praegreſſos, procedentes, Turcos ob-

uios

h) ἀλλα τες μεν ἐφθασε νενικηκως. οἱ δε διωκοντες ἔξω κακων ἀπηκασαν ἐτι.

i) καταλαμβανει τετες ὁ Μαχεμετ, ςαθηροτατος ὤν.

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

a. C. 1109 – 1118.

mos viderunt, facile ipſos fundunt, fugantque in eos inuecti totis viribus. k).

§. 225.

Erat tunc in iſtis Turcorum caſtris captiuus et vinctus is, de quo ſupra l) diximus, Camytzes. Is perturbationem Turcici exercitus, fracti conflictu primo, conſpicatus, inter illos reciprocos fugientium ſequentiumque aeſtus ac fluctus ſtabili vir animo, quam dudum opperiebatur, occaſionem in tempore arripuit captiuitatis fuga finiendae. Commodum viam ingreſſo Gallus occurrens quidam cataphractus, equum dedit: quo ille conſcenſo ad imperatorem cito perlatus eſt caſtris poſitis morantem in planitie prope val-
166. lem arctam, Philadelphiam inter et Acrocum ſitam, latiſſime patente. [Camytzes beneuolentiſſime ab imperatore ſuſceptus, ante ipſum, Turcica veſte indutus, et vtroque pede, ex vulneribus in proelio acceptis, claudus, Conſtantinopolin reuertit. Ibi, ita iubente Auguſta] exſurgens luce prima, equoque inſcenſo, — vsque ad forum Conſtantini progreſſus palam eſt, illis ipſis inſignis veſtibus, quibuscum mirabiliter e vinculis ſeruitutis Turciae liber euaſerat. Mouit inſuetus cultus noti hominis totam paſſim ciuitatem in curam ſtudiumque cognoſcendi, quid hoc rei eſſet, quidue ſibi vellet, aut afferret noui homo, ciuis natalibus, inſignibus barbarus, ſeſe de induſtria oſtentans, quem adeſſe recentem ab exercitu atque ab Auguſto erat veriſimile: de quibus cum dudum nihil eſſet auditum, magnum erat publice deſiderium in vrbe, quo ſalus imperatoris resque ſumma loco eſſet. Breui ergo congregata circum ſe vndique concione magna, perpetuo creſcente occurrentium equitum mixtim peditumque, alta exorſus Camytzes voce, caſus vniuerſos fortunamque Romani exercitus, conſiliaque Auguſti ac prudentiſſimam rei contra barbaros gerendae rationem, poſtremo eiusdem ſplendidam victoriam, qua cumulatiſſime Turcos eſſet

k) οἱ δὲ τὴν οὐραγίαν τηροῦντες στρατιῶται ὥστε τοὺς κεκοπιακότας τῶν τὰς σκευὰς τηρούντων στρατιωτῶν καὶ τοὺς ἵππους φέρειν, καὶ τοὺς καθ' αὐτῶν ἱεμένους ἀπελαύνειν ὡς δύναμις, καταλαβόντες θεασάμενοι τοὺς Τούρκους καθ' αὐτῶν ἰόντας καὶ τρέπουσιν αὐτοὺς κατὰ κράτος.

l) Vide §. 222.

166. Ead. p. 443, 444.

eſſet victus, expoſuit. adiecit poſt omnia ſuam ipſius fugam e barbarorum vinculis inopinatiſſimam. Dedit ad ea voces indices gaudii ingentis multitudo tota; mixtusque acclamationum et plauſuum ſonus in coelum vſque ſublatus eſt.

CAPVT XVI.

Res Turcorum et bella aduerſus Romanos geſta, ſub Sultanis Solyma et Clitziaſthlane (II) Saiſane dicto; pax cum Romanis iuncta; caedes Clitziaſthlanis.

§. 226.

a. C. 1109—1118.

DEFVNCTO imperatori — circa Philippopolin et Manichaeos facinoribus et rebus, alia in vlteriori continente rurſus miſcebatur exhaurienda potio malorum. Nempe denuo SOLYMAS a) Sultan depraedari geſtiebat Aſiam: et quo id impune facere poſſet, ac prohibere vlciſcive conaturum Auguſtum iuſto exercitu ſiſtere. copias e Coroſane b) ac Chalepo conuocabat. Mature indicium iſtius conſilii atque apparatus delatum imperatori per quendam eſt. Eo ille accepto ſtatim decreuit praeoccupare cogitationes barbari, et vltro illato bello, atque expeditione Iconium vſque promota 167.

167. ANNA COMN. p. 460. „Solymannus Iunior, qui Nicaea a noſtris priuatus fuerat„.

a) Du Freſne in Notis p. 413.

b) Χορασα.

mata (ibi enim Sultanicium CLITZIASTHLANIS erat, parte ea imperii totius ei attributa, cuius metropolis Iconium habebatur c)) conturbare inopinata irruptione rationes nondum ſatis paratae ac confirmatae perfidiae.

Ab hoc decreto totus vertitur ad copias cogendas, quae bello maximo ſumma vi gerendo ſufficerent. Miſſis igitur ad gentes vicinas hominibus idoneis d), partim corrogat auxilia ſociorum; partim

c) καθι γαρ το Σελτανικων τῳ Κλιτζιασθλαν απομεμεριστο. Du Freſne p. 413, 414. „ Iconium Lycaoniae ſeu Cappadociae vrbs, Cliziaſthlanis Sultani regia et ſedes. Hinc patet Cliziaſthlanem Solymanni ſenioris filium, Solymanni Iunioris fratrem, Iconio praeſertim imperaſſe et Cappadociae. Idemne vero cum Cliziaſthlane, qui hoc libro memoratur, addubitari poteſt; nam cum Anna hunc adhuc adoleſcentem repraeſentet, alterum a priori dici debere contenderim, qui ſtatim poſt Solymanni parentis caedem Nicaeae imperium tenuit. Proinde eo anno, quo bellum, quod hocce libro recenſetur, geſtum eſt, biennio ſcilicet ante Alexii obitum, adoleſcentiae annos exceſſerat, iamque erat aetate prouectior. Praeterea filium Cliziaſthlanis ſenioris fuiſſe ſuadent patrium nomen et continuatum Iconienſe imperium. Denique poſteriorem hunc Cliziaſthlanem eumdem fuiſſe, qui libro 14. p. 429. et 431. et hoc libro *Saiſan* et *Amer Saiſan* nuncupatur, diſerte indicat Anna p. 478 [vid. infra §. 249.] Quem enim Cliziaſthlanem ſupra appellauit, vbi de inito cum Alexio conflictu, mox eiusdem cum Alexio foedera, et vt a Mazuto fratre circumuentus, imperio et vita priuatus fuerit, enarrat, Cliziaſthlanem *Saiſan* cognominatum his verbis indicat: τον Σελτανον Σαϊσαν την κλησιν, non quod eius eſſet nomen, ſed ex Sultanica dignitate ita indicaretur: *Sa* enim lingua Perſica Regem ſonat, vt autor eſt Tyrius lib. 3. cap. 1. qui eo donatum cognomine Solymannum ipſum perinde ſcribit, quod nempe Sultanico titulo gauderet, qui apud Achamedem Guerapſi F. in Hiſt. Tamberlani, libro praeſertim 2. primoribus Toparchis attribuitur. De vocabuli vi, multa Reineccius in Stemm. Perſic. Sultan. in Appendice ad Aithonum, Seldenus de Titulis Honorariis ſeu Titles of Honor, 1. part. cap. 6. §. 5, 6, 7. et Henr. Valeſius ad lib. 19. Marcellini, initio. Σαανισαν neſcio quem Perſarum ſeu Turcorum regem habet Achmes Oneirocrit. cap. 2. Saſanem Perſicorum regum autorem memorat Chronicon Orientale in Commodo imp. „.

d) Addit haec interpres.

partim mercede conductam militiam aduocat plurimam: ſimul proprium exercitum vndecumque ad ſe colligit.

§. 227.

Ducibus ambarum partium ſic aduerſus ſeſe inuicem vtrimque parantibus, reuiſit imperatorem familiaris pedum dolor: cum quo dum ille conflictatur, 'confluebant ſenſim et quaſi guttatim iuſſae conuenire copiae [e], nec moras caſtigare lenti negotii, aut omnino vrgere propoſitum morbo implicitus difficili, ac quod plantis inſiſtere atque ingredi nequiret, 'lecto neceſſario affixus, ſatis imperator poterat. Aegritudo porro decumbentem illum animi moleſtior, quam corporis, angebat. Homini enim ſtudioſiſſimo reipublicae toleratu facilior longe videbatur pedum dolor quantusuis, quam dilatio expeditionis neceſſariae in barbaros bono publico ſuſceptae [f].

Nihil horum latuit Clitziaſthlanem Turcorum principem. Itaque is ab imperatore interim ſecurus, effuſiſſime totam latrociniis infeſtabat Aſiam, ſeptem per id tempus diuerſis in Chriſtianos incurſionibus graſſatus, quo ille tunc atrocius pertinaciusque, quam vsquam alias, tentatus eſt. — 'Interea praeter licentiam praedandi etiam cauillandi anſam mora tanta Clitziaſthlani dabat. Haec erat paſſim ipſi eiusque aulicis materia ſermonum [g], praetendere imperatorem vero timori famam mendacem morbi, quem ideo ſimularet, vt ſocordiae atque ignauiae infamiam lucrifaceret. atque in eam ſententiam multa ſalſe inter patinas calicesque iocabantur; 'faceti videlicet homines, ac velut extemporanei rhetores [h] exquiſitis figuris podagram imperatoris celebrabant. Quin etiam ſcenis eam dabant argumentum fabulae. 'Producebantur perſonati medici.

e) καὶ δυνάμεις ἁπανταχόθεν μὲν συνεῤῥεον, ἀλλὰ κατὰ σταγγα, καὶ οὐκ ἀθρόον, διὰ τὸ πόῤῥω πῃ τὰς σφῶν εἶναι πατρίδας.

f) καὶ κλινήρης ὢν ἤχθετο, οὐ τοσοῦτον διὰ τὴν τῶν ποδῶν περιωδυνίαν, ὁπόσον διὰ τὴν ἀναβολὴν τῶν κατὰ τῶν βαρβάρων ἔργων.

g) ἐλαλεῖτο τὸ πάθος πρόσχημα ἰδέκα τοῖς περὶ τὸν Κλιτζιάσθλαν νοσήματος οὐ μέντοι νόσημα.

168. ANNA COMN. p. 461.

h) καθάπερ αὐτοφυεῖς ῥήτορες.

Imp. ALEXIO I. *Comn*

a. C. 1109 — 1118.

dici: longaeque ipſorum conſultationes de imperatoris morbo; tum adminiſtrorum familiarium obſequia ad theatrum ſub larua ludebantur i). nec deerat ipſe ſimulatus imperator cum lecto illatus in medium, et riſu procaciſſimo traductus otiantium barbarorum.

§. 228.

Referebantur ad Alexium haec ipſa, exſuſcitabantque grauem ipſius iram et cupiditatem vehementem vlciſcendae quamprimum acri pugna contumeliae. Rediit aliquando valetudo melior expetita tamdiu; aut certe ita ſe relaxauit dolor, vt propoſito itineri mandare ſe Auguſtus poſſet. Traiecto igitur Boſphoro ac ſinu, quod illinc Cibotum recta pergenti transmittendum occurrit, transfretato; caſtrisque obiter n ipſo illo littore Ciboto dicto poſitis, vltra pergens Lopadium contendit lento gradu: dare ſiquidem oportebat ſpatium conueniendi ſui militiae, vndique ad ipſum confluenti, tam Romanae, quam ex ſociis gentibus mercede conductae; hanc enim et ipſam vniuerſam ad ſeſe feſtinare iuſſerat k).

Congregatis tandem omnibus, Lopadio mouet cum toto exercitu, et ad domni Georgii arcem peruenit, prope lacum Nicaeae ſitam. Hinc Nicaeam intrat: moxque inde retrocedens itinere tridui caſtra communiuit citra pontem Lopadii, ad fontem vulgo dictum Condimentarii, quibus in caſtris priorem partem exercitus ponte transmiſſam apte ac tuto collocauit: ipſe regreſſus per pontem eundem ad partem alteram cum reliquis omnibus conſedit copiis, praecipuum haud dubie militiae robur habens ſecum.

§. 229.

Interim callidiſſimi Turci, qui tunc planitiem, ad radices montis Lentianorum et circa locum Cotaeraciam vocatum late paten-

k) την τε Δαμαλιν διαπερασας, και τον αναμεταξυ Κιβωτῳ αιγιαλῳ διαπλωϊζομενος πορθμον. και την Κιβωτον καταλαβων, εκαθεν εις το Λοπαδιον απασι την των ταγματων εκδεχομενος αφιξιν, και όποσον μισθοφορικον μετεπεμπετο.

i) προσωπα γαρ ιατρων τε και των περι τον αυτοκρατορα διαπονεμενων ὑποκρινοιτο.

tantem, depraedabantur, vbi de infeſto imperatoris in ipſos aduentu certiores facti ſunt, non paruo metu concepto, pyras excitarunt longe plures, quam pro numero modoque caſtrorum; vt ita procul intuentibus multitudinis ingentis terrificam offerrent ſpeciem. Spectaculum erat luculentum focorum innumerabilium late coelum incendentium: nec deerant parum expertorum e noſtris plures, qui terriculo inani commouerentur. Non ſane in his Auguſtus [l], qui primo diluculo ad praedictam planitiem, illi, iam pontem transgreſſo, citimam, cum copiis contendit, maiorem in modum cupiens Turcos eo in loco deprehendere. 'Verum illi, qui accenſis multis ignibus nihil niſi falſo ludibrio morari hoſtes et fugae ſpatium arte furari voluerant, ſtrenue conſilio ſuo vſi, ſpem imperatoris tunc quidem fruſtrati ſunt. Reperta dumtaxat recentia crudelitatis barbaricae veſtigia; ſpirantes adhuc, ſed confecti vulneribus Romanorum iſthic plurimi viſebantur [m]: occiſorum quoque 169.
paulo ante cadauera occurſabant paſſim: 'quibus rebus clemens Auguſti animus dolore pungebatur tanto, quantum ex caetera viri conſuetudine, atque innatae miſericordiae viſceribus quisque prudens aeſtimator intelliget [n]'.

'Ac geſtiebat quidem animus, fugitiuis latronibus ſupplicium admouere perſequendo [o]; ſed celeritatem, qua ea res egebat, vniuerſi tota ſimul moles exercitus non caperet. Ne igitur non aliqua ſaltem praedae pars inſequentum ſtudium comprehenſa ſolaretur, illic quidem ipſe cum exercitu vallum circa Poemanenum figit: caeterum delectam ex copiis omnibus virorum fortium leuiter armatorum at acrem manum properare poſt barbaros iubet, praeceptis inſtructam accuratis de optima ratione aggrediendi vincendique deprehenſos hoſtes perfidos [p]. Eos noſtri aſſequuntur ad quendam

l) κακεινοι μεν την λειαν πασαν και τες δορυαλωτες αναλαβομενοι ᾤχοντο, omiſit interpres.

m) ἀλλ᾽ ἀποχησας της ἀγρας, και πολλους μαλλον των Ρωμαιων ἐτι ἐμπνεοντας ἑυρηκως. 169. Ead. p. 462.

n) ἤχθετο ὡς εἰκως.

o) και ἤθελε μεν διωκειν.

p) παραγγειλας ὁπως χρη ἐπιπορευσασθαι τες ἀλαςορας.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1109—1118.

dam locum, indigenarum lingua vocatum Cellia, 'praeda omni vniuerſa, quam corraſerant, regione vinctos quam plurimos trahebant, ductu et cuſtodia impeditos q), nulla irruendi mora, flammeo impetu in ipſos inuolant; plurimos occidunt, quosdam viuos capiunt, praeda omni recepta, ſplendidae compotes victoriae ad imperatorem redeunt. 'Excepit eos ille, vt tali tempore ſic meritos oportebat: ac iam inde firmata ſpe, plenam haud dubie victoriam internecione barbarorum integra cogitans r), Lopadium reuertitur: ibique tres totos quieuit menſes, 'occaſionis momentum exſpectans s). Cauſa cunctandi erat duplex. Prior, ariditas locorum, per quae ad Turcos moturo t) neceſſarium iter erat. 'res ſemper incommoda; maxime autem flagrantiſſima aeſtate: quae tunc tempeſtas exurebat coelum intolerabili vapore ſolis ardentiſſimi v). 'Altera, quod nondum omnes copiae mercede conductae conueniſſent, quarum partes aliae ſubinde poſt alios toto illo exſpectatae ſpatio congregabantur x).

§. 230.

Vtprimum 'ſe remiſit aeſtus y), et totus adfuit exercitus, imperator grauem armaturam vniuerſam Olympi occupare iuga atque inſidere iuſſit. Ipſe Malagnorum extremam ipſam oram tenuit. 'Cum aliquamdiu ibi moratus eſſet, cubiculi regii praefectus

170. diluculo ingreſſus, perueniſſe iam Turcos' affirmauit ad arcem, quae a Georgio nomen habet. —Hora nondum abhinc tertia fluxerat

q) μετα της λειας πασης και των αιχμαλωτων.

r) τετας ἀποδεξαμενος, και την παντελη των πολεμιων φθοραν ἐγνωκως.

s) t) Addit haec interpres.

v) θερος γαρ ὡρα ακμην, και ὁ ἡλιος ἀφορητος.

x) το δε και το μηπω φθασαι τε μισθοφορικα στρατευματα ἀπεκδεχομενος.

y) Addit haec interpres.

z) και των ὀντω καλεμενων Μαλαγινων ἀντου τον ἀερα κατελαβε. Du Freſne p. 414. „Sunt qui putant aerem hoc loco nihil aliud eſſe, quam aëris aut coeli temperiem; —Verum quin hanc protinus amplectar ſententiam, vetant, quae mox ſequuntur, Alexium ſimul Aerem attigit (τον ἀερα καταλαβων) regia monere miſſa, imperatricem accerſiuiſſe —„.

170. ANNA COMN. p. 463.

xerat, cum alius accurrens nuncius appropinquare barbaros, retulit. — Ponebatur Auguſtis menſa pranſuris, quando alius ecce alto anhelitu, ſudore madens, ad Auguſti pedes ſolo caput allidit; iuratusque affirmat, iamiamque imminere periculum; eſſe enim in proximo barbaros. Hic imperator confeſtim expediri Auguſtae reditum Byzantium verſus iubet. — Imperator vero cum cognatis et militaribus viris primariis, qui cum ipſo erant, ſtatim in armis ſtetit, et equis omnes conſcenſis, Nicaeam verſus inibant iter. 171.

§. 231.

Id vbi cognouerunt barbari, Alano quodam, quem ceperant, imperatoris contra venientis inſtructum impetumque ipſis nunciante, non ſuſtinuerunt vel famam eius primam [a]), ſed iisdem, quibus veniebant, ſemitis, verſis impigre veſtigiis, fugae ſe mandarunt. At Strabobaſilius et Michael Stypeota — e numero magnatum, viri ambo fortiſſimi, et olim fama virtutis celebres, cum forte tum in iugis Germiorum morarentur, calles anguſtos et deuios tranſitus ſeruantes, vt, ſi qua poſſent, velut feras caſſibus, ſic barbaros inſidiis comprehenderent: ſimul hunc eorum reditum cognouere, in ſubiectos campos deſilientes [b]), acre ibi cum ipſis proelium conſerunt, eosdemque egregie vincunt.

Interim imperator, itinere coepto pergens, ad ſaepius nominatam Georgii arcem peruenit. hinc vltra in quoddam oppidum (Sagudaos indigenae vocant) progreſſus, ne ibi quidem Turcos reperit. Caeterum mox accepto nuncio ſplendidae victoriae a viris fortiſſimis quos modo nominaui, Stypeota et Strabobaſilio relatae, vallo ibidem extra id, quod dixi, caſtellum fixo, caſtrisque metatis, cum exſultante milite laetus ipſe ac gratulans fructum ſucceſſus auſpicatiſſimi guſtauit. — Mouet illinc poſtridie verſus Helenopolim [c]), vbi Auguſtam commodum offendit, dum mare detumeſceret ibi adhuc exſpectantem. —

§. 232.

171. Ead. p. 464.

a) Addit haec interpres.

b) παρα τας πεδιαδας της ἐυτω ἀπολαμενας * * * ἀνελθοντες.

c) τηνικαυτα ὁ ἀυτος ἀυτε τα ἔξωθεν τειχι τα καστελλια του χαρακα πηγνυται. τη δε μετ᾽ ἀυτην ὡς παρα την Ελενοπολιν κατελθων.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

§. 232.

Inde Nicaeam ſe confert. Ibi factus certior de altera incurſione Turcorum, Lopadium proficiſcitur. Non diu illic fuerat, cum admonetur, Turcicum exercitum permagnum admouere ſe Nicaeae. Hoc audito, cum copiis ad Cium tendit. Per noctem, qua ibi fuit, multi ſubinde affluunt nuncii, qui doceant, appropinquare Nicaeae Turcos; atque adeo iam adfuturos videri. Sine mora im-
172. perator, haec audiens, per ipſam Nicaeam vſque ad Miſcuram progreditur, vbi certiora de hoſtibus cognoſcit. Haec nempe: nondum adueniſſe totum exercitum Turcorum; ſed paucos tantum eorum, praemiſſos a Monolyco, morari circa Dolylum et partes Nicaeae, animo ſpeculandi aduentum imperatoris, mittendique illinc ad Monolycum quotidiana de illo indicia.

His Auguſtus compertis, Leonem Niceritam cum ea copiarum parte, quae ipſi ſuberat, Lopadium mittit, cum mandatis accuratis vigilandi acriter cuſtodiendique itinera; et quae interim de Turcis exploraſſet, miſſis ad ſe confeſtim indicandi litteris. Reliquum exercitum in loca commoda diſtribuit, ſic ſecum ſtatuens, neutiquam e re videri, recta in Sultanum ducere. Fruſtra enim id ſe facturum. Siquidem erat veriſimile, fuſos paulo ante Turcos a Romanis ducibus cladis ſuae famam late per Aſiam ſparſiſſe: variisque varios in locis eſſe teſtatos occurriſſe Romanos ipſis, commiſſa graui pugna victos eſſe Turcos, quosdam captos, alios occiſos, vulneratos etiam aliquos deinde periiſſe. Quibus rebus vulgatis, dubium non videbatur, quin barbari conſilium retrocedendi caperent, atque interius in loca tuta ditionis ipſorum vſque ad ipſum Iconium, copias reducerent, ſicque fruſtrato inſequentium ſtudio ac ſpe, inanem Romanis atque irritam contentionis inutilis et irridendae laſſitudinem relinquerent d).

§. 233.

Ea propter retrouerſis Auguſtus habenis per Bithynos Nicomediam

172. ANNA COMN. p. 465, 466.
d) καὶ ταῦτα διαγνόντες τὴν αὐτοῦ ἐπέλευσιν οἱ βάρβαροι ποῤῥωτέρω καὶ αὐτοῦ Ἰκονίου γενήσονται, καὶ κενόσπουδος αὐτῷ ἡ σπουδὴ γένηται.

mediam ſe contulit; quo nimirum, tali eius regreſſu nunciato Turcis, illi ſic leuati metu irruptionis, quam a Romanis timuerant, auderent explicare ac promouere copias liberius, reuerterenturque in loca prius ab ipſis occupata e), vnde verſi pro ſuo more iterum in praedas, 'quarum primi ſucceſſus Sultanum quoque ipſum elicerent ad prius intermiſſum opus reſumendum f), 'luculentam cladem ex improuiſo aliquam diſperſi vagique occipere a noſtris poſſent, iam refectis et pinguibus: quippe qui beneficio modo indultae ceſſationis et ſua et equorum egregie corpora curaſſent; ſicque ad proelium alacrius et cum ſpe victoriae certiore capeſſendum venirent paratiores g).

Eo conſilio Nicomediam imperator petiit cum exercitu caetero vniuerſo, quem in vicinos diſperſit ei ciuitati pagos: vbi et equi et iumenta caetera copioſum abunde pabulum haberent e regione Bithyniae, multi foeni feraci: milites vero ipſi tum a Byzantio, tum a locis adiacentibus commercio maritimi ſinus, ad quem eſt Nicomedia ſita, benignam et parabilem rerum ad victum vſumque commodarum copiam nanſciſcerentur. Porro his eo dimiſſis, mandabat imperator nominatim equorum et aliarum, ad vecturam vtilium animantium, curam gererent non perfunctoriam. — equitatu inprimis egere belum Turcicum. Sic ipſa loca poſcere, ſic gentis morem. —

§. 234.

Sole iam autumnali aequinoctio transgreſſo, ad auſtrales in- 173.
clinante orbes, idonea expeditioni tempeſtas adeſſe viſa. Ergo vetus exſequens propoſitum, omnes ſecum copias recta Iconium verſus rapit. Nicaeam ſimul attigit, expeditos milites peritis commendatos ducibus procurrere in Turcos praedarique paſſim, et diuiſos

e) ἱν' ἐντευθεν ἀπελπισαντες την καθ' ἀυτων ἐφοδον, ἐπανελθοιεν ἑκαϛος ὁυπερ την οἰκησιν προτερον ἐπεποιηντο.

f) και ἀυτος ὁ Σουλτανος του προτερου ἀψηται ἐργου.

g) τηνικαυτα και ἀυτος των ϛρατιωτων μικρον ἀναπαυσαμενων, και των ἱππων και ὑποζυγιων πιονων ἐντευθεν γεγονοτων, μεθ' ὁυ πολυ σφοδροτερον του καθ' ἀυτων ἀψηται πολεμου, και της μαχης καρτερως ἀνθεξεται. 163. Ead. p. 468, 469.

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

uiſos, manus oſtentare multis locis vno tempore plures iubet. Illud etiam atque etiam interminatione omni vetat, ne, vel ſi Deo manifeſte adiuuante vincerent, excurſionem tamen facere auderent longiorem: ſed fortuna contenti mature ac quam ordinatiſſime ſe reciperent.

Peruenerat exercitus ſimul vniuerſus, imperatore ipſo ductante, in locum adiacentem Nicaeae, cui nomen Gaita indigenae dederunt. Hinc dimiſſi, quos diximus, praedatores. Ipſe, digreſſis illis, cum caetero exercitu pontem ad Pithicam ſitum Auguſtus occupauit. Deinde tribus diebus per Armenocaſtrum et Leucas (locum ita dictum) Dorylei planitiem attigit. Nactus hic patentes aequa ſuperficie campos, et late purum explicandae, quam parturiebat animo, nouae aciei, ſpatium; inſtruere illic totum ſub ſignis exercitum et ſuas in armis vniuerſas ſimul videre copias voluit, eamque ad rem caſtra ibidem metatus eſt.

§. 235.

Nondum in rem contulerat, quae animo dudum et deſcriptione comprehenſa circumferebat in membranis accurate deſignatis, non modo ex praeſcripto artis veteris et illorum, quorum rudis non erat, ab Aeliano tractatae Tactices praeceptorum; ſed ex iis potiſſimum, quae vetus ipſe ac tot iam bellis exercitatus imperator longa obſeruatione variae ſibi experientiae ſubnotauerat b). Saepius animaduerterat, nequaquam vti eadem Turcos cum caeteris gentibus acierum ad pugnas inſtruendarum ratione. neque enim apud illos, vt Homerus habet: Scutum haeret ſcuto, galeae galea, atque viro vir: ſed dextrum Turcis cornu a ſiniſtro disiungitur, et ab vtroque diuiſa interpoſito ſpatio ſeorſum ſtat acies media, poſtremumque poſt eam in ſubſidia ſubmotum agmen. Cum vero in proeliis hoſtilis manus in aliquam ſeparatim iſtarum partium inuehitur: tum ſane certamine conſerto intentos hoſtes operi alia peri-

k) ἦν γὰρ οὐδὲ τῆς Αἰλιανοῦ Τακτικῆς ἀδαής. ταύτην κατὰ τὸ παρέργημα ποτὲ χεῖραν ἐν ἀλήθει συντάξας, κατὰ τὸ πεδίον ἕκαστον ἐπαιδεύσατο

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

periculo vacans adoritur pars [i], vehementiſſima incidens vi, quoad procellae inſtar contra oppoſitos diſiecerit. Arma porro vſitata Turcis haec ſunt fere. Non multum vtuntur haſtis, contra quam Galli ſolent, quibus in vſu frequentiſſimo telum iſtud eſt. Hi vero potiſſimum ſtudent circumuenire aduerſarios clauſosque omni ex parte laxatis arcu fodere ſagittis. Ergo fere pugnant eminus. ita vt, quem Turcus inſequitur arcu, capiat; et quem inſequentem fugit, iaculo plerumque reſpectans figat. Hunc porro exercitationis in his longae fructum habent, vt ineluctabili plane vi telum intorqueant, et eo maxime modo dum fugiunt vincant. Facile id 174
et frequenter fit, vt manu emiſſum ab his iaculum, ſiue equum, ſiue equitem attigerit, toto transadactum corpore vtrimque ictu peruio transuerberet.

Aduerſus ea prudentiſſimus imperator tali aciem artificio deſcripſit, vt dextris quidem Turcorum arcu peritiſſime vtentibus clypeorum noſtri obtentum obuerterent. Porro eodem tempore diuerſi alii laeuam in Turcorum partem arcus intendentium, ac propterea ſcutorum impedimento nudam, creberrima procul iaculatione inueherentur [k]. —

§. 236.

Hoc igitur inſtructu Santabarin peruenit [l]. Ibi diſiungere copias viſum, rerum ſimul plurium cauſa gerendarum. Manum ergo vnam Camytzae ducendam tradit, cui mandauit, vt Polybotum peteret et non longe inde diſſitam vrbem paruam, at munitiſſimam, a cedro habentem nomen, cui ſatrapa quidam *Pucheas* appellatus praeerat. Stypeotae alia manu commiſſa praecipit, vt aduerſus eos, qui apud Amorium ſtationem habere dicebantur, barba-

i) [illegible] ἐπιπεσεῖν οἷτε ἀπεῤῥωγυῖαι ὑπ' ἀλλήλων αἱ φάλαγγες, καὶ ὅταν τις ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἢ τὸ εὐώνυμον κέρας ὁρμήσαεν, ἐφάλλεται αὐτῷ καὶ τὸ μέτωπον, καὶ τὸ μεθ' ἐκεῖνο μέρος τῆς ὅλης παρατάξεως.

174. ANNA COMN. p. 470.

k) τοὺς δὲ ἡμετέρους ἐκ τῶν ἀριστερῶν βάλλειν, ὅθεν τὰ ἀσκέπαστα ἦν τοῦ σώματος.

l) Quae hic ſequuntur vſque ad verba *hoc conſilium eſt a Scythis* in Graeco mutila ex ſequentibus reſtituit interpres.

Imp. ALEXIO I. *Comn.* a. C. 1109—1118.

barbaros vaderet. Cognitum et proditum hoc conſilium eſt a *Scythis* duobus, in Romano tum exercitu merentibus, qui ad Pucheam m) transfugio delati, Camytzae mox futuram in eum incurſionem ipſi denunciant, ſimul ſubſequentis cum toto exercitu imperatoris aduentum.

Formidinem is nuncius Pucheae tantam attulit, vt media ipſa nocte trepide inde cum ſuis fugerit. Diluculo eodem Camytzes adueniens, nec Pucheam, nec vllum omnino Turcum reperit. Moleſtiſſime hunc caſum Camytzes tulit; ita vt nihilo fere minus offenſus, quam vbi exſpectatiſſima venatoribus cupidis praeda elabitur, non ſuſtinuerit vel momentum reſidere illic ad colligenda ſpolia ingentis pretii, quibus totum Cedreae oppidum plane confertum reperit. Statim ergo verſis habenis, verſus Polybotum cucurrit. Ibi deprehenſos in Turcos irruit magno impetu, caedem eorum innumerabilem facit, praedam omnem captiuosque recipit, ſicque re proſpere geſta, in iisdem illis ſubſtitit partibus, aduen-
175. tum in eas imperatoris exſpectans. Non minori fere ſucceſſu Stypeotes appulſus Poemanenum, rebus ex imperatoris voto geſtis, ad eum ſe retulit. Ille, Camytzem ſequens, ſub occaſum ſolis Cedream peruenerat. Illic eum conueniunt milites quidam, indicantes, innumerabilem barbarorum multitudinem verſari in oppidis non longe diſtantibus, quae illus olim decantiſſimi Burtzae fuerant. Non temere auditum. Statim imperator, in occaſiones paratus omnes, Burtzae iſtius eiusdem nepotem, Bardam n) vocatum, vna cum Georgio Lebune ac *Scytha* * * * nomine ad ſe aduocat. His aſſignat idoneum copiarum numerum, et, vt in eos recta tendant, imperat: eo vt peruenerint, praedatoribus immiſſis, vicos vndique ſimul omnes vaſtari iubet, indigenas ipſos ad ſe deduci.

Dum

m) τῳ Πεχεᾳ.

175 Ead. p. 471.

n) Du Freſne p. 414. „ Bardas iſte, cognomento Burtzes, quem oppidis aliquot imperaſſe Anna ſcribit, filius fuit (niſi idem ille ſit) Burtzae, quem lib. 3. *τοπαρχην Καππαδοκιας και Χωματος* fuiſſe ait; genusque ducebat a decantatiſſimo illo Michaele Patricio, qui imperante Nicephoro Phoca Antiochiam expugnauit, et altero Michaele prioris filio, Magiſtro et Antiochiae duce a Baſilio Porph creato; de quibus Zonaras et Scylitzes „.

a. C. 1109 — 1118.

§. 237.

α) Dum imperata iſti faciunt, imperator ipſe priori haerens propoſito Polyboti adeundi, atque inde Iconium vſque procurrendi, duobus in ipſo procinctu itineris iſtius conturbabatur nunciis. Affirmabat vnus, Solymam Sultanum, accepta certis auctoribus imperatoris contra ipſum expeditione, incendiſſe paſſim ſegetes planeque vaſtaſſe regiones vniuerſae Aſiae, praeſertim equitabiles et itineri Romani exercitus opportunas; ita vt iam in eis nihil ſuperſit prorſus, quod hominibus aut iumentis cibi loco eſſe poſſit. Addebat alius, ingentem eſſe famam, tota peruagantem Aſia. recentis eiusdemque numeroſiſſimi exercitus barbarorum, ex ſuperioribus partibus contra venientis.

His ita compertis rebus, verebatur Auguſtus primum quidem, ne, ſi obfirmaret animo promotionem exercitus vſque ad Iconium, cladem a fame atque inopia pabuli viris equisque miſerrimam accerſeret. Rurſus denunciata multitudine barbarorum aduentantium commouebatur, merito metuens, ne ſuos pauciores ac feſſos tot illis obterendos recentibus imprudentiſſime obiiceret o). In talibus anguſtiis conſilium capit prudens illud quidem, ſed audax tamen. Dei ſententiam exquirere decernit, conſulendoque oraculo exquirere; ecquid recta Iconium, vti coeperat, pergere praeſtaret; an vero ſuaderet potius, venientibus a Philomeli barbaris contra occurrere p)? Id exſequitur hunc in modum. Chartas parat duas, in

α) ZONARAS: *Neque* [continuantur, quae ſupra ad §. 221. attuli] *multum temporis interceſſit, cum, alia expeditione contra barbaros ſuſcepta, Philomelium vrbem armatis vacuam repertam (omnes enim eius acceſſu cognito, cariſſimis quibusque ablatis, diſceſſerant) ſine labore cepit. Sed et caſtella quaedam et ſpeluncae, quae ab incolis Cataphygia, hoc eſt, confugia nomi-*

α) Zonaras T. II. p. 306, 307.

o) το δε και τας ελπιζομενας εκει βαρβαρους ὑφορωμενος ἤχθετο.

p) ἢ [χρῆ] κατα των περι το Φιλομηλιν ἐξορμησαι βαρβαρων. Du Freſne p. 414. „ Philomelis, Philomelium et Φιλομελιον, vti effertur a Cinnamo, vna eademque vrbs „.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

in quibus de vtroque deliberationis capite ſeorſum percontatur. Ambas ſub veſperam excelſo loco ſupra ſacram menſam collocat. totam hinc noctem aſſiduis Dei laudibus et, religione perpetua traducit, Deum intente, quo indigebat, poſcens. Diluculo ingreſſus antiſtes, alteram depoſitarum, quae primum accidit obuia, chartarum arripit, explicat palam, et attentis omnibus clara voce legit. Ea imperatori ſuadebat iter Philomelin verſus. Hic relin-
176. quendus pauliſper imperator, dum, quae interim Bardae contigere, reddimus.

§. 238.

Bardas Burtzes, dum via, vti diximus, praeſcripta graditur, videt copioſum exercitum Turcorum, per pontem Zompi ſe Monolyco coniungere feſtinantium. Strenue correptis armis, irruit in ipſos manumque in planitie Amorii fortiter conſerit, planeque vincit vniuerſos. At interim alii ab Orientali parte Turci ad Monolycum properantes, per Burtzae caſtra, nondum ipſo reduce, tranſeunt; quaeque ibi iumenta reperere militumque ſarcinas depraedati obiter, praeterierunt.

Redibat victor Burtzes, agmine praedae ingentis onere impedimentisque tardato, cum ecce ab occurrente quodam fit certior, direpta per ſuam abſentiam fuiſſe caſtra, barbaroſque, facinoris auctores, abiiſſe cum praeda. Deliberabat hic Bardas, quid opus facto eſſet. Audiebat, barbaros celeritate magna iter facere. Inſtituit

nantur, per deditionem accepit, et illos, quod ita expedire videretur, in colonias ſecum abduxit, cum nemo eſſet, cum quo bellum gereret: — Sic proficiſcenti et diuertenti Turci occidentales occurrerunt, qui, principem ſuum ferire cum Romanis velle foedus, dicerent. Quod cum nec imperatori diſpliceret, mane barbarorum princeps venit, non Satrapa, ſed ex Sultani genere, qui et ipſe a ſuis Sultanus vocaretur, et eminus de equo deſcendit, atque imperatorem equo inſidentem pedes conuenit, et adoratione ſic peracta, foedere icto, magnaque pecunia cum ſuis donatus, in ſedes ſuas rediit, imperator in regiam eſt reuerſus.

176. ANNA COMN. p. 472.

init et ipſe non ſegniore ipſos impetu inſequi: at cito expertus eſt, id fieri non poſſe. Siquidem curſu et pugna feſſi Romanorum equi continuationem contentionis non ferebant. Ergo ne quid peius fieret, moderari greſſum coactus, lento dumtaxat paſſu, ſed inſtructu militari ac praemunito, affectabatur praecurrentes Turcos.

§. 239.

Hoc modo pergens, ſub diluculum peruenit in prius memorata Burtzae oppida, quae ciuibus atque incolis cuncta exhauſit: captiuos quoque ibi repertos recepit; et prouiſo illic a barbaris commeatu plurimo ad ſui ſuorumque refectionem, modica in loco apto mora ſeſe opportune recreantium, eſt vſus. Inde oriente ſole capeſſit eam, quae ad imperatorem ducebat, viam. Eunti alia occurrit Turcorum manus. Nulla mora eſt. miſcetur acre proelium, duratque periculum obnixis partibus vtrimque. Barbari vbi fortiter aliquamdiu vim ſuſtinuere, integris adhuc rebus alloquuntur Bardam: ſua ſibi modo ſpolia redderet, quae ipſis eripuiſſet; iis acceptis, abituros eos innoxie in domos ſuas, nec Romanis damni aut moleſtiae quidquam illaturos. Non annuit ad ea Burtzes: quin potius acriter, vti coeperat, proelio inſtitit. Quoniam vero pugnantes milites ab heſterna die aquam non guſtauerant, vbi ad ripas peruenere fluminis cuiusdam, ita laboris remiſſionisque vices inter ſe partiti ſunt, vt alii quidem fortiter ſuſtinerent pugnam, interim dum aeſtum alii flumine leuabant: hi viciſſim mox in locum certantium recreati ſuccederent. Sicque deinceps mutatis partibus, proelium alacritate ſemper recenti continuarent. Perſtabant tamen obnixi contra et audacia et numero pollentes barbari. quod Burtzes animaduertens, haud ſatis expediebat, quid conſilii caperet.

§. 240.

Tandem placuit, non e vulgo militum deligere nuncium, 177. qui haec ad imperatorem perferret; ſed inſignicrem e numero quempiam. Mittit igitur memoratum iam a nobis Georgium Lebu-

177. Ead. p. 478.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

bunem: qui, cum ſemitas viasque omnes Turcis inſeſſas cerneret, audaci coepto, ſed felici, per medios hoſtes ad Auguſtum peruenit. Is ſtatim certior factus, quo res loco apud Burtzen eſſent, quantumque noſtri multitudine hoſtium premerentur, egerentque auxiliaribus multis manibus et copiis, armat ſe ipſe ſine mora, iubetque armari milites: ac itinere in hoſtem mox pronunciato, aciem quam ordinatiſſime inſtructam promouet. Ductabat primum cornu 'princeps Michael q); dextrum Bryennius; laeuum Gabras; poſtremum agmen Cecaumenus.

Hos ſic venientes Turci procul conſpicati contra ſe ad excipiendos parant. Nicephorus erat imperatricis ex fratre nepos, adoleſcens martem ſpirans. Is conſpectu primo ſe tenere non potuit, quin, acie procurrens cum paris ferociae iuuenibus quibusdam, in Turcos irrueret et ipſos contra inuehentes. Conflictus fit vehemens. vulnus primo Nicephorus accipit in genu; ſed id ſtatim ipſe large vlciſcitur, haſtae ictu valido feriens pectus eius, qui laeſerat, quem et equo excuſſum humo mutum afflixit. Ea re perculſi, qui pone veniebant, barbari, terga ſtatim dant Romanis.

§. 241.

At imperator, recepto heroici facinoris auctore iuuene, maiorem in modum gaudens ac gratulans, laudesque ipſi meritas cumulans, iter capeſſiuit verſus Philomelium. Eo itinere peruenit ad lacum quadraginta martyrum, cui vicino in loco Meſonacta r) nominato obiter conſedit. Hinc mouens, Philomelin cepit incurſu primo. Inde diſpertitum exercitum in manus plures, praepoſitis cuique generoſis ducibus, in vicos omnes atque oppida Iconio per circuitum vicina vadere infeſtos, vno ſimul omnes tempore, imperat, depraedarique ac vaſtare omnia captiuosque praeſertim barbarorum infidelium extorquere manibus. Illi, leonum ritu atque impetu, per turmas manipulosque quoquouerſum ſparſi, ad imperato-

q) ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ. Du Freſne p. 414. „ Michael Baſilius „.

r) Du Freſne l. c. „ Oppidum olim Dipotamus dictum, quod in Phrygia ſtatuitur a Scylitze p. 688.

ratorem cito redeunt, non captiuis modo noſtris recuperatis, ſed praeda ſpoliisque inſuper onuſti: et barbarorum plane quotquot inuenerant ingentem multitudinem trahentes. Sequebantur ipſos Romani quoque locorum indigenae iſtorum vel inquilini, qui, pertaeſi ſeruitutis barbaricae, ipſi cum filiis adultis, tractis vna ſecum mulieribus ac paruulis, ad imperatorem paſſim veluti ad aſylum confugiebant tutiſſimum. Ille, acie inſtructa, noua illa forma, de qua diximus ſuperius, captiuisque omnibus, itemque mulieribus ac paruulis in eam mediam incluſis, regredi per eandem viam, qua venerat, inſtituit. 'Tutum erat hoc modo iter per quaecumque 178.
demum loca, etiam ſi vicinae vſpiam praeterirentur arces hoſtium, validis ipſorum praeſidiis inſeſſae [s]). Contra omnes enim tales caſus atque incurſus abunde praemunita ibat ciuitas velut quaedam Romanorum ambulans, viuis vndique protecta muris et turribus; formam munitionum ac velut ſitum in omni loco eundem obtinens [t]).

§. 242.

Diu ſic progredientibus Romanis nulla in conſpectum venit barbarorum manus. Circuibat tamen vtrimque latera noſtrorum clam affectans Monolycus cum copiis idoneis, quas ſubinde in inſidias abdebat. Vbi vero Romanus exercitus mediam obtinuit planitiem eam, quae hinc quidem modo nominato lacu, illinc Polyboto clauditur, pars quaedam exercitus Turcici, 'expediti quidem et leuiter armati, caeterum, vt apparebat, audaces et fortes iuuenes [v]), ex inſidiis vtrimque conſurgentes, oſtentare ſe a loco ſuperiori et impreſſionem minari vehementem coepere.

Cum his archiſatrapa Monolycus, vir maturae iam aetatis et longa experientia bellorum militaris artis peritiſſimus, viſa procul deſcriptione aciei noſtrae, haud diſſimulanter obſtupuit, miratusque

178. ANNA COMN. p. 474.

s) καὶ ἐφ᾽ οἷς ἂν προσεπέλασε τόποις μετ᾽ ἀσφαλείας ἁπάσης ἐπορεύετο.

t) καὶ ἅπες ἂν ἴδων, πόλιν τινα ἔμψυχον πεπυργωμένην πορεύεσθαι κατα τὴν ἀρημένην ἐκείνην κινουμένην σύνταξιν.

v) αὐτοσκευοι παντες καὶ ψιλοι τολμητιαι.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

que nouam rem, 'non diu, ſecum reputans, quaerendum cenſuit inuenti peregregii auctorem; ingenium videlicet Alexii imperatoris facile agnoſcens, atque illum ipſum adeſſe in exercitu praeſentem ductareque ſuos per ſe coram, ex hoc ipſo intelligens [x]. Non deerat archiſatrapae congrediendi animus: at facultas parum reſpondebat. Signum tamen pugnae dari claſſico imperat. ac quo multitudinis opinione vero maioris Romanos, ſi poſſet, conturbaret, non vna phalange conſerta, ſed iuxta ea, quae paulo ſuperius de forma Turcicarum acierum dicebamus [y], diſtinctae diſperſaque ſine ordine agmina ſuorum curſare quam tumultuoſiſſime in noſtros iubet. Sperabat nimirum, ſimul inopinata derepente ſpecie incurrentium equorum, ſimul vario et late ſonante ſtrepitu trepidationem incuſſum iri forte aliquam exercitui Romano. Verum contra imperator obſtabat velut turris alte exſtans quaedam, aut columna ignis, coeleſtiſue alia quaepiam iſtiusmodi ſpecies, toto late agmini conſpicua noſtrorum, cunctas viſu phalangas corroborans, 'locumque obtinere ac ſeruata eadem ſemper eaque figura vltra vadere fortiterque audere praeſens auctor iubens [z]. — Ergo praeſenti fortitudine obtinere locum pro ſe quisque lentoque ac con-
179. ſtanti greſſu vadere, vt ne moueri quidem viderentur intuentibus ex interuallo [a] barbaris, 'quorum inter vanos ſtrepitus ac minas fruſtra hinc atque inde laceſſentium toto die per ſummam fiduciam paremque contemtum plane imperterrita progreſſa eſt, nullaque ſui parte mota Romanorum acies. Quare ſuorum conatuum experti vanitatem Turci, vbi ſe in iuga montium trepido curſu receperunt attriti [b]; pluribus paſſim excitatis ignibus, nocte tota luporum inſtar vlularunt: interdum etiam conuicia in Romanos iactantes

x) και τον ξυνταγματαρχην ἐπεζητει ἐγνωκεναι τον ἀυτοκρατορα Αλεξιον ἐςοχαζετο, και ὀυχ ἑτερον ἡγεμονα των ταγματων ἀναι και της ἐκεινης παραταξεως.

y) Vide §. 235.

z) και ἐπι ταυτε βαδιζαν σχηματος ἐκελευε και θαῤῥειν παρεκελευετο.

179. Ead. p. 475.

a) Addit haec interpres.

b) δι ὁλης ὀυν της ἡμερας προσβαλλοντες τῳ Ρωμαϊκῳ ςρατευματι και μηδεν ἡνυκοτες, μηθ᾽ ὁλως, μητε ἐκ μερους διασπασαι το Ρωμαϊκον συνταγμα δυνηθεν ες ἀυθις προς τας ἀκρολοφιας ἀνετρεχον ἀπρακτοι.

tes procul. Erant enim inter eos quidam mixti generis, Graeci periti ſermonis.

§. 243.

Redeunte luce perſtans in conſilio Monolycus, eadem, quae pridie, imperabat Turcis, vt facerent. Hac vice rerum peruenit in caſtra Turcica ipſe Sultanus CLITZIASTHLAN, qui ordinatiſſimam compoſitionem Romani exercitus, quam ſubiectam oculis habebat, accurate contemplatus, non diſſimulauit quidem admirationem ſuam: 'idem tamen pro ferocia aetatis (erat enim iuuenis) non abſtinuit quin culparet, increparetque vltro Monolycum, tamquam familiari ſenibus ſegnitie in rei gerendae articulo cunctatum. Ergo cum inſtantius ex eo quaereret, quamobrem proelium cum Romanis oblata occaſione diſtuliſſet [c], audiuit haec a ſene: Nimirum ego ſenio debilis et defectus animis admouere ad manus pugnam cum imperatore cunctatus ſum: tibi ſi fiducia eſt, experire age. per me licet. 'res et ſucceſſus docebit ipſe, vtrius conſilium ſalubrius fuerit [d].

Statim Sultanus, his auditis, in eos, qui poſtremum conflabant agmen, inuectus ipſe eſt: aliis ſatrapis aequam cum imperatoris fronte aduerſa pugnam demandauit. alios praeterea ſepoſuit, qui alterum Romanae aciei latus impreſſione acri per idem tempus laceſſerent.

§. 244.

Dum haec fierent, Nicephorus Bryennius Caeſar, qui dextrum cornu tum regebat, ſenſu accepto periculi ac certaminis eorum, qui poſtremum tuebantur agmen, 'vehementi trahebatur impetu fortis animi ad locum tantiſper deſerendum, vt ſuis a tergo laborantibus adeſſet [e]: veritus tamen, ne quid, quod experientem dedeceret ducem, cupide ac iuueniliter commiſiſſe videretur, cohibuit ferocius licet efferueſcentem in barbaros animum: et ordine opti-

c) ἀπεσκωψε δε οἷα νεος προς γεροντα τον Μονολυκον ὅτι χαριν την μετα τῦ αὐτοκρατορος ἀνεβαλλετο μαχην.

d) το πραγμα διδαξει.

e) ἐσφαδαζε μεν ἀμυναι τοις ὀπισθεν.

Imp. ALEXIO I. Comn.

optimo, ſeruata figura vniuerſae aciei, loco ſibi deſcripto iter facere perrexit. Interea, barbaris acriter pugnantibus, Andronicus Porphyrogenitus, ille meorum mihi fratrum cariſſimus, qui laeuo cornui praeerat, verſis habenis cum propria phalange vehementem in barbaros impreſſionem fecit; 'ab iisque occiſus eſt.' —

180. Caeterum vbi commiſſam cominus pugnam Nicephorus vidit, periculum veritus ac deletionem poſtremi agminis, cum iis, quos ductabat, totas effundens habenas cucurrit in auxilium noſtrorum. — Tunc barbari verterunt terga' et vna cum ipſo Sultano Clitziaſthlane in montium vertices effuſiſſima fuga ſe ſubducere contendebant. Ceciderant in conflictu ipſorum multi: plures etiam capti fuerant. Reliquis vero cunctis temere diſperſis, ipſe quoque Sultanus, ſalute deſperata, vno ſolo comite pocillatore ſuo, quoddam in ſacellum confugit montis in vertice ſtructum, quod circum ambiebant celſae cupreſſi rectis verſibus conſitae. Eo illum perſecuti tres *Scythae* ſunt et *Vzae* f) filius. Hic in arcto deprehenſus Sultanus, exſiluit ad fugam, declinansque in partem alteram, quoniam ignotus de facie perſequentibus erat, ipſe quidem euaſit: at eius pocillator a Scythis magni loco muneris, imperatori oblatus eſt.

§. 245.

Magnae res laetitiae Auguſto fuit praeclarae iſtius de Turcis a ſuis reportatae victoriae nuncius. 'Quamquam, ne purum id eſſet gaudium, intercedebat dolor e manibus emiſſae, cum iam teneretur, praedae: et gratulationis minuebat fructum euaſio Sultani, tam propinquam voti tanti ſpem fruſtrata. etenim ille minimo, ſicut dici ſolet, interuallo a comprehenſione ac captiuitate abfuerat, inopinatiſſime periculo praeſentiſſimo ſubductus g).

Caeterum ingruente iam veſpera conſedit in noctem Auguſtus ibidem. At, qui cladi ſupererant, barbari, iugis iterum conſcenſis

180. ANNA COMN. p. 476.

f) τȣ Ουζα.

g) ἠνιατο δε ὅτι μη και ὁ Σȣλτανος εἰς χειρας ἐμπεσων κατεσχεθη, ἀλλα παρα μικρȣ τȣτο δη το πεπαρῳμιασμενον, ἐῤῥυσθη.

ſcenſis vicinorum montium, ignes, vt prius, paſſim excitabant plurimos, et ea nocte tota Romanos canum inſtar allatrabant. Scytha vero quidam, Romanis e caſtris clam elapſus, accedit ad Sultanum, eumque admonet, pugnam de die cum imperatore inuadere conetur audeatue. 'non eſſe dubium, quin id ipſi reique Turcicae infeliciter ſucceſſurum ſit h). 'verum quoniam, planitie iam ſeſe arctante, nec ſufficiente ad explicandam totam latitudinem Romanae aciei, neceſſe habuerat Auguſtus, conſtipare tabernacula denſareque ordines, contra quam figurae ratio poſcebat i): ſuadere ſeſe, vt Sultanus, deſcendere in collium radices tota ea nocte iuſſis expeditis ſagittariis, imperet, vt tela in Romanos iaculentur quam creberrima. Haud vanam opinionem eſſe, inferri modo iſto poſſe Romano exercitui cladem non paruam. 181.

§. 246.

'Adfuit is dum ita dicerentur Hybrida quidam noſtris fidus, nec pro tali Turcis notus. Is ſtatim imperatorem adiens k), indicat, quid Scytha Sultano ſuggeſſiſſet: quidque hoſtes contra Romanum exercitum machinarentur. Quibus ſtatim occurrere ac praeuertere Auguſtus aggrediens, bifariam copiis diuiſis, vnam quidem partem ſeſe continere caſtris ibique in acri ac parata vigilia excubare iuſſit; caeteros prodire armatos occurrereque infeſtos hoſtibus fortiterque capeſſere proelium imperat. Fecerunt, ſicut cogitauerant, barbari. Circumuagati nocte tota caſtra Romanorum ad pedes collium, irruptiones oſtentarunt feceruntque multas, magna iactura ſagittarum. Verum Romani, ratione ab imperatore praeſcripta vſi, ſic eorum refutarunt impetus, vt protecti ſemper ipſi conteſſeratione mutua phalangisque contextu ac figurae vtilitate ſeruata, nullo vſquam hiatu hoſtili noxae locum aperirent. Id patuit allucefcente die, quae Romanos ſic nocturna functos pugna monſtra-

h) οὐ γαρ σοι προς καλον ἐσεται.

i) ἀλλ' ἱνα μη ἀποχρωσης της πεδιαδος συνεσφιγμενως τας σκηνας ἐπηξατο.

181. Ead. p. 477.

k) τηνικαυτα δε και μιξοβαρβαρος τις ἐκαθεν αὐθις λαθων τας Τερκκς προς τον βασιλεα φοιτᾳ.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

ſtrauit, vt ſuo quisque loco certaque inuicem fixi diſtantia figuram aciei exacte tuerentur.

§. 247.

Tum vero rurſus praeda et impedimentis omnibus, cum captiuis, mulieribus quoque ac paruulis in mediam aciem receptis, progredi coeperunt Ampum verſus. Bellum eos tunc inuadit graue et atrox. Nam Sultanus, congregatis rurſus copiis, et circum amplexus per gyrum Romanos, vehementi vndique proelio inſtabat; ſed fruſtra: nulla enim parte, omnia licet moliens, reſoluere ſcutorum contextum, et phalangis latus vllum rima vel vna patefacere vlla vi potuit [l]; at vbique velut muris impactus adamantinis, veloci vndique repercuſſu eſt reiectus [m].

Sic re infecta redux in castra propria, noctem inſequentem ſolicitam habuit, deſperans iam plane ſucceſſum belli, et cum Monolyco ac ſatrapis caeteris conſultans. Prima luce pacem ab imperatore petit. Sic enim frequentes conſueuerant barbari. Benigne accepit ſupplicis orationem imperator, darique repente iuſſo iter agenti exercitui conſiſtendi ſigno, ſuos ſtitit omnes, in veſtigio ſeruata forma et diſtantia ſolitis, absque vlla mutatione alia; ita vt nec eques deſiliret vllus, nec clitellae aut ſarcinae iumentis onuſtis demerentur; ſed ſtaret ſuo quisque loco clypeis obiectis, protecti galeis, vibrantes haſtas, prout hactenus iter facere conſueuerant. Hoc in hunc modum tum praecepit, veritus, ne qua ex ſecuritate, vt fit, exiſteret laxatio neceſſariae tali tempore cuſtodiae, qua Turci, vndique maximo numero circumfuſi, animaduerſa, ſpem oblatam repente ſequerentur et occaſione arrepta in Romanos impetum facerent.

§. 248.

Lecta igitur ſibi ſtatione imperator in loco idoneo medius ipſe ac ſublimis in capite conſtitit. A dextris ei ſiniſtrisque ad-
182 ſtabant conſanguinei et affines longa ſerie, quam excipiebat mixta multi-

l) μηδαμως δε τον συνασπισμον των Ρωμαιων διακοψαι ἰσχυσας.

m) ἄπρακτος ἀπεπεμφθη.

182. ANNA COMN. p. 478.

multitudo lectorum militum, cataphracti omnes armis praeſulgentibus, quorum euibratus ſplendor ſolari pene ipſo coruſcantius radio aërem colluſtrabat. Interim procedens ad Auguſtum Sultanus, cum ſibi ſubiectis ſatrapis, quibus Monolycus, aetate, experientia, fortitudine facile omnibus, quotquot erant tunc in Aſia, Turcis ſuperior, praeibat, offendit eum in planitie, quae Auguſtopolim et Acronium interiacet Satrapae, imperatore procul viſo, ſtatim equis exſcenderunt: idem ſaepius conatus ipſe Sultanus, imperatoris officioſo renutu prohibebatur: tamen, vt factus eſt vicinior, eluctans moras omnes ſtrenue deſiluit, pedemque Auguſti eſt oſculatus. Ille contra ei manum porrexit, et equo lectiſſimo adduci iuſſo, inſidere illi Sultanum voluit. Equo ille, vt ſuadebatur, inſcenſo, admonit ſe proxime ad alterum imperatoris latus. Tunc is pallium, quo erat amictus, reſoluta fibula ſibi demens, Sultani humeris iniecit.

Deinde poſt breue ſilentium, quid ſibi de re praeſenti videretur, hac ferme oratione Turcis expoſuit:„ Si bona fide [inquit] inducitis in animum, Romano imperio parere et temperare ab infeſtando Chriſtianorum fines incurſionibus hoſtilibus, beneficiis a nobis et honore augebimini, liberemque deinceps ac ſecure degetis in veſtris terris ac ſedibus iis, quas ante principatum Romani Diogenis, et illam eius infelicem cum Sultano pugnam, qua ipſe captus eſt, obtinebatis. 'Auctor autem vobis veſtra cauſa ſum, pacem vt proelio belloque otium praeeligendum exiſtimetis; abſtinendamque cupiditatem et praedatrices manus a Romani finibus imperii, contenti propriis [n]. Cui meo conſilio, profecto ſalutari, ſi acquieueritis, faxo, ne vos eius poeniteat vnquam. quin potius bonis ac donis cumulati plurimis, quam vtilia ſuaſerim, ſentietis. Sin contra obfirmabitis animum, vobis denuncio, deſtructorem me ac perniciem generis veſtri fore„. Ad ea Sultanus et eius ſatrapae ſeſe promtos obſequentesque praebuerunt: ſic ferme reſpondentes: ſeſe haudquaquam vltro in manum ac poteſtatem maie-

 ſtatis

n) χρη ουν την αρηνην ελεσθαι της μαχης και των υπο την Ρωμαιων αρχην οριων απεχεσθαι τοις ιδιοις αρκεμενες.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

ſtatis eius fuiſſe venturos, niſi pacem cum ea inire ac colere fide optima decreuiſſent„. His dictis, dimiſit hoſpites imperator in aſſignata ipſis tabernacula, vbi corpora curaſſent, conuentionis capita ſe firmaturum pollicens.

§. 249.

Poſtridie dedit ſe iterum in Auguſti conſpectum Sultanus proprio nomine SAISAN dictus. Quando imperator non tantum pacis formulam caerimoniis ſolitis ac legitimis cautionibus ratam habuit: ſed pecunias etiam plurimas largitus illi eſt. Satrapas quoque eius muneribus onuſtos indeque gaudentes ab ſe dimiſit.

183. Interea venit in notitiam Auguſti coniuratio in Sultanum, cuius erat caput frater eius nothus, cui nomen *Maſut* o). Is caede fratris principatum ipſius inuadere parabat, fauentibus, vt fieri aſſolet, clam illi et conſilia auxiliaque offerentibus ſatrapis quibusdam. Aperuit Sultano rem totam imperator, auctorque illi fuit morandi tantiſper apud ſe, quoad certiora clarioraque indicia exſtarent occultae in ipſum coitionis, cuius primus modo fumus emanaſſet. Sic prouiſis inimicorum inſidiis, comparatoque praeſidio ſecurius tutiusque abiturum, amice ac ſalutariter admonens q). Verum ille ingenti fiducia conſilium repudiauit r). Auguſtus igitur, ne videri poſſet vi detinere ad ſe vltro profectum principem, et nimis ſedulum officium in reprehenſionem ac calumniam traheretur, ſuo vti iudicio barbarum paſſus eſt. haec tantum abeunti dixit: Melius quidem fuerat, exſpectare hic ad tempus modicum; verum quoniam id tibi vtique cordi non eſt, cedere me neceſſe eſt voluntati tuae. tantum peto, priori conſilio excluſus, alterum vt hoc ne reii-

183. Ead. p. 479.

o) Μασοὺτ. Du Freſne in Notis p. 415. „ A quo genus ducunt caeteri Iconienſes Sultani. Conſule Familias noſtras Mahometicas et Stemma Iconenſium Sultanorum „.

p) τοῦ Σαΐσαν.

q) ξυνεβούλευε μεῖναι μικρὸν ἕως ἂν τὰ κατ' αὐτὸν μελετώμενα σαφέστερον διαγνοίη. καὶ ἀπελεύσεται γινώσκων τὰ συμβαίνοντα καὶ φυλαττόμενος.

r) ἄχετο τὰ σκοπὰ interpres omiſit.

reficias. Sumas tecum cenſeo idoneum numerum cataphractorum militum ex Romanis noſtris, qui te ſaluum atque incolumem Iconium vſque fido praeſidio deducant. Ne hoc quidem perſuaderi Sultanus ſiuit, vt ſunt peruicaci ferocia praeſidentes barbari, ac pene nubes ſeſe ipſas exſuperare magnitudine potentiaque autumant. Vale igitur imperatori dicto, multa donatus pecunia, repetebat domum.

§. 250.

'At ecce nocte quadam dormienti ſomnium offertur, — verax nimium ac minas malorum euentibus ſanciendas ferens t). Videbatur ſibi prandens infeſtari circumfuſo vndique exercitu muſcarum, quem edebat panem extorquere ipſi de manibus conantium. Irridebat inſectorum difflabilium vanos motus, contemtimque abigebat; cum repente muſcae vertuntur in leones, mutata iam natura facile ipſi praeualentes. Experrectus, viſum narrat dato ſibi in viae comitem ab imperatore militi, cuius etiam de interpretatione ſomnii ſententiam exquirit. quo reſpondente, videri ſibi muſcarum illis ac leonum inſultibus veros inimicorum incurſus portendi fidem ariolo non addidit u), 'verum, vti coeperat, ruere pergens, quam improuide inierat, ſecure nimium nullo idoneo tectus comitatu, viam vrgebat. Praemiſit tamen exploratores, qui obſeruarent, mox renunciaturi, numqui hoſtes egreſſi ad praedandum eſſent. Offendunt exploratores ipſum Maſut cum exercitu ingenti, proxime iam diſtante a Sultano, quem infeſtus petebat. 'Quid facerent rebus perditis? nempe cum fortiore colloquuntur, et proditione, ac perfidia ſalutem pacti propriam, ex compoſito ad Saiſanem redeunt x), confirmantes, ſe vidiſſe neminem. 184.

Non dubitauit Saiſan, quin vera narrarent. indeque tanto ſolutius incautiusque progredienti occurrunt copiae barbaricae Maſu-

t) ὄνειρος δέ τις ἐφίσταται αὐτῷ νύκτος οὐκ ἀπατηλὸς — ἀλλὰ τἀληθῆ τῷ βαρβάρῳ προμαντευόμενος.

u) ἀλλὰ σκεδαίως καὶ ἀπερισκέπτως τῆς ὁδοιπορίας ἤρχετο.

x) καὶ ὁμιλήσαντες τούτῳ ξυνθέμενοί τε τῇ ἐκείνου κατὰ τοῦ Σαϊσὰν γνώμῃ, ἐπεστρέψαν.

184. ANNA COMN. p. 480.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109 — 1118.

ti, ‘ex tam admota vicinia primum viſae, vt ex inſtructis ordinibus citato impetu procurrens ‘*Gazes* quidam, filius ſatrapae *Aſan Catuch* dicti y), quem iam Sultanum antea Saiſan occiderat, Saiſanem ſtatim ipſum aſſecutus haſta cominus percuſſerit. Quando Saiſan ſtrenue conuerſus correptam haſtam Gazis manibus extorquet, haec ſimul verbo addens: Neſciebam, ‘mulieres’ z) haſtas nunc ferre contra nos. His dictis fugae ſe mandat, recta eum in locum intendens curſum, vbi erat imperator. Sed reuocabat eum comes eius *Pucheas* a), Maſuti partibus olim ſtudens; at, quo magis noceret, fidem ac beneuolentiam in Saiſanem b) ſimulans. Ergo is auctoritate ac ſpecie conſiliarii fidiſſimi aggreſſus miſerum, nihil minus quam perditum ibat hominem, laqueos incauto tendens et foueam fodiens. Suadebat autem ei, ne reuerteretur ad Auguſtum, ſed potius de via deflectens paululum, Tyganium ingrederetur, oppidulum id eſt ſitum non longe a Philomelio. Credit Pucheae infelix Saiſan, ‘ignarus, quantum ſibi mali conſciſceret c), Tyganiumque profectus, a Romanis locum obtinentibus pro amico imperatoris (pacem enim factam cognouerant) admiſſus acceptusque beneuole eſt.

§. 251.

y) *προπηδησας δε της Φαλαγγος Γασης τις ὑιος τε Σατραπε Ασαν Κατουχ την κλησιν.* Du Freſne l. c. „Qui ab Orderico Vitali lib. 11. *Gazis*, ab aliis *Gazzi* nuncupatur. Tyrius lib. 12. cap. 9. *Infidelium potentiſſimus princeps, et apud ſuos valde formidabilis, infelicis populi et perfidae plebis, videlicet Turcomannorum dominus Gazzi.* Gauterio de bellis Antioch. Amir Gazi Turcorum Amiraldus dicitur. Fuit porro Gazis Aſani Catuchi, quem antea Saïſan, ſeu Cliziaſthlan, Sultanus interfecerat, filius. Sed an Catuchus idem ſit cum Malducho, ſeu, vt vocitatur a Tyrio, Menduco, potentiſſimo Turcorum ſatrapa, qui a Doldechino Damaſceno Tyranno neci datus eſt A. Chr. MCXIII. non auſim omnino affirmare; cum Aſanum Catuchum a Cliziaſthlane Iconienſi Sultano ſublatum ſcribat Anna. Vide et confer Albertum Aq. lib. 12. cap. 9. et 17. et Tyrium lib. 11. cap. 19. et 20. Idem Ordericus pag. 829. Gazim, nepotem et haeredam Balad Calepi domini fuiſſe auctor eſt„.

z) *ὅτι και γυναικες* &c.

a) *Πεχεα.* de quo vide ſupra §. 236.

b) In interpretatione Latina, erat *in Maſutum*, perperam.

c) Addit haec interpres.

a. C. 1109 — 1118.

§. 251.

'Re Maſutus cognita d), muros oppidi corona vndique amplectitur, ſeſeque ad oppugnationem accingit. Interim deſpectans e muris ſuperne 'Saiſan e), minis increpabat ingentibus 'rebelles ſuos barbaros f), denuncians ipſis, adfore mox Romanum exercitum imperatore ipſo ductante, cuius haud dubie victore impetu, ni mature abſiſterent, paſſuri eſſent extrema quaeque. Confirmabat eas minas fortis et conſtans propugnatio Romanorum; tum Pucheas velum abrumpit, laruam ponit, et latentem hactenus ſub pelle meliore lupum in apertum exſerens, deſcendit e muro, ſpecie quidem, vt indigenas et ciues oppidi (ſic enim Saiſani ſe facturum promittebat) ad propugnandi audaciam conſtantiamque firmaret, reuera vt minis conſiliisque ipſos perpelleret ad portas Turcis aperiendas, ni mallent barbaricis mox gladiis miſere concidi; innumerabiles enim alias praeter eas, quas cernerent, aduentare copias, 'tum aliunde, tum e Choroſane ipſo g). Incolae audientes talia, partim h) metu, partim auctoritate Pucheae permoti, 'pandunt repente Turcis oſtia. Illi comprehenſum Sultanum Saiſanem oculis priuant i), loco idonei alterius ad id ſupplicium inferendum inſtrumenti candelabro k) abutentes, quod Saiſan idem dono nuper ab Auguſto acceperat. Itaque mirum videre tum licuit: vas 185.
nempe lucis in cauſam coecitatis tenebrarumque conuerſum. Caeterum

d) καταλαβοντες δε ὁι βαρβαροι, παρ-οντος ὁ Μασυτ.

e) Supplet hoc interpres.

f) τοις ὁμοφυλοις αυτε βαρβαροις.

g) και εξ αυτης Χορασαν.

h) δια το των βαρβαρων πληθος omiſit interpres.

i) παραχωρεσι της εισοδε τοις Τερσοις, και συλλαβοντες τον Σαϊσαν Σελτανον αποστερεσι των ὀμματων.

185. ANNA COMN. p. 481.

k) μανουϊλην. Du Freſne p. 415. „Recte interpres Candelabrum ex Meurſii Gloſſario vertit: Nam falli conſtat virum eruditum apud Ducam cap. 39. vbi Μανυάλια *armillas* interpretatur. Anonymus de templo S. Sophiae: σαυρες δε εποιησε πεντε και Μανυαλιά δυο ὁλοχρυσα &c. *auro fuſa duo candelabra*. ita Combefiſius. Μανυαλιον pro Μανουαλιον occurrit in Orig. CP. και μανυαλια δυο ὁλοχρυσα; eſt autem candelabrum, quod manu geſtatur. Candelabro igitur vice μυδρα, ſeu ferri candentis, quod tum aberat, viſus ademtus eſt Saiſani. Vide Hiſtoriam noſtram Gallobyzant. N. 34".

terum non perfecte inepta ad hunc effectum machina videndi vim Saiſani peremerat. Namque is Iconium ad manum deductus nutrici faſſus eſt ſuae, ſupereſſe ſibi paruum quendam vſum oculi lucis appulſum exigue ſentientis. Nutrix id arcanum eius vxori patefecit, quod illa, fide nempe ac more muliebri, ſic religioſe abſconditum habuit, vt breui res ad Maſuti aures emanaret. Commouit vehementer animum barbari talis nuncius: quare ira incenſus *Elegmo* [l]) ſatrapae, vni ex illuſtribus, mandat, vt eum neruo ſtrangulet.

Hunc finem habuit Sultanus Saiſan, et eiusmodi fructum inconſultae ſuae pertinaciae retulit, quod conſiliis imperatoris parere recuſauit. Imperator interim reducebat exercitum in vrbem regiam, ca-

l) Ἐλεγμῷ.
Res a Turcis contra Romanos geſtas a temporibus Romani Diogenis inde vſque ad imperium Alexii I. Comn. compendio repetit Anna p. 495. his verbis: *Ex quo ipſis auſpiciis imperii Diogenis ſuperiores imperatori Romano non feliciter ipſos aggreſſo barbari fuere, numquam ad patris mei tempora, ceſſaſſe a vexandis Chriſtianis barbaricas manus. Sed gladios ſemper atque haſtas ex illo tempore in Chriſtianos exacutas, bella vero ac pugnas caedesque frequentatas. Vnde fiebat, vt ciuitates diruerentur, regiones vaſtarentur, Romanorum tota ditio Chriſtiano paſſim cruore pollueretur. Ciuibus eius atque alumnis partim telorum eminus, partim haſtarum cominus confoſſione miſerabiliter cadentibus; partim a patriis auulſis ſedibus, et in Perſidem procul ac Turcorum remotiſſimas ciuitates* (in gr. tantum πρὸς τὰς πόλεις Περσίδος) *captiuis abductis. Tanta paſſim conſternatione vniuerſorum, vt palam vbique curreretur in antra, lucos et montes locaque ſimilia ſpem latebrarum oſtendentia, —. Ea vulgo perturbatio infelices comprehenderat, qui quotidianis barbarorum expoſiti incurſionibus, horrebant in momenta ſingula, ne, quod aliis euenire quotidie cernebant, captiui ducerentur in Perſidem et ipſi: aut cum vtique capti eo traherentur, votis miſeris fatigabant coelum ob mala, quae tolerabant. Quod ſi quos fortuna quaedam ſeruituti Turcorum ſubtraheret, ac crudelitati, tamen illis peribat vitae ac libertatis fructus, luctu et deſiderio conſeneſcentibus in Romana terra. filiam illo quidem ſeruitum abductam lamentante altis ſuſpiriis; hoc fratrem, alio patruelem, aut fratris filium, morte abreptos praematura gementibus.*

a. C. 1109 — 1118. *Imp.* ALEXIO I. *Comn.*

eadem plane diſciplina et aciei deſcriptione ac forma iter illud peragens, quibus antea erat in hoſtili ſolo vſus.

CAPVT XVII.

Bellum imperatori Ioanni Comneno a Turcis, Maſute, Iconii Sultano, duce, illatum; ab a. C. 1117 – 1136.

§. 252.

Imp. IOANNE *Comneno.*

Imp. IOANNE *Comn.*

a. C. 1117. a)

IOANNES *Axuchus* b), natione Perſa, omnes apud [Alexium] imperatorem auctoritate anteibat: qui, principe vrbe Bithyniae Nicaea ab Occidentalibus legionibus, Palaeſtinam proficiſcentibus, expugnata, captus et Alexio dono datus, cum Ioanni aequalis eſſet, in colluſorem eius adſcitus fuit, et inter domeſticos et cubicularios cariſſimus habebatur. Eo vero rerum potito, omne dignitatis faſtigium ſupergreſſus, magni domeſtici honore ornatus, eo proceſſit, vt multi honoratiſſimi viri ex regia ſtirpe, caſu obuiam facti 186.

186. NICETAS CHONIATES p. 7, 8.

a) Annos hic et in ſequentibus e tabula Chronologica Nicetae praefixa adſcribo.

b) ὁ Ἀξοῦχος Ἰωάννης. Huius viri infra aliquoties meminit Nicetas. p. 31, 32, 33, 34.

Imp. IOANNE Comn.

a. C. 1117.

facti, equis deſcenderent, eique honorem haberent. Erant autem ei viro manus non ad bellum duntaxat eruditae, ſed et ad beneficentiam expeditae et promtae. Vnde factum, vt generis obſcuritatem generoſa indoles et liberalitas fere obtegerent, atque Axuchum carum redderent omnibus. Idem non diu poſt Annam Caeſariſſam, quae coniuratione facta imperium ad maritum ſuum, Caeſarem Bryennium, transferre molita fuerat, imperatori fratri conciliauit.

§. 253.

a. C. 1118.

187. α) POST haec imperator cum Perſas [Turcos] foedus cum patre ſuo initum nihili facientes, vrbes Phrygiae, ad Maeandrum fluuium ſitas, magnis copiis incurſare cerneret, primo vere egreditur: multisque proeliis victor, Laodicaeam capit, et moenibus cingit, eiecto *Alpichara* c), qui vrbi cum praeſidio praeerat: caeterisque rebus ordinatis domum rediit.

β) Nec diu Byzantii commoratus, denuo relicta regia, in tabernacula ſe confert, ad barbarorum incurſiones praecauendas. Nam

α) CINNAMVS: *Alexio vita functo, deſtinatum iam ante ſibi a patre imperium Ioannes ſuſcepit. rebus ille politicis, prout ſeſe obtulerat occaſio, rite compoſitis, in Aſiam tranſiit. Proxime autem Lycum Caprumque, Phrygiae fluuios, eſt ciuitas nomine Laodice. hanc a Perſis antea captam Romano rurſum aſſerere imperio conſtituens imperator, idoneum exercitum eo transmiſit. cumque haud procul abeſſet Philadelphia, caſtra illic poſuit, valloque circumdedit. Miſſo deinde quodam ex intimis, natione Perſa, cum copiis, qui obſidionem aggrederentur, ipſe cum vniuerſo ſubſecutus exercitu, vrbem primo impetu expugnauit. Hic non modica barbarorum inuenta multitudo quos inter exſtitere ex illuſtrioribus octingenti vt minimum, atque in iis Picharas, militari ſcientia inſignis. Relicto itaque ad continendam vrbem valido praeſidio, — rediit.*

β) Id.: *Tum verſa ad Sozopolim acie, vrbem labore nullo Romanis ſubiecit. quomodo autem id factum ſit, nobis promendum.*

187. NICETAS CHON. p. 9, 10. c) Ἀλπιχάραν
Cinnamus p. 2, 3.

Nam quia facile detrimenta capi ab imparatis videbat, expeditionibus immorari maluit. vnde duos fructus pulcherrimos caperet: alterum, ſuarum prouinciarum incolumitatem, quae militibus in aciem eductis potiſſimum defenditur; alterum, exercitationem legionum, et moram in re bellica, qua, relicta vmbra, proeliis, vt tinctura ferrum, roborarentur. Abiit igitur ad Sozopolin, Pamphyliae vrbem ſubigendam: quo cum et ob militum praeſidium, et ob loci naturam, praeruptis et inacceſſis ſaxis muniti, expugnatu difficilis putaretur, dinuitus huiusmodi conſilium capit. Pactiario cuidam copiis equeſtribus traditis, mandat, vt ſubinde ad Sozopolis moenia adequitet, et ſagittas in ea coniiciat. Quod ſi hoſtes egrediantur, terga det, nec eis pugnae copiam faciat, ſed ſiluoſas ſemitas et impeditas, quae parum ab vrbe diſtent, praetereat. Ille imperatoris monitis obtemperans, cum Perſae vrbe effuſi multum et ſaepe perſequerentur, hoſtem decipit, inſidiis in anguſtiis collocatis. Cum igitur Turci in vna excurſione, inſidiis non praeuiſis, inſtantius et longius, etiam inſidias temere praeteruecti, perſequerentur: Romani, qui in inſidiis erant, cum Perſas ſecuros toto impetu inſtare ſuis viderent, nec ſpectare quidquam aliud, niſi vt hoſtem comprehenderent: ſubito conſurgunt, ac Sozopolin petunt. Paulo poſt iis etiam, qui fugiebant, conuerſis, Turci in medio circumuenti, cum nec ad vrbem, ob Romanos ex inſidiis ad occupandos aditus progreſſos, accedere, neque a tergo inſtantes effugere poſſent;

 par-

Sozopolis, et ipſa inter ciuitates Aſiae quondam praecipuas, excelſo praeruptoque ſita loco, aliis quidem locis praecluſa vndique et imperuia, vnicum duntaxat, ſed anguſtum admodum praebet aditum, per quem aut machina duci, aut quicquam eorum, quae ad murorum oppugnationem pertinent, apparari nequaquam poteſt, cum hominibus raro agmine incedentibus vix pateat. eiusmodi fuit vrbis ſitus. at primum quidem Ioannes illius capiendae ſpem abiecit; mox ſubiit cogitatio, quae et Romanis vrbem nullo negotio aſſeruit, et imperatori apud omnes homines gloriam non mediocrem peperit. qua vero ratione id contigerit, paucis perſtringam. Arceſſitis duobus ad ſe ſatellitibus, quorum alteri Paktiario nomen, alteri Decano erat, iuſſit, — perſequerentur. alter eorum, quos dixi, ſtatim retro-

Imp. IOANNE *Comn.*

a. C. 1118.

partim capiuntur, partim occiduntur, pauci equorum celeritate euadunt. Sic vno imperatoris prudenti conſilio capitur Sozopolis. Deinde caſtellum, quod Cacumen Accipitris vocatur, in deditionem accepit: et plurima alia oppida et munitiones, olim Romanis tributaria, tum vero Perſis coniuncta ſubegit d).

§. 254.

a. C. 1124.

188. γ) IMPERATOR Ioannes Comnenus] gentibus occidentalibus pacatis, traducto in Orientem exercitu Perſarmenios, qui Caſtamonem tenebant, aggredi inſtituit. Igitur per Bithyniam et Paphlagoniam prouincias eo proficiſcitur: et ſcalis plurimis adhibitis, machinisque circumpoſitis, vrbe potitur, et Perſermenium ſatrapam rebus deſperatis cedere cogit. nec exigua Perſarum multitudine abducta, Byzantium reuerſus, 'triumphauit.'

§. 255.

graditur, et cum eo non modica Romanorum multitudo. Cumque portis iam proximi eſſent, ex equis deſiliunt, ibique ſtant. mox caeteri e Romanorum copiis, intellecto quid ab ſociis gereretur, retroactis equis citatum impetum in hoſtes fecerunt, qui ab ipſis intercluſi, alii alio per circumiacentes campos fugerunt, hacque ratione vrbs expugnatur. Deinde, — oppida quae Attaliae finitima ſunt, cepit, poſteaque Byzantium reuerſus eſt.

γ) CINNAMVS: *Imperatorem deinceps detinuere res Aſiae. vbi barbaris inexſpectatus, ſub hiemis maxime tempus, aliis in ſeruitutem redactis, pluribus ad Chriſtianam fidem perductis, non modicam Romano exercitui acceſſionem fecit. Agriculturae enim prorſus imperiti, lac ſorbebant, carnibusque veſcebantur, atque vagi, Scytharum more, in campis ſub tentoriis degentes, ſi impeterentur, longe exſiſtebant promtiores. Prima quidem haec contigit Perſis quies.*

d) His ſubiungitur bellum a Ioanne Comneno anno imperii eius quinto aduerſus Scythas ſeu Patzinacas ſuſceptum.

188. NICET. CHON. p. 13. Cinnamus p. 4. Hic etiam Perſicorum auxiliorum in bello Hungarico Romanis militantium meminit p. 5. Cf. *Vngrica* §. 39.

§. 255.

a. C. 1125.

d) Cum non diutius fuiſſet domi, quam vt et ipſe ab ſubditis cerneretur, et theatris oblectaretur, et milites poſt diuturnam militiam lares tandem ſuos ſalutarent, et equos recrearent, et haſtas exacuerent: denuo contra Caſtamonem mouit. Nam *Taniſmanius* e) Perſarmenius, qui Cappadocia tum potiebatur, vrbem cum maioribus copiis adortus, expugnarat, et praeſidiarios milites trucidarat. 189.
Imperator eo profectus, Taniſmanium mortuum inuenit, et *Muchumetum* f) quendam vrbi praeeſſe, cui cum Iconii praeſide MASVTO g) inimicitiae intercedebant. Itaque rei ſuae ſtabiliendae occaſionem nactus, cum Maſuto pacem facit: acceptisque ab eo auxiliis Muchumetum inuadit. qui cum ſe duobus exercitibus imparem fore cerneret, cum populari ſuo Maſuto de reconciliatione

 agit

d) CINNAMVS: *Taniſman, qui ea tempeſtate Cappadociae imperabat, Caſtamonem obſidione cingit, et oppugnat. — Vrbem igitur fame prius attritam deinde et vi expugnando cepit Taniſman: quae res principis animum grauiter afflixit. Interea neſcio quo caſu exſtincto Taniſmane, cum inter Machumetum, qui imperium erat adeptus, et Iconii phylarchum, quem Sultanum, caeteris anteponentes principibus, vocant Perſae, ſimultas intercederet, imperator miſſis Iconium legatis, vt ſecum amicitiam et ſocietatem aduerſus Machumetum contraheret, illi perſuaſit. Venit itaque non multo poſt quidam ex primatibus ab illo ſubmiſſus cum exercitu, et obſes, et belli pariter ſocius futurus. Imperator igitur cum iis copiis Gangram profectus, caſtra fixit ante vrbis moenia, ſeque hac ratione compoſuit, tamquam oppugnationem ſequenti anno ſuſcepturus. at Machumet, cum ſe Romano principi cerneret imparem, neceſſarium cenſuit Sultanum ad ſuas partes allicere, cui caeteroquin affinitate iunctus erat* (κατα γενος ἀυτῳ προσηκοντα). *Diremtis ſimultatibus, in Romanos vna conſpirant, ac Perſae auxiliares reuocati a Sultano, noctu dilabuntur. Dolo cognito, imperator non mediocri animi anxietate perculſus, caſtra inde mouere confe-*

e) Τανισμανιος.

f) Μαχαμετ. an cuius ſupra §. 220. facta eſt mentio?

189. Id. p. 14, 15. Cinnam. p. 7, 8.

g) De quo cfr. ſupra §. 249.

Imp. IOANNE *Comn.*

a. C. 1125.

agit, eamque impetrat, cum aliis rationibus, tum ea potiſſimum, quod iſta ad Romanos defectione rem Perſicam afflicturus eſſet, niſi in gratiam redirent. Ita Maſuto perſuadet, vt, ſocietate imperatoris repudiata, ſecum faceret. Quo paulo poſt facto, Sultani auxiliis Perſicis noctu digreſſis, parum ſucceſſit Romanis ea expeditio. Caſtris igitur in id oppidum translatis, quod ipſe ad Rhyndacum fluuium ſtruxerat, Muchumetum maiore impetu adortus. Caſtamone recuperata, ne Gangra quidem abſtinuit, vna ex maximis et illuſtriſſimis Ponti vrbibus, quae non ita pridem a Perſis ſubacta fuerat.

§. 256.

Ibi cum more belli ſuburbana omnia ſubegiſſet, ipſam vrbem operibus cinxit. Cum autem Perſae, qui intus erant, elati animis, imperatori vrbis aditu nulla pactione cederent, milites eam corona circumdant, moenia, qua oppugnari poterant, arietibus continenter percutiunt. Sed cum ea re ob propugnaculorum robur et hoſtium

ſtim ſtatuerat, niſi quidam monachi, qui tum forte aderant, a conſilio auocaſſent, perſuaſiſſentque, vt coeptis inſiſteret, et Gangrenſis vrbis expugnationem cum fiducia aggrederetur. His perſuaſus moenia poſtridie adoritur: verum inde repulſus, ad Rhyndacem recedit, exercitumque in hibernis locat. Romani longo iſtic tempore commorati, atque abs re frumentaria, cuius propter hiemem haud facilis erat transuectio, non modice laborarunt, adeo vt fames complures compreſſerit. Caſtamone itaque inde repetita et certis recuperata conditionibus, Gangram exercitum reduxit. at Perſae, qui ciuitatem tenebant, cum reſciiſſent, congregatas rurſum ad Rhyndacenem militares copias, vrbem imperatori tradere primum quidem detrectarunt, auxilium inde (εἰς τοῦτο) ſibi ſubmittendum rati. Verum vt hae copiae, antequam in vnum conuenirent, rurſum diſſipatae ſunt, (inſtante quippe hiemali tempore, vt ſupra commemorauimus, bellum geri non poſſe putant) neceſſitate adacti, hac vrbem conditione dediderunt, vt et ipſi, et qui, ſuperſtite adhuc Taniſmane, bello capti erant a Romanis, ab eorum manibus et poteſtate innoxii dimitterentur. Sed enim Perſae, conceſſae ſibi libertati ſpontaneam praeferentes ſeruitutem, imperatoris gratiam promeruere, et non ignobilem copiis Romanis fecere acceſſionem.

a. C. 1125.

ſtium pertinaciam parum proficeret imperator: omiſſis moenibus, ſaxa in aedes, quae e collibus, in quibus caſtra erant, conſpiciebantur, iacular inſtituit. Qui igitur machinis praeerant, lapides rotundos et leues, ob patentem conſpectum quam longiſſime eiaculantes, vt volitare, non e machinis excuti viderentur, domos quaſſabant: quae, tectis confractis proſtratae, habitatores opprimebant. Ita neque per vicos tranſire tutum erat, et domi ſe continere periculoſius. His de cauſis igitur obſidionis pertaeſi ciues, ac vel inprimis Taniſmanii obitu, Gangrae praeſidis, conſternati, ſemet ipſos et vrbem imperatori dediderunt. Qui ingreſſus, multisque Perſis abductis [h]), et duobus millibus Romanorum in vrbe collocatis, Byzantium reuertitur. Sed nec hanc vrbem Romani diu tenuerunt. Nam Perſae longe maioribus et fortioribus copiis reuerſi, eam et operibus et fame domuerunt, imperatore aliis rebus grauibus occupato et intento.

§. 257.

a. C. 1128.

[IMPERATOR Ioannes Comnenus, cum Sezerim Meſopotamiae vrbem oppugnaret] ferebatur — Edeſſa a Perſis circumſeſſa, in excidii atrociſſimi, periculo verſari, niſi imperator primo quoque 190.

h) De his Nicetas p. 17. *Imperator — partem ſui exercitus eo* [ad vrbem Anabartzam] *praemiſit, quae Perſicis cohortibus conſtabat, quas in Gangrae deditione ceperat, vt animos Armeniorum periclitaretur, ac plane cognoſceret, vtris ſtuderent. Verum hoſtes ad primum eorum conſpectum ira inflammati: quaſi vero ſtatim perituri, ac ne primum quidem impetum ſuum toleraturi eſſent, portis apertis eruperunt. Cumque ad manus ventum eſſet, eos in fugam coniectos longiſſime perſequuntur. Sed cum paulo poſt Perſae conuerſi, Romanis legionibus opem ferentibus, ſubſtitiſſent, mutata pugnae facie Armenii inuiti moenibus includuntur.* Id. p. 19, 20. Ioannes Comnenus Sezerim oppugnans, *phalanges recenſet, et pro nationibus et tribubus diſtribuit — Macedones in vnam claſſem refert: eos, qui ſelecti dicebantur, in alteram: Scythas in tertiam. eodemque modo Perſas, qui ſuperioribus bellis Romanis acceſſerunt.*

190. NICETAS CHON. p. 20.

Imp. IOANNE *Comn.*

a. C. 1128.

que tempore opem ferret. Igitur — ſoluta obſidione, Antiochiam verſus proficiſcitur i). — In diſceſſu a Sezeri milites *Zacae* k) et aliorum illuſtrium Perſarum Romanorum terga adoriuntur, equis ocyſſimis inſolentiſſime et cum ſummo Romanorum contemtu et faſtu furioſo atque barbarico irruentes tamen ſpe fruſtrati, non modo nihil memorabile geſſerunt, ſed temeritatis et inſolentiae ſuae
191. poenas diuinae vindictae dederunt, duobus eorum ducibus captis: quorum alter erat *Atapacae* l) filius, alter Samuchi m) Amerae frater. — Sic inſtructa acie progrediens [imperator], et a ſua bellandi conſuetudine non recedens, partem exercitus contra Iconienſes Perſas mittit. Nam ii, cum Syriam ingrederetur, arrepta occaſione, incurſionibus Romanos infeſtabant. Eo igitur infeſto agmine ſuperato, agrum hoſtilem populatur, multis et hominibus et iumentis omnis generis captis. Atque haec vna expeditione verſus orientem ſolem bella Ioannes triennio geſſit, quae omnium linguas et mentes omnium in eum conuerterunt.

§. 258.

Sub id tempus frater Iſaacius ſebaſtorator ad imperatorem rediit —. Nam ex parua quadam offenſa diuulſus a fratre, cum Ioanne filio eius primogenito, ex Romanorum finibus in exſilium abierat. Erat autem vir bellicoſus et fortis, procera ſtatura et forma viſenda praeditus: qui cum ad alias gentes tranſierat, tum ad Iconienſis metropolis ſatrapam, ſubinde ad incurſandas Romanas prouincias et res Ioannis turbandas incitatus. Sed quia pecunia egebat et imperator Ioannes perpetua rei bellicae laude florebat: ipſi nihil ex ſententia ſuccedebat, ac potius omnes ab eo reſiliebent: conatum illum deteſtantes, qui nec ei expediret, et ipſis ſucce-

i) Inter caetera munera, quae tunc pro reditu imperator accepit, fuit etiam crux elegantiſſima, de qua Nicetas, *Aiebant autem Sezerini Saraceni, maiores ſuos olim cruce illa radianti — capto Romano Diogene imperatore, eiusque vallo expugnato, et imperatorio tabernaculo direpto potitos fuiſſe.* At a Turcis captus eſt, non a Saracenis Romanus Diogenes.

k) τȣ Ζακα.

191. Id. p. 21.

l) τȣ Ατaπακα.

m) τȣ Σαμȣχ.

a. C. 1128.

ſuccedere nullo modo poſſet. Igitur cum toparchas adiret, etſi ab omnibus reuerenter exciperetur —: ſero tamen intelligens, quod deſerta cognatione, aerumnas fruſtra toleraret, ad fratrem ſe recepit.

§. 259.

a. C. 1129—1131.

NON diu Byzantii commoratus [imperator] cum Perſae in patentes campos, iuxta Sangarium fluuium, impetum feciſſent, quamuis corpore aeger, ſtatim exiuit. Ita hoſtibus ſua praeſentia territis, et omnis generis pecoribus abactis, Lopadium receſſit. — Cum autem barbaros, qui in Armeniacorum prouinciam irruperant, vlciſci, et Conſtantinum Gabram, longo iam tempore Trapezunte potientem, ac pro tyranno ſe gerentem, capere ſtatuiſſet, per Paphlagonum conuallem iter intendit, vt continenter per maritima Ponti loca proficiſceretur. idque duabus de cauſis; vt et exercitus e ſuis prouinciis commeatum peteret: et, ſi pugna committenda eſſet, ea ab vna duntaxat parte immineret, nec a circumuentione quicquam periculi eſſet. Nam Muchumetus, qui tum Caeſarea potiebatur, de quo ſupra [n] diximus, maximis opibus pollebat, et Iberiae partem ſubegerat, ac nonnulla Meſopotamiae loca in deditionem acceperat. Is ad vetuſtam Arſacidarum et *Taniſmaniorum* recentem ſtirpem genus referebat. qui Taniſmanii homines audaces et bellicoſi erant, et eorum, qui orientales Romanorum vrbes ceperant, potentiſſimi et impudentiſſimi.

§. 260.

Vere igitur iam exeunte imperator Lopadio diſcedit: et omni aeſtiuo tempore, autumnique parte temperatiſſima, in eo itinere conſumtis, ſub hibernum ſolſtitium in vrbe Pontica Quinta hiemauit [o]. Inde hoſtilem agrum aggreſſus, multa incommoda pertu-

192. NICETAS CHON. p. 22.
193. Id. p. 23.
n) Cf. §. 255.

o) ἐνηυλίσατο — πόλει Ποντικῇ τῇ Κοιντῃ.

Imp. IOAN. *Comm.*

a. C. 1131.

pertulit p). Nam et commeatu pene omni deſtitutus eſt, et iumenta tam bellicoſa, quam ſarcinis gerendis apta funditus perierunt. Vnde hoſtes fiducia reſumta, — multis inexſpectatis impreſſionibus latronum more irruebant: aliquando etiam aperto marte Romanos aggredientes, phalanges eorum crebris detrimentis afficiebant. Inſtar enim denſae nubis ſubito irruentes, equorum velocitate freti, e medio recedebant, perinde ac ſi ventorum flatu attollerentur. Imperator vero, vt cladem reſarciret, paſſim in exercitu generoſos equos conquirebat: iisque inter Romanos, qui contos ferre norant, ac Latinos potiſſimum in circumagendis haſtis dextros, diſtributis, aciem robuſtam hoſtibus opponebat. Qui cum haſtarum impetum ferre non poſſent, in fugam vertebantur.

e) His igitur artibus, et quia plurimi pedites vexilla ſuſtinebant, ad maiorem equitatus ſpeciem praebendam, repulſis Perſicis turmis, Neocaeſariam perrexit. iuxta quam etiam inter Perſas et Romanos crebro eſt dimicatum, et imperatoris iunior filius Manuel, haſtam geſtans, et patre inſcio longe progreſſus, impreſſinem in hoſtes fecit: idque adoleſcentis facinus fere totum exercitum ad dimicandum etiam ſupra vires impulit; aliis aemulatione incitatis, caeteris vero omnibus adoleſcenti metuentibus, et ab imperatore ſe maximam gratiam inituros ratis, ſi ſua opera ab omni hoſtium inſultu defenderetur. —

§. 261.

e) CINNAMVS: *Aſiatico — bello ingentem conſecutus eſt gloriam Ioannes imperator, praeterea quam in ea, quam ad Neocaeſaream ſuſcepit, expeditione, in qua non pro votis ceſſere omnia. Nam poſitis circa ſolſtitium hibernum non procul ab vrbe caſtris; haud aegre expugnari illam poſſe in animum induxerat. Sed cum Perſae oppidani crebris ipſum eruptionibus impeterent acrius, attereretque exercitum hiems validior, caſtra mouit, et in circumiectam regionem effuſus, praedas inde abſtulit ingentes, turbamque non modicam hominum, qui diu ſub Perſarum iugo*

p) ἐϛι μεν γαρ και ἄλλως ἡ Καππαδοκῶν χωρα κρυμμωδης πασα, και το κλιμα τουτο ψυχανον και δριμυτατον. τοτε δε και χειμωνος ἐπιγενομενου ἀηθους, πολυτροποις κακοις προσεπαλαισε. omiſit haec interpres.

Imp. IOANNE *Comn.*

§. 261.

a. C. 1132.

Forſitan autem Neocaeſarea potitus eſſet imperator, niſi caſu 194.
quodam improuiſo inconſulta et contumax ſuperbia et iracundia prorſus effrenis Ioannis, nepotis ex fratre Iſaacio, ſebaſtocratore, illi obſtitiſſet. Nam cum acie cum Perſis decernendum eſſet, viſo inſigni equite Italico, Ioannem fratris filium, quippe cui equos non deeſſe ſciret, Arabico equo deſcendere, eumque Italo dare iuſſit. At is homo elati animi, et iactantior quam decebat, imperatoris dicto non audiens, audacius, ne dicam impudentius, refragatus eſt, Latinumque per contemtum ad pugnam prouocauit, iure accepturum equum, ſi viciſſet. Sed cum patruo imperatori, cui bilem efferueſcere cerneret, diutius reſiſtere non poſſet; equum dat inuitus: alioque conſcenſo, animo aeger et iracundia aeſtuans, directa haſta in hoſtilem aciem tendit: ac paulo longius progreſſus, ea reflexa et humeris impoſita, galeaque capiti detracta, ad Perſas transfugit. a quibus cupide et amanter ſuſcipitur, tum quod eis, dum cum patre exſulabat q), innotuerat, tum quod praeſentia ſua ipſorum res firmaturus eſſe putabatur. Neque multo poſt Chriſtiana religione abiurata, Iconienſis Perſae filiam vxorem duxit. Imperator vero eo caſu conſternatus, ſpem parum bonam fouebat: haud ignarus, nepotem, quibus malis Romani conflictarentur, intemperanti et volubili lingua accurate expoſiturum; vt, commeatus penuriam, vt equorum interitum, vt caetera caſtrorum detrimenta. Quamuis autem ad diſſimulandum diſceſſum paulatim inde mouebat, tamen ne ſic quidem hoſtes omnino latere potuit,

ſeruierant, Romanis aſſeruit. In expeditione illa, cum adhuc ſcilicet circa Neocaeſaream caſtra haberet, accidit relatu res digna perinde ac auditu. Cum enim, Romanos inter et Perſas conflictu habito, ſuperiores forte euaſiſſent Perſae, Manuel — liberorum Ioannis minimus — haec aduertens, patre inſcio, cum iis, qui tum ſibi aderant, in medios ſeſe hoſtes intulit: quibus validius repulſis, Romanorum demiſſos ante animos plurimum erexit. — Ex eo proelio nihil fere equitatui Romano accidit.

194. NICETAS CHON. p. 24. Cinnam. II, 12. q) Vide ſupra §. 258.

Imp. IOANNES Comn.

a. C. 1132.

quominus extremum agmen longiſſime inſectarentur, ac perpetuo infeſtarent. Qua de cauſa ad oram maritimam conuerſus, in tuta ſe recepit: quo barbari cum accedere non poſſent, retro abierunt.

§. 262.

a. C. 1133.

Imperator idibus Ianuarii Byzantium a Perſicis aerumnis ingreſſus, ſub finem veris, gladio reſumto, ad Rhyndacenum oppidum r) proficiſcitur. Exacta vero aeſtate, cum hiberna tempeſtas ventorum procellis et frigoribus ſaeuiens, ſub dio agere prohiberet: Byzantium reuertitur, victus gelu, niuibus tamquam lapidibus, et glacie veluti haſtis armato.

195. (margin)

§. 263.

a. C. 1134.

ζ) Vere autem aduentante, ſalutatis filiabus — Phrygiam praeteruectus, ad clariſſimam Attali vrbem commorari ſtatuit, vt finitima oppida et prouincias rectius conſtitueret: quarum nonnullae iam a Turcis ſubactae erant: in quo numero etiam Puſguſa palus s) fuit:

ζ) CINNAMVS: *His (vide ſupra §. 260. lit. ε) ad Neocaeſaream geſtis, imperator, cum Sozopolim a Perſis iterum oppugnari accepiſſet, propero illuc agmine contendit. Sed cum nullus adeſſet hoſtis, (iam enim, aduentu Romanorum percepto, inde exceſſerat) copias ad Paſcuſam paludem traduxit* &c. reliqua fere vt Nicetas narrat Cinnamus.

r) προς το περι τον Ρυνδακον ποταμον πολισμα.

195. Id. p. 25, 26. Cinnam. 12.

s) Du Freſne in Notis ad Cinnamum p. 434. „Duas circa Iconium paludes recenſet Strabo lib. 12. quarum maior Κωραλις, minor Τρωγιτις vocabatur. Ita ex deſcriptione Paſguſae Paludis, quam hic exhibet Cinnamus, coniicere eſt, eandem eſſe Paſguſam cum Corali, cui inaedificatum hodie oppidum *Acrioteri* in Chartis Geographicis nuncupatum„.

Nicetas p. 28, 29. haec habet: Ioannes Comnenus letali inter venan-

fuit: quae cum inſtar maris latiſſime pateat, multis in locis paruas habet inſulas, firmis munitas moenibus, quas eo tempore Chriſtiani plurimi tenebant: qui cum lembis et nauiculis Iconienſes Turcos adirent; non modo amicitiam cum eis firmarant, ſed et inſtitutis eorum plerisque vtebantur, et cum eis tanquam finitimis coniuncti, Romanos vt hoſtes auerſabantur. — Igitur alii imperatori vt hoſti maledicebant, et eius edicta contumaciter reſpuebant, paludis ambitu freti: et quae ſana mente nunquam cogitaſſent, ea per vecordiam animis agitabant. Cum vero palude eos cedere, vt Romanorum veteri poſſeſſione, et plane ad Perſas tranſire, ſi vellent, iuberet; alioqui et ipſorum et paludis a Romanis alienationem minime diu paſſurum; nec verbis quicquam proficeret: ad belli apparatum conuerſus, nauibus fabricatis atque inter ſeſe iunctis machinas imponit, et paludis munitiones aggreditur. quas etſi expugnauit, tamen Romani eo bello malorum expertes non fuerunt; ſed nonnunquam ea a ventis turbata et fluctibus tumefacta, multae onerariae abreptae, et euerſae, vectores et ſarcinas demerſerunt.

§. 264.

a. C. 1135, 1136.

[MORTVIS ſub id tempus duobus Ioannis imperatoris filiis, Alexio et Andronico:] tamen nihilo factus mollior, neque de impetu quicquam remiſit, neque Byzantium rediit, integro iam anno in laboribus illis exhauſto: ſed in Iſauriam profectus, ac prouincia ordinata iter in Syriam intendit.

nandum vulnere accepto, proceribus conuocatis, inter alia *Tellus haec*, inquit, *in qua caſtra habemus, bis me iam aſpexit. Multum temporis intercéſſerat, ex quo Perſae et Arabes Romanum exercitum non viderant: hunc formidarunt, Deo duce meque miniſtro, nobisque multis vrbibus ceſſerunt, quas adhuc obtinemus, quaeque noſtris imperatis parent.* Id p. 31.

Ioannes filium natu minorem Manuelem ſucceſſorem declarans, *Scitis*, inquit, *quae ad Neocaeſariam praeter aetatem facinora ediderit, et in illuſtri illa contra Perſas impreſſione, ob quam vt ego pater ſollicitus, et in maximo de cariſſimo filio metu fui ita eadem res Romana confirmata eſt.* Cf. ſupra §. 260. et Cinnamus p. 15.

CAPVT XVIII.

Res Emanuelis Comneni aduerſus Turcos; inprimis Iconii Sultanum Maſut geſtae; pax cum eodem iuncta; ab a. C. 1141 -- 1149.

Imp. EMANVELE *Comn.*

§. 265.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1141. a)

196.[EMANVEL Comnenus poſt patris Ioannis Comneni obitum rebus in Oriente conſlitutis] mouit — caſtra, copiasque per medias Perſarum terras, non petito per legatos commeatu, duxit. quo eius facto attoniti Perſae, licet talem mirarentur audaciam, nihil tamen contra Romanos viciſſim attentare auſi ſunt per hoſticum nihilo ſecurius, quam per propriam ditionem transgreſſos. neque ita multo poſt imperii fines Manuel ipſe attigit.

§. 266.

197. [HOC itinere], dum imperator per ſuperiorem Phrygiam proficiſcitur, — Andronicus Comnenus, qui poſt in Romanos tyrannidem exercuit, Manuelis patruelis, et Theodorus Daſiotes, cui Maria nupta erat, Andronici ſebaſtocratoris, fratris Manuelis, filia, a Perſis capti, et ad MASVTVM b), Iconii principem, ſunt perducti.

196. CINNAMVS p. 17.

a) Hoc anno imperium ſuſcepit Emanuel Comnenus.

197. NICETAS CHON. p. 35.

b) De quo vide ſupra §. 249. et 255.

a. C. 1141.

ducti. Nam dum feras venantur, a militari via digreſſi, venerunt in hoſtium manus —. Imperator autem, qui, cum aliis rebus vacare non poſſet, ſed propoſitum vrgeret, omnemque moram ſibi incommodare putaret, non eam illorum rationem habuit, quam oportebat, nec, vt decebat, opem iis tulit. Poſt tamen eos ſine pecunia liberauit, et Pracam, oppidum Seleuciae finitimum, vaſtatum a Perſis, recuperauit.

§. 267.

a. C. 1144.

α) MANVEL [circa id tempus, quo Irenem, quam priuatus adhuc ſibi deſponderat, vxorem duxit] traiecto freto, in Aſia verſabatur, Bithynorum proſpiciens finibus, ne in poſterum Perſarum excurſionibus paterent. Nam cum prioribus ſeculis barbarorum irruptiones munitionibus ſubinde exſtructis propulſarent, neglectis iis, peruia omnia erant Perſis finitimis, ſed poſtmodum reſtitutae ſunt illae imperatoris liberalitate, compluraque ibi ab eo inſtaurata oppida: quo etiam tempore excitatum illud ſcio, quod eſt in ea regione, quam Melangia c) vocant. 198.

§. 268.

a. C. 1141—1144.

β) NEC multo interiecto tempore d), locatis ad Rhyndacenos 199.

α) NICETAS: Emanuel Comnenus *contra Maſutum orientem incurſantem et populantem ad Melangia profectus, Perſas illius loci vltus eſt: dataque opera, vt Melangia inſtaurarentur, et cuſtodirentur, in imperatricem vrbem reuertitur.*

β) NICETAS: *Oppidis et caſtellis, quae vexabantur, defenſis, Perſis*

198. CINNAMVS p. 20. Nicet. Chon. p. 36.

c) Du Freſne in Notis ad Alexiadem Annae Comn. p. 411. „Oppidum ad Olympum montem (qui Myſiae cognominatur a Ptolemaeo et Conſtantino lib. 1. de Them.) olim Μελαγγεια, aeuo recentiori Μαλαγινα nuncupatum, vt eſt apud Zonaram in Michaele, ſeu Μαλαγινα, vt eſt in VII. Synodo Oecumenica, p. 475. Edit. 1618. —„

199. CINNAMVS p. 21. Nicet. Chon. p. 36.

d) De obitu Mariae, vxoris Rogerii Caeſaris, et ſororis Emanuelis Comneni, ſermo fuerat.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1141 — 1144.

nos campos caſtris, vbi caſtellum de nouo exſtruxerat Ioannes imperator, quod Lopadium vulgo appellant, copias cogit, et in Perſidem, poſthabitis foederibus, Pracanam expugnauerant, vrbem Iſauriae, et alia inſuper damna Romanis intulerant. Rebus, vt par erat, ad bellum compoſitis, caſtra inde mouens, in vlteriora progreditur, quo incautos inopinate aggreſſus, puberes omnes internecione deleret. nec aberrauit omnino a propoſito, etſi ad manus ventum non eſt. ſuperato enim Olympo, Myſiae monte celebri, ad Pythecum cum perueniſſet, vbi validam ipſe arcem condiderat, noctu in eos ſeceſſit montes, qua confragoſi, praeruptique ſunt, atque arbuſtis conſiti: verum accidit, vt aſcendentes crebri e teſquis vapores caput ipſius adeo occuparent, vt ſtare vix poſſet, et ad mediam vſque noctem omnis ſenſus fere expers per
200. maneret. tum recreatus paululum, recuperataque conſequente die valetudine, ipſe quidem ſubſtitit; ſuorum vero partem dimiſit, praefectis ad rem peragendam idoneis ducibus. Hi confeſtim hoſtibus obuiam facti, iisque profligatis victorem exercitum cum multa praeda ouantes reduxerunt.

§. 269.

Dum haec aguntur ab imperatore, Perſae, rebus ad bellum paratis, cum ingenti militum multitudine Thraceſium irrumpunt thema *e*), reſiſtente nemine. nam Theodorus cognomento Contoſtephanus, ad id ab imperatore miſſus, exercitu comparato nondum aduenerat. regionem illi, quam Celbianum *f*) vocant, populabun-

denuo bellum ipſe inferre ſtatuit. Qui cum Pithecanas munitiones occupare ſtuderent, et in Thraciam (τῳ θεματι των Θρακησιων) *impreſſione facta, obuia omnia praedarentur; praeterita Lydia, vrbes Phrygiae et ad Maeandrum flumen ſitas imminentibus periculis eripuit, et Perſas perterritos fugauit.* quae his ſubiungit Nicetas, ad §. 270. adfero.

200. CINNAM. p. 22. Nicet. Chon. l. c.

e) De quo Conſtantinus Porph. lib. 1. de Themat. *Quod vero nunc Thraceſiorum thema appellatur, olim quidem et ab initio Aſiá minor dicebatur.*

f) Du Freſne ad Cinnamum p. 437. Lydia, ſeu Aſia Minor, ſic dicta, vt autor eſt Pachymeres lib. 9. cap. 8. Celbiani tractus mentio eſt apud Nicetam in Iſaacio lib. 1. N. 4. Acrop. cap. 15. et al. Vide Notas ad Alexiadem „.

bundi ineunt, factaque non modica praeda, regrediuntur. His imperator cognitis, impos ſui, ſtatim cum vniuerſis copiis citato impetu Iconium contendit, ſcriptis prius ad Sultanum litteris, quibus conſilium ſuum nunciaret. harum haec fuit ſententia: „ Scire te volumus, noſtrae huic aduerſus te expeditioni molimina tua cauſam praebuiſſe, neque enim tantum Pracanam g), haud tui iuris ciuitatem, a te pridem expugnatam, detines, ſed et in Romanos agros nuper irrupiſti. *Iaconpaſanem* h) quoque ſocium noſtrum, compluresque alios ibi phylarchos bello laceſſere non deſinis tibi autem, viro prudenti, cogitandum fuit, nequaquam id neglecturos Romanos, multiplicemque a Deo vindice iſtiusmodi facinoribus poenam rependendam „. Litterarum id fuit argumentum: quas ſimulac ille traditas perlegit, in hunc modum reſcripſit. „ Litteras tuas accepimus, maxime imperator, parauimusque omnia, quae iuſſiſti. reliquum tibi eſt accelerare aduentum, nobis autem crebris identidem miſſis legationibus hic morari non conuenit, caetera et Deo et mihi curae erunt. Locus vero congreſſui Philomelium erit, vbi modo caſtra poſuimus „.

§. 270.

γ) Arrogantiſſimo hoc miſſo ad imperatorem reſponſo, Sultanus Philomelii i), vbi caſtra prius locauerat, cum maiori Perſicarum copiarum parte conſiſtit, reliquas vero mittit, qui aduentanti-

γ) NICETAS: *Philomilium cum Turcis congreſſus* Manuel, *cum haſta Perſam quendam proſtrauiſſet, ab eodem cadente in planta ſagitta ictus eſt. Cum autem et in rebus gerendis acer atque audax et patre Ioanne bellicoſior hoſtibus videretur*, (δοξας δε παρ᾽ αὐτοις φοβερος ἀναι τας πραξεις και ἐυτολμος &c), *recedere noluit; neque paruit iis, qui monebant, vt tandem domum reuerteretur, ne Perſae, ex deſperatione ſalutis conſpirantes, exercitum eius male tractarent. Sed aucta potius alacritate ipſum Iconium petiit.* reliqua infra ad §. 272. adfero.

g) Vide §. 268.

h) Ιαγουπασαν.

i) Φιλομιλίῳ. ita et infra (et apud Nicetam) nomen huius vrbis ſcribitur.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1141—1144.

tantibus Romanis occurrerent. Atque illi haud multo poſt cum imperatore, qui prope Acrunum aderat, ciuitatem in ea ſitam regione, quae Calogreae collis nuncupatur, proelium conſerunt, funditusque deleti ac ſuperati, quam celerrime fugiunt ad Sultanum complures, quos inter et *Chares* k), magni vir apud Perſas nominis, Romanorum gladiis interiere. Ille ex accepta clade animo confuſus, nec inſtaurare curans aciem, aut rebus loco neceſſariis prouidere, fugae et ipſe ſe dedit. Quo cognito imperator vtrum-
201. que illi exprobrare geſtiens, et quod audaciae primum, et metus deinde exceſſiſſet fines, litteras ad eum in hanc fere ſententiam dedit: „Non decebat te, generoſe princeps; qui probe noueras, per ſe turpem metum fieri turpiorem, cum praeceſſit ferocia, bellum adeo ſegniter gerere. Quandoquidem igitur propoſiti prioris immemor, et iis, quae paulo ante ad maieſtatem noſtram reſcripſeras, neglectis, neſcio quo recedis, ecce tibi horum memoriam refricamus. Niſi itaque aduentum noſtrum, ſicuti nobis iam antea nunciaſti, Philomelii opperiaris, reliquum erit, vt palam profiteamur, magnanimitatem iſtam tuam degeneri timore elanguiſſe,,. Litterarum ea fuit ſumma.

Manuel vero Philomelium progreſſus, vrbem vi expugnat, totamque incendit, et e Romanis aliquot, qui captiui iamdudum detinebantur, priſtinae reſtituit libertati. Perſae quippe, freti primo viribus ſuis, atque alio terrarum abeunte imperatore, de transferendis iis nequicquam cogitarant. at vbi illos inceſſit metus, non captiuos modo verum propria neglexerunt.

§. 271.

Perlatis ad Sultanum litteris, ſiue ex caſtigatione principis pudore ſuffuſus, ſiue alia neſcio qua de cauſa, retulit pedem, regionemque Andrachmam a Perſis nuncupatam magnis itineribus petiit, ibique caſtra poſuit. Id poſtquam accepit imperator, apparа-

k) Χαρης.

201. CINNAM. p. 23. Nicet. Chon. p. 36, 37.

parato confeſtim exercitu, vrbem Adrianopolim l) ſupergreſſus, (iſtud quippe nominis ad Lycaoniam vſque excurrit) in quadam regione, quam Graïtam vocant, fixit tabernacula. Poſtera die, cum leui vtique interuallo vtraque dirimeretur acies, inſtructo agmine, caſtris excedit, ſignisque cum hoſtibus collatis, proelium init. ac Perſae quidem primum Romanorum non ſuſtinentes impetum, ad receptum ſeſe comparant. Inſtant contra a tergo Romani, alios occidunt, alios capiunt viuos.

Sultanus non ante deſtitit a fuga, quam perculſus metu intra Iconii moenia ſeſe abdidiſſet. Sed neque ibi adhuc in tuto poſitus, haec ſecum animo voluit. Cum nempe vereretur, ne, ſi intra moenia ſeſe pateretur includi, Romanis vrbem obſidione cingentibus, nullus ſibi ſupereſſet euadendi locus: ancipites praeterea mente verſans bellorum euentus, incertusque quo inclinatura fortuna eſſet, anguſto coërceri loco haud opportunum arbitrabatur. Itaque relicto ad praeſidium ciuitatis idoneo militum numero, reliquos bifariam diuidit. partem vnam a tergo vrbis, loco arduo 202. ſtare iubet: aliam, cui ipſe praeerat, ad dextram locat, fretus maxime poſitione montis, qui Iconium Cabalamque caſtrum interiacet.

§. 272.

∂) Dum haec agebantur apud Perſas, peruenit imperator ad Cabalam, ibique, neſcio quo oeſtro percitus, in Sultanum inuadere

∂) NICETAS: *Vnde* [Iconio, vide quae ſupra ad §. 270. ex eodem attuli] *Maſutus digreſſus, Taxaris caſtra poſuit, quae olim Colonia vocabatur. Vna vero ex filiabus eius, quae Ioanni*

l) Du Freſne in Notis ad Cinnamum p. 437. „ De hac Hadrianopoli in Aſia ſilent, opinor, Geographi. *Porro Hadrianus, quum titulos in operibus non amaret*, inquit Spartianus, *multas ciuitates Hadrianopolis appellauit.* Sed an regio circum vicina nomen iſtud habuerit, in dubium vocat Tollius, licet id diſerte videatur dicere Cinnamus. Verum quid vetat, Hadrianopolin, ab vrbe ſic nuncupata, tractum iſtum vocatum exiſtimare, cum — complura iſtius vſus exempla proſtent, apud Porphyrogennetam in libris de Thematibus „.

202. CINNAM. p. 24. Nicet. Chon. p. 37.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1141 — 1144.

dere decreuit: ſed, quo is loco conſideret, cum ſtatim non potuiſſet reſcire, animi impetum pauliſper inhibuit. Tum militari, qua potiſſimum praeſtabat, experientia edoctus, ad dextram ciuitatis praeeſſe illum militum cuneo, ſigniferum fraeno apprehenſum eo confeſtim trahit, rapitque. Stupuit ad eiusmodi facinus Romanus exercitus, magni inſtar miraculi ratus eſſe, quod tantas copias, et quae ſuas numero longe excederent, inopinato vellet aggredi, atque ita proelii aleam ſubire. Terrebat enim, quod non appareret agmen illud hoſtile, eosque, quos videbat, praecurſores eſſe arbitraretur copiarum hoſtilium m), quae in montium faucibus deliteſcerent. At imperator, cum ſuis, nihil tale timendum eſſe, perſuaſiſſet, impetu magno in hoſtes fertur, locumque occupat ſiniſtrum, mediae illorum obuerſum aciei, in qua plurimi ſtabant optimique Perſarum. At hi, ſuperioribus, vt opinor, proeliis attriti, repreſſaque audacia, vbi Romanos micare gladiis vident, relictis ordinibus diſſipantur paſſim. Romani dum fugientibus acrius inſtant, non parum temporis conſumſere. Atque ita quidem ſeſe res habuit.

Aliae interim Romanorum copiae, inſtructis, vt retuli, ordinibus a tergo ſuccedentes, primo quidem in inſidias quasdam, nec opinato, delapſae, fugantur. Ingruentibus quoque a tergo
203. aliis, turbari etiam coeperunt: nam et quotquot erant Iconii praeſidiarii milites, exceſſerant, ea fiducia, quod imperatorem longius

Comneno, Iſaacii ſebaſtocratoris filio, imperatoris patrueli, nupta eſſe ferebatur, qui ex leui offenſa a patruo et Ioanne ad Maſutum defecerat, e moenibus proſpectans in defenſionem patris Sultani orationem haud ineptam habuit. At imperator vbi ad Iconii moenia ſucceſſit, eaque exercitu circumdedit, et iuuentuti arcus contra propugnacula intendere conceſſit; prohibita ſepulcrorum violatione, vix inde diſceſſit. Sed quia in diſceſſu hoſtes anguſtias inſidiis occuparant, pugnae ſuperioribus maiores eruperunt. quibus non ſine diſcrimine confectis, in vrbem imperatricem rediit.

m) της συν τῳ Σελτων — παραταξεως.

203. CINNAM. p. 25.

gius ab vrbe inſequendi ardor abripuiſſet: vt et quotquot poſt ciuitatem, vti memoratum eſt, in decliui ſteterant. Id ſimul accepit Manuel, partem copiarum, quanta poteſt celeritate, mittit. quibus praepoſitus fuit Pyrrogeorgius, vir maxime induſtrius, qui poſtmodum primicerii aulae dignitate auctus eſt, et Churupus, inter miniſtros imperatoris, qui a purpura ſunt, allectus. Illis licet adiuuantibus, nihilo ſecius rurſum conturbatur acies. At imperaror animo perſpicaciſſimus et in rebus inueſtigandis ſolertiſſimus, conſilio potius, quam armis, rem tum egere animaduertit, aduocato igitur cuidam e militibus, nomine Bempitziotae, qui Adriapopoli oriundus erat [n]), iuſſit, vt demtam capite galeam et manibus in altum ſublatam circumferret vbique, captumque eſſe Sultanum magna per exercitum voce proclamaret. Id ſtrategematis Romanorum extemplo ſubleuauit animos, vimque hoſtium acrius inſiſtentium retudit. — At deficiente die, ibi pernoctatum.

§. 273.

a. C. 1144—1149.

Inde [imperator] profectus Iconium, quod vbi vndique explorauit, viditque aditu haud facile, rumore adhaec increbeſcente indies, occidentis populos, patriis excitos ſedibus, ingenti multitudine ad fines Romanorum contendere, ab eo oppugnando deſtitit. Tempore praeterea maiore, longeque alio apparatu, quam qui aderat, opus ſibi fore animaduertens, obuiis quibusque incenſis et perditis, receſſit.

Ferunt tum militibus Romanis foede ac contumelioſe Perſarum poſita iuxta vrbem ſepulcra tractantibus, nec non ex iis multa refodientibus cadauera. principem eo difficilium temporum momento magnanimitatis non oblitum ſuae, inuiolatus vt ſeruaretur matris Sultani cinis, praecepiſſe, dixiſſeque, Vel minimum ſapientibus reuerendam eſſe nobilitatem infelicem. Scriptas itaque 'officioſas admodum [o]) litteras ad Sultani coniugem mittit, in hanc

 ſen-

n) Βεμπετσιωτην μεν ἐπικεκλημενον πολεως δε ὡρμημενον Αδριανε.

o) ὀυ πορρω θρυψεως ὀν.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1144—1149.

ſententiam: „ Scias velim, Sultanum maieſtatis noſtrae ſeruum, viuere, et ſupereſſe adhuc, vitatis belli periculis „. Illa vero pecudum circiter duo millia, boum copiam ingentem et cibaria alia complura, quibus exciperet imperatorem, adparauerat. Sed vbi aedificia ſuburbana, vti memorauimus, Romani incenderunt, haud-
204. quaquam exſecuta eſt propoſitum. His ita conſtitutis, cum iam reditum moliretur imperator, iterum ad Sultanum ſcribit litteras, eo argumento: „ Multum te ſaepenumero quaeſiuimus, nec dum inuenimus. Fugis enim ſemper, atque inſtar vmbrae te nobis ſubducis. ne itaque videamur bellum gerere cum vmbra, domum denuo repetimus. prouidendum tibi, ne tum quoque fugam inertem quaquauerſum capeſſas „. Haec ille.

§. 274.

Interea Perſarum magna vis, quae regiones vltra Iconium ſitas incolebat, vbi imperauerat Thaniſman ille *p*), auxilium vt ferret Sultano venit, illiusque copiis adiungitur. Quibus ille elatus, non fugere, vt ante, voluit; quin potius ordinato agmine cum Romanis, qui tum ad eum peruenerant locum, quem Tzebrelitzeman *q*) barbarico vocabulo nuncupant, proelium initurus deproperat. eſt vero is, ſi quis alius, difficilis acceſſu, nec explicato duntaxat agmini, ſed et paucis incedentibus aegre peruius. Dum caſtra communire occupat miles, imperator, quem acrius pungebat aetatis vigor, quique paulo ante duxerat vxorem ex Latinorum gente, militari aliquo facinore, ſecundum eorum morem, vires ſuas decreuit experiri. viro quippe Latino, qui nuper coniugem ſibi nuptiarum iure adiunxerit, nullum edere generoſitatis ſpecimen, non modicum eſt dedecus. Inſidias igitur in vallibus binis locat, quarum alterae conſtabant ex agnatis, ſibique arctiſſimo ſanguinis nexu proximis, ac etiam ſororiis: alterae ex duabus militaribus cohortibus conflatae erant, quibus praeerat Nicolaus cognomento Angelus, vir impiger manu, et fortitudine inſignis. Hos omnes ibi

204. CINNAM. p. 26.

p) ἔνθα Τανισμαν ἦρχεν ἐκεῖνος. Vide ſupra §. 255.

q) Τζηβρηλιτζημανι.

ibi ſubſiſtere iubet, donec ſe conſpiciant equo inſidentem contra hoſtes progredi.

Vix autem rogantibus Iſaacio fratri et Ioanni r) Orientalium atque Occidentalium domeſtico aſſenſus, ſimul cum ipſis in locum quemdam proficiſcitur, vbi Romanorum aliquot turmas ſparſim pabulari animaduertit, ibique abſconditis armis, ne a Perſis ex eorum comparatione agnoſceretur, opperiebatur, dum Perſae, vti erat veroſimile, in pabulatores irruerent. Vbi vero nemo in conſpectum venit, militem vocat ad ſe, Perſam quidem genere, virum caeteroquin magnanimum manuque ſtrenuum, nomine *Pupacem* s); huic praecipit vt progrediatur longius, ſpeculeturque diligentiſſime, num forte aduentantes aliunde Perſas conſpiceret. abit ille, et exiguo poſt tempore, haud amplius octo ſe vidiſſe, renunciat.

§. 275.

Tum vero princeps, reliquis, vt ante dictum eſt t), in inſidiis relictis, cum fratre et domeſtico, praemonſtrante viam Pupace, quanta potuit celeritate in eos contendit. At illius conſanguinei, quod nullo loco habiti viſi eſſent, tanta exarſerunt indignatione, vt horrendis ſacramentis ſe, et quotquot aderant omnes, obſtringerent, etiam ſi iuberet, deinceps vna cum imperatore non ſe amplius certaturos. Ille viſos Perſas non ante eſt adortus, quam coiuiſſent numero octodecim. Cum igitur vellet geſt retque illos ſtatim inuadere, ne, cum eſſent expeditiores, fuga ſe proriperent, nec poſſet cum iis collato pede proeliari, quod ipſe adhuc diſtaret procul; tandem id comminiſcitur. Pupacae imperat, vt Perſis accederet quam proxime, et ſimul ac illos cerneret aduenire, fugam arriperet, nec deſiſteret, donec ſibi adiungeretur. Mandata ille

r) Du Freſne in Notis p. 437. „ 438. „ Ioannes Axuchus, cuius meminit Nicetas in Ioanne N. 11, 12. in Manuele lib. 1. N. 1. &c. *Erat*, inquit Tyrius lib. 15. cap 23. *inter principes vir magnificus: Megadomeſticus Ioannes nomine* „.

s) Πουπάκην Solymani Iconienſis ſatrapae ex fratre nepos. de quo vide infra §. 297.

205. Id. p. 27.

t) Vid. §. 274.

Imp. EMA-NVELB *Comn.*

a. C. 1144 — 1149.

ille exſecutus, barbaris inſequentibus, paulatim ceſſit, non tamen ita maturauit fugam, vt ſui attingendi ſpem praeriperet hoſtibus: cum vero ii, fraudis neſcii, ad imperatorem vſque fuiſſent pertracti, nihil inde tamen ex animo ille conſecutus eſt. Ipſo quippe animaduerſo, ſtatim fugae ſe dedere. mox adiuncti quinquaginta aliis ſubſequentibus, numero confiſi, conſilium capiunt opperiundi imperatoris. Ille, etſi comites vt plurimum facinus improbarent, ſeque dictitarent procul ſemotos ab exercitu, laxis habenis, ne tantillum quidem donec adeſſet aliquis, moratus, vna cum ſebaſtocratore inſequitur. Vbi vero, fatigato iam equo, pergere vlterius non poteſt deſpondens animum ſaluteque quodammodo deſperata, fratrem obſecrat, vxorisque ac liberorum curam habeat hortatur. At ille ſuccenſens fratri, exprobransque metum, „Frater, inquit. cariſſime mene, dum ſuperſtes ſim, exiſtimas ſub manibus te hoſtium relicturum? noli, quaeſo, tam indigne de me aut ſentire, aut loqui„. Tum imperator, Mane igitur, ait, donec tecum barbaros aggrediar„. At ille „ Poſt initum proelium, inquit, quam cito Deus dederit, ad te redibo. nunc quidem alia animo obuerſantur, ac neſcio quae praeclari cuiuspiam edendi facinoris me tenet libido„. His fratrem allocutus, irruit in hoſtes. atque ille tum forte caſus imperatori obuenit.

§. 276.

Qui vero in inſidiis, vti memorauimus t), poſiti erant, quemdam e magnatibus, Coterſen nomine, confeſtim mittunt, qui ſciſcitaretur, quem exitum habuiſſent ab imperatore tentata. Verum hunc imperator ad eos rurſus miſſum quam cito iuſſit celerare. Praetergreſſus ille adiacentem collem, incidit in agmen Perſicum militum quingentorum, quod a tergo haud procul cum vniuerſa acie ſubſequebatur Sultanus. Hos vt vidit, directa ſtatim haſta in hoſtes ruit, pluresque fortiter dimicando in terram proſternit. Tantum facinus aduirati illi, neſcio quo ſtupore perculſi ſunt.

Inter-

206. CINNAM. p. 28.

t) Cf. 274.

Interea dum haec geruntur, iam prope conſpiciebantur accitae iuſſu imperatoris Romanorum, quae latuerant, vt dictum eſt, in inſidiis, copiae. quas poſtquam aduertere Perſae, parti vni exercitus ſubeunt, dum alia ſubſequitur a tergo, vt Romanos aduentantes exſpectaret. iam enim intra retia concluſos illos eſſe arbitrabantur.

§. 277.

Dum ſuas ſic componunt acies, imperator defixae in terram haſtae innixus, dat in mandatis Pupacae, qui tum ipſi aderat, vt curaret ſedulo, ne Romanos a proximo colle arcerent Perſae: ita quippe fore, vt omnis ſibi intercluderetur exitus. Sedenim Pupaces conſilium reſpuens imperatoris: „ Deſine, inquit, deſine; nonne vides, domine, quanta in mala praecipites ruamus? ſalutis tandem memineris tuae „. Haec igitur aliaque multa id genus clamitans, poſteaquam nihil perſuaſit, iuſſa exſequitur. Cum enim, non absque probro locum ſe deſerere poſſe, putaret imperator, eiusmodi monitis aurem praebere noluit. Rurſum igitur in hoſtes progreſſus, vnoque ex iis occiſo, caeteris terrorem iniecit. auctis inde animis, collem petit, quo et alii e Romanis conueniunt, et ante omnes Ioannes fratris filius, quem poſtea ſebaſtocratoria dignitate donauit.

Ita liberatus periculo princeps, inde abſceſſit, ſudante non modicum acriusque anhelante equo. Ioannes vero domeſticus, implicito hoſtibus imperatore, relictus poſt tergum, veritus, ne, hoſtibus ſubinde turmatim ſubeuntibus, cum nulla adeſſet praeterea auxilii ſpes, veniret in eorum poteſtatem; haud ſana in his rerum anguſtiis conſilia meditatus, locum, in quo tum erat, eſſe ait maxime opportunum, modo occurreret, eoque cogeret copias imperator [v]. Cum igitur plurimos ex iis, qui a caſtris pergebant ad principem, detinuiſſet, eorum ope ſeruatus, ad imperatorem venit. Ioannes autem Romanique alii complures eiusmodi damna-

v) καὶ δεῖν αὐτοὺς βασιλέα κατάντημα ποιουμένους ἐνταῦθα μᾶλλον ἠθροῖσθαι.

207. damnarunt audaciam, quod ad temeritatem propius accederet. — A ſuis igitur — obiurgatus princeps, „ Nihil haec, inquit, in praeſens iuuant: quin potius videndum maxime, ne plures hodie pereant ex noſtris, cum multi adhuc a tergo relicti veniant„. Itaque placuit, tum ibi, tum in valle proxima inſidias ponere, quae pone venientibus ferrent opem, dum caeteri pedetentim caſtra repeterent.

§. 278.

His ita conſtitutis, cum paucis ex ſuis imperator vlterius progreditur. Nicolaus vero, cuius ſupra x) memini, manſit in inſidiis cum duabus cohortibus, quibus a principe, cum primum in Perſas mouit praefectus fuerat. Neque ita multum perrexerat, cum, vbi ad vallem quandam pertigit, aduentantes conſpicit Perſas. quare paucis ex iis, qui ſecum erant, aſſumtis, partem vallis occupat: caeteros collem ſuperare et in hoſtes recta progredi iubet. Simul atque illi conflixere cum barbaris, qui in inſidiis erant, confeſtim auxilio venerunt: Nicolaus autem, de quo ſupra retulimus, Perſam quidem percuſſit haſta, ſed non potuit de ſella deiicere, quod fuiſſet ictus ex aſperitate loci remiſſior. Itaque ne longius illos propelleret, ſuos iubet ad vallem vſque laxis habenis, ſed non vltra progredi. quod vbi animaduerterunt Perſae, ſenſim retrocedunt.

Interea ſagittari, qui erant cum Cotertze y), et ab imperatore, vt dictum eſt, ſubmiſſi fuerant ad ferendam opem, qui pone relicti erant, Romanis, iam ſe imperatori adiunxerant: quibus ſuffultus, proelium cum hoſtibus rurſum inſtaurat. Quos poſtquam vidit conuerſis protinus equis fugam meditari, „ Bono, inquit ſuis, eſtote animo; tota enim exercitus noſtri moles ad nos venit„. Quidam vero, qui dictis aurem praebere nolebant, dixere:, Perſae nullo impellente metu, (neque enim viribus hactenus ipſis fuimus pares) derepente ſic paſſim terga vertunt, abeuntque, quod 208. liceat iis, in alto conſtitutis, quae hactenus nobis occulta fuerunt, ex-

207. Id. p. 29.

x) Vid. §. 274.

y) Cuius ſupra §. 276. mentio facta eſt vbi quidem Κοτερτζης, hic vero Κοστεργζης vocatur.

208. CINNAM. p. 30.

explorare „. Nec imperatoris coniecturam feſellit euentus. Nam, qui caſtra ſeruabant, Romani, non modicis imperatorem implicitum anguſtiis edocti, citato agmine opem laturi properabant.—

§. 279.

Imperator — adiunctis, — quae e caſtris aduenerant, copiis, numero confidens, rurſum in hoſtes ſeſe infert; editisque praeclaris ibi facinoribus, compoſito agmine reuertitur in caſtra, indeque poſtridie ſub auroram diſcedit.

At Perſae, quorum haud procul aberant acies, Romanos, qui in difficili quodam adhuc ſtabant loco, ab vtraque parte adorti, nonnullos e peditibus cecidere, cuius quidem cladis ea narratur cauſa. Vir erat in Romanorum exercitu armis prae caeteris ſtrenuus, cui nomen Critoples [z], copiis aliquot pedeſtribus praepoſitus. Relicto ille ordine, cum Perſis, e propinquo ſubſequentibus, congreſſus, tandemque multitudine circumfuſus, palam fugae ſe commiſit, vixque, multis ſuorum amiſſis, ſoſpes euaſit. Quod vbi intellexit imperator, commiſſa fratri aliisque aliquot ex conſanguineis acie, eaque exercitus parte, in qua tum erat, laborantibus opem laturus, cum paucis ipſe feſtinat. In medios igitur illos ſeſe inferens, fortiterque ſtare iuſſos, rurſum in Perſas educit. At illi, re animaduerſa, cominus rem gerere detrectant. Tum imperatorem ſubiit cura, quo pacto Romanorum demiſſos animos recrearet. Iam enim ex accepta a pedite, vt dictum eſt, clade, ſenſim dilapſa erat innata magnanimitas. nihil quippe tam validum ad commouendam mentem, quam effuſi popularium ſanguinis e propinquo conſpectus. Ad vltimum protrahit e ſinu chartam, omnium ordinum nomina continentem, inque eiusmodi rerum anguſtiis, quid cuique agendum eſſet, ſingulis tranſmittit. magna 209.
enim iam militum pars, continuis cum hoſte proeliis attrita, relictis ordinibus, ad impedimenta ſe exercitus retulerat, neglectis

 vſque

z) Κριτοπλης. Huius viri infra quoque p. 86. meminit Cinnamus, vbi Maſſagetam (*Alanum* puto) fuiſſe, ait, et p. 96. 209. Id. p. 31.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1144 — 1149.

vſque adeo imperatoris mandatis, vt, etiamſi nonnulli hactenus eapropter poenas dediſſent, caeteri tamen nihilo minus hiſce coërcerentur. Immodicus quippe vitae amor virtutis obliuionem omnino inducit.

§. 280.

Dum igitur qui a tergo inſtabant, ita continuo ſe adiungunt prioribus, tota etſi in imperatorem incumberet belli moles, ab eorum manibus incolumis euaſit. Ibi tum locanda caſtra cenſebant quidam, neque progrediendum vlterius. Sed non placuit ea principi ſententia, quin potius Romanis eſſe bellandum cenſebat, dum nulla adhuc conſternatio tumultuſue illorum inuaſiſſet animos, quam primo quoque tempore, aut anno ſequenti, cum anguſtiis omnino premerentur. Satius itaque ſibi videri hoſtibus occurrendum, iis pulſis habituros tutiora caſtra, atque in loco liberiore conſeſſuros.

His dictis etſi non omnes ſibi adſentiri animaduerteret, Tzicandylem, Sinopitem et Critoplem aliosque e ducibus complures caſtris praeficit. Ipſe arrepto imperatorio vexillo, toto impetu cum ſuis in hoſtem fertur, crebraque irruptione fatigatum tandem ad fugam compellit. protracta longius inſecutione, Romani, a tergo inſtantes, multos occidunt, quosdam et capiunt viuos, quos inter fuit et *Pharcuas* a), magni vir apud Perſas nominis, qui diſcumbenti Sultano poculum porrigebat, pincernam hunc Romani vocant. Erat autem quidam in barbarorum exercitu, qui a Romanis oriundus, apud Perſas vero enutritus et educatus, forte prouinciam quamdam ſub haec tempora ab ipſis regendam ſuſceperat, nomine Gebras. Hunc poſteaquam ea die occiderunt Romani, amputatum illius caput in caſtra ſecum attulere. Imperator, quoniam nox inſtabat, fugientes non longius perſecutus, cum tropaeis inde reuertitur. Romanisque in ſumma rerum perturbatione et absque vllo ordine inuentis, (necdum enim ſarcinis iumentorum dorſa exuerant) vniuerſa confeſtim circumequitans caſtra, ſingulis ordinibus opportunum locum adſignat. Sed non pauci interim e militibus noctem in equis tranſegere, quod adeo compreſſi confertiſ-

a) Φαρκούας,

ſertique ſtarent, vt ab iis nequirent deſilire. Sic igitur nox illa tranſacta. 210.

§. 281.

At orto iam ſole, imperator in medium exercitum inuectus, "ſuos ad ſtrenue pugnandum hortatus", rite compoſita ordinataque acie ad paludem, quam olim veteres Scleri, nunc vero Punguſae b) vocant, recta iter intendit. Cumque in patentes campos perueniſſet, et, relictis montium anguſtiis, in porrecta planitie collocaſſet exercitum, militi cuidam imperat, vt altiori contenta voce Perſam aliquem aduocaret. Is iuſſa exſequitur. Accedenti Perſae, „Haec, inquit princeps, Sultano nunciabis. haec tibi per me ſignificat magnus imperator. Ad ipſum vſque Iconium venimus: regionem tuam percurrimus, ſummo ardore tua aduerſus maieſtatem noſtram peccata vindicaturi. Tu vero profugorum more alias atque alias in terras demigras ſemper, nec noſtrum exſpectare conſpectum audes. Quandoquidem igitur in noſtras ſedes abſcedimus, praeparari te ad bellum quam optime conuenit, ſcireque, cum primum ver aduenerit nos rurſum maiori apparatu venturos„. His dictis, ſago militari cuiusdam e magnatibus donatum, quo miſſus ab imperatore dignoſceretur, remiſit. 211.

Quibus intellectis, Sultanus non multo poſt legatos mittit ad imperatorem, qui eum de pace rogarent. At princeps rem, vtpote maioris momenti et minime aſpernandam, expendens, cum variae ſubinde animum verſarent cogitationes, de die in diem legatis reſponſa facere differebat: donec, opinor, quid certi ſuper iis, quae ex occidente — afferebantur in dies, inaudiuiſſet.

§. 282.

Poſtquam ad eam regionem venit, vbi Maeander in mare euoluitur, iam ſeſe ab hoſtibus tutum ratus, conſpicatusque locum aquis irriguum, qui amoenitate ſua hominum oblectabat animos,

210. Id. p. 32. 211. Id. p. 33.

b) Vid. ſupra §. 263.

priſtinos ex anteactis bellis labores venationum exercitiis demulcere conſtituit. Cum vero circa ſiluam e longinquo moueri neſcio quid aduertiſſet, nequiretque accuratius rem, quod inde abeſſet longius, diſcernere: miſſis aliquot ex ſuis, qui ſpecularentur, reſciuit tandem, conferta ibi eſſe tabernacula, et motum, qui conſpiceretur in ſilua, ab equis e caſtris ad paludem liberius tendentibus fieri. Mox Perſas eſſe, qui adeſſent, agnouit, nominataque illorum tribu, *Raman* quemdam ipſis praeeſſe [c], adeoque ſecundum morem finitimos Romanos depopulatum veniſſe [d]. Confeſtim itaque delectam bellatorum partem ad eos inſectandos proficiſci iubet: ipſe vero cum paucis locum editiorem conſcendit, quae agerentur exploraturus.

E contra Perſae, collectis ſarcinis, reditum parabant. Sed vt ſe a Romanis iam iam comprehendi, illosque effuſiore impetu [e] conſpexere in ſe ferri, obuerſa fronte reſtitere. At, Romanis inſtantibus, pedem rurſum referunt, quo, ſaepius eiusmodi repetito dolo, fatigati complures e Romanis deſpondere animum, reditumque cogitarunt. Quod vbi imperator animaduertit, (ex alto
212. enim, vt retuli, euentum rei ſpeculabatur) citato, quantum poterat, curſu absque lorica ad illos contendit. Sed vbi Perſae plurimos Romanorum inſecutione defeſſos, et a ſe inuicem diuiſos conſpexerunt, alios exiguo admodum numero rati, vndique circumueniunt, iam iamque parum aberat, quin delerentur omnino, niſi inopinate ſuperueniens periculo fugientes exemiſſet princeps. Tum vero Perſis inſequendis plurimum temporis eſt abſumtum: vnde, cum iam equum deficere animaduertit, ſubſtitit paululum, donec alius e velocioribus adduceretur, quem a celeritate equiſerum vocabant. Sequentibus autem pone ſingilatim et ſparſim Romanis imperat, vt inſtarent acrius, neque a conſilio remitterent. Alii vero cum poſt plurimam inſecutionem nihil demum peragerent, quod deſerta eſſet vtplurimum regio nec facile peruia, retroceſſere.

§. 283.

c) Ραμαν τινα γεναρχην αὐτοις καταλογων εἰναι.

d) λαφυρων ελκυσαμενοι ἡκουσιν.

e) σποραδην.

212. CINNAM. p. 34.

§. 283.

Princeps Andronico patrueli — in hoſtem contendenti obuiam factus, equum inuito extorquet, quem ille inſilit, et eum exſpectare ibi tantiſper iubet, dum equiferum f) illum, iamiam adducendum, nactus, ſecum vna contenderet in proelium. Interim in hoſtem proficiſcitur.

Copias Perſae bifariam diuiſerant. Prior pars conſtabat eo equitatu, qui liberius absque ſtramentis gregatim ſubſequi ſolet. Reliquus exercitus a tergo incedebat, ſubeuntes Romanos excepturus. Vbi vero nemo Romanorum conſpicitur, audaciores effecti, coëunt in vnum omnes, equitatumque, qui liberius, vt dixi, excurrit, in locum vnum ſtatuunt. Simulac autem imperatorem ſolum, nec lorica indutum, contra ſe aduenire cernunt, irruunt in ipſum vniuerſi, ſagittisque impetunt, ſeſe inuicem ſubinde ad virtutem hortati. Sed ille, heroico generoſoque pluſquam reſumto animo, poſtquam, aegre circumueniri ſe poſſe ab hoſtibus, agnouit, (locus quippe denſis virgultis obſitus ab vtroque latere iis obuerſabatur) proelium aggreditur, multisque obtruncatis, caeteros ad fugam compellit. Tum barbarus quidam, non auſus imperatoris impetum experiri, ſupinus ſolo recumbens, vbi praeteruectum vidit longius, telo emiſſo extremam pedis partem a tergo attigit, vbi circa clauiculos, verſus calcem quidpiam natura exſtans reliquit g): eumque ille ad ictum repetendum ſe accingeret, praeueniens imperator, comprehenſum crinibus hominem viuum cepit.

§. 284.

Inde ad caſtra cum illo reuertens, obuius fit Andronico, qui iam adductum equum nactus, contra Perſas perinde equitabat. Multis autem verbis fruſtra dehortatus, ne vlterius inermis et ipſe con- 213.
ten-

f) ὃν καὶ Ἀγριμαῖον — ἐκάλουν. Du Freſne in Notis p. 438. „ Portius in Diction. Graecobarbaro, Ἀγρίμι, Ἀγριοζῶον, Θηριάριμον, Θηρίον, Θηρ, Equus agreſtis, indomitus. „ *Equifer.* — „.

g.) Simile quid Nicetas narrat. vide ſupra §. 270. lit. γ.

213. Id. p. 35.

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

a. C. 1144 — 1149.

tenderet, (incredibili enim praeditus audacia totus ſpirabat martem, haſtam tractare, parmamque geſtare promtiſſimus, quibus tunc non propriis, ſed acceptis ab aliquo e magnatibus, vtebatur,) proficiſcentem quidem in proelium dimiſit, ipſe vero continuato, quod inſtituerat, itinere, ad ſuos tandem rediit. ʻibi vulnere pro tempore curato', productis inde ad medias fere noctes itineribus, exercitum repetit, qui ad Maeandri oſtia conſidebat —. Ab Andronico interea, qui in hoſtem, vt diximus, proceſſerat, nihil factum quidem aliud, niſi quod equos complures eorum, quos ceciderat imperator, in caſtra egit. Sic ſeſe res habuere.

Verſus Byzantium reditu inſtituto, imperator cum in Bithyniam perueniſſet, liberatis ex Philomelio, quemadmodum ſupra retuli, Romanis ſedes ibi aſſignauit, poſſeſſiuncula a ſacro quodam monaſterio per commutationem comparato, vbi et arcem Caſtrumque exſtruxit, cui nomen indidit Portarum.

§. 285.

214. NON multo interiecto tempore [b]) rurſum aduerſus Perſas proficiſcitur imperator, atque ad Rhyndacum amnem cum perueniſſet, parat ſe ad expugnandum Iconium, Pergamaque vniuerſa incurſionibus infeſtat. Necdum inde copias abduxerat, cum legati ſuperueniunt, a Sultano, de pace acturi. Praefuit huic legationi vir apud Perſas potentiſſimus, nomine *Solyman*, multa rei militaris experientia conſpicuus, quique pridem expertus fuerat imperatoris vires, ex quo, vt ſupra ſcripſimus, ad Calograeae collem cum Romano exercitu proelio decertans omnino deletus eſt. Ea autem fuit legationis ſententia: Pracanam ciuitatem ab iis reſtituendam, et quaecumque alia Romanis abſtulerant; ita deinceps Romanos inter Perſasque pacem fore. Quibus acceptis conditionibus ſolutoque bello, Byzantium princeps reuertitur.

CAPVT

214. CINNAMVS p. 37.

b) Remoto a ſede Patriarcha Coſma.

CAPVT XIX.

Latinorum et Emanuelis Comneni aduerſus Turcos et Sultanum Clitziaſthlanem expeditiones; pax hunc inter et imperatorem reconciliata; a Clitziaſthlane violata; ab a C. 1150–1159.

§. 286.

a. C. 1150.

[CELTAE, Germani, Galli et alii occidentis populi in Orientem, duce Conrado, Alemannorum rege, vt cum obuiis Perſis dimicarent, indeque in Palaeſtinam contenderent, effuſi, legatis ab Emanuele miſſis, ſe nulla damna Romanis illaturos, idque iureiurando confirmaturos dixerunt,] cum Palaeſtinam et incurſantes Aſiam Perſas ſpectaret ab ipſis ſuſcepta expeditio. 215.

§. 287.

α) [CVM Alemanni ingenti cum exercitu, Saracenis bellum illaturi in Orientem, Conrado rege duce, contenderent;] nullum mali genus fuit, quod imperator [Emanuel Comnenus] non vel ipſe 216.

α) CINNAMVS: Alemanni proelio a Romanis ſuperati ad Emanuelem legatos miſerunt, rogatum, *vt ad ſe Romanum quendam transprodit: Nos vero iamdudum orant ſubditi noſtri, vt quae modo ex vicinis Perſis vindicauimus, ea quiete ac ſine moleſtia poſſideant, Romani. Quod igitur obſecrantibus noſtris non indulſimus, id nunc te ſuadente ſtatim experiemur.*

215. CINNAM. p. 37, 38.

216. NICETAS CHONIATES p. 45–48. Cinnamus p. 45, 46. hic Perſas in proelio breui ante commiſſo Romanis contra Alemannos militaſſe docet p. 43. et p. 45. in litteris ab Emanuele ad Conradum datis inter alia haec ſcripta fuiſſe

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1150.

ipſe in eos machinaretur, vel aliis machinandi auctor eſſet: vt ſcilicet eorum poſteri perpetuis monimentis ab inuadendis Romanis deterrerentur. Idem et Turci imitati ſunt, Manuelis litteris ad bellum Alemannis faciendum concitati. Itaque circa Bathym a), *Pamplano* b) quodam duce, proelio victores, multos occiderunt. Sed cum eam quoque partem aggreſſi eſſent, quae Phrygiam praeteribat, opinione ſua decepti, interitum longe remotum vltro ſibi arceſſiuerunt, in foueam illapſi, quam ſuis manibus effoderant. Neque enim omni iniuria abſtinentes laceſſendi erant, nec ad iram, ad caedes concitandi. Verum illi denſata phalange in ripis Maeandri fluminis ſtantes, Latinorum exercitum tranſitu prohibebant: qui cum omnibus temporibus, ob vortices et varios anfractus, non vbique facile ſuperetur, tum plane tranſiri non poterat.

Ibi occidentales copiae ipſa re declararunt, patientia ſua factum eſſe, quominus Romanorum phalanges praedae eſſent, eorumque vrbes exſcinderentur, et ciues pecudum inſtar mactarentur. Nam cum, rege ad fluminis ripas accedente, neque naues praeſto eſſent, neque pons; et Turci, equites et pedites, permiſti, in vlteriore ripa ſe ad pugnam paratos eſſe oſtenderent, et ſagittis frontem exercitus fluuium praetereuntis attingerent: tum quidem paulum acie a fluuio ſubducta, extra teli iactum caſtra poſuit, atque

mitteret, qui monſtraret viam, et tuto copias ſuas deduceret. Mittitur itaque qui ad id tempus Acoluthi dignitate functus fuerat, dato inſuper mandato, vt de belli etiam ſocietate ineunda cum Conrado ſermones conferret: quam ſi ille admitteret, quandoquidem Romani et Alemanni longo inter ſe diuiſi interuallo bella gererent, auxilia quidem ſubmitteret imperatori, ab illo viciſſim recepturus maiora: vel ſi aduerſus Perſas proeliari eſſet animus, arma cum imperatore coniungeret: duabus autem propoſitis, eligeret ille quam vellet viam. Haec Conrado Stephanus nunciauit. Ille ſuis in conſilium coactis, commilitium penitus recuſauit. Itinere vero Philomelium verſus inſtituto, nihil illi quidpiam ſiniſtri accidit, quousque ad Melangia et Dorylaeum oppida peruenit. Tum enim Mamplanes Perſa cum exiguo exercitu in primam aciem inuectus eſt, quo vires ho-

a) περι τον Βαθυν.

b) Παμπλανα. Cinnamus Μαμπλανην vocat.

que omnes, vbi coenarint, in equis armatos eſſe et currus curare iuſſit, vt diluculo cum Turcis dimicaturos. Surgit igitur ante ortum ſolis, in tenebris adhuc, et ipſe ad pugnam exornatus et exercitus omnis armatus. Idem et barbari fecerunt, inſtructaque acie et ſagittariis in ripa diſpoſitis, et equitatu, vt viſum erat, ordinato, cum Itali in ripa progrediebantur, pugnam ciebant eminus. Rex vero aciem obiens, milites, ‘vt pro nomine Chriſtiano aduerſus barbaros ſtrenue pugnam capeſſerent, Deo adiuuante victoriam reportaturi, hortatus,’ cum ſignum pugnae dediſſet; et ipſe equum flagellis cohortatus, in fluuium fecit impetum: et caeteri, de more peractis precibus, clamoreque ſublato, hoſtes adoriuntur, acie turris inſtar inſtructa denſataque confertim perequitantes, vt fluminis vndae vngulis equorum partim in ripas excuterentur, partim reſiſterent, non ſecus ac ſi contra naturam ad fontes regrederentur; ipſi vero non ſecus ac terra proficiſcentes, in Perſas ex improuiſo irruerent. Barbari vero, qui nec fuga ſalutem quaerere (nam a perſequentibus capiebantur, nihil adiuti velocitate equorum incredibili) neque cominus pugnare cum Alemannis poſſent, variis modis caedebantur, atque alii ſuper alios ariſtarum inſtar cadebant. Nam hi lanceis confodiebantur, illi praelongis gladiis medii diſſecabantur, velites praeſertim, aliis pugiones in viſcera adigebantur: vt Perſarum cadaueribus campi illi plane tegerentur, et valles ſanguine redundarent. Italorum multi ſagittis icti, pauci vero interfecti ſunt. Quanta autem multitudo ceciderit, etiam hodie oſſium tumuli crebri et alti collium inſtar teſtantur: quos, qui illac

ſtiles et pugnandi formam exploraret. Alemanni, viſis primum tum Perſis, nullo quidem ordine, ſed cum impetu tumultuque in eos irruere. Illi, quamdiu haud procul a caſtris erant Alemanni, terga vertunt, fugamque ſimulant; deinde, feſſis inſequentium equis, atque ipſis longius a caetero exercitu abſtractis, conuerſo curſu, equos cum ſeſſoribus occidunt. Idque repetitum pluries immodicum Alemannis terrorem incuſſit. Tum demum videre erat feroces nuper et tumidos, quique ferarum inſtar hoſtes ſuos aggrediebantur, iam trepidos et degeneres, neque agendi animum, neque conſilii locum habere. At Conradus, vt erat in bellis mirabili audacia, in Perſas

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1150.

illac iter habet, quiuis admiretur: vt et ego, qui haec ſcribo; ſum admiratus. — Ex eo citra bellum Alemanni ſunt progreſſi, barbarorum nemine impediente c).

§. 288.

a. C. 1150 — 1157.

217. [EMANVEL Comnenus] vt accepit, Alemannos, Dalmatas et Pannones — de impugnandis ex occidente Romanis pacta inter ſe feciſſe; Iagupaſanem d) praeterea Perſarum phylarchum, vna cum Sultano, decreuiſſe Aſiam incurſionibus infeſtare: ipſe in Dalmatas proficiſcitur. —

§. 289.

218. HAVD procul Berrhoeaea adiacet caſtrum e), quo ad conuehenda tributa vtebantur Antiocheni. Poſtquam, qui iſtic circumhabitant, barbari rerum illud neceſſariarum inopia laborare intellexerunt, obſidione cinxere. Quibus intellectis Raimundus [Caeſar], vir, ſi quisquam alius, in rebus militaribus impiger, ſumma celeritate cum iis, quae tum aderant, copiis in caſtrum venit. Recedentibus hoſtibus, conuecto in arcem commeatu, inde digreditur. Cum vero iam adueſperaſceret, vlterius quidem procedendum cenſe-

progreſſus, velociſſimos, quos ab imperatore acceperat, equos amiſit: ipſeque, quin a barbaris caperetur, parum abfuit.

β) CINNAMVS: *Alemanni — a Perſis ſaepius repulſi, multisque ſuorum amiſſis, deſperato iam per Philomelium tranſitu, inde retroceſſere.*

β) Cinnamus p. 47.

c) Pergit Nicetas lib. II. p. 49. *Ac Itali huiusmodi certaminibus exercitati, Coeleſyriam occuparunt. Dum vero verſus Hieroſolyma pergebant, et Romanorum finibus ſuperatis, Phrygiam ſuperiorem, Lycaoniam et Piſidiam attigerant, olim Romanae ditionis, tum a barbaris ſuperiorum imperatorum ignauia et deſidia bello ſubactas: — Manuel imperator animo agitabat, quo pacto iniurias Siculorum Romanis inhumaniter factas vlciſceretur.*

217. CINNAMVS p. 58.

d) De quo vide ſupra §. 269.

218. Id. p. 69, 70.

e) Du Freſne in Notis p. 450. „*Nepa* dicitur Tyrio „.

Imp. EMANVELE Comn.

cenſebat, quod minus idoneus eſſet locus, in quo conſidere poſſet. At itineris longitudine ſui iam fatigati, ponenda ibi caſtra contendebant, monſtrabantque locum maxima ex parte paludibus obductum, caeteris in colles et tumulos, qui ibi multi ſunt, aſſurgentibus. At ille rurſum factus obſtinatior, „ Vereor, inquit, ne inde, (oſtenſo colle) inuadentibus nocte hoſtibus, exitus nobis intercludatur, atque inſtar ouium ſtabulo incluſarum pereamus, nulla ad defenſionem via „. At eorum quidam, qui aderant, acerbius virum allocutus, Metus haec eſſe ait, non prudentiae. Ad quae commotus animo Raimundus: „ Noui, inquit, generoſiſſime, ſi digrediamur inde, numquam te id nobis obiicere ceſſaturum. Hic igitur et nos, quandoquidem ſic placet tibi, caſtra locabimus. Tu vero vide, ne tum iſtius generoſitatis ſpecimen factis ipſis edere non valeas, quam modo, cum neceſſitas adeſt nulla, tantopere oſtentas, quando ab iis, quos indicaui, locis hoſtium exercitus irrumpens nos grauiter afficiet „. His dictis, Raimundus locum ſubit, vbi perpetuo concludi eum fata decreuerant *f*). Perſae autem multa iam nocte, vnde dictum eſt, ipſos aggreſſi, equos hominesque cecidere, cum neque alio quouis modo euadere poſſent.

§. 290.

[ANDRONICVS ſebaſtocrator, ex quo tempore filius ipſius Ioannes ad Heracleam Myſorum, ictu aduerſo haſtae cuiusdam Italicae alterum oculum amiſit,] neſcio quid clam fouens animo, dolosque ſemper agitans, cum in Cilicia bellum proxime gereret, Palaeſtinae regem et Perſarum Sultanum in ſuas traxit partes. 219.

§. 291.

DVM iis [rebus Siculis,] adhuc diſtineretur imperator, Aſiaticorum motuum cura ſollicitum tenebat: quibus demum peractis, totum 220.

f) Du Freſne l. c. „ De Raimundi Antiocheni principis nece conſulendi Willelm. Tyrius lib. 17. cap. 9. Willel. Neubrigenſis lib. 1. cap. 21. Math. Paris, Robert. de Monte A. MCXLVI. et Nicol. Triuettus A. MCL. „.

219. CINNAMVS p. 72.

220. Id. p. 102.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1150 — 1157.

totum ſe rebus iſtis applicuit. Perſarum quippe Sultanus Panſyram et Sibylam, Romanorum ciuitates, expugnauerat: et Toroſus — plurimas etiam in Cilicia abſtulerat. Ad hoc Iagupaſan, qui et ipſe phylarchus erat Perſarum, et Cappadociae princeps, Oeneum et Pauraen, Ponticas vrbes ambas, incurſabat. Miſſo itaque ad Sultanum Alexio Giphardo, ea oppida recepit; Iagupaſanem vero incurſionibus in fines Romanorum abſtinere ſibique deinceps adhaerere coëgit. Quibus tandem confectis, in Ciliciam expeditionem inſtruere decreuit. —

221. Vbi ille in Minorem Phrygiam peruenit, Perſis obuiam factus, ſignis collatis, proelio eos ſuperauit, magnamque caedem edidit. Adiacentibus deinde Perſarum agris deuaſtatis, in Ciliciam iter inſtituit, quaſi in Perſas bellum translaturus eſſet: qua ratione nec opinantem Toroſum ſeſe oppreſſurum credebat.

§. 292.

222. [RENALDVS, Antiochiae princeps, cum legatos de pace ad imperatorem miſſos legationis irritos recepiſſet, ipſe tandem] abiecto capitis tegumento, manibus vſque ad cubitum nudis cum plurimis Antiochenis ad imperatorem pergit. Appenſus erat collo funiculus, et gladius ab eo altera ferabatur manu. [Hoc habitu ſtabat procul ab imperatorio tabernaculo Renaldus, donec adeſſe iuſſus ab imperatore delicti veniam impetrauit]. Mira res prorſus viſa, qui hic forte aderant, Aſiaticarum gentium legatis, Choraſmiorum, Suſiorum, Ecbatanorum, Mediaeque vniuerſae, ac Babylonis, quorum principem magnum vocant Sultanum; praeterea *Nuradini* Berrhoeae ſatrapae, Iagupaſanis Cappadociae phylarchi, et Abaſgorum et Iberorum &c.

§. 293.
a. C. 1157.

γ) [IMPERATOR Emanuel Comnenus, foedere cum Toruſe, Arme-

γ) CINNAMVS: Imperator rebus Antiochiae rite compoſitis, et pace cum Nuradino, Berrhoeae Sultano, facta, *Byzantium reuerti*

221. Id. p. 103.
222. Id. p. 105, 106.
223. NICETAS CHONIATES p. 72, 73. Cinnamus p. 110.

Imp. EMANVELE *Comn.*

Armeniae principe . percuſſo ,] Conſtantinopolin redire inſtituit : et per amicas prouincias iter habens , ‘maximam copiarum partem dimiſit g). In quo prudentiae ſuae oblitus , milites plurimos amiſit, extremo agmine male tractato. Nam incitata itineris cupiditas et effrenis atque inconſideratus domum itionis ardor legiones non paucas in illa diſperſione afflixit , ſubito Turcorum inſultu oppreſſas. — Fortaſſis autem grauior clades accepta eſſet , niſi imperator conuerſus , Turcorum impetum repreſſiſſet , atque exercitum eo ordine , quo prius id fieri decuerat , reduxiſſet. Cum vero cadaueribus aſtitiſſet , et multitudinem interfectorum perſpexiſſet : labiis agitatis prae dolore femur crebro percuſſiſſe et cum profundis ſuſpiriis illacrymaſſe fertur. — Quamuis autem ſuſceptum dedecus abolendi cupidiſſimus , cum , quid in praeſentia ageret , non haberet , inſtitutum iter tenuit.

§. 294.

NON multo interiecto tempore , imperator , cum ob illatas 224. ſibi iniurias vlciſci Perſas decreuiſſet , ad Cypſellorum campos exercitum collegit : interimque miſit ad Romanos , qui in Aſia praefecturas obtinebant , et , vt certo quodam tempore eorum quisque in Perſicos agros irrueret , imperauit. Haec autem ideo fecit , ne poſſent Perſae ſibi inuicem opem ferre. Quod quidem non modice rem Perſicam affecit. At princeps , hiberno iam imminente ſolſtitio , per fretum Helleſpontiacum in Aſiam traiiciens , ad Dorylaeum

ſtatuit : vt vero breuiori itinere eo perueniret , relicta Pamphylia , per mediam Lycaoniam exercitum egit , licet multum obnitente Sultano. Vbi autem ad Arandem ciuitatem peruenit , conſternati Perſae fugam capeſſiuere , Romanos ſtatim ad Iconium caſtra poſituros rati. Verum vt aduerterunt , ab iis hoſtile nihil perpetrari , reſumta fiducia , commeatum illis abunde ſuppeditarunt. Non potuere tamen omnino Perſae conceptam pridem animo indignationem continere : adeo , vt , cum iam ad Cotyarum eſſent Romani, nonnullos ex iis , qui a caetero exercitu longius euagati fuerant , aggreſſi , partim caederent , partim viuos caperent. Imperator igitur Byzantium rediit.

g) διαφίησι τὸ στρατιωτικὸν ὅπῃ φίλον ἑκάστῳ μεθίστασθαι.

224. CINNAMVS p. 111, 112.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1158.

rylaeum vſque peruenit, circa duos fluuios, quorum alter ab incolis Bathys, alter Thyaris vocatur, ac circumiacente regione deuaſtata, infinitam inde hominum pecorumque abduxit multitudinem. Perſae vero, cum iam vltimum ſibi imminere cernerent diſcrimen, per turmas et globos coëuntes, conſpici coepere.

Interea imperator, aliis Romanorum copiis ad obuia quaeque depopulanda miſſis, cum paucis e ſuis in loca editiora profectus, occinere tubas imperatorias iubet, vt hac ratione perterreret hoſtes, dum principem iſtis praeeſſe copiis perſuaſum haberent. Multa enim in barbaros iſtos ſuapte manu exſequebatur, et ſi quando iis ex improuiſo appareret, vix non fulmen quoddam iis videbatur, ita vt nullo pudore fugam capeſſerent milleni interdum, et, ſi ita ſors daret, decies milleni armis vndique et ferro inſtructi milites. —

§. 295.

Cum igitur ageret imperator in editioribus iſtis locis; Romanorum copiae, quae ad interiora proceſſerant, in Perſicum exercitum inopinate inciderunt. Facto itaque cominus proelio, vt vidit princeps inclinare Romanam aciem, citato impetu, nec loricam, nec alia arma indutus, ſed ſolo munitus clypeo ad illam contendit. Vbi in medios ſeſe hoſtes intulit, mirandaque manu edidit opera, obuiis quibusque caeſis. Interdum etiam terga dantibus, accepta tum haſta, ſemper inſiſtens, nullam bene agendi occaſionem omittebat.

Ita diu ſine intermiſſione fugerunt hoſtes, vt ne illis quidem
225. in mentem venerit, tam numeroſum exercitum ab vnico homine inceſſi. Qui enim totos inuaſerat pauor, denſam oculis offuderat caliginem. Verum vt id aduertunt, mutuam ſibi inuicem obiicientes ignauiam, derepente ſe conuertunt, principique ſeſe opponunt. Neque tamen alacres iuere in pugnam, impetum retundente adhuc metu: cumque pharetras ſuas exhaurirent, nihilo minus ille, repulſis clypeo vndique vibratis telis, corpus inuiolatum ſeruauit. Erat vero apud Perſas vir animo praecellens, manuque impiger, qui

225. Id. p. 113.

qui, vbi neminem ex omnibus cum imperatore ad certamen deſcendere, perſpexit, ira efferueſcens, arrepto de popularis cuiusdam manibus gladio, ad eum percutiendum irruit. Sed princeps crinibus prehenſum hominem trahit, atque vna cum tribus aliis, viris etiam magnanimis, abduxit. Id vbi viderunt caeteri, nec ſe eſſe reſiſtendo pares, fugam confeſtim iniere. ille autem cum dictis captiuis in caſtra reuerſus eſt; cumque hiemem acerrimum videret iamiam imminere, Byzantium rediit.

§. 296.

Sed mox in oppidum illud Bithyniae peruenit, quod deductis Philomelio Romanis captiuis inhabitandum conceſſerat, cui Pylae nomen [b]). Ibi enim conuenere miſſi ab Sultano legati, quos, vt nihil ſani ab iis adferri vidit, domum remiſit, additis minis, niſi facerent ea, quae ipſe vellet, breui equitatum Romanum incurſaturum illorum agros, et multo hoſtilius, quam nunc, omnia depopulaturum. Inter quos aliquamdiu immoratus, inde traiecit (transfretans nimirum ſubſtiterat in regione, quam Ritzium vocant indigenae) atque in aduerſam ripam tranſiuit. Hinc facto per maritimas ciuitates itinere, peruenit Philadelphiam, ex qua, rebus omnibus rite comparatis, Perſidem inuaſit.

Interea proficiſcentes per Dorylaei campos legati, imperatorem in agros ſuos irruptionem feciſſe prorſus ignari, illum in vicinis Byzantio praediis verſari affirmabant. Vnde cum Romanorum vndique nunciaretur irruptio, rem primo incredibilem eſſe omnino credebant Perſae. Sed vbi a plurimis conſpectos eſſe intellexerunt, tum vero feſtinarunt cum vniuerſis copiis occurrere. Nulla enim re alia aeque commouetur barbarus, ac ſuarum rerum et poſſeſſionum amiſſione. Imperator autem, haudquaquam adhuc ſcire Perſas quae agebantur, ratus, aliquot Romanorum copias ad praedam faciendam praemittit, ipſeque a tergo cum paucis

b) Cf. ſupra §. 284.

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

a. C. 1157.

cis ſubſequitur. Verum vt audiuere Romani aduentare Perſas cum
226. numeroſo exercitu, continuo illos intraſit pauor, eo magis, quod ab iis abeſſet princeps. Sed poſtquam ille, intellecto Perſarum aduentu, ad eos acceſſit, collectis animis, maiori cum contentione deinceps progrediebantur. Cum iam adueſperaſceret, ex equis deſilientes pabulumque iis de more praebentes, pauliſper quieuere: deinde vt nox ipſa aduenit, praeeuntibus laternis, iter fecerunt i).— Caeterum cum Romanorum copiae, graui delapſa niue et contectis vbique itineribus, longe ea, quae inſtituenda erat, via aberraſſent; in periculoſa et incommoda incidiſſent loca, niſi, errore ſtatim cognito, imperator, arreptaque laterna, hac illac circumiens, inueniſſet viam, et in proximam regionem exercitum feliciter perduxiſſet.

§. 297.

Poſtquam inde ad locum, Sarapata Mylonis ab incolis appellatum, acceſſit, ex eo coepit excurſiones facere. Cuius rei vulgata vbique fama, cum ad terrae iſtius principem, nomine *Solymanum* k), etiam perueniſſet, tum adduci vix ille potuit, vt dictis fidem praeſtaret. Vnde Pupacem l) cognatum, qui tum ſibi aderat, et in imperatoris conſpectum ſaepius venerat, miſit, vt proxime accedens ad Romanos, num ipſe adeſſet imperator, quantum fieri id poſſet, diſquireret. Pupaces igitur, illo ſtatim agnito, ex equo deſiliit, et humillime eum allocutus eſt. Qui vbi didicit, quis eſſet, et quorſum m) eſſet miſſus, „ Haec, inquit, Solymano nunciabis: Dum, quiſnam ille ſit, qui Perſidem depopulatur, percontaris, perinde facis, ac ſi conflagrante domo tua, quomodoi gnem exſtinguas nihil ſollicitus, quis in aedes immiſerit, cu-
227. rioſius inquireres. Noli igitur in poſterum ignorantia malum pauorem, quaſi velo, contegere. Ignorantiae enim ſimulatio, quando-

226. Id. p. 114.

i) Sequitur harum laternarum deſcriptio.

k) Du Freſne in Notis p. 465. „Inter Iconienſis Sultani proceres primatum obtinens, Nicet. in Manuele lib. III. cap. 6." p. 81. vid. infra §. 359.

l) Πουπακην ἀδελφιδῆν αὐτῷ τυγχάνοντα, de quo cf. ſupra §. 274.

m) καὶ ὅποι.

227. Id. p. 115.

Imp. EMANVELE Comn.

do cum ratione non eſt coniuncta, nequaquam illum, qui ea vtitur, a probro ſolet liberare. Id potiſſimum principis et imperatoris munus eſt, pro patria diſcrimen ſubire, et momenta rerum agendarum ponderare: quae ſi non ille apprehenderit, iam perdidit omnia. Sed et alias in te locum non habet ſimulatio. Agnoſcis, vides, et ſatis coniectas, quis ſit, qui Perſas caſtigat: quod ſi adhuc libet decernere acie, nihil opus verbis aut legatione„.

§. 298.

His dictis, Pupacem dimiſit: ac deinde, obuiis quibusque vaſtatis et conſumtis, retro ceſſit, rem aggreſſus, priusquam illa perageretur, prorſus incredibilem. Aiunt enim, haud amplius ſexaginta bellatoribus aciem iſtam fuiſſe conſtatam. Tum vero ſummum in diſcrimen adductae Romanorum res praeter opinionem ſeruatae ſunt. Perſae ſiquidem ingenti multitudine ex eo tempore congregati, loca idonea inſederant: quo cum adueniſſent Romani, validum inter illos concitatum eſt certamen. Sed emiſſis ex editiori loco telis grauius affecti Romani, in vnum ſemper ac velut teſtudine coibant, cum ad id neceſſitas cogeret, priſtinae autem audaciae prorſus immemores: cum praeterea vlterius progrediendi facultatem loci natura minus idonea iis denegaret. Itaque tota proelii moles in imperatorem incubuit: quippe iam plerique ex comitibus receſſerant. Verum ille, tanto diſcrimini obiectus, neutiquam tamen a priſtina generoſitate deflexit. Sed et accedentem affinem Ioannem — clipeum illi obtendere volentem, (nam et tum inermis erat) remiſit, Fieri non poſſe inquiens, vt bina corpora vnicus bene protegeret clipeus. In eiusmodi anguſtiis, locum iſtum emenſi Romani, poſtquam ad patentiores campos peruenere, in quibus et equorum virtus et bellorum robur deprehendi poſſent, ſublato tum demum bellico clamore, directisque in hoſtes haſtarum cuſpidibus, plurimos fugant, ac caedunt. ac, recepta omni, quam abſtulerant, praeda, reuertuntur. Quo quidem in certamine etſi haud pauci praeclare ſe geſſerunt, prae caeteris tamen emicuit imperatoris magnanimitas. Nemo enim illo prior inuaſit ho-

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1157.

ſtes, totque egregia manu facinora edidit. His proſpere tandem confectis rebus, Byzantium reuertitur.

§. 299.

At cum Perſae non modice ex iis, quae acciderant, dolerent, viciſſim Romanos vlciſci ſtatuerunt. Captata itaque occaſione. Philetam, vrbem in oriente, diripiunt. Hinc Laodicaeam in Phrygia minore ex improuiſo aggreſſi, tractant acerbius, plurimis
228. incolis gladio per omnem detruncatis pubem, innumeraque multitudine in captiuitatem abducta.

Ea vt reſciuit imperator, indignatus eſt, remque aegre tulit: adeo vt, ſi id potuiſſet fieri, traieciſſet illico in Aſiam, et ad Iconium caſtra poſuiſſet. Verum vbi tempore ſibi opus eſſe vidit tantas res molienti, et ad longe quam antea maius bellum apparatu, id omiſit, 'interimque tam ex oriente, quam ex occidente copias ſuas et aliarum gentium auxilia contraxit'.

§. 300.

a. C. 1158, 1159.

δ) Sed vt Sultanum per ipſos contribules ſimul ac conſanguineos debellaret, ad *Saniſanem* n), eius fratrem, miſit, Gangrae et Ancyrae in Galatia ea aetate principem, et ad *Iagupaſanem* o) generum, qui vtrique Caeſareae et Amaſiae, praeclaris ciuitatibus,

et

δ) NICETAS: *Maſuto Turcorum imperatori multi erant filii, nec filiae pauciores. Moriturus prouincias et vrbes olim Romanas, tum vero ſuas, inter eos diſtribuit. Cumque aliis alias aſſignaſſet, Iconium metropolim cum ſubiectis oppidis Clitzaſthlani* (Κλιτζαϑλαν) *filio: e generis vero Iagupaſani Amaſiam et An-*

228. Id. p. 116.

δ) Nicetas Chon. p. 76, 77. Praemittit hiſce Nicetas: *Iam cum ad inſtitutum redeundum ſit* (ὁ δὲ λογος τα κατα τες Τερκες μελλων αὖϑις διεξιεναι) *quaedam ſupra commemorata perſpicuitatis gratia repetenda ſunt. Maſuto* &c.

n) Σανισαν.

o) Ιαγυπασαν.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 115$\frac{5}{6}$.

ut caeteris, quae circa Cappadociam ſitae ſunt, imperitabat: quos vt Sultano ſuſpectos primum reddidit, facile ad bellum etiam ſuſcipiendum impulit.

Haec vt audiuit Sultanus, cum aduerſus alterutrum ex iis, quos in ſe concitauerat imperator, bellum ſuſtinere vix poſſet, iis, qui vicinam ſibi regionem incolebant, tum alia multa, tum etiam oppida, quae magno prius labore acquiſierat, conceſſit. Miſſis autem ad imperatorem legatis, veniam deprecatus eſt. Qua impetrata, captiuos Romanos redditurum ſe promiſit, quocumque etiam laterent loco: eosque diligentius ſeſe inueſtigaturum.

§. 301.

Interea dum haec comprobarentur, Ioannes ex Palaeſtina cum equitibus rediens, in Perſicum exercitum incidit duorum et viginti 229.
millium fortium bellatorum. Inopinata re ille conterritus, primo

cyram fertilemque Cappadociam, cum locis finitimis; Daduni vrbes felices et maximas, Caeſaream et Sebaſtiam, attribuit.— Maſuti autem liberi praecipuos regni paterni ac potius Romanorum fines trifariam partiti, pacem et cognationis iura parum curauerunt, ad bella inteſtina propenſi. Nam Iconii Sultanus Cappadociae toparchae et hic illi viciſſim infeſto animo eſt inſidiatus, donec odia in apertum eruperunt, et ab ipſis imperatori ſunt expoſita. Qui, cum vtrumque perditum cuperet, optabat, vt non tantum inter ſe rixarentur, et diuellerentur; ſed armis etiam certarent: vt ipſe otioſus illorum malis, quippe barbarorum et impiorum, inſultaret: ac per legatos clam vtrumque contra alterum concitauit: aperte vero Iagupaſani donis miſſis opem tulit, Sultani odio, qui eſſet homo obſcuri ac doloſi ingenii, nec cognatis tantum ſuis perniciem moliretur, ſet et Romanorum fines ſubinde latrociniis vexaret. Iagupaſanes igitur imperatore fretus, Sultano bellum infert: ille viciſſim in aciem egreditur, crebrae pugnae committuntur. Tandem poſt multas vtrimque caedes factas penes Iagupaſanem victoria fuit. Atque armis ad tempus poſitis, hic in ſua prouincia manſit.

229. CINNAMVS p. 117. Nicet. Chon. p. 77, 78.

Imp. EMANVELIS *Comn.*

a. C. 115?.

quidem collem, qui prope aderat, cum ſuis confeſtim conſcendit. Deinde vniuerſam aciem ſuam adhortatus, in hoſtes irrupit; Romaniſque acrius in illos ſeſe cum impetu inferentibus, pulſi ſunt Perſae, fugientiumque cecidere complures, alii a Romanis militibus caeſi, alii denique equorum pedibus obtriti ſunt. Multi tum egregia et digna memoratu opera ediderunt, atque inprimis Ioannes dux fortitudinem ſuam illo in certamine prodidit. His fortunate confectis, Ioannes ad principem victor peruenit.

§. 302.

Poſtquam ea accepit Sultanus, poenitentiae compunctus ſtimulis, propter intempeſtiuam audaciam ſeſe miſerum vocabat, iis non tantum, quae acciderant, conſternatus, ſed praeſertim quod ex eo imperatorem in ſe expeditionem ſuſcepturum arbitraretur: futura veluti praeſentia animo effingens. Quamobrem iis, quae antea obtulerat, multa et maiora addidit, copias ſociales quotannis, cum id neceſſe eſſet, Romanis ſe ſuppeditaturum, pollicitus, et neminem Perſarum, ipſo volente, fines vnquam Romanos ingreſſurum: et ſi alio ex imperio eorum aliquis agros infeſtaret, bellum ſe continuo aduerſus illum ſumturum, omnibusque modis depulſurum vndecumque vim ingruentem: cuncta adhaec, quae princeps imperaret, exſecuturum ſine vlla mora: et ſi aliqua ex ciuitatibus Romanae ditionis in poteſtatem veniſſet Perſarum, illam ſe reſtituturum Romanis. His imperator perſuaſus pollicitationibus, ipſum grauiſſimis ſacramentis obſtrinxit; tum ſolutis ſimultatibus, domum reuerſus eſt.

§. 303.

230\. *e*) SVB idem tempus [quo imperator Emanuel Comnenus Deſen Dendrae regionis Archizupanum renunciauit *p*)] CLITZIESTHLAN

e) NICETAS: *Sultanus vero imperatorem recens ex occidente reuerſum adiit: et humaniter ac honorifice exceptus, non minus Manuelem exhilarauit, quam ipſe benignitate hoſpitii eſt exhilaratus. Nam ſpem bonam habebat Manuel, ſe ob Sul-*

230\. CINNAMVS p. 119. Nicet. Chon. p. 77, 78.

p) Cf. *Tom. II. Seruica §.* 51, 52.

a. C. $115\frac{8}{9}$.

STHLAN q) Sultanus Byzantium vltro venit, de iis, quae vtilia ſibi forent, principem rogaturus; res ardua prorſus et mirabiliter magnifica, qualis nunquam antea, quantum memoria aſſequi poſſum, Romanis contigit. Quo enim vel praeclariſſimorum facinorum non iſtud ſuperat, virum tantae regionis principem, totque imperantem nationibus, imperatori ſe Romano ſeruili ſtitiſſe habitu. — Splendidum — exſtructum erat tribunal, et ſella a terra longe exſurgens poſita erat, ſpectaculum ſane memoratu dignum. Tota ex auro erat conflata, carbunculis et hyacinthis infinito vbique numero diſtincta. Margaritas haud facile quis numeraſſet: nam ſingulos, qui ſparſim per interualla compacti erant, ambiebant complures, accuratiſſime orbiculatae niueque candidiores. — Hac ſede imperator conſidebat —. Ab vtraque vero ſellae parte ſtabat ſenatus, vti moris eſt, vnoquoque pro generis et dignitatis ratione locum obtinente. Eiuſmodi quidem apparatus erat imperatoris. Clitziaſthlan vero cum ad medios ordines vſque perueniſſet, 231.
totus eſt in ſtuporem verſus. Principe illum, vt ſederet, rogante, primo quidem pertinacius renuit. Inde, vbi magis inſtare vidi imperatorem, ſedit tandem humili et minimum eleuata ſede. Sermone deinde vltro citroque habito, ad paratum ſibi in palatio hoſpitium conceſſit. Imperator rerum proſperarum magnitudine elatus, triumphum ab ipſa acropoli vſque ad celeberrimum diuinae ſapientiae templum apparauerat, quo vna cum Sultano procederet. Sed quod intenderat, non confecit. Lucas r) enim, qui tunc temporis

tani praeſentiam non modo rebus Orientis conſulturum, et auaro barbaro hoſpitii liberalitate fucum eſſe facturum; ſed ex eo caſu gloriam quoque ſperabat. Conſtantinopolim igitur vna cum illo ingreſſus, triumphum indicit. Qui cum eleganter inſtructus,

q) Κλιτζιασθλαν, paulo inferius, Κλιτζιασθλαν.

231. CINNAM. p. 120. Nicet. Chon. l. c.

r) Du Freſne in Notis p. 466. „Quando Lucas Chryſoberges patriarchalem dignitatem adeptus ſit, incertum. Id tantum conſtat ex ſerie patriarcharum, Conſtantino Chliareno ſucceſſiſſe. Hanc certe obtinebat A. MCLXVI. Ind. 4. vt ex Balſamone colligitur ad Nomoc. Phot. tit. 13. cap. 1„.

Imp. EMANVEL *Comn.*

a. C. 115⅘.

ris rebus eccleſiaſticis praeerat, huicce conſilio obſtitit. Non decere inquiens, inter diuinam ſuppellectilem et ſacra ornamenta impium hominem tranſire. Alius praeterea caſus rem impediit. Quippe profunda iam nocte validior quaedam agitatio totam repente terram concuſſit. — Quid autem illud portenderit, perſpicue oſtendit rei exitus. Quippe Clitziaſthlan multo poſt tempore ruptis, quae cum principe ſancita fuerant, pactis, Romanos cum omnibus viribus in Perſas conuertit s). Vbi cum forte in loca difficilia eorum exercitus incidiſſet, plurimos dignitate illuſtres viros amiſit, et in maius veniſſet diſcrimen, niſi imperator humanae illic audaciae modum exceſſiſſe viſus eſſet. Sed haec, vti et mox diximus, deinceps a nobis commemorabuntur.

Princeps vero in ea palatia, quae ad auſtralem vrbis partem ſunt, concedens, magnificis illum epulis et omni beneuolentiae genere excepit: inde et equeſtribus certaminibus oblectauit, ſcaphasque et acatia ex more liquido igne incendit, ludorum denique circenſium ſpectaculis — ad ſatietatem recreauit.

§. 304.

Is igitur cum diu ſatis Byzantii egiſſet, et priora pacta altero etiam firmaſſet iureiurando, domum reuerſus eſt. Eae porro fuere foederis conditiones: Eorum, qui imperatoris hoſtes eſſent, quamdiu viueret, hoſtem futurum. amicumque contra eorum, qui illius amici forent: vrbium, quas ipſe caperet, maiores ac praecipuas imperatori traditurum; foedus cum quolibet hoſte, principe in-

pretioſis veſtibus et ornamentorum varietate colluceret, atque imperator cum applauſu et acclamationibus ciuium, adducto vna Sultano, qui inter caeteros proceres feſtiuitatem illam celebriorem redderet, proditurus eſſet: Deus illius diei ſplendorem fecit irritum. Nam terrae motu multae ſplendidiſſimae aedes corruerunt: et aëris intemperies et caligo et alii quidam terrores aeſtuantes hominum animos a triumphis in ſe conuertebant —.

s) De his vide infra *§. 208. ſeqq.*

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 115$^{8}_{9}$.

inconſulto, non facturum: ad Romanos, cum id neceſſitas poſtularet, cum omnibus viribus acceſſurum, ſeu in Oriente, ſeu in Occidente bellum foret. Neque etiam *Turcomanos* t), quos vocant, rapto viuere aſſuetos, quotquot ſub illius eſſent poteſtate, impunitos relicturum, in quacunque demum imperii parte deliquiſſent. Haec ille pactus eſt, et qui eum comitabantur magnates, ſi ab eiusmodi conditionibus recederet, pro viribus illius ſe conatus impedituros, ſunt polliciti. 232.

His Byzantii transactis, vbi earum rerum fama ex Europa in Aſiam peruenit, phylarchi, qui haſce regiones incolunt, haud ſibi bene ceſſurum rati, ſi in ſuas partes Sultanum adduxiſſet imperator, per legatos illum rogauere, vt et Sultanum perinde ſibi reconciliaret. Horum ille legationem haud illibenter audiuit; ſed velut rem omnem Sultani relinquens arbitrio, ipſos ad eum miſit, in palatio, quemadmodum dictum eſt, tunc agentem. Illi autem ſtatim atque cum eo ſunt congreſſi, tandem, vt, quae inter ipſos intercedebant, ſimultates deponeret, et apud principem pro ſe intercederet, perſuaſerunt: cuius ille admiſſis precibus, et ipſos in numerum amicorum adſciuit. Atque inde in poſterum firmam pacem Romanum imperium adeptum eſt.

§. 305.

Sultanus vero non paruo tempore cum eo [Emanuele Comneno] commoratus, ſpectaculis circenſibus eſt oblectatus. Tum Agarenus quidam, principio praeſtigiator habitus, vt vero poſt declarauit, omnium mortalium miſerrimus, ſua ſponte hippodromi turri conſcenſa, ſub qua carceres ſunt, vnde emittuntur equi, ſupra vero quatuor equi aurati ſtant, collis incuruis obuerſi ſibi inuicem, alacritatis ad curſum pleni, ſe ſtadium transuolaturum iactat. Stabat igitur in turri, tanquam in carceribus, ampla et pro- 233.

t) Quae ad h. l. adnotat Du Freſne vide ſupra §. 224. not. g.

232. CINNAM. p. 121.
233. NICETAS CHONIATES p. 78.

Imp. EMANVELE Comn.

a. C. 1158.

promiſſa admodum veſte candida indutus, quae vinculis in orbem ſuccincta, ſinuoſa efficiebatur. Putabat enim, ſe, veluti velo maneto, ita laciniis illius aëre expletis ad volatum inſtructum fore. Omnium igitur oculi in eum conuertebantur, vident ſpectatores, ſubinde clamant: Volato, volato: et, Quamdiu nos ſuſpenſos tenes, Sarracene, aërem ex turri libras? Imperatore hominem ab eo conatu deterrente, ipſo vero Sultano inter ſpem et metum ſuſpenſo, ne quid populari ſuo accideret. Is vero aërem ſubinde captans et ventum explorans, ſpectatorum ſpem eludebat, ac manibus ſaepe, alarum inſtar, ad volatum expanſis et libratis, vt plus venti colligeret, cum is tandem aptus et ſecundus aſpirare videretur, inſtar volucris ſeſe agitat: et dum per aërem incedere nititur, Icaro miſerabilius in coelo volitat. Neque enim corporis grauitas humum tendentis alta eum tenere ſinebat, donec proſtratus exſpirauit, manibus, pedibus et omnibus oſſibus confractis. Is volatus cum riſu et deriſu Turcorum, Sultani comitum, vulgi fabula erat: adeo, vt forum tranſire inderiſi non poſſent, fabris argentariis ferramenta menſarum concutientibus. Quo imperator audito, ridebat ſcili-
234. cet, non ignarus ſalium turbae triuialis: ſed in Sultani gratiam (quem iſta ludibria paulatim mordebant), ſe illorum licentiam coërcere ſimulabat.

§. 306.

Enimuero Clitzaſthlanes v), poſt mirabilem benignitatem et multa ſplendida munera ex imperatoriis theſauris exhauſta, quibus obſtupefactus, dubitabat, vtrum tantundem ſibi reliqui feciſſet imperator, laetus atque opibus onuſtus domum reuertitur. Manuel enim cum ſciret, quemuis barbarum auarum eſſe, et Romanorum opulentiam oſtentare vellet; quicquid Clitziaſthlani daturus erat, in ſplendidiſſimo quodam palatii conclaui ordine expoſuit. Ea fuere moneta aurea atque argentea, delicatae veſtes, argentea pocula, et thericlea x) aurea, et tela ſubtiliſſima, aliaque ornamenta eximia, Romanis paratu facillima, ſed rara apud barbaros, et pleraque nunquam viſa. Id igitur conclaue ingreſſus, Sultanum arceſſit; Numquid

v) ὁ Σαλτανος.
x) Θηρικλειων.

234. Id. p. 79.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1159.

quid ex eo theſauro donari ſibi velit, rogat. Reſpondente illo, id ſibi fore acceptum, quod ipſe dediſſet, rurſus interrogat, Si eam pecuniam in militem domeſticum et externum erogaret, num quis hoſtium ſuum impetum ſuſtinere poſſet. Cum vero ille non ſine admiratione dixiſſet, Se, ſi tantum pecuniae habuiſſet, iam olim hoſtes omnes ſubacturum fuiſſe: Haec, inquit, omnia tibi dono, vt et munificentiam meam noris, et quantis opibus polleat is, qui vni tantum donat, coniicias. Is vero et laetatus et obſtupefactus, et pecuniae cupiditate coecus, ſe imperatori Sebaſtiam cum ſuburbano agro redditurum pollicetur. Qua re Manuel cupide accepta, ſe illi plus pecuniae daturum promiſit, vbi verba ad rem contuliſſet, et vt barbari inconſtantiam anteuerteret, et ferrum feruens adhuc ſuo arbitratu verſaret; Gabram Conſtantinum cum multis aliis muneribus et omnis generis armis ad eum miſit.

§. 307.

Sed homo fallax et fidei ſeruandae ignarus, vt Iconium rediit, foederis oblitus, Sebaſtia vaſtata, et vicinia eius ſubacta, ſummam rerum ad ſe tranſtulit: et Dadune eiecto, Caeſareaque occupata y), etiam alterum popularem ſuum Iagupaſanem euertere atque occidere cupiebat. Qui cum et ipſe viciſſim copias ſuas cogeret, ſeque vt contra aduerſarium, iam maiore potentia praeditum, inſtrueret, in ipſo belli apparatu exſtinguitur. 235.

Dadunes vero Amaſiae praefecturam, vt poſſeſſore vacuam, clam ingreſſus; et rurſus inde eiectus, Iagupaſanis vxori, a qua arceſſitus erat, cauſa mortis exſtitit. Amaſeni enim eam, vt imperium Daduni clam conciliaturam, per ſeditionem occiderunt: et Dadunem, quem principem auerſabantur, longe eiecerunt. Sed Clitzaſthlanis opibus reſiſtere non potuerunt, quin, vt iam Cappadociam tenebat, ſic deinde Amaſiam quoque occuparet, homo proſperae fortunae flatu in rebus celeriter conficiendis vtens: quamuis

y) ἐπάθη δὲ καὶ τὸν Δαδούνην τῆς δραπέτην καὶ πλανήτην ἀργυρωτο, τῆς ἀμασείας ἀρχῆς παρέδωκαν, ἐκεῖνον μὲν δὲ Καισαρείας αὐτοὶ λαβόμενοι. p. 235. Id. p. 80.

Imp. EMANVELE Comn.

a. C. 1159.

nis corpore parum integro et pluribus praecipuis membris mutilato. Nam et articuli manuum eliſi erant, et pedes claudicabant, et caetera ſic affectus erat, vt plerumque curru veheretur. Quibus de cauſis Andronicus, homo dicaciſſimus, et cauillandi vel animi vel corporis vitia peritiſſimus, Cutzaſthlanem z) illum appellabat. Quamuis autem tali corpore a natura deformatus: tamen magnum adeptus imperium, tantisque munitus copiis, otio ſpreto, quippe turbulento et inſatiabili praeditus ingenio, Romanos, vbi poterat, non indicto bello, nulla de cauſa violato foedere, ſed tantum quia ita libitum erat, vexabat, atque oppugnabat. Nec ipſa Melitina abſtinuit; ſed facultate illius euertendae perſpecta, cum nullam ab Amera iniuriam accepiſſet, cauſam impudenter commentus, illum quoque, nihil eandem religionem veritus, regno expulit. Deinde fratrem quoque ſuum fraude circumuentum, in exſilium egit. Exſules omnes ad imperatorem ſe contulere. Atque haec poſterius acciderunt.

§. 308.

Sed tum aucta potentia, verecundiam imperatoris depoſuit: et qua obſeruantia eum, temporibus adductus, coluerat, eandem ab imperatore poſtulabat, barbarica plane inconſtantia. Nam vt, neceſſitate vrgente, vltra decorum ſe demiſerat, ita rebus ſecundis inſoleſcebat, animo vna cum fortuna mutato. Tamen aliquando imperatorem venerabatur: et cum belluam potius ageret, quam filium, patris illi honorem tribuebat, et filii adoptiui cognomentum ferebat. In litteris quidem pater imperator, et Sultanus filius
236. ſcribebantur. Nec tamen hae appellationes ſinceram inter eos amicitiam conciliabant, aut pacta et conuenta ſtabiliebant. Nam ille inſtar exundantis torrentis, aut draconis veneno turgentis, obuia quaeque inficiebat et abripiebat, multaque noſtra oppida deuorabat, improbitatis ſuae virus exſpuendo. Imperator vero vias illi alias inuictis exercitibus, alias auro obſtruebat, et incitatam hominis cupidi-

z) Κυτζαθλάνην. Hieron. Wolfius in Notis p. 428. „Significat, inquit, haud dubie vox aliquid, vt et μουρτζούφλος; ſed ſcriptor hanc aliis aeque ac ſibi notam eſſe ratus, non declarauit„.

236. Id. p. 81.

piditatem ad pacem flectebat a). Aliquando etiam Turcos in Romanorum fines effuſos b) repreſſurus, Pentapolitanos inuadit: ac Perſis, nec ad manus venire auſis, multis captiuis, multis pecoribus abductis, triumphans vrbem ingreditur.

§. 309.

Eo tempore Solymas, procerum Sultani princeps, homo callidus et diſertus, apud imperatorem, pro domino ſuo verba fecit, vt, Turcos illa contra Sultani voluntatem feciſſe, oſtenderet, blanditiis verborum vſus, quae cum factis non congruebant. Etſi autem aperte mentiebatur, tamen, quia imperatorem, vt barbarorum mos eſt, immodicis laudibus efferebat, oratione ad impoſturam compoſita, et equos curſores in ſuis ſtabulis educatos offerebat: nihil incommodi paſſus eſt. Accepit equos imperator, et Solymam, eius aequitate et ſubmiſſione approbata (quamquam ea benignitas non ab hominis ingenio proficiſcebatur, ſed temporum erat) ad Sultanum ablegauit, vt ea exponeret, quae non ignorabat, et leuitatem illi, perfidiam atque iniquitatem obiiceret. Neque vero ille quieturus erat, aut cladem illatam vel ad exiguum tempus inultam paſſurus. Latrociniis igitur de more vtebatur: et delectis cohortibus miſſis, Laodicea Phrygiae, quae tum non, vti nunc cernitur, moenibus adornata, ſed inſtar pagorum ad radices collium ſparſim exſtructa erat, ingentem praedam pecudum et hominum abegit: multos etiam occidit, atque inter alios pontificem Salomonem, caſtratum illum quidem, ſed gratioſum hominem et Deo virtute propinquum. Dicebat autem per ludibrium Sultanus ad ſuos, quo pluribus malis Romanos afficeret, eo maiora ſibi beneficia ab imperatore exſpectanda eſſe. Nam penes quem victoria ſit, ad eum quoque munera confluere ſolere, ne

 latius

a) και ἦν τινας ὧς λῃςαιν ἐκπηγξαμενε λοφιαν και τον ὅλκον ὃν ἐπεσυρετο τε ςρατευματος, κατασιγαζων ἐπραΰνεν, omiſit interpres.

b) τες ὥς κωια πλατεια διεκκεχυμενες τοις Ρωμαικοις χοινισμασι Τερκας. Hieron. Wolfius in Variis lectionibus p. 428. τους ἐξερχομενες Τερκες μετα των κατεινων αὐτων και βοσκοντας τα ζωα αὐτων. Diuerſa eſt hic ſententia: *Turcos cum ſuis tentoriis egredientes et ſuas pecudes paſcentes.*

Imp. EMANVELIS Comn.

a. C. 1159.

237. latius vagetur victoria, quemadmodum morbi periculoſi diligentiſſime curentur, ne ſerpant.

§. 310.

Nec interea quieuit Manuel, ſed primum per Baſilium Ziaandlam, deinde per Michaelem Angelum, Turcos eos inuaſit, qui ob gregum et armentorum copiam loca herbida et campeſtria conſectantur, eaque de cauſa ſuis relictis ſedibus, Romanorum fines cum omni familia occupant. Hi enim expedita copiarum parte in cohortes deſcripta, ſecumque abducta, noctu aduerſarios rectius inuadi poſſe rati, hanc exercitui teſſeram in nocturno illo conflictu dederunt, vt exclamarent, *ferrum!* vt ſuos ea voce agnita inuiolatos praeterirent: eos vero, qui taciti accederent, occiderent, vt peregrinos. Ea acclamatio totius pugnae tempore gentes diſtinxit: et, vt Dauid ait, ferri inſtar in Perſarum animos penetrauit. Sed Turci poſt multam tandem caedem, teſſera illa intellecta, eanden vocem et ipſi vſurparunt, donec elapſa nocte diremti ſunt exercitus.

Sunt et aliae multae Manuelis contra Turcos, et Turcorum contra Romanos incurſiones factae; quas pleraſque, quod nihil memorabile in iis actum eſt, praetermiſi; ne crebra ſimilium rerum repetitio, ſine vlla gratia nouitatis, faſtidium pareret lectoribus.

CAPVT

237. Id. p. 82.

Imp. EMANVELE Comn.

CAPVT XX.

Reliqua Emanuelis Comn. et Turcorum, praeſertim Sultani Clitziaſthlanis bella; ab a. C. 1163 – 1176.

§. 311.

a. C. 1163.

ſ) [ANDRONICVS iterum, Manuelis minis territus, fuga arrepta, cum varios dynaſtas et regulos adiiſſet,] ſero tandem ad Sultanum, qui Coloniam, e), Chaldaeam et finitima loca 238.

ſ) CINNAMVS: Andronicus *impuro atque illicito illius* [Philippae, ſororis Auguſtae] *amore flagrans, ac concubitu potitus, in Saracenorum fines vna cum illa traiecit, et liberos ex ea poſtea ſuſtulit. Inde plurimas regiones exteras circumiens, orientalem Iberorum plagam adiit. Neque ita multo poſt ad Perſas iterum cum muliere reuerſus eſt: vnde crebris in Romanorum fines factis excurſionibus, plurimos captiuos fecit, quos vt belli praedam ſceleſtus iſte Perſis conceſſit: ob quae facinora ab eccleſia anathemate perculſus eſt.*

238. NICETAS CHON. p. 93. et p. 147. his verbis: *Andronicus, vt Manuelis caſſes euitaret, cum perpetuum ſibi ipſi exilium indixiſſet, multis vrbibus, multis prouinciis peragratis, tandem ad Sultachum, vt diximus, diuertit. Toparcha is erat, cui regio Chaldiae vicina in portionem ceſſerat, olim Romanis tributaria, tum autem Turcicae ditionis et religionis: et caſtello illius voluntate occupato, atque ad naturalem loci ſitum artis munitione adiuncta, ibi ſe tenebat: Theodora Comnenia, Iſaacii ſebaſtocratoris filia, quam inceſto amore proſequebatur, fugae comite* —. Cinnam p. 146.

e) Cf. ſupra ſ. 272. lit. d.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1163.

loca tenebat, diuertit: ibique cum Theodora et duobus ex ea ſuſceptis liberis Alexio et Irene, ac Ioanne, quem, ex legitima vxore procreatum, Byzantio ſecum abduxerat, commoratur, donec ad Manuelem imperatorem reuerſus eſt.

§. 312.

a. C 1164.

239. CVM Aſianae vrbes, Chliara, Pergamum et Adramittium a Perſis male tractarentur (nam finitimae prouinciae per pagos habitabantur, et praedae hoſtibus erant) munitionibus eas firmauit, et patentes campos caſtellis adornauit. Vnde factum, vt ea oppida frequentia ciuium et vitae cultu rerumque copia multis beatis vrbibus antecellant.

§. 313.

a. C. 1164—1166.

240. [ALEXIVS protoſtrator] cum in Ciliciam primum ſummo cum imperio bello iſti ab imperatore praepoſitus, miſſus eſſet, ad Sultanum, dedita opera, Iconium venit, et beneuolentia illius conciliata, de arripienda tyrannide cum eo conſilia agitauit. Scriptisque viciſſim datis et acceptis, quae pacta ab iis facta continebant, in Ciliciam rediit. Interiecto deinde tempore reuerſus Byzantium, cum ſuburbanam quandam ex ſuis domum variis picturis exornare ſtatuiſſet, non Graecanicas quidem veteres hiſtorias in ea depingi curauit, aut praeclara imperatoris facinora, vti ſolent maxime qui in dignitatibus ſunt conſtituti, vel quae in bellis, vel in ferarum caedibus ille ediderat. — Caeterum Alexius — his omiſſis, res a Sultano praeclare geſtas, quasque adeo oportuiſſet ſilentio premi, ſtolide iis in aedibus exarata ac depicta omnium oculis exponebat. —

§. 314.

239. NICET. CHON. p. 97.

240. CINNAMVS. p. 155, 156. qui haec alieno loco habet, cum iſtum Alexium, *Axuchum* etiam dictum, [filius Ioannis Axuchi, cuius ſupra §. 274. mentio facta eſt] defectionem meditatum, Monachum factum et in monaſterium in monte Papicio amandatum eſſe refert.

Imp. EMANVELE *Comn.*

§. 314.

a. C. 1166 — 1170.

COMPOSITIS in occidente [cum Seruiis] rebus, Aſia rurſum noui aliquid molita eſt. Nuradinus quippe Berrhoeae ſatrapa, Lycaoniae Sultanus, Milo Armeniorum dominus, et Ancyranorum aliorumque Galatiae oppidorum princeps *d)*, facta inuicem conſpiratione, bellum in Romanos aggreſſi ſunt. Eapropter igitur ex occidente imperator tum mouit, caſtrisque ad Philadelphiam poſitis, rebus iſtis animum adiunxit. — Ac primo miſſis ad Lycaoniae Sultanum legatis, perfidiam illi obiecit, et cur ſic repentè Romanis in hoſtem verſus eſſet, percontatus eſt. Ille autem tum alia multa protendit, tum iratum ſuum ſibi eſſe *Chalipham e)*, ſiue ſummum apud eos pontificem, quod tamdiu amicitiarum foedere Romanis iungeretur. His dictis, legatos rebus infectis remiſit. Tum vero imperator, vt haec accepit, alteram legationem ad illum inſtituit, cum huiusmodi litteris. „ Quandoquidem tibi eſt in animo, cum caeteris contribulibus tuis conſpiranti, Romanorum procul terras deuaſtare, ſecurus abi: ſcias enim, necdum quintodecimo exacto die, inuadentem Romanum exercitum, ipſo te auctore, praeſidiarii quaſi iure ditionis tuae ſummam arrepturum „. Hac perlecta epiſtola, commotus animo Sultanus, a priori inſtituto deſtitit, amicitiam in poſterum pacto cum Romanis foedere ſanciuit. Ita conſilia iſta, priusquam effectum conſequerentur, rurſum euanuere, vtpote Sultano, qui in eis maxima pars ac momentum erat, ad Romanos tranſeunte. Itaque triumphum nactus incruentum imperator, Byzantium reuertitur. 241.

§. 315.

a. C. 1171.

η) CLITZIESTHLAN, de quo multa in ſuperioribus memorauimus, magnis, vt dixi, ab imperatore acceptis pecuniis, ditior 242.
poten-

ϛ) NICETAS: *Hoc negotio* [pace nimirum cum Venetis] *confecto* 241. Id. p. 168, 169.

d) Du Freſne in Notis p. 491. „Saniſan, Clitziaſthlanis Iconienſis Sultani frater. Vide Nicetam [ſupra §. 300. et infra § 315.] „.

e) Vide quae in hunc locum commentatur du Freſne in Notis p. 491, 492.

242. CINNAMVS p. 170. Nicet. Chon. p. 113, 114.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1171.

potentiorque factus, vicinos dynaſtas principatibus ſuis exuit, eorumque terras occupauit: ſed et Gangra Ancyraque, Galatiae oppido vtroque, Saniſane fratre conſanguineo, qui iis imperabat, per vim expulſo, potitus eſt: eique cum necem inferre non potuiſſet, peregrini et aduenae inſtar, terras omnes exteras circumeundi neceſſitatem impoſuit. Ad haec nullam earum, quas ceperat, ciuitatum imperatori reddidit: neque quicquam praeſtitit rerum, quas ipſe iureiurando erat pollicitus. Arrogantia praeterea ac ferocitate quadam in quosque hominum vtebatur, nec vllo modo poterat animi impetus continere. Quae vbi principi comperta ſunt, tum et priora illius facinora, tum etiam inſolentiam aegre tulit: ſed occidentalibus negotiis impeditus, commouere inſuper Aſiam verebatur. At poſtquam nullum in occidente amplius ſibi ſupereſſe bellum vidit, rebus vtpote ibi feliciter confectis, conſcripto idoneo exercitu, tranſire in Aſiam conſtituit *f*).

(ἀλλ᾽ οὕτω μεν και ταυτα διηνυστο τῳ βασιλει Μανουηλ. ὁ δε λογος προβαινετω τοις ἐφεξης, και διδοτω τῃ ἱστορια, ὡς ἑκασταχου ἐχει και χρονου και πραγματος. ἐπει γαρ οὐκ ἠν ἡσυχιαν τον Σουλτανον ἀσπασασθαι cet.) *Manuel contra Sultanum educit copias, hominem inquieti ingenii, Romanarum prouinciarum perpetuas incurſiones ſuis Turcorumque opibus augendis vtiliſſimas iudicantem. Quare nihil otii concedendum ei, ſed ſubinde armis viciſſim laceſſendum eſſe putauit* (τα πλειστα μεν οὐδ᾽ αὐτος εἰα τον Περσαρχην καθευδειν, ἀλλ᾽ ὁσα και θηρα ὠμηστην ἐφυπνωττοντα ἐξηγριαινεν ὑπονυσσων, και τα κοιτα ἀνιστη, και προς μαχην ἠρεθιζεν). *Proinde nulla foedera, nullae induciae, legationes nullae, expeditiones eorum morabantur: cum vterque audax et belli cupidus, leuiſſimas*

f) Du Freſne in Notis p. 493. „Bellum Iconienſe commemorare aggreditur Cinnamus, in quo cruentam adeo paſſus eſt cladem Manuel, acciſis totius imperii viribus, vt nusquam deinceps ſolitam mentis hilaritatem, qua ſingulariter praeminebat, exhibuerit, nec corporis ſoſpitate, qua plurimum pollebat, vsque in ſupremum vitae diem fruitus ſit. Illud multis narrant Nicetas lib. 6. N. 1. et ſequenti, et Tyrius ſub A. MCLXXIV. quo et commiſſum proelium teſtatur, lib. 21. cap. 12. Attigerunt etiam Robertus de Monte et Nicolaus Triuettus A. MCLXXIX. Vincentius Beluac. lib. 31. Spec. Hiſt. cap. 150. Chronicon Reicherſperg. p. 273. et Aegidius de Roya An. MCLXXVI.

Quibus intellectis, Clitziaſthlan per legatos, quaecunque imperaret, omnia facturum ſe, principi reſpondit. Ad haec copias Romanas, vt, quas vellet, ciuitates occuparet, in Aſiam mitti poſtulauit: ſe laboris iſtius participem ſociumque fore pollicitus.

§. 316.

His acceptis conditionibus, Alexium Petraloepham cum ſex millium exercitu imperator eo mittit, datis pecuniis, quas ad bellum iſtud conficiendum ſufficere exiſtimabat. Hoc quidem apparatu in Aſiam venit Alexius. Clitziaſthlan autem vt aduentare Romanorum exercitum percepit; miſſis ad ciuitates, quas nondum 243. ipſe occupauerat, nunciis, pauorem iis ex imperatoris exercitu incutere intendit. Sed, cum eae ad vtramque vim ſuſtinendam minus eſſent idoneae, illius imperio vltro ſe ſubdidere. Oppidis igitur iſtis potitus, nullum horum amplius tradere Romanis voluit. Vnde ira ſuccenſus imperator, extemplo apparare bellum ſtatuit. Sed cum variis diſtentus negotiis id peragere non poſſet, (quippe iam ver praeterierat, bellis gerendis idoneum maxime tempus.) alia Romanis commoda procurare, et, quo optimum loco videretur, inſtaurare ciuitates decreuit. Ad haec etiam Amaſia, orientis vrbs, ad eum acceſſit, quae, bello necdum palam flagrante, vltro ſe dedere Romanis parata videbatur. Quamobrem talia inſtituit. Michaelem Gabram g), virum — Sebaſti dignitate auctum, reique militaris peritiſſimum, in Paphlagoniam mittit. Et cum prae-

de cauſa ad arma alteri inferenda moueretur. Nihil igitur iis erat antiquius, quam perpetuo in armis eſſe, legiones contrahere, inter ſeſe decertare. Hoc tantum inter eos intererat, Sultanus magno conſilio et prouidentia omnia adminiſtrabat; at imperator, generoſo praeditus animo, acer in pugnis et manu ſtrenuus, quoties hoſtes ingruere et prouincias male tractare audiebat, primus equo conſcenſo in militiam ingrediebatur. reliqua ad *§. 317.* adfero.

243. CINNAM. p. 171. Nicet. Chon. l. c.

g) Supra *§. 307. Gabrae Conſtantini* facta eſt mentio, infra *§. 320.* et *328. Gabras* vnus e Clitzieſthlanis proceribus fuiſſe dicitur.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1171.

ſentibus quidem aliisque iſtis in regionibus contrahendis copiis ; tum etiam cum iis, quae ex Trapezunte et Oeneo, ciuitatibus Ponticis, arceſſendae erant, ad Amaſiam iter intendere iubet. —

§. 317.

ϑ) Michael igitur, vti dictum eſt, Amaſiam miſſus, traiecto Damalis freto, ad Melangia ſtatim peruenit. Inde ex Bithynia et Rhyndaco vicinis regionibus idoneo contracto exercitu, ad campos Dorylaei ire pergit, ibi conſtituta Romanorum praeſidia et caſtella, per pacis inducias, neceſſario commeatu [vt] muniret, et Sultani inimicis adderet animos, ac poſtremo Dorylaeum inſtau-
244 raret. — Sedenim Perſae quo tempore Romanorum fines maxime incurſabant, vrbem ſolo aequatam incolis nudarunt prorſus, et circumiecta omnia ita vaſtarunt, vt nullum ferme priſtini ſplendoris veſtigium reliquerint. In eo igitur ſtatu erat tunc haecce ciuitas. Perſae autem hac ipſa tempeſtate ad duo millia cum paſcuis, vti ſolent, tabernacula habebant; quibus hinc expulſis, imperator, vallum non procul ab vrbe circumducens, ſe ad murorum aedificationem comparat. Condi igitur ſumma celeritate ciuitas coepit, forma ab ea, quae prius fuerat, haud multum abſimili: colle vero, quem olim pro arce habuerat, paululum inde remotiore, et ab illo prorſus interuallo circumductis ciuitatis moenibus. Princeps autem

ϑ) NICETAS: *Dorylaeum autem inſtauraturus, Sultanum ad bellum concitauit* (προσεξηψε τε και παρεθηξε το βαρβαρον εις πολεμον ἐντευθεν.): *qui, quaſi ignoraret, quid ibi ageret, per legatos cauſam illius profectionis ſciſcitatur, oratque, vt inde diſcedat. Imperator, cui Sultani diſſimulatio ex litteris ſubolebat, viciſſim, ſe non parum mirari, ſimulabat, illum tantum ſuum iter, eiusque itineris cauſam ignorare. Vrbis autem inſtaurationem aggreſſus, ipſe primus ſaxa humeris portare coepit: eaque re aliorum alacritatem ita excitauit, vt murus celerrime in altum eductus, vallo extrinſecus muniretur, et intra moenia putei complures, vt affatim aqua ſuppeteret, effoderentur. At Perſae non ferendum eſſe rati, ſi Dorylaei campis pellerentur, in quibus greges et armenta eorum paſcebantur, et in vrbe praeſi-*

244. CINNAM. p. 172. Nicet. Chon. p. 114, 115.

autem cum paucis exibat ſingulis diebus, et, partim clandeſtinis inſidiis, partim aperto Marte, multos Perſarum illuſtriores cecidit. Neque enim deſinebant a ſuperioribus continuo locis irrumpere, quo ſtructuram vrbis impedirent.

Tum quoque Saniſanem, cuius ſupra [h] memini, qui aliquot ante annis ad imperatorem profugerat, in eas regiones, quae ſupra Iconium adiacent. datis pecuniis, miſit. Comes erat exercitus in Paphlagoniam iturus, cui ille ductor foret. Sed haud multum confecerat itineris, cum Perſarum copiae ex inſidiis coortae, multos Romanorum interficiunt, et praeda multiplici potiuntur. Ipſe Saniſan, vix vitato periculo, ad imperatorem trepidus venit: adeo aduerſantem ſibi fortunam habuit, quoties rem aggrederetur.

§. 318.

Dum haec ad Dorylaeum peraguntur, Michael Gabras cum exercitu Amaſiam venit. inuitatusque ab oppidanis, ſtatim ingredi ciuitatem auſus non eſt, quod et copiae, a Clitziaſthlane eam ipſam in rem miſſae, haud procul ab vrbe caſtra locaſſent: maxime

dium collocaretur, laxis habenis contra Romanos ferebantur: obſeruatoque eorum ad petenda neceſſaria egreſſu, obuios quosque occidebant. Id incommodum imperator facile auertit. Nam certo tempore ad quaerendum commeatum praefinito, datoque tuba ſigno, primus, vallo relicto, dux erat eorum, qui neceſſaria conquirebant: ac minime ab eis recedens, aliquando veſperi et crepuſculo demum in caſtra reuertebatur. Quam rem Perſae moleſte ferentes, et in bellum intenti, fructus et caſas incendebant, ne hoſtibus cibaria ſuppeterent. Accidit autem aliquando, vt imperatori, cibum capturo, et malum Perſicum cultello purganti, nunciaretur, Perſas in frumentatores feciſſe impetum. Quare pomo abiecto, et armis propere ſumtis, equo conſcenſo egreditur. Eo viſo, barbari, qui phalangis inſtar conſtiterant, paulo poſt acie diſſoluta, fugaque ſimulata, ſubito conuerſi, ſagittas a tergo emittunt: mutataque ſubito pugnae facie, qui fugiebat fugat, et inſequentem interimit. reliqua ad §. 319. adfero.

h) *§. 315.*

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1171.

245. me enim verebatur, ne de hoſtibus ſe prodendo conſilia agitaſſent. Sed illi et obſides eapropter ad ipſum miſere, arcem inſuper Romanorum poteſtati tradituros ſe polliciti. At is, neſcio quo pauore ſemel gelido ſanguine, variis ſubinde praetextibus trahebat; donec oppidani, veriti, ne, dum in dies differunt, vrbe a Clitziaſthlane capta, futuri domini offenſam in aeternum incurrerent, inſcio praefecto ſuo, eam dictis copiis tradiderunt Iam enim Michael motis inde caſtris in fines Romanos redierat, nulla arcis, vt diximus, tradendae, aliarumue rerum ratione habita.

Interea dum iſta ad Amaſiam gererentur, imperator adhuc circa Dorylaeum occupatus, vt haec reſciuit, Thoma eunucho ad Clitziaſthlanem miſſo, vt Amaſia ſibi reſtitueretur, inſtitit, et perfidiam ipſi exprobrauit, additis minis, ni eiusmodi Romanos iniuriis afficere abſiſteret, breui iuſtitiam vindicem experturum. — [Eunuchus vero tum ad Sultanum miſſus] cum nihil rerum, quarum cauſa venerat, conficere iſte voluiſſet, rebus infectis ad imperatorem reuerſus, parum abfuit, quin a Perſis, itinera inſidentibus, interficeretur.

§. 319.

ι) Caeterum imperator intra quadrageſimum diem vrbe inſtaurata, cum eam foſſa incinxiſſet, multisque ibi ad habitandum Romanis ſedes dediſſet, valido inſuper relicto praeſidio, retro profectus, caſtra ad Rhyndacum locat, atque pauliſper ibi moratus, diſceſſit. Cumque paucos admodum ſequi ſigna videret (plerique enim ordines, inſcio ipſo, domum redierant, etſi non ſemel, vt
246. aiunt, vetuiſſet, ne quis caſtris excederet) Michaelem quendam, natione barbarum, antea Iſach vocatum, inter domeſticos miniſtros primas tenetem, ad ſumendum de iis, qui ordines deſeruerant

ι) NICETAS: *Dorylaeo inſtaurato, et, quae ad eius defenſionem pertinent, rebus omnibus inſtructo, diſceſſit: et Subleo quoque inſtaurato et munito, caeterisque rebus quam optime ordinatis, in vrbem imperatricem rediit.*

245. CINNAM. p. 173. 246. CINNAM. p. 174. Nicet. Chon. p. 115.

rant, ſupplicium, miſit: ipſe cum paucis per Lampes campos iter faciens, oppidum quoddam ad prima Maeandri oſtia exſtructum, cui Sublas nomen eſt, vetuſtate collapſum inſtaurat. Ibi imperator alio prorſus, quam quo ſolebat, modo cum hoſtibus proelium inire coepit. Ignis enim aut aquae effuſae inſtar, nullo ſibi reſiſtente, accendebatur et ferebatur. —

§. 320.

*) Clitzieſthlanes interea, vbi aduentum imperatoris reſciuit (quae enim apud Dorylaeum acciderant, grauiter eius pungebant animum), vnum ex ſuis maxime illuſtribus, *Gabram* cognomine, miſit Byzantium: precatusque eſt principem, vti receptis, quaecumque vellet, oppidis, conceptam aduerſus ſe indignationem deponeret. Sed imperator repudiata legatione, ipſum dimiſit, accitisque e Seruia et Hungaria ingentibus copiis, bellum maiori cura apparauit: et ne quid aut equis, aut hominibus ad victum deeſſet, boum ex Thracia innumerabilem multitudinem, et plauſtra plus quam ter mille adduci iuſſit.

§. 321.

*) NICETAS: *Nec multo poſt renouatis ſimultatibus, vterque cum altero expoſtulans: imperator Sultano immemorem et ingratum pro tantis beneficiis et auxiliis animum, quibus regnum in populares ei confirmaſſet; Sultanus imperatori violata pacta et in diſſoluenda amicitia leuitatem, et pacis conditionibus temere abrogandis, et inanes magnorum munerum pollicitationes, quae rubricatis quidem litteris inſcriberentur, ſed exigua praeberentur, obiiciebat. His de cauſis imperator et veteres copias colligebat, et nouas conſcribebat, et auxilia peregrina haud parua arceſſebat, a Latinis potiſſimum et Scythis ad Iſtrum incolentibus: coactoque ingenti exercitu, ita ſe parabat, quaſi Perſicam gentem euerſurus eſſet, et Iconium cum ipſis moenibus abrepturus, et Sultani caput pedibus conculcaturus* (καὶ τὸν Σȣλτάνον ληψόμενος ὑποχείριον, καὶ κατὰ τȣ τραχήλȣ τȣτον πατήσας, ἐν τῷ ὑποθέναι δίκην θρανίδος τοῖς βάσεσιν ἑαυτȣ).

Imp. EMANVELE Comn.

§. 321.

a. C. 1172.

247. λ) Rebus ad expeditionem neceſſariis praeparatis, magnum templum diuinae et ineffabilis ſapientiae ingreſſus, numinis opem implorat, et victoriam orat ille quidem, ſed non impetrat, vt belli euentus docuit, Perſis, iudicio Dei nobis inexplicabili, conceſſam. Vrbe digreſſus, per Phrygiam et Laodiceam, Chonas, olim Palaſſas i), vrbem magnam et beatam, patriam meam, peruenit: et aedem Archangeli, magnitudine, pulchritudine et mirabili artificio inſignem, ingreſſus, Lampin diſcedit, et Celaenas ingreditur, vbi Maeandri fontes ſunt, in quem Marſyas fluuius fluit. — Inde Choma et Myriocephalum tranſit. caſtellum vetus et deſertum id eſt, cui vel nomen ex re eſt inditum, vel res nomen ſubſecuta eſt. nam ibi ſaepe multa millia Romanorum capitum perierunt, vt dicturus ſum. Semper autem caute inſtructaque acie procedebat, et vallum communiebat; neque vſquam fortunae temeritati ſe committebat k). Tamen vt tardius incederet, iumenta efficiebant

λ) CINNAMVS: *Hoc apparatu* [continuantur, quae ſupra §. 320. adtuli] *vere primo traiecit in Aſiam, et, vt ſolebat, copias ad Rhyndacum collegit. Sed auxiliares Hungari Seruiique Romanis obnoxii, haud tempeſtiue aduenientes, extraxere in aeſtatem bellum: ex quo res maxime labefactari contigit. Si quid enim aliud, tempus certe in bellis attendendum eſt. Itaque imperator per Laodiceae et Maeandri accolas iter fecit, eo animo, vt totis viribus Iconii obſidionem aggrederetur. Cum vero ad eum defeciſſet Neocaeſarea, Andronicum Batatzem, ex ſorore nepotem, cum exercitu per Paphlagoniam proficiſci eo iuſſit. At prius quam Byzantio excederet, nauium quinquaginta claſſem miſit in Aegyptum, vtpote qui cum vniuerſis copiis Clitziaſthlan aggredi ſtatuiſſet Hinc cum non tantae copiae eſſent, quae ad Aegypti expeditionem ſufficerent* * * *. reliqua deerant in codice Vaticano.

247. NICETAS CHONIATES p. 115, 116. Cinnam. p. 174, 175.

i) Παλασσας. Hieron. Wolffius in Notis p. 431., Κολασσας ſiue Κολοσσας. nam littera parum perſpicua eſt. Vnde ſuſpicor, Choniatas eſſe appellatos eos, qui olim Coloſſenſes dicti fuere,,.

k) και τας απαρσεις συν λογῳ ποιουμενος, και μεθοδοις στρατηγικαις χρωμενος, ει και &c.

ebant, a quibus machinae trahebantur, et quae eas curabat imbellium hominum turba. Caeterum Perſae, ſubinde ſe oſtendentes, leuibus proeliis Romanos laceſſebant, et gramen, qua eundum eis erat, demetebant, vt pabulum iumentis deeſſet: et aquas inficiebant. Vnde Romani morbo coeliaco magnopere affligebantur, et abſumebantur.

§. 322.

Poſt haec bello Sultanus intendit animum, et, magnis auxiliis ex Meſopotamia 'et ab aliis popularibus ſuis l)' comparatis, per legatos ab imperatore pacem petiit, 'iis conditionibus, quas ipſe imperator praeſcriberet m). Quare omnes, in bellis praeſertim Perſicis exercitati, et aetate prouectiores, Manueli auctores erant, Perſicae legationis cupide admittendae, neque ſpem omnem incertae Martis aleae committendi: bellum eſſe ingens, loca ab hoſtibus occupata non facile tranſiri poſſe, Turcos validiſſimis equitum turmis florere: ad haec luem, in exercitu graſſantem, conſiderandam eſſe. Verum ille, prorſus neglectis ſeniorum conſiliis, cognatis vero ſuis cupide auditis, iisque potiſſimum, qui claſſicum nunquam audierant, 'forma et auro gemmisque conſpicui n), legatos voti impotes dimiſit.

§. 323.

Caeterum Sultanus, cum denuo pacem petiiſſet, et imperator gloriatus eſſet, ſe illi Iconii reſponſurum, in anguſtiis, quae cliſura Zybrizae appellantur, per quas Romanis Myriocephalo digreſſis tranſeundum erat, ſuas phalanges abdit, vt impetum in eos praetereuntes facerent. Eſt autem is locus oblonga conuallis, verticibus montium aſſurgens, quae ad ſeptentrionem paulo decliuior, in colles, in patentiores valles protenditur: ab altera vero parte altis

l) και [ἀπο]. των ἀνω συμφυλων βαρβαρων.

m) και των ἐκεινῳ βελητιων, ὁποια ἀν και ὠσιν, ἐκελευε την περατωσιν.

n) και την κομην ἀγλαοι, και φαιδροι τα προσωπα, και κλοιοις χρυσεοις και περι δεῤῥαιοις διαφανεσιν ἐκ λιθων τηλαυγων, και μαργαριτων τιμαλφων τους τραχηλους περιδεομενοι.

Imp. EMANVELE. Comn.

a. C. 1172.

altis rupium praecipitiis includitur. Per talem viam tranſiturus Manuel, nihil prouidit, quod exercitui expediret. Neque enim impedimentorum multitudinem, aut currus, qui machinas vehebant, remouit, neque expedita cohorte Perſas ex montanis illis anguſtiis de-
248 pulit, vt exercitui viam aperiret. Sed vt in patentibus campis, ita etiam in faucibus illis iter fecit: quamuis ante audiiſſet, id quod paulo poſt vidit, barbaros iugis praeoccupatis, omnes pharetras exhauſturos, omne telorum genus coniecturos, et nihil intentatum relicturos, quo Romanos vlteriore progreſſu prohiberent. Imperator (Septembri menſe id factum) ſic proceſſit. Angeli Conſtantini duo filii, Ioannes et Andronicus, cum ſuis ordinibus antecedebant. Eos Macroducas Conſtantinus et Lapardas Andronicus ſequebantur. In dextro cornu Balduinus, imperatoris ſororius, in ſiniſtro Maurozomes Theodorus curabat. Hos ſecuta ſunt impedimenta, lixae, calones, currus, qui machinas vehebant. Inde imperator ipſe cum delecta manu. Extremum agmen clauſit Andronicus Contoſtephanus.

§. 324.

Impeditum illud iter cohortes filiorum Angeli, Macroducae et Lapardae incolumes tranſierunt: quod et pedeſtres copiae barbaros e collibus, vnde pugnabant, in montes repulerant. Forſitan et reliquae legiones ſaluae tranſiiſſent, ſi Romani teſtudinem egiſſent, et antegreſſas cohortes ſtrenue conſecutae eſſent, et per ſagittarios impetum Perſarum repreſſiſſent. Sed quia eas commoditates neglexerunt, Perſarum denſum agmen ab editis locis in humilia, et e tumulis in planitiem magna vi incubuit: et confidentius in noſtros inuectum, perrupit aciem, et, Balduini cornu in fugam verſo, multos vulnerauit, multos occidit. Ibi Balduinus, ſuos laborare et vndique premi videns, et imbecilliores eſſe, quam vt Perſarum phalangem perrumperent, cum aliquot equitibus in medios hoſtes inuehitur: ſed ab iis circumuentus et ipſe occiditur, et eius milites omnes, fortiſſime dimicantes, cadunt.

Eo

248. Id. p. 117.

Eo ſucceſſu elati barbari et conglobati, omnes vias Romanis praecluſerunt: qui, vt in anguſtiis, inter ſe impliciti et alii alios impedientes, aduerſariis adeo nocere non poterant, vt et defenſoribus ſuis obſiſterent, et, vrgentibus hoſtibus, facilius interirent; nec ab extremo agmine aut imperatore iuuari, aut recedere, aut ad alterutrum latus declinare poſſent. Nam currus, qui in medio trahebantur, nec antecedentes legiones recipere ſeſe, aut aciem 249. commodius inſtruere patiebantur: et imperatoris progreſſum, tanquam vallo obiecto, impediebant. Iumenta pariter et homines telis Perſarum ſternebantur, valles plenae erant cadaueribus, ſaltus interfectis ſcatebant, manabant riui ſanguinis, cruore pecudum et hominum permiſto: tanta atrocitate, quae nullis exprimi litteris poſſit. Cum igitur neque progredi neque regredi liceret (nam Perſae a tergo etiam imminebant), in anguſtiis illis Romani ouium inſtar caedebantur. Quod ſi quid generoſi animi, ſi quis audaciae fomes in hoſtem ſupererat, ea quoque deperdita et penitus exſtincta ſunt. Nam, praeter caetera mala, hoſtes caput Andronici Batatzae haſtae praefixum oſtentarunt: qui, Manuelis ex ſorore nepos, cum exercitu, ex Paphlagonia et Heraclea collecto, contra Turcos Amaſenos miſſus fuerat. Itaque Manuel imperator, huiusmodi rumoribus et ſpectaculis perturbatus, tum quod nepotis caput videbat, tum quod periculi, quo circumuentus erat, magnitudinem cernebat, animo aeger, dolorem ſilentio tegens, et multis, quod aiunt, lacrymis luctum diſſimulans, euentum exſpectabat: et, inops conſilii, quo ſe verteret, neſciebat. Tamen Romanae legiones, quae anteceſſerant, periculoſis illis itineribus ſuperatis, in colle quodam, aliquid ad ſecuritatem conferente, vallum munierunt.

§. 325.

At Perſae omni contentione copias, quae cum imperatore erant, debellare nitebantur: quod, maxima et potiſſima parte profligata, illas quoque ſe facile ſuperaturos putabant. — Imperator vero etſi ſaepe barbaros ex anguſtiis illis depellere eſt conatus, et

249. Id. p. 118.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1172.

ſuis viam complanare: tamen cum eum conatum non ſuccedere, ſeque aeque periturum, creſcentibus ſubinde Perſarum viribus, vt qui e ſuperiore loco pugnarent, ſi maneret, ac ſi progrederetur: cum paucis, quos ſecum habebat, recta in hoſtes fertur: caeteroſque monet, vt quisque ſalutem quaerat, vt poſſit. Se enim nihil boni ſperare poſſe ex iis, quae videat. Atque ita poſt multa vulnera et vibices, enſibus et ferreis clauis facta, ex barbarica illa phalange tanquam decipula eſt elapſus. Sic quidem toto corpore conuulneratus, vt ſcuto eius circiter triginta ſagittae inhaererent, et ipſe caſſidem decuſſam attollere non poſſet. Tamen vel ſic, Deo defendente, — mirabiliter barbarorum manus effugit. Caete-
250. rae vero legiones ſubinde peius tractabantur. Nam et ferratis haſtis vndique pungebantur, et iaculis petebantur, et inuicem ipſi ſeſe proſtrati conculcabant. Quod ſi qui has quoque fauces, barbaris, qui eas inſederant, pulſis, ſuperarant, in altera valle ab hoſtibus interibant. Is enim tranſitus in ſeptem valles, inter ſeſe vicinas, findebatur, et initio paulo latior, rurſus in anguſtias complicabatur. Eae vero omnes accurate a Turcis cuſtodiebantur, atque adeo caetera quoque loca Turcorum plena erant.

Ad haec, procellis arenarum vento in eos impulſis, ambo exercitus impetu congreſſi, veluti noctu et in denſiſſimis tenebris pugnabant; nec vllo diſcrimine amici aut inimici, obuii quique trucidabantur: eodemque loco Turci et Romani, iumenta et homines iacebant, vt vallis illa nihil eſſet aliud, niſi ampliſſimum quoddam et commune Romanorum, barbarorum, iumentorum pecudumque ſepulcrum: plures tamen Romani ceciderunt, praeſertim illuſtriſſimi quique imperatoris cognati. Vt autem turbo ille, diſcuſſa caligine, quieuit; conſpecti quidam ſunt (heu miſerum ſpectaculum) vſque ad lumbos et colla cadaueribus circumſepti, qui ſupplices tendebant manus, et geſtu miſerabili ac lugubri voce praetereuntium opem implorabant: ſed nemo erat, qui auxiliari poſſet. Nam quique ſuam cladem illorum exemplis metientes, in vitae periculo haud ſponte immiſericordes erant, et fuga ſalutem quae-

250. NICET. CHON. p. 119.

quaerere ſatagebant. Imperator vero ſub piri ſilueſtris vmbra vires exhauſtas recipiebat, ſine armigero, ſine ſatellite, ſine cuſtode vllo. Sed quidam gregarius equos eius miſertus, vltro accedit, eique pro virili miniſtrare ſtudet, et galeam huc atque illuc cadentem capiti reponit. Interea Perſa quidam accurrit, et freno 251.
prehenſo, eum abſtrahere ſtudet, quod nemo erat, qui obſiſteret. Sed eum Manuel, impacto in caput haſtae fragmine, quod adhuc reliquum habebat, humi proſtrauit. Paulo poſt etiam alii Perſae accurrunt, qui eum viuum capere conabantur: ſed et illos facile propulſauit, arrepta haſta aſſiſtentis ſibi equitis, et vno ex hoſtibus transfixo: ipſe vero eques ſtricto enſe alteri caput amputauit. Deinde aliis decem Romanis militibus accurrentibus, inde digreditur, coniungere ſe cum legionibus, quae anteceſſerant, cupiens. Sed rurſus paulum progreſſus, et Turcorum occurſu et cadauerum aceruis in via iacentium impediebatur.

§. 326.

Faucibus iſtis et praeterfluente amne aegre ſuperatis, alicubi ſuper cadauera equitando, aliam Romanam manum cogit, quae ad conſpectum eius accurrit. Ibi Ioannem Cantacuzenum, neptis maritum, vnum cum multis ſtrenue dimicare, et dum fruſtra auxilia circumſpectat, ſterni ac ſpoliari videt. Perſae vero, qui illum occiderant, vt imperatorem praeterire viderunt (neque enim latetere poterat), in cohortem conglobati, imperatorem vt opimam praedam petebant: quem ſe mox aut capturos aut interfecturos opinabantur. Erant ii viri eximii, qui armis inſignes, et omnes equis Arabicis inſidebant: qui, praeter alia ornamenta ſplendidiſſima, prolixas tricas ex equinis pilis contextas, et ſonoras nolas de collis dependentes habebant. Verum imperator, animis ſuorum excitatis, hoſtium impetum facile propulſat: ac ſubinde paulatim progrediendo, et nunc more belli, nunc citra pugnam Perſas praetereundo, quorum alii atque alii ad eum capiendum properabant, exoptatus ad legiones, quae anteceſſerant, peruenit, non tam ſuam

251. Id. p. 120.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1172.

vicem dolentes, quam illius periculo ſollicitas. Sed antequam eas adipiſceretur, aquam e praeterfluente fluuio hauſtam afferri ſibi iuſſit: qua ſummis labris guſtata et effuſa, quod ex inſuaui ſapore tabo infectam cognouiſſit: cum ſuſpirio, infeliciter, inquit, Chriſtianorum ſanguinem libaui. Ibi quidam audax et importunus homo, et illo acerbiſſimo tempore acerbior: Non nunc, inquit, imperator, non nunc primum, ſed olim et ſaepe, et ad ebrietatem vſque Criſtianorum ſanguinem hauſiſti, dum pauperes ſubditos exactionibus vexas et deglubis. Eum conuiciatorem Manuel ita aequo animo tulit, ac ſi ſurdus eſſet; et cum vidulos, in quibus ſignata pecunia erat, a Perſis diripi et effundi videret: Romanos hortatus eſt, vt, impetu in barbaros facto, pecuniam illam, ipſis potius debitam, arriperent. Tum rurſus idem ille impudenter in imperatorem inuectus: Vltro, inquit, iſta prius Romanis danda fuit, non nunc, vbi cum difficultate et ſanguine paranda eſt. Quod ſi [ipſe] vir fortis eſt, vt gloriatur, et chlamys poſtulat, in raptores Perſas impetum faciat; iisque fortiter caeſis, rapinas recuperet. Tacuit et ad ea verba hominis importuni Manuel, ſine vllo murmure, non ſecus atque olim Dauid Semeis intemperias tulit.

252.

Tandem Contoſtephanus quoque Andronicus incolumis aduenit, qui extremum agmen ducebat; et alii quidam apud Manuelem gratioſi, vulnerum expertes, concurrerunt. Vbi nox proelium diremit, ſederunt omnes triſtes, capita manibus ſuſtinentes: et dum praeſens diſcrimen reputant, ſe viuis non annumerabant: eo potiſſimum territi, quod barbari circum vallum curſitantes, populares ſuos, qui vel religione mutata, vel aliis de cauſis olim ad Romanos ſe contulerant, cum maximis clamoribus hortabantur, vt ea nocte caſtris excederent. Mane enim omnes, qui in iis eſſent, perituros. Eam noctem ita exegerunt Romani, metu pallentes, vt tribules cum tribulibus, amici cum amicis ſe coniungerent.

§. 327.

252. Id. 121.

a. C. 1172.

§. 327.

At imperator cum ignauiſſimum conſilium de clandeſtina fuga et tot millibus neci obiiciendis, proceribus aperuiſſet, [hique id maxime im[illegible]barent, tandem] conſilium mutauit, et eam ſequi viam inſtituit, quam tempus pateretur. Enimuero is, qui olim Iſraeli ſemen reliquit, — is tum quoque ſancti ſui populi miſertus, quem non penitus repudiare volebat, Sultani animum ad inuſitatam clementiam flectit: vt, qui dudum Manuelis virtutem verebatur, nunc eius calamitate frangeretur. Aut vt olim per Chuſin Achitophelis conſilia euertit, et animum Abſalomis mutauit, vt ea ſequeretur, quae perniciem ei allatura erant: ita tum quoque Perſarum principem transuerſum egit, vt procerum conſiliis impulſus, quibus tempore pacis ab imperatore pecunia affluebat, per legatos vltro prior diuinitus pacem imperatori offerret, quam is, vrgente neceſſitate petiturus erat, et pactiones rurſus, vt ante, flagitaret. 253.

Perſae vero, Sultani conſilio nondum patefacto, caſtra diluculo oppugnatum ibant, vno impetu Romanos delendi ſpe concepta [b]. Itaque cum barbarico eiulatu obequitarent, et milites intra vallum ſagittis conficerent, Ioannes, Conſtantini Angeli filius, cum ſua cohorte, iuſſu imperatoris, ad Turcorum impetum reprimendum egreditur. Qui cum irrito conatu, nullo forti facinore edito, rediiſſet, Macroducas Conſtantinus orientales copias educit. Sed is quoque non multo poſt in caſtra ſe recepit.

§. 328.

Interea Sultanus *Gabram* [i], honoratiſſimum inter ſuos ſatrapas, ad imperatorem mittit: cuius iuſſu Turci oppugnare vallum deſiſtunt, et Romani clam ſubducere ſeſe deſinunt. Is Gabras imperatori, barbarorum more ſummiſſe, adorato, dono adducit

253. NICET. CHON. p. 122.

b) καὶ ὡς ὀψὸν ἐντρέπης, καὶ καθ' ... ὄρθρον μέμαν ; οἷα θῆρες λαφύζοντες, ἢ ὡς ἐγκαταλελαμμένα ὠὰ καὶ νοσσιὰν ἐρήμην ἀπαίξοντες.

i) Γαβρᾶν.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1172.

254 cit equum Niſaeum, frenis argenteis ornatum, ex iis, qui ad pompas aluntur; et longum ancipitem gladium, ac ſermonem de pocificatione interiicit, animo eius k), ob acceptam cladem, vt apparebat, triſti, prius mollibus verbis, quae in aurem illi dicebat, delinito, et doloris acerbitate velut incantamentis quibusdam mitigata. Quum autem thoracem imperatoris fulua veſte tectum vidiſſet; Iſte color, inquit, imperator, pugnae tempore minime commodus eſt, ſed plane inauſpicatus. Id dictum imperator exiguo et coacto riſu excepit, eamque veſtem, purpura et auro intextam, illi dedit; acceptoque enſe et equo, pacem conſcribit, ſuaque manu ſubſignat. Inter caeteras conditiones, quas id tempus ſcrupuloſius exquirere non ſinebat, illa quoque erat, vt Dorylaeum et Subleum caſtella euerterentur.

Manuel cum pacem nihil inſidiarum habere, et ſincere ſecum agere barbarorum l) videret, alia via domum redire inſtituit m), vt aſpectum interfectorum declinaret. At viae duces ob id ipſum potiſſimum eodem eum reducebant, vt miſerabilia illa ſpectacula oculis intueretur, quae quidem nullis lacrymis ſatis deplorari queant n). Nam fauces exaequatae erant, valles in tumulos aſſurgebant, ſaltus cadaueribus operiebantur. Proſtratis omnibus cutis capitis detracta erat, nonnullis pudenda etiam praeciſa. Ideo factum a Perſis dicebatur, vt, circumciſis a Chriſtianis non diſtinctis, victoria anceps eſſet: nam ex vtroque exercitu multi ceciderant. Nemo igitur praeteriit, quin lamentaretur, et nominatim familiares atque amicos ſuos interfectos compellaret o). —

§. 329.

254. Id. p. 123.

k) τȣ βασιλεως.

l) και μη ἐπ᾽ ὀργην δολȣς διαλογιζομενον.

m) In gr. additur: και μη την ἀυτην ἀναμετρησαι αὖθις, ἣν ἐβαδισε προτερον.

n) και ἦν γαρ ἀληθως δακρυων ἀξια τα ὁρωμενα, ἢ ἀληθεσερον ἀπαν, μαζω τȣ ἀνακλαυθηναι δια το τȣ κακȣ μεγεθος.

o) De praeſagiis huius Romanorum cladis quaedam Nicetas addit, quae prudens omiſi.

a. C. 117$\frac{2}{3}$.

§. 329.

Poſtquam autem ex anguſtiis euaſerunt, Perſae Romanos iterum a tergo ſunt adorti. Perſam enim poenituiſſe ferebant, quod paratam praedam e manibus amiſiſſet, et ſuis conceſſiſſe, vt Romanis oſtenderent ea, quae etiam ante pacem facere potuiſſent. Non tamen toto exercitu, vt tum, cum anguſtias tranſirent Romani, affectebantur: ſed ex interuallis et ſeiunctis cohortibus. Nam plerique, optimi quique praeſertim, manubiis onuſti, domos ſuas repetebant. Nihilo minus tamen illi, qui tergis inhaerebant, multos occidebant, vulneratos praeſertim atque imbelles, quamuis imperator bellicoſos et ſtrenuos duces extremum agmen claudere iuſſiſſet. Vbi Chonas peruenerunt, cupide quieuerunt, vt hoſtes non amplius viſuri. Imperator vero vnicuique male habenti ſtaterem viaticum dedit, ad morbum pro tempore curandum. Chonis Philadelphiam deſcendit, atque ibi ad valetudinem a belli aerumnis recreandam, aliquot dies commoratus, praemiſſis in vrbem nunciis acceptam cladem Conſtantinopolitanis per litteras ſignificauit: in quibus nunc idem ſibi, quod Romano Diogeni, accidiſſe querebatur: qui, bello Saracenis p) illato, magnam copiarum partem amiſiſſet, et ipſe captus fuiſſet; nunc Sultanicum foedus extollebat, et Sultanum pacem expetiiſſe iactabat, aurea bulla conſignatam pactionem oſtentans, a Sultano ſubſcriptam, quaſi metu id feciſſet q). 255.

§. 330.

Nihilominus tamen Subleum in tranſitu ex Sultani voluntate diruit, ſed Dorylaeum nequaquam. Quare a Sultano per legatos pactionis eſt admonitus, mirari ſe dicente, quod Dorylaeum nondum euerſum eſſet. Ille vero ſe parum ea curare, quae neceſſitate facta eſſent, reſpondens, Dorylaei euertendi mentionem minime

255. Id. p. 124.

p) κατα των Τουρκων.

q) και κατωθεν της ἑαυτου σημαιας μεγαλοῤῥημονων αὐτας [τας σπονδας] περιτωσαι, ἀνεμῳ ἀναπεπταμενης, και προς το των ἀντιπαλων ἀφορωσης μετωπον, ὡς φοβον ἀντιπιπτειν και τρομον αὐτοις.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 117$\frac{2}{3}$.

256 nime ferebat. — Caeterum Perſa *Atapacum* r) ducem, cum delecta ex omni exercitu quatuor et viginti millium manu, ablegat, vt ad mare vſque omnes vrbes et prouincias vaſtet, ac nemini parcat: ſibique aquam marinam, remum et arenam apportet. Is iuſſa exſequens, Maeandrias vrbes ſubitis et improuiſis incurſionibus miſerabiliter populatur: Tralles et Phrygiae Antiochiam deditione capit. Luma, Pentachira et alias munitiones vi expugnatas ſpoliat: et ordine progreſſus, oram maritimam quoque vaſtat.

§. 331.

Quibus rebus auditis, imperator cum aliis plurimis artibus vſus eſt, tum ſine buccinis et tubis e tentorio prodiit. Nunc enim talibus rebus non eſſe opus, ſed arcubus et haſtis, 'vt inſolentes hoſtes Romanis prouinciis exigantur t). Ac ipſe ſibi non exeundum ratus, Ioannem, Batatzem, nepotem ſuum, miſit, virum cautum et ſtrenuum; et Ducam Conſtantinum, adoleſcentem adhuc pene imberbem, ſed virili maturitate praeditum; et Michaelem Aſpietem: multum hortatus, vt prudenter et tempeſtiue omnia adminiſtrarent, nec prius barbaros inuaderent, quam numerum eorum cognouiſſent, et, victoriam penes ſe fore, intellexiſſent. Perſae vero, quorum excurſionis terminus mare fuit, cum opima praeda recedentes, ea quoque in reditu populati ſunt, quae ante non attigerant. Batatzes vero cum copiis et ab imperatore acceptis, et in itinere collectis, recta Hyelium et Limmochirem oppida petierunt, qua olim Maeandri fluminis pons fuit.

Sed cum ſpeculatores, quos in omnibus viis conſtituerat, Turcorum diſceſſum, qui quidem in propinquo eſſent, ſignificarent; exercitu in duas partes diuiſo, maiorem in inſidiis collocat, qua

256. NICET. CHON. p. 125.

r) τον Αταπακον.

s) Φεισασθαι μηδαμη μηδε μιας [πολεως] επισκηψας.

t) ινα τας μησουντας ημας οι (κατα Δαβιδ απαν) ηχησαν, και ηραν κεφαλας, των Ρωμαιδων αποπεμψωμεθα χωρων.

Rerum a Ioanne Batatze contra Turcos fortiter geſtarum etiam infra meminit Nicetas p. 169.

qua hoſtes tranſituri erant; alteram, vltra fluuium iuxta veterem pontem diſperſam, exſpectare, et turmas Turcorum cum captiuis traiecturas, 'fortiter inuadere iubet v). Cum vero Turci, ex ſu- 257.
periore loco telis petiti, in flumine mergerentur: 'Atapacus cum fortiſſima cohorte cum Romanis congreditur x), vt ſuis traiiciendi ſpatium praeberet: ne, ſingulis anteuertere cupientibus, et longior mora intercederet, et, qui vado aberrarant, crudeliter interirent. Ita diu acerrime dimicando, et fortis animi promtiſſimaeque manus facinora egregia edendo, vt etiam vltra flumen Romanos ſtare cognouit, et quicquid Perſarum tranſiret, occidere: fracta alacritate, et generoſo illo ſpiritu debilitato, ſuae ſaluti conſuluit: et propoſito itinere declinato, ſuperius abſcedit, aliud vadum quaeſiturus. Quia vero flumen nusquam tranſiri poterat y), capto ex tempore conſilio, ſcuto pro lintre vtitur, laeua equum iuxta natantem ducit, et dextra gladium pro gubernaculo ſuſtinens, natando paulatim progreditur. mortem tamen euitare non potuit. Nam cum in vlteriorem ripam euaſiſſet, tumulo conſcenſo, quis ſit, praedicat, et arrogantibus verbis ſemet ipſum celebrat, quo plures Turci eo confluerent. Verum non ab illuſtri aliquo et noto Romano, 'ſed ab Alano quodam occiditur z). Ex eo Perſae effuſe fugientes, plerique in Maeandro ſubmerguntur, perpaucis ex tot millibus conſeruatis. Id factum, ſi quid aliud, rem Romanam erexit, et Perſarum inſolentiam repreſſit. alacres enim inuehebantur, et Romanos terga daturos, ſe vero totam prope Phrygiam, quam late Maeander ad mare vſque protenditur, deleturos putabant. In hoc proelio Aſpietes cecidit hoc modo: Perſa quidam, cum ipſum, ob firmitatem armorum et ſcutum ad pedes vſque

 demiſ-

v) καὶ τηνικαῦτα μηδόλως κατοῤῥωδῆσαι, ἀλλὰ καὶ θαῤῥαλέως προσυπαντῆσαι. quae ſequuntur, καὶ ὁ μὲν ὡς ἄμεινον οἱ ἐδέδοκτο, οὕτω δὴ τὸ οἰκεῖον διεσκεύασε στράτευμα, omiſit interpres.

257. Id. p. 126.

x) ὁ δέ γε Ἀτάπακος μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν εὐοπλοτάτων ὡς λόχον συσπειραθεὶς, καὶ συστραφεὶς ἀγχωμάλως, Ῥωμαίοις συμπλέκεται.

y) τοὺς διώκοντας ἀδεῶς omiſit interpres.

z) ἀλλά τινος τῶν ἐπιχωρίων Ἀλανῶν ἐπιδραμόντος, ὅπου τὴν κοινὴν ἀρεσίαν χύζαν ἔμελλεν, ἀναιρεῖται ἀμφισόμῳ κινδυνεύοντι.

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

a. C. 1174.

demiſſum, vulnerare non poſſet, impetu in equum eius inuehitur: qui, letaliter in fronte percuſſus, regreditur, et in poſteriores pedes erectus, ſeſſorem in flumen praecipitat.

§. 332.

a. C. 1175.

Poſt hunc ſucceſſum Manuel bellum Perſis infert, qui ad Lacerium et Panaſium incolunt: et Panaſianis profligatis, Lacerianos inuadit. Sed priusquam ad hoſtes ventum eſſet, Catidem Laodicenſem ſpeculatum mittit, qui, vt Turcorum res ſe haberent,
258. quam celerrime renunciaret. Is vero, vt Turcis, contra quos imperator, vt paratam praedam, ibat terrorem incuteret, imperatoris praeſentia nunciata, facit, vt diffugiant. Quamobrem iratus imperator, naſum illi praecidit: ſed hoſtes nulla feſtinatione aſſequi potuit.

§. 333.

Alio quoque tempore, Turcos per Andronicum Angelum aggreſſus, parum proſpere pugnauit. Cui cum orientalium copiarum partem optimam dediſſet, et legatum Manuelem Cantacuzenum adiunxiſſet, virum in rebus gerendis ſtrenuum, vna cum aliis illuſtribus Romanis, Turcos Characenos iuſſit inuadere. Is Charax inter Lampem et Graoſgala ſitus eſt. Andronicus copiis aſſumtis, in Graoſgalacte primum caſtrametatur. Deinde iumentis et reliquis impedimentis ibi relictis, Characem cum leui armatura inuadit. Sed nullo facinore edito, quod tanto exercitu dignum eſſet, raptis tantum pecudibus et paucis Turcis paſtoribus abductis, trepidus inde refugit. Nam cum ſe noctu Turci cum clamoribus oſtendiſſent; non quantus eorum eſſet numerus exſpectauit, non ſuos ad pugnam inſtruxit; ſed equum et manibus et pedibus et voce ad velociſſimum curſum incitauit: nec in caſtra, ſed Chonas properauit. et quia equum currere diutius poſſe videbat, ne ibi quidem curſum inhibet, ſed Phrygiae Laodiceam contendit. Enim-

258. Id. p. 127.

Enimuero exercitus, inopinata ducis abſentia conſternatus, acie ſoluta effuſe fugit, pecudibus et captiuis omiſſis. Forſitan etiam inter ſeſe certaſſent Romani (quia nox adhuc erat), niſi Manuel Cantacuzenus ſtricto enſe obſtitiſſet, et fugitiuos obliquo gladio perculiſſet, ac ſtare iuſſiſſet, proſequente nemine [a]. Sic tandem foeda et praeceps illa fuga nonnihil compreſſa eſt. Qua indignatus imperator, parum abfuit, quin Andronicum muliebri habitu per vrbem circumduci iuberet. Sed vt ſuorum amans, cognationis ratione habita, irae imperauit, praeſertim cum in ea pugna pauciſſimi cecidiſſent. Nihil in ea expeditione memorabile geſtum eſt, quod et ſubito eductus eſt exercitus, et celerius reductus.

Perſa vero quidam, arduo loco occupato, multos praetereuntium Romanorum ſagittis interemit, etiam thoraces penetrantibus. Hunc multi viri fortes adorti, et telis eminus et haſtis cominus irati feriebant. Verum ille agilitate corporis et tela in ſe excuſſa euitabat [b], donec Xerus Manuel equo deſiluit, obiectoque ſcuto telis eius exceptis, ſtricto enſe iterato ictu caput ei, fruſtra mortem deprecanti, et ab iis petenti veniam, in quos tanquam immanis fera graſſatus fuerat, diſſecuit [c]. Tum cognatus quoque meus, clericus vrbis Chonarum, ordine Leuita, ſed animo forti praeditus, qui cum exercitu pro milite ad Characem iuerat, et ſpolia in Turcorum tabernaculis reperta legerat: in ipſo periculo parta praeda non depoſita (erant autem ſtolae Perſicae et ouilla vellera in pera) pedetentim inceſſit, conuerſis in eum oculis omnium; aliis vt in rebus aſperis interritum et primarium militem laudantibus, aliis deridentibus; quod vitam oue commutaret. Sed 259.

 ille

a) στῆτε, λεγων οὐδενων ἐπικειμενων, και φερεσθε.

259. Id. p. 128, 129.

b) και προφανῶς τας ὑπαντιαζοντας ἔκτεινε, omiſit interpres.

c) ξιφηρης την χειρα τῳ Περσῃ ἐπῆλθε, τα βελη αὐτου τῳ σακει δεχομενος, και κατα κεφαλης καιριαν ἔπληξε, και ἀνῃρηκει. οὕτω δε τον Ξηρον ἀπεχοντα εὑρεν ὁ Περσης τον ἱκανον ἀπεκτονεναι, και προς την αὐτου παρα τα μη θανειν δεησιν ἀκαμπτη και σκληρον ἀληθως και ἀνενδοτον, ὡς και δευτεραν πληγην ἐπι τῃ προτερᾳ λαβων, οἷς και παρακαιριω ἐβαζε φιλανθρωπιων τυχειν δεομενος, ὧν αὐτος μικρον ἐλεεινον ἦν.

Imp. EMANVELE Comneno.

a. C. 1175.

ille ſic etiam iter conficiebat, et, vbi res ferebat, fugam caeteris turpem, perſequente nemine, exprobrabat.

§. 334.

a. C. 1176.

Non multo poſt Turci Claudiopolim obſederunt, ac primo Romanum praeſidium exitu intercluſerunt, deinde etiam moenia oppugnare coeperunt. Obſeſſi autem, niſi mature auxilia ſubmitterentur, quod nec diuturnam famem perpeti, nec hoſtes propulſare vllo modo poſſent, deditionem ſe facturos, minabantur. Manuel igitur, mali extremi nuncio non exſpectato, poſtridie, quanta celeritate poterat, per Nicomediam Claudiopolim maximis itineribus contendit, 'ſine vllis aulicis deliciis, armis et equis duntaxat inſtructus: et vt hoſtium conatus anteuerteret d), inſomnes noctes agit, et ad faces per Bithyniam, quae propter crebras valles et denſas ſiluas multis in locis impedita habet itinera, pedes proficiſcitur. Quod ſicubi quieſcendum erat, cubile illi erat humus, lectus paleis et foeno conſtabat. Cum pluuio tempore in paluſtri loco diuerſabatur, nubes et ſubter fluentes riui ſomnum ei interrumpebant. Quae res maiorem ei hominum et beneuolentiam et admirationem peperit, quam in imperii principio diadema, purpura et equus aureis phaleris ornatus.

Vt prope Claudiopolim ventum eſt, barbari aduentu eius ex vexillis et ſplendore armorum cognito, fugae ſe mandarunt, illo quam longiſſime perſequente. Non minus autem eius aduentu obſeſſi 'iamiam deſperantes e), recreati ſunt, quam nautae poſt multum remigandi ſudorem ſecundo vento, aut vere dulciſſimo poſt aſperrimam hiemem, aut alterius mali principii laeto exitu homines exhilarari ſolent.

CAPVT

d) μη αὐλικην ἀνακτορικην, μη κλινην, μη σοιβαδα. μητε τινα ἀλλην σκευην τρυφωσαν ἀρχικην ἐπαγομενος, μονα δε τα ἱππασιμα φερων, και ςολας φολισι σιδηραις ὑφαντας. ἐπεταινεν ουν τας ςαθμας τοσατον δ'. ὡν ἐκαινῳ το προθυμον φθασαι τους πολιορκηντας καθεντε, προ τα παθειν τι τας ἐνδον δοντον, ὁπασαν ουκ ἐςι λογῳ περιηγησασθαι.

e) τοις ἐν ἐκαινῃ τῃ πολει ἀπαγορευουσιν ἠδη Ρωμαιοις προς τα των Τουρκων φρονηματα.

CAPVT XXI.

Res Turcorum ſub Clitzaſthlane Sultano; eiusque filiis Caichoſroë et Rucratino, Azatine, Iathatine et Caichoſroë, iterum Sultano, ab a. C. 1181 -- 1222.

§. 335.

Imp. ALEXIO *Comneno.*

a. C. 1181.

Imp. ALEXIO *Comn.*

ICONII Sultanus [Clitzaſthlan], audito Manuelis imperatoris obitu, quem, vt Tantalus ſaxum iamiam capiti imminens, formidarat, Sozopolim belli iure capit, oppida circumiacentia direpta ſuae ditionis facit, et ſplendidiſſimam Attali vrbem longa obſidione affligit: Cotyalium vaſtat, et alias complures prouincias in deditionem accipit. 260.

§. 336.

Imp. ANDRONICO *Comneno.*

a. C. 1183.

Imp. ANDRONICO *Comn.*

[ANDRONICVS cum Nicaeam obſideret] milites eo confluxerant Andronico infeſti, et Angelus Iſaacius — et Theodorus Cantacuzenus: accerſita erant et Perſica auxilia. — [Vrbe deditione capta,] multos — in exſilium egit, nonnullos de moenibus miſerabiliter praecipitauit, et Perſas circum vrbem palis affixit. 261. 262.

§. 337.

260. NICETAS CHONIATES p. 169.

261. Id. p. 181.

262. Id. p. 184.

Imp. ANDRONICO *Comneno.*

a. C. 1183.

§. 337.

263. [PRVSA capta, Andronicus] Angelum Theodorum — effoſſis oculis aſino impoſitum et vltra limites Romanorum eductum dimitti iubet. — ac forſitan a feris deuoratus eſſet quod Andronici conſilium fuit, niſi Turci vietores a) eius miſerti eſſent, et in tabernacula ſua abductum curaſſent.

§. 338.

Imp. ISAACIO *Ang.*

Imp. ISAACIO *Angelo.*

a. C. 1185.

264. ICONII Sultanus CLITZASTHLAN felici ſenecta vltra annum ſeptuageſimum progreſſus, cum Andronici interitum, cui ſucceſſiſſet Iſaacius, audiuiſſet; et ea, quae in imperatorum mutationibus accidere ſolent, praeſertim ſi bellum ab occidente grauiſſimum vrgeat, ſagaciſſime diuinaſſet: lectiſſimo equitatu et armis inſtructiſſimo in Thraciam b) impreſſionem facit, *Same* Amera c) duce. Qui cum Celbianum tractum bellicoſis viris vacuum inueniſſet (omnes enim torrentis inſtar ad Iſaacium recens imperio potitum confluxerant), multos homines cepit, armenta et greges omnis generis abegit, et multis manubiis ſuum exercitum locupletauit.

Vbi Orientales gentes cum aliis pro tempore muneribus, tum annuis tributis placatae quieuerunt (ſic enim noſtra aetate Romanorum imperatores cum barbaris agere ſolent, domi inſtar nentium puellarum deſidentes), vxore defuncta alienigenam ducere ſtatuit.

§. 339.

a. C. 1188.

265. [THEODORVS Mangaphas, Philadelphienſis, cum Philadelphia occupata, rebellionem feciſſet, breui poſt inde pulſus] ad CAI-

263. Id. p. 186.
a) Τυρκοι ἐγκυρσαντες.
264. NICET. CHON. p. 236.
265. Id. p. 256, 257.

b) κατα τε των Θρᾳκησιων θεματος. cfr ſupra §. 269. not. c
c) τε Σαμη Αμερα.

CAPVT XXI.

a. C. 1188.

CAICHOSROEN [d] Iconii Sultanum profugus, auxilia contra Romanos non impetrauit: litteras tamen obtinuit; quibus concedebatur, vt Turcos liberos, qui, arcu et pharetra freti, Romanos praedarentur, aſciſceret. Qua ratione cum non paruas copias contraxiſſet: ciuium ſuorum 'mancipia [f] et iumenta abduxit, et Phryges Laodicenſes innumeris cladibus affecit, vt et populares meos Choniatas: areis eorum aeſtiuo tempore incenſis, et obuiis quibusque hoſtilem in modum tractatis. Nam vt non dicam Turcos ob clementiam [erga] finitimos Chriſtianos ab eo obiurgatos eſſe, et, facta in Cariam impreſſione, multos inde captiuos Turcis abducendos eſſe datos: Michaelis quoque archiducis templum, opus maximum et celeberrimum — 'incendi paſſus eſt [h].

'Vt autem huiusmodi facinoribus plenus, tandem ad Sultanum rediit, vt imperator ad Iconii principem Caichoſroëm, 'cuius pater nuper defunctus erat [i], legatos miſit, quod eum a Mangapha in cogitationes et actiones non bonas induci videbat, et largitionibus impetrauit, vt ille deſertus ac proditus ad ſe mitteretur: ea tamen conditione, vt defectionem nec capite, nec mutilatione laeſioneue vllius membri lueret. Qua de cauſa, omnis alterius mali expers, ad diuturnum carcerem eſt damnatus. Id factum adeo caeteris Sultani fratribus, qui regnum cum eo diuiſerant, diſplicuit, vt et arma ei illaturi fuerint, quod hominem profugum et ſupplicem, pecuniae cauſa, Romanorum imperatori prodidiſſet: niſi ſpecioſo reſponſo iracundiam illorum placaſſet. Aiebat enim, ſe pacificationis ergo illum remiſiſſe, nequaquam vero pro-

d) Καιχοσρονς, infra Καϊχοσρονς.

e) ἐνεδοθη δε ὁι προσλαμβανεσθαι ἀνεπεγκλητως, τους ὁποσοι των Τερκων κερδαλεοφρονες, κἀπι τῳ γορυτῳ και τῳ τοξῳ την πεποιθησιν ἐχοντες Ρωμαιους ληστευεσιν.

f) τον γεωργικον ὀχλον.

g) τες Τερκες φιλανθρωπευομενες ἐνιοτε προς το Χριστωνυμον, κακως ἐφασκε και ἐπεπληττεν.

h) ὁ ἀνομος ὁυτος διαφηκεν ἐμπρησαι.

i) ἀρτι προς πατρος ἐκλελοιποτος το ζην την ἀρχην τε Ικονιε δεξαμενον.

prodidiſſe, et hominem vagum in patriam reſtituiſſe, vt nec ipſe alios, nec ipſum alii porro perſequerentur.

§. 340.

266. [ALEMANNI qui cum imperatore Friderico in Aſiam traiecerant, Laodicea praeterita] cum altius aſcenderent, nec Turcos benignos ſunt experti. ſed et hi apertam pugnam declinantes, latrociniis eos, vbi poterant, infeſtabant: quanquam, aeque vt Romani, pacti, ſi absque maleficio tranſirent, ſe eis omnia, quae praetereunti exercitui eſſent opus, ſuppeditaturos: ac ſane eis quoque profuiſſet, ſi pactis ſtetiſſent. nunc inani ſpe elati in bellum eruperunt. Itaque rex ad caſtrum Philomelium proelio cum Iconienſis Sultani liberis commiſſo (quem regno erepto Iconio expulerant, priſtina eius felicitate in aerumnoſam ſenectutem mutata) cum ipſos facile profligauit, tum Philomelium euertit, atque incendit.

Eosdem etiam ad Cingularium vicit. Cum enim, anguſtiis occupatis, Alemannorum tranſitum obſeruarent, ille, conſilio hoſtium intellecto, caſtra in campo poſuit: et copiis ſuis noctu bifariam diuiſis, vnam partem in tentoriis manere iuſſit, alteram diluculo fuga ſimulata viam aliam inſiſtere. Perſae autem, dolum eum rem veram eſſe rati, laeti ex anguſtiis in apertum campum effuſi, vallum Alemannorum irrumpunt: ſimul et ſecuri et laeti, vt paratam praedam, magnas opes direpturi (omnis enim barbarus auarus eſt, et pecuniae cauſa pleraque, ne dicam omnia, et dicit et facit). Vt vero et qui fugerant, ſe conuerterunt, et qui in caſtris erant, confidenter occurrerunt: Perſae circumuenti occidebantur.

§. 341.

Neque vero ex his duobus duntaxat proeliis rex formidabilis euaſit, et apud orientales gentes celebris: ſed ex eo etiam, quod Turcos ad ipſam Iconium iisdem cladibus affecit. Nam ipſe quidem Sultanus ad Taxara profugus, ignorationem excuſabat eorum

266. NICET. CHON. p. 264.

rum, quae filii ſui feciſſent, vtpote ab vno ex iis, *Copatino*, regno pulſus. Turci vero hortorum aggeribus et foſſis, quae crebra ſunt iuxta Iconium, occupatis, et maceriis pro muro obiectis, Alemannorum acceſſum facile ſe prohibituros, putabant, cum omnes ſagittarii optimi eſſent, atque vno in loco expediti cum grauis armaturae militibus pugnaturi. Sed id quoque eorum conſilium fuit irritum. Nam Alemanni cum Turcos ſepta hortorum ſubire, atque inde velut ex propugnaculis ſagittare viderent, 267.
ſic fecerunt. Quisque peditem armatum in equi ſui tergum recepit, vt ex eo, tanquam ſcala, maceria conſcenſa, cominus cum hoſte congrederetur: et ipſi, qua equis patebat iter, opitulabantur. Ita tum quoque Turci plerique, mali male perierunt: nonnulli etiam diſperſi fuga ſalutem quaeſiuere. Vt autem occiſorum multitudinem hoſtium teſtimonio confirmemus: Iſmaelita quidam, qui ei pugnae interfuerat, ad imperatorem profugus, per ſuam religionem iurauit, ſe ducentos argenti ſtateres pollinctoribus numeraſſe, vt cadauera ex ſuo duntaxat horto efferrent.

§. 342.

Alemanni vero Iconio potiti, vrbem ingredi noluerunt; ſed in tectis ſuburbii fixis tabernaculis, nec vlla re alia, niſi ad vitam tuendam neceſſariis, inde ablata, coeptum iter ſunt proſecuti.

In hac expeditione ferunt Alemannum quendam, corpore ingenti et robore inuicto praeditum, populares ſuos longo interuallo ſecutum, pedetentim inceſſiſſe, equum trahentem ex itinere fatigatum; Iſmaelitas vero circiter quinquaginta viros fortiſſimos, ſuis ſtationibus euagatos, illum vndique ſagittis petiiſſe. Caeterum eum lato ſcuto tectum, et firmitate thoracis fretum, alacrem perrexiſſe, nihilo magis barbarorum telis iactantiorem, abiecto inutili arcu, longum enſem ſtrinxiſſe, et concitato equo cominus illum, vt promontorium aut aeream columnam, gladio percuſſiſſe. Alemannum vero gladio, qui heroicam dextram deceret, ambos anteri-

267. Id. 265.

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1188.

ores pedes hoſtilis equi tanquam foenum amputaſſe. qui cum in genua prolapſus nihilominus ſeſſorem in ſella ſuſtineret, enſem in medium Perſae caput, ita impegiſſe, vt, equite in duas partes diſſecto, etiam iumenti tergum, ſella quoque diſſecta, vulneraret. Eoque ſpectaculo Perſas attonitos, non amplius eſſe auſos, vnum eum laceſſere, qui nihil accelerato itinere [k]) pedetentim veſperi in caſtra ſuorum peruenerit.

§. 343.

Aiunt, Iſmaelitas, veritos, ne rex in ditione ipſorum, vt quos
268. deuiciſſet, moraretur, ſimulatione benignitatis eum ſibi placare voluiſſe. Eum vero, procerum filiis obſidibus acceptis, et plurimis itinerum ducibus aſſumtis, ita fines eorum ſuperaſſe, paulo vero poſt, cum Armeniae fines attigiſſet, non paucos ex iis obtruncaſſe, caeteros domum remiſiſſe.

§. 344.

a. C. 1189.

269. [ALEXIVS quidam, qui ſe Manuelis filium profitebatur, cum Latino quodam, in cuius aedibus in oppido Armala diuerſatus fuerat] Iconium profectus, ſenem Sultanum (nondum enim a filio *Copatino* [l]) regno pulſus erat) adit, et, vt verus filius Manuelis, non vt impoſtor et erro, alloquitur: ſaepe etiam paterna beneficia exprobrando, immemorem et ingratum vocat: et inhumanitatem ei obiicit, quod calamitate amici filii nihil moueretur. Is vero cum impudentia hominis victus, tum, ex lineamentis corporis apparente patris in eo ſimilitudine, miſericordia motus, eum et muneribus non paucis exhilarat, et ſpe bona fouet. Cum autem aliquando, legato Romano aſtante et audiente, excellentem ſuam nobilitatem iactaret: Sultanus legatum interrogat, an iſtum Manuelis imperatoris filium eſſe norit? Qui vbi nihil aliud reſpondit

k) καὶ οἱ μὲν οὕτως. ὁ δὲ ὡς λέων πεποιθὼς τῇ οἰκείᾳ ῥώμῃ, οὐκ ἐπέτεινε τὴν πορείαν.

268. Id. p. 266.

269. Id. p. 270.

l) ὁ Κοπατῖνος. cfr. ſupra §. 341.

a. C. 1189.

Imp. ISAACIO Ang.

dit, niſi illum omnino [iuſſu Andronici] ſubmerſum eſſe, et iſtum res incredibiles ſub falſo defuncti nomine comminiſci: adoleſcens Alexius ira percitus et bile exaeſtuans, parum abfuit, quin in legati barbam inuolaret, niſi is et ipſe commotus, impetum Pſeudalexii fortiter propulſaſſet, et Sultanus intemperias eius verbis caſtigaſſet.

Qui etſi nihilominus crebris adoleſcentis flagitationibus victus, tamen ne tum quidem immenſae eius petitioni reliquit locum; ſed per Sultanicas duntaxat litteras, quas Turci *Muſurium* vocant m), ei conceſſit, vt impune, quotcumque Turcos poſſet, ſibi conciliaret. Ille igitur inde digreſſus, ac litteris illis apud Turcos oſtenſis, Ameram *Arſanem* n) aliosque non paucos, Romanas prouincias praedari ſolitos, contraxit, vt breui tempore cum octo millibus incederet, ac Maeandrias vrbes partim deditione occuparet, partim reſiſtentes quouis modo vexaret. Areas tamen, in quibus frumentum trituratur, inprimis perdidit: vnde Vſthalone cognomentum tulit. Ad hunc adoleſcentem opprimendum multi alii quoque duces miſſi ſunt: verum omnes, nullo memorabili facinore edito, infecta re diſcedere cogebantur [donec tandem Harmala reuerſus, cum poſt largiorem compotationem dormiret, a ſacerdote quodam ſuo gladio iugulatus, ſuorum ſcelerum poenas dedit, quod Perſas contra Romanos incitauit].

§. 345.

Imp. ALEXIO *Ang. Comneno.*

Imp. ALEXIO *Ang. Comn.*

a. C. 1194.

TRIMESTRI nondum [Alexio in imperio] elapſo, fama non 270.
fallax affertur, Cilicem quendam, aſſumto Alexii, filii Manuelis, nomine, ad Ancyrae vrbis ſatrapam ſe contuliſſe, ab eoque vt ve-

m) διὰ Σȣλτανικȣ̃ γραμματος, ὃ φασιν οἱ Τȣρκοι Μȣσȣριον.

n) τον Αμηραν Αρσανην.

270. NICETAS CHONIATES p. 296, 297, 298.

Imp. ALEXIO Ang. Comn.

a. C. 1194.

verum Manuelis filium ſuſceptum eſſe, non vt eius poſtulatis annueret (nouerat enim et ipſe, imperatorem Alexium ab Andronico ſtrangulatum eſſe), ſed vt imperator bellis diſtineretur, dum ſeditioſis reſiſteret; et ipſe aliquid emolumenti inde perciperet, amicitia ſua Romanis vendita.

Poſtquam autem Pſeudalexius iſte Perſarum opibus adiutus, Ancyrae vicina Romana oppida populabatur, eunuchus quidam cognomento Eonopolita, nuper ab imperatore accubitoris dignitate ornatus, ad eum reprimendum mittitur. Qui cum rem male gereret, imperator ipſi ſibi exeundum cenſuit, eademque opera de foedere Perſico agendum: haud ignarus, impoſtorem illum ea ratione facillime debellari poſſe. Verum Perſa, occaſione vſus, pacificationem ſe nulla alia ratione admiſſurum affirmauit, niſi argenti ſignati centenarii quinque in primis, et deinceps quotannis terni, et quadragenae veſtes ſericae, quae Thebis Boeoticis imperatori pendi ſolerent, ſibi donarentur. — Videns imperator, ſe nihil ſua praeſentia proficere, caſtellis praeteritis, quorum alia ab Alexio dimouit, alia incendit, vt ſeditioſo addicta: in vrbem rediit, expeditione duobus menſibus terminata, et Ciliciae rebus Manueli Cantacuzeno mandatis. Sed cum ne is quidem aperte illi bellum inferret, quamuis Perſae auxiliis ſubinde creſcenti, et a caſtellis Ancyrae finitimis omnibus, aut ſaltim pluribus, tributa exigenti, diuturnis vtique malis Romanos affecturus ille fuit, niſi Deo noua hic quoque ratione noſtri miſerto, in caſtello Zungra noctu iugulatus a quodam fuiſſet.

§. 346.

271. [NON diu poſt Iſaacius Comnenus,] vt olim ea ſectabatur, quae aſſequi non poterat: — ita tum etiam irritos conatus eius euentus arguit. Neque enim Perſa poſtulatis eius annuit (cupiebat autem, eum Romanis bellum inferentem, cum omnibus copiis ſuis ſequi, et eius iuſſis omnibus obtemperare) neque quisquam eorum, ad quos clam ſcribebat, benignas aures ei praebuit.

§. 347.

271. Id. p. 298.

Imp. ALE-XIO *Angelo Comn.*

§. 347.

a. C. 1196.

[HOC imperatore] non a Septemtrionalibus duntaxat barbaris [Scythis, puta, et Blachis] Romani perpetuo premebantur, 272.
ſed in oriente Perſis etiam praedae erant. Nam cum imperator cum Perſa Galaticae Ancyrae domino pacem non feciſſet, ſed partim amicitiam eius, vt qui Romanis nocere non poſſet, aſpernatus eſſet; partim pecuniae parceret, quae pro pace poſtulabatur: vnum annum et ſex menſes bellum continenter cum eo geſſit. Qua de cauſa Cilix Alexius ea, quae retulimus, illius opibus adiutus, confecit: et vrbs Dadibra a Perſis occupata eſt. Nam cum is, omnibus ſuis copiis adductis, ſe non inde receſſurum confirmaret, niſi illam expugnaſſet, obſidio quatuor menſes durauit, Dadibrenis nemine opem ferente. Nam imperator etſi eos per nuncios ad fortiter reſiſtendum hortabatur, et auxilia pollicebatur: ſubinde tamen rem procraſtinabat; et finitimi Paphlagones propius accedere et opem eis ferre non audebant. Neque vero hoſtem latebat, eos omni auxilio deſtitutos et fame premi, et a machinis grauiſſime affligi. Nam cum ſaxa, calx, et quicquid hominum vitae inſidiatur, ex collibus in mediam vrbem coniicerentur, aedes diruebantur, et putei inficiebantur.

Non multo poſt miſſis ab imperatore auxiliis, quae in Baba monte caſtra habebant, tribus adoleſcentibus ducibus, Brano iſto Theodoro, Catacabone et Cazane Theodoro: Perſae, ea re comperta, ex inſidiis eos ante lucem adorti, et tergis fugientium inhaerentes, alios occiderunt, alios ceperunt, et duos duces inter caeteros. quos Perſa, manibus poſt tergum reuinctis vndique circumductos, iis, qui in moenibus erant, oſtendebat, monens, vt vrbem, priusquam belli fluctibus obrueretur, ſibi gubernandam traderent. Neque enim ſpem ſalutis vllam eis ſupereſſe: neque ſe inde receſſurum, niſi vrbe expugnata. His ſpectaculis et ſermonibus Dadibreni fracti, ad pactiones deſcendunt, iniquas quidem illas, ſed quas temporis anguſtiae et durum telum neceſſitas flagitabant. Annuunt, ſe vrbem penitus deſerturos, vt cuique cum ſuis cariſſimis et ſupellectilibus incolumi abire liceret

272. NICET. CHON. p. 304, 305.

Imp. ALEXIO *Ang. Comn.*

a. C. 1196.

ret, quo vellet. Neque enim barbarus eos in patria manere et tributa penſitare pati voluit. His conditionibus iureiurando firmatis, Perſa vrbem ſuis popularibus incolendam dedit, ciues in alias atque alias regiones et vrbes ſunt diſperſi. quidam etiam, Perſae conceſſu, tuguriolis in proximo ſtructis, amore patriae, ſeruitutis iugum ſubierunt. Ac cum vrbe Dadibra hoc modo actum eſt. Imperator autem paulo poſt, pace cum Perſa facta, libenter ei, deterſo pudore, ea dedit, quae ante illius vrbis deditionem poſtularat.

§. 348.

a. C. 1198.

273. [IMPERATOR Alexius cum triennium in imperio exegiſſet] foedus Iconienſe violatum eſt. Caichoſroës, eius vrbis Sultanus, duos equos, qui imperatori ab Alexandrino Sultano o) mittebatur, eripuit: quorum alterius genu in curſu luxato, per legatos ab imperatore veniam petiit, quod eius equos intercepiſſet, et quod propter alterius laeſionem alterum quoque mittere non fuerit auſus. Caeterum ſe omnino curaturum, ne amico eſſet moleſtus, neue diu equis careret. Hanc ſpecioſam defenſionem imperator non vt magnanimum virum decuit, aequo animo accepit, neque neceſſitati voluntatem accommodauit, neque temporum rationem habuit, quorum difficultatibus vndique vrgebatur; ſed ſtatim efferueſcente bile fulminat; nec tamen quicquam facit, quo Perſam vlciſcatur, ſed ſibi ipſi plane bellum infert, et gladium contra ſeſe ſtringit. Iubet in carcerem duci et omnibus bonis mulctari negotiatores omnes, tam Romanos, quam Turcos, qui Iconio Byzantium veniſſent: eorum vero merces et iumenta nec ipſe, vt decuit, ſibi vindicauit, nec illis reliquit. Vnde alia alibi perierunt.

§. 349.

Quo barbarus audito, denuo legatos mittere noluit, ſed armis alacriter arreptis, improuiſa incurſione Cariam et Tantalum, oppi-

273. NICET. CHON. p. 319.

o) ἐκ τȣ Σȣλτὰν τῆς κατ᾽ Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας.

a. C. 1192

oppida ad Maeandrum ſita, 'vaſtauit p). Inde ad Phrygiae An-
tiochiam contendit, eamque fortaſſis aeque ac heri Cariam et Tan-
talum cepiſſet, niſi caſus quidam fortuitus impetum eius diuina
potius quam humana prouidentia fregiſſet. Nam qua nocte ad vr-
bem opprimendam properabat, quidam homo potens filiae nuptias
celebrabat. Erat igitur, vt in huiusmodi feſtiuitatibus ſolet, tumul-
tus hominum conuiuantium, cymbala, tympana, ſaltatores et mu-
lierum coetus hymenaeum cantantium per totam noctem perſtre-
pebant. Vt autem ad vrbem acceſſit Caicholroës, audita organo- 274
rum harmonia et hominum concentu: non rem ipſam coniectura
aſſecutus, ſed militum teſſeras eſſe, qui ſuum aduentum praeco-
gnoſſent, putans, ad Lampen diſceſſit, ibique captiuos deſcriben-
dos curauit: et cuiusque patriam, et nomen, et a quo captus
eſſet, item an aliquid ſuarum rerum amiſiſſet, et an filius, aut
filia, aut vxor alicuius a Perſa aliquo occultata eſſet, perueſtiga-
uit. Hac inquiſitione facta, Romanis omnia reſtituit: et omnibus
captiuis in tribus et familias diſtributis, qui quinque millium nu-
merum explebant, perrexit. In ea abductione barbaro illud quo-
que curae fuit, ne captiuis victus deeſſet, et diſtributo inter eos
frumento, frigus quidem neglexit, ſed, correpta ſecuri, ipſe colla-
pſam arborem diſſecuit. et id ſpectaculum Perſas concurrentes mo-
nuit, vt idem et ipſi facerent, adiecta laboris eius cauſa, et quem
inde fructum percepturi eſſent. Ac Perſis perpetuo licere ligna-
tum extra caſtra ire, quod a nemine impedirentur; Romanis ve-
ro non item, cauentibus, ne fugere viſi compedibus vincirentur.

§. 350.

Poſtquam vero Philomelium eſt peruentum, et domicilia et
agros fertiles eis aſſignauit, 'et rurſus frumentum caeteraque mi-
tia legumina q) diſtribuit: et ſpe bona impletis denique dixit, re-
conciliata inter ſe et imperatorem gratia, renouato foedere, ſe
eos

p) καθ᾽ ἡλικιαν ἠνδραποδισατο, και πολλας ἀλλας ὅτι πολλας ληϊσαμενος &c. 274. Id. p. 320.

q) και ὅσα των ἡμέρων καρπων σπορίμα.

Imp. ALEXIO *Ang. Comn.*

a. C. 1198.

eos gratuito remiſſurum eſſe dominum. Sin aliud conſilium caperet imperator, eos quinque integros annos immunes futuros, nullo quaeſtore quicquam poſtulaturo. Deinceps vero tolerabile ſe tributum eis impoſiturum, quod non (vt apud Romanos moris ſit) conſtitutum excedat, nec multiplicetur. His ita ordinatis, Iconium rediit. Ea tam humana denunciatio neminem patriae meminiſſe paſſa eſt, ſed multos etiam a Perſa non captos Philomelium attraxit, cum audiiſſent, quomodo cognati et populares eorum a Sultano tractarentur. —

§. 351.

275. Iam videamus, quid imperator geſſerit. Andronicum Ducam, adoleſcentulum adhuc, mittit ad bellum Perſae inferendum. Is cum ſuis Perſas ſero tandem aggreditur: et noctu paſtores et armenta cuiusdam Amerae Arſanae r) adortus, non multo poſt receſſit. Sed et ipſe imperator ab amoenis Propontidis locis aegre tanquam a loto aut cantu Sirenum auulſus, Nicaeam et Pruſam eſt profectus, non vt Perſas vlciſceretur: ſed ne ex Batho digreſſi, vbi magnus eorum numerus ſtatiua habebat, vrbes et agros finitimos popularentur. nec amplius vno menſe ibi exacto, Byzantium rediit.

Inchoante vere denuo cum ſumma feſtinatione coguntur exercitus. Milites enim frequentibus eodem anno expeditionibus fatigati ea moleſtia carere et diutius domi manere cupiebant. Concurrunt igitur, vt vltra dimicaturi. Ita copiae Cypſella vt in vna caſtra conuenerunt. [Sed imperator morbo articulari oppreſſus expeditionem in aliud tempus differre eſt coactus.]

§. 352.

a. C. 1200.

276. NON multo poſt [quam imperator, capto Ibanco, e Bulgaria Conſtantinopolin rediit s)] Caichoſroës t) Iconii ſatrapes impera-

275. Id. p. 331.

r) De quo vide et ſupra §. 344.

276. NICETAS CHON. p. 336, 337.

s) Cf. *Tom. II. Bulgarica.* §. 253.

t) Καϊχοσρόης, h. l. ſcribitur.

peratorem adit, tiaram v) capite geſtans, veſte auro interpuncta amictus. Verum vbi pauca de Perſae huius familia diſſeruero, hiſtoriae ſeriem proſequar.

Clyzaſthlani x) Iconienſi, qui ſuperioribus temporibus potentiſſimus fuit, et multa cum Manuele imperatore bella geſſit, multas victorias adeptus eſt, filii plures fuerunt. Amaſiam, Ancyram, Dorylaeum et alias beatas vrbes Ponticas *Maſuto* y) aſſignauit. Melitenem, Caeſariam et Coloniam, quae nunc Taxara dicitur, *Coppatinus* z) gubernabat. Aminſo, Docea, et aliis maritimis vrbibus *Rucratinus* a) potiebatur. hic vero *Caichoſroës* Iconium tenebat; item Lycaoniam et Pamphyliam, et quae ad Cottyanum vſque pertinent. Coppatino mortuo, de eius ſatrapia Dociae princeps Rucratinus et Maſutus Ancyranus certant. Sed Rucratinus ingenio et rei bellicae peritia ſuperior, auctis ea victoria opibus, Maſuto cedenti et amicitiam offerenti toparchiae parte ademta, reliqua vt prius tenenda conceſſit. Sed in Caichoſroën magno cum furore impetum fecit, iampridem Iconii, vt paternae ſedis, potiundi cupidus, et illum, vt matre Chriſtiana genitum, odio proſequens. Per legatos igitur fratrem monet, vt ſibi Iconio cedat, et toto principatu excedat, ſi et ſaluti ſuae et ſubiectarum ciuitatum incolumitati conſultum velit c). Tantus erat faſtus, tam immanis arrogantia barbari, et ſupercilium ſupra nubes erectum: ita exitiale venenum late diffundebatur.

§. 353.

Quare Caichoſroës factis induciis, patrem ſuum imitatus, imperatorem adit. Nam is quoque mutuis iniuriis cum fratribus ſuis certans, poſt Maſuti patris obitum, ad imperatorem Manuelem, vt ſacram anchoram et ſalutare praeſidium d) confugit. Verum

v) κυρβασιαν.

x) Κλυτζασθλαν, ſupra Κλιτζασθλαν. eius facta eſt mentio ſupra §. 303 — §. 338.

y) De quo vide §. 249.

z) Vid. §. 341.

a) Ρουκρατινος.

b) ἀτερος τουτων αὐτων ὁ Ρουκρατινος τον ἀντιτρεχοντα ὑπεφθακως μακρυγησεν.

c) ἀγε βαδιζετω, ἐμμελως ἀπαξιων αὐτον, τας δε πολεις κατ' ἀνδρα και κατ' ἐθνος ἀπαρατως μενειν των ἐκ του πολεμου δεινων.

d) ὡς εἰς ἀγκυραν και ἱεραν χειρα δυναμενην ὑπολαβειν.

rum illum ſpes ſua adeo non fruſtrata eſt, vt etiam ſpe ampliora fuerit conſecutus:. Caichoſroës vero paruam benignitatem et infinito interuallo exſpectatione ſua minorem expertus, nec impetratis contra fratrem auxiliis, domum rediit [e]). Sed vixdum Iconium ingreſſus, a RVCRATINO opprimitur, et patria pulſus, ad *Lebunem* in Armeniam confugit, vbi humaniter et ſplendide eſt ſuſceptus. Etſi enim multa bella inter ſe geſſerant; tamen ſolent homines non tantum cognatos et populares afflictos, ſed hoſtes etiam ſupplices benigne tractare. Caeterum eum in integrum reſtituere prorſus noluit Lebunes, quod ſibi foedus cum Rucratino intercedere affirmabat, nec incruentum fore auxilium cerneret. Quapropter Caichoſroës denuo ad imperatorem abit, ſpe principatus eius ope recuperandi concepta. Sed iterum fruſtratus, apud Romanos vixit minori ſplendore, quam pro nobilitate generis.

§. 354.

277. [IMPERATOR Alexius Angelus, Conſtantinum quendam Francopulum cum ſex triremibus in Pontum Euxinum miſit, per ſpeciem de mercibus nauis cuiusdam, quae, ex Phaſide Byzantium nauigans, iuxta Ceraſuntem fracta eſſet, inquirendi: reuera autem, vt oneraria nauigia, quae Aminſum appellerent, ſpoliaret. Is, vt iuſſa imperatoris exſequeretur, nulli naui parcit: ſed ſpoliatis omnibus, quae et Byzantium plenae mercibus ibant, et, ſuis rebus venditis, et aliis impoſitis, inde recedebant. Poſt bimeſtre in vrbem rediit, quibusdam negotiatoribus occiſis, et in mari demerſis, quorum pecuniam ſibi vendicauit, caeteros Leberide nudiores dimiſit. Ii vrbem et palatium ingreſſi, ſaepe ſuas iniurias conqueſti ſunt, et cum luminibus ſacras aedes frequentarunt. Sed nihil ab imperatore impetrarunt, qui, bonis illis iam venditis, pecuniam in fiſcum redegerat.

Quare Iconienſes negotiatores Rucratinum adeunt, qui per legatos res eorum ab imperatore repetebat, pacis quoque mentione

e) τουτο δε και ὁ Μασουτ [an forte Καϊχοσρους?] ἐσεφατα κιριν-ας, omiſit interpres.

277. NICETAS CHON. p. 340, 341.

ene facta. Imperator vero Francopulum defeciſſe cauſatus, nefaria illius facinora a ſe remouebat, ſpe in mendacio collocata, et rerum veritate diſſimulata.

§. 355.

Pace facta, Rucratinus praeter annui tributi pactionem, etiam quinquaginta minas argenti accepit, quas ſpoliatis mercatoribus reſtitueret. Imperator vero poſt dies aliquot Rucratini vitae inſidiari deprehenſus eſt. Nam Chaſium quendam *f*), maximis pollicitationibus impulſum, leuis amicitiae cultor, cum rubricatis litteris ad eum tollendum ablegat. Verum, capto Chaſio, litteris deprehenſis, et omni fabula explicata, ruptum eſt foedus: eaque de cauſa Turci multas orientales vrbes infeſtarunt. Ad haec Michael quidam, Ioannis ſebaſtocratoris nothus filius, ad exigenda Mylaſſenae prouinciae tributa miſſus, homo adoleſcens et contumax, deficit: ſed proelio victus et fugatus, ad Rucratinum ſe confert. a quo imperatoris odio cupidiſſime ſuſceptus, acceptoque exercitu, Maeandricas vrbes variis affligit modis, barbaris ipſis crudelior. —

§. 356.

a. C. 1203. *a*)

[LATINI Conſtantinopoli capta] aliarum — nationum principatus et regna ſtatim diuiſerunt. Sub ſortem cecidit beata vrbs Nilo adiacens Alexandria — Item Parthi et Perſae, Orientales Iberes, Aſſyria, Hyrcania, et quae ad orientem maximis fluminibus diſterminantur. — alii magnopere contendebant, vt Iconio potirentur. 278.

§. 357.

[EODEM tempore] Theodorus Laſcaris — Nicaeae vxore relicta, circa Pruſam loca omnia excurrebat, vt illa ſibi ſubiiceret, 279.

 et

f) *Χάσιον τον.* cfr. ſupra §. 245.

278. NICETAS CHON. p. 383.

a) Hoc anno d. 10. Iulii Conſtantinopolis a Latinis eſt capta.

279. ACROPOLITA p. 6. et in Chronico Compendiario p. 109.

Imp. ALEXIO Ang. Comn.

a. C. 1203.

et pro ſocero Alexio veluti imperator res ageret et miniſtraret. Nec ſpes eum fefellit. Namque interim ad Perſarum principem ſibi amicitia deuinctum profectus, atque auxiliaribus copiis auctus, quae animo conceperat, perfecit.

Imp. THEODORO Laſcari I.

Imp. THEODORO Laſc. I.

§. 358.

a. C. 1204—1222. b)

280. a) CAPTVS [dum ad Michaelem conſobrinum contendit] a Longobardis imperator Alexius ad Sultanum Iconii IATHATINEM c), ſibi familiaritate notum, proficiſci deliberat. namque Iathatines, e fratris d), tunc Muſulmanorum rerum moderatoris, manibus fugiens, profugus Conſtantinopolim appellit, exceptusque ab imperatore Alexio ſacro initiatur lauacro, filiusque adoptatur. Hic cum imperatore Alexio, Conſtantinopoli fugiente, vna aufugit. Nec multo poſt vir quidam clam ad ipſum proficiſcens, fratris obitum nunciat: qui vili in veſte ac ſqualente cum nuncio iter ingreditur, et a ſuis cognitus Perſarum principatui praeeſt: Theo-

a) NICEPHORVS GREGORAS. *Alexius imp. cum Latinorum metu clam Byzantio profugiſſet, dum in Thracia vagatur, et ipſe a Montisferrati marchione capitur: et opibus, quas ſecum ferebat, ſpoliatus nudusque dimiſſus, longo tempore circa Achaiam et Peloponneſum oberrauit. Tandem audito, generum ſuum Theodorum Laſcarim in oriente rerum potiri, — rem grauiter ferebat, animo inuidia et aemulatione aeſtuante. — Itaque per mare Aegaeum Aſiam ingreſſus, clam Turcorum principem Iathatinem, qui tum apud Attali vrbem degebat, ſupplex miſerabili habitu adit; orat, vt ſibi imperium reſtituat;*

280. ACROPOLITA p. 7—9. et in Chron. Compend. p. 111—113. Nicephorus Gregoras T. I. p. 9—12.

b) Sunt anni imperii Theodori Laſc. I.

c) [illegible]

d) *Azatinis*, quod nomen in Chron. Compendiario additur.

Imp. THEO-DORO Laſc.

Theodoro imperatori, belli diſcriminibus ſaepe afflicto debilitatoque, non modo auxiliaribus copiis, ſed foedere etiam pacto, Annam enim imperatricem ſororem compellabat, apprime proficuus.

Ad hunc vt accederet, ſua ſtudia omnia conuertit Alexius imperator: ad imperatorem enim et generum Theodorum moleſte accedebat. Commeatus itaque ſubuehens, e ditione Michaelis ſoluit, et ventis operam dantibus Attalum deſcendit, et quam cupidiſſime a Sultano excipitur. Interim Nicaeae Theodoro imperatori degenti a Sultano legatio mittitur, quae et imperatoris et ſoceri nunciaret aduentum, et quam iniuſtus eſſet alieni principatus occupator. Conturbatus animo imperator, nimis male timuit totus. Sultanus enim ſpecie propugnandi Alexii, re autem ipſa Romanos agros omnes excurrere populabundus, et ditioni Perſicae addere animum induxerat. Erantque res Theodori in anguſto oppido coactae, et, vt aiunt, in acie nouaculae. Quare conuocatis ſuis omnibus, explorabat, in ſuamne, an in ſoceri, imperatoris Alexii, partem abituri ſint. Illi omnes vno ore, veluti ex teſſera inclamare, aut vna cum eo ſe viuere, aut vna mori velle: recollecto igitur animo ſubditorum vocibus imperator Nicaea exit, ſecum legatum Sultani conuehens, ocyusque approperans Philadelphiam occupat.

§. 359.

veteres amicitias, quaecumque olim inter ipſos fuerant, in memoriam reuocat; noua infortunia multis cum lacrymis exponit, ac tragice lamentatur; aceruos denique pecuniarum promittit. At barbarus, cum et iſtis pecuniae pollicitationibus facile flecteretur, et emolumenta tum alia ſibi fingeret, tum ea, quae externos hoſtes oppugnantibus ex praeda obueniunt, ſimul et copias ſuas conuocat, et legatos, qui atrociſſima quaeque minarentur, ad Theodorum imperatorem mittit, niſi Alexio ſocero ſtatim ſolio imperatorio cederet. Is autem principio eo nuncio perturbatus eſt: ſed ſtatim reſumta fiducia, et ſpe ſua in Deo omnipotente collocata, legatos infecta re dimittit: ac operi ſe accingens, exercitum contrahit, longe ſane Perſico minorem, ſi numerum ſpectas, et ad confligendum imparem: diuina vero ope adiuncta, maximo interuallo maiorem.

Imp. THEODORO Laſc.

a. C. 1204 — 1222.

§. 359.

β) Sultanus cum imperatore Alexio, quem veluti Romanorum eſcam ſecum adducebat, in Antiochiam irrupit. Eſt ea ciuitas Maeandro adiacens, illiusque potiundae propoſitum erat. Hinc machinis adactis vrbem premebat, et tantum non ceperat, quod pertimeſcens Theodorus (neque enim dubium erat, quin, ea ſubacta, Sultano nullum inpoſterum impedimentum foret, quominus Romani imperii reliquum debellaret) et veluti in cubo belli exitu poſito, — propere celerat, prius commiſſo, ne quis attegias, aut ſarcinas, vel quid ſimile proelio inutile prae neceſſariis tenuî victu veſtituque deferrent. Exercitus bina millia hominum non excedebat, quorum octingenti Itali, viri ſtrenui et manu fortes, vt occaſio palam fecit, reliqui Romani fuere.

Prope itaque Antiochiam factus imperator, Perſam legatum, vt remearet ad dominum, dimittit. Ille Sultano nunciat imperatoris acceſſum, creditu omnino difficilem, adeo vt imperatorem iam adeſſe iureiurando confirmare neceſſe fuerit legatum. His auditis Sultanus quam celerrime collectis copiis in aciem militem excit. Primum Itali Sultani ordines nimium multos adoriuntur, ac, manus validae viriliorisque animi facinoribus effectis, fere omnes occumbunt, cum multo plures ac multo numeroſiores obtruncaſſent

β) NIC. GREG.; *Barbarus igitur cum omnibus et pedeſtribus et equeſtribus copiis Antiochiam ad Maeandrum ſitam petit, et eam circumſeſſam oppugnat, ea ſpe, illa capta caeteris totius imperii Romani vrbibus facile ſe potiturum eſſe: adducto ſecum imperatore Alexio, quo facilius ea, quae vellet, conſequeretur. Imperator vero ſibi non ceſſandum ratus, nec barbarorum impreſſionem exſpectandam, illorumque potius, quam ſuae commoditati ſeruiendum (audaciores enim fore, ſi illa ſubacta, ſpoliis ditarentur: ſimulque inuicta arce contra Romanos illa vrbe vſuros) ſumma celeritate aduerſus illos ducit, quum bis mille equitibus nihil amplius haberet: quorum octingentos fuiſſe Latinos ferunt, viros lectiſſimos et bellicoſiſſimos. Superatis autem tertio die montis Olympi anguſtiis, quae in maximam porrectae longitudinem, Bithyniam et Phrygiam vtramque di-*

ſent. Exſuperatis a Muſulmano Italis, nullo negotio Romanorum exercitus fuſus eſt, cuius potior pars fugiens terga vertere, pauci ſe ſiſtere, pugnae exitum exſpectantes. Vbi Sultanus pugnam indipiſcitur, imperatorem veſtigat, haerentem illum atque attonitum quispiam monſtrat. Sic celeritate, qua poterat, corporis robore fidens, in imperatorem rapitur: ſe cognoſcunt inuicem, et primus Sultanus claua caput imperatoris ferit; ille plaga vertigine correptus, equo, quippe equus etiam plaga, neſcio an iterata, exſternitur, decidit. quo deturbatus, et diuino auxilio veluti fultus, erectus, ſtrictoque gladio, Sultani inde reuerſi iniurioſeque conclamantis *capite hunc*, poſteriores equae, qua immanis ille vehebatur, pedes caedit; indeque tanquam e turri deiecti Sultani caput humeris auellitur e); a quonam vero abſciſſum ſit, neque

ſterminant, illam verſus Septentrionem poſitam, has verſus Meridiem et Auſtrum ſitas, inde digreſſus, die vndecimo Cayſtrum traiicit. Quare aduentus eius minime exſpectatus, barbarum maxime perculit, ambiguumque reddidit, ſomnians an vigilans haec audiret. — Norat ſcilicet Perſa, Romano imperio non ita pridem in ſexcenta fruſta diſcerpto, aliis diſſipatis, aliis a Latinis caeſis, reliquias aut prorſus eſſe nullas, aut perexiguas, quae vix cohortem vnam complerent. Vnde factum, vt anceps animi, expeditionis imperatoriae famam nunc pro ſomnio haberet, nunc audaciae ſimul et impetus celeritatem leuitati ac dementiae tribueret. Tamen res non negligenda viſa eſt —. Itaque cum vniuerſos milites ſeu fundis ac miſſilibus telis, ſeu idoneis ad cominus feriendum haſtis et gladiis armatos, non multo pauciores viginti millibus collegiſſet, inſtructa acie, imperatoris aggreſſionem exſpectabat: aegre quidem ille ferens ita cecidiſſe, vt anguſtus et equis incommodus eſſet proelii committendi locus, magnoque exercitui tam infauſtus, quam paucis opportunus: exſpectabat tamen. Ac octingenti quidem Latini, qui cum imperatore erant, conglobati, mediam hoſtium phalangem inſigni fortitudine primum perruperunt, caeſisque re-

e) Horum quaſi in tranſitu meminit Acropolita p. 14. *Per Ericum* [Henricum Conſtantinop. imperatorem] *res Romana et Theodorus imperator multum detrimenti cepit, — potiſſimum poſtquam Sultanum Theodorus imperator leto dedit.*

neque imperator ipſe, neque ex iis, qui aderant, quiſpiam perſpexit. Potiſſima itaque ſui parte deuictus cum vltra progredi eum millibus haud poſſet, imperator deuicit. Hinc relaxatis animis Romani reſpirarunt. Perpetuo namque Muſulmani cum Romanis nunquam reſcindendo amicitiae foedere ſociati ſunt, quo a Perſicis pugnis liber imperator Italorum proeliis animum aduertebat. Comprehendit et ſocerum Alexium in acie, quem debito honore affectum Nicaeam conduxit, inſignibusque imperatoriis ſpoliatum in Hyacinthi monaſterium relegauit, vbi et diem ſuum obiit. §. 360.

ſiſtentibus, ad extremum vſque agmen penetrarunt: rurſusque conuerſi, adeo ſtrenue rem geſſerunt, vt iam et funditores et ſagittarii Perſarum, quod cominus pugnabatur, inutiles eſſent. Sed nec imperatorii milites ceſſabant: quin et ipſi hoſtiles legiones ſeorſum aggreſſi, fortia facinora edebant: donec hoſtes vnanimi conſenſu, clamore ſublato, impetum in Latinos fecerunt: atque in medio circumuentos, multitudine freti, non ſine magna ſtrage ſuorum, ceciderunt. Deinde noſtros aggreſſi, alios occiderunt, alios in fugam verterunt. At Turcorum dux Sultanus Iathatines, omnibus omiſſis et praeteritis, ipſum quaerebat imperatorem: illumque, vi patefacta via, magnitudine et robore corporis ſuperbus inuadit: et, velut lictor quidam metuendus, imminens, grauem eius capiti ictum infligit. Imperator autem primo ictu non tolerato, ſed vertigine oborta, ex equo delabitur. 'Sed' *ſtatim erectus, ac veluti furore quodam diuinoque impetu concitatus, praeter omnem opinionem exitium in barbari caput* conuertit. *Stricto enim enſe, barbarici equi pedes anteriores facile demetit, proſtratoque Sultano caput amputat, atque illud haſta ſurſum elatum barbaris exercitibus oſtentat. Ea res Romanis prima ſalutis occaſio et conſiſtendi cauſa exſtitit. — Nam barbari metu et tremore correpti, effuſe fugiebant et celerrime retro ſe recipiebant. Imperator vero mirabiliter magnis illis periculis ereptus, maioreque miraculo victoria potitus, triumphans Antiochiam ingreditur, ex intimo pectore gratias agens Deo. Barbari autem ſtatim miſſis ad eum legatis, pacem petunt, atque impetrant: non qualem ipſi cupiebant, ſed quae imperatori optatiſſima eſſet. qui et ſocerum ſuum imperatorem Alexium in hoſtili exercitu comprehenſum, Nicaeamque perductum, monaſtico habitu induit: deinde omnia neceſſaria benigne ei ſuppeditat.*,

a. C. 1222—1255.

§. 360.

MAVROZOMES Manuel, Caichoſrois auxiliis fretus, cui, non multo ante recuperato Iconio, filiam deſponderat, nihil non conabatur, vt imperatorio nomine potiretur, et omnem Maeandrium tractum cum Turcis vaſtabat. [Quem Theodorus Laſcaris] non multo poſt cum Turcis profligat, quos partim caedit, partim capit: eos praeſertim, qui genere illuſtres primam aciem obtinuerant. 281.

§. 361.

[Theodorus Laſcaris plurium vrbium in oriente potitus] etiam longis nauibus fabricatis, pleraſque inſulas ſubegit: et pace cum Caichoſroë, Iconii Sultano, facta, partem imperii Manueli Maurozomae, illius ſocero, conceſſit. Ea pars erant Chonae, mea, ſcriptoris Nicetae, patria, et huic finitima Phrygiae Laodicea, et alia loca, quae fluuius Maeander anfractu ſuo complectitur, donec in mare exonerat. 282.

§. 362.

TVNC [cum Genuenſes Creta potiti eſſent] etiam Iconii princeps Caichoſroës Attaliae arma intulit, inani ſpe vrbis primo impetu capiendae concepta, vt quae ipſa tueri ſeſe non poſſet. Verum eius conſilio cognito, Aldobrandinus, vrbis dominus, et eius in adminiſtranda republica ſocii per legatos a Cypriis auxilia Latinorum peditum circiter ducentorum impetrarunt. Vbi ad arma ventum eſt, et vrbem Perſicus exercitus circumdedit: Latini in phalangem condenſati, et ex improuiſo in Perſarum conſpectum progreſſi, Attalienſibus opem tulerunt. Ita barbari perterriti, et ſuorum multos amiſerunt, et Caichoſroës, ſexdecim diebus exactis, obſidione ſoluta diſceſſit. 283

 §. 363.

281. NICETAS CHON. p. 402. 283. Id. p. 411.
282. Id. p. 410.

§. 363.

Imp. IOANNE *Duca.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1222 — 1255.

284. [NESTONGVS Andronicus ob affectatum imperium Magneſiae in arcem relegatus] noctu — in fugam coniectus Muſulmanos conuenit, inter quos ad extremum vitae exitum aetatem duxit.

§. 364.

285. [MANVEL, Theſſalonicae princeps, a fratre, Angelo Theodoro, abrogato imperio, Attaliam ablegatus, ibi] ab Agarenis, quod ipſe nunquam ſperauerat, humaniſſime officioſiſſimeque excipitur; nam dicenti, ſe ad Ioannem imperatorem contendere, commeatu, vti par erat, ſubminiſtrato, tranſitum dedere.

CAPVT

284. ACROPOLITA p. 20. et in Chronico Compendiario p. 121. eadem omnia.

285. Id. p. 33. et in Chron. Compend. p. 129.

CAPVT XXII.

Res Turcorum a Tatarorum aduentu vſque ad id tempus, quo primum Tataris tributarii facti ſunt; ab a. C. 1222--1259.

§. 365.

a. C 1222 — 1255.

α) [SCYTHAE ſeu Tatari, magna Aſiae parte perdomita, cum reliqua omnia torrentis inſtar inundaturi eſſe viderentur] Turci, qui Aſiam intra Euphratem et Arabes, qui Coeleſyriam et Phoeniciam tenent. non parum apud ſe trepidabant, propter periculoſam Scytharum vicinitatem. Itaque Turcorum princeps legatos 286.

α) ACROPOLITA: *Muſulmanorum — exercitu diſſipato, — a Tachariis, quibus Sultanus Iathatines praeerat, Sultani Azatinis filius, qui ex bono in principem malum degenerarat; potibus namque, libidinibus monſtruoſis exſecrandisque amoribus furens, perpetuo cum homuncionibus, et rationis et naturae humanae penitus ignaris, conſueſcebat, parenti ſuo diſſimilis, qui libidinibus, non ita tamen, parebat, quare et melius progenitoribus ipſe ſuis aciem ſtruebat, erga imperatorem beneuole affectus. Verum quibus iſte delectabatur, iisdem ſaturitate non fraudata adiutus eſt, qui cum ſe vellet in pugna Tacharica experiri, debellatur. Et pene rebus auerſis legatos ad imperato-*

286. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 21 — 25. Acropolita p. 37, 38. idem p. 36. haec habet: *Tachariorum natio in Muſulmanos inuadens proelio cum illis dimicat, et fugat: de quo imperator* [cum Theſſalonicam oppugnaret] *ab imperatore Theodoro filio, quem in Pegarum partibus — reliquerat, certior fit:* Facta igitur cum Ioanne Theſſalonicae principe pace *imperator in orientem remeat.*

gatos, ſumma rei gerendae auctoritate praeditos, ad imperatorem Ioannem firmandae pacis cauſa mittit, timens, ne ipſe, Scythico bello diſtractus, grauem hoſtem a tergo haberet Romanum exercitum. Eas quippe extremas anguſtias eſſe et certiſſimum imperii ſui exitium, ſi, Scytharum tantum incurſionibus vix audens reſiſtere, ob geminatum bellum vires ſuas partiri cogeretur. Id et imperatori in votis erat, ac multis de cauſis fuerat iam ante decretum: tum quod minime vtile aut facile, imo graue ac permoleſtum huic quoque videretur, bellis Aſianis et Europaeis diſtringi; tum quod opportuniſſimum et firmiſſimum vallum futuri eſſent Turci, inter bellum Scythicum interiecti, commune periculum ſuis corporibus excepturi, velut robuſti propugnatores, ac tanquam ſaxei obices, quos in maritimis plagis natura alicubi ſaeuientibus pelagi fluctibus opponit.

His igitur de cauſis libenter et cupide admodum foedus cum Turcis tunc fecit: quod rem Romanam plurimum iuuit. Metu enim liberati, hac diuturnorum bellorum intermiſſione poſſeſſiones et res ſuas curandi otium habuerunt. — Itaque paucis annis omnium horrea fructibus referta conſpiciebantur, et viae ac plateae, et ſtabula et mandrae pecoris multitudinem et auium greges quoscunque vix capiebant. Accidit autem illud etiam felici Romanorum fato, vt Turci moleſta fame et maxima rerum neceſſariarum penuria confli-

rem Ioannem mittit, conſilium praeſentiſſimum petens, quanam tandem ipſe ratione hoſtem repelleret, et paululum a malis ſubleuaretur; id ſcilicet dictitans vtrisque ſalutare eſſe. Muſulmanis enim a Tacharis proſtratis, in Romanas ciuitates aditus liberi ac ſine impedimento, quod et veriſſimum erat, hoſtibus, cum eos reprimere non poſſis, patebunt. Porro imperator Ioannes, vtpote in rebus ſimilibus ſagax, et prudens, legationem libens accipit, et concordiam cum Sultano conglutinat, vt ſic aduerſarios repellerent; nam his duabus maximis potentiis conſociatis, veroſimile fuerit, hoſtem metum concipere, ſi, dum contra vnum inuehuntur, derepente contra duos ſe armâ ſumſiſſe deprehendant. Propter haec itaque in vnum animis coaluere, amboque cum Ioannes imperator, tum Sultanus Iathatines apud Tripolim, quam Maeander praeterfluit, ponte a Sul-

ſtitarentur. Qua de cauſa plenae erant omnes viae illius gentis hominum, mulierum, virorum, impuberum redeuntium et aduenientium in Romanorum agros. Omnes Turcorum opes aceruatim, aurum, argentum, telae, omne genus rerum voluptariorum ac ſumtuoſarum exhauriebantur, et in Romanorum manus perueniebant. Videres magni pretii merces exiguo frumento commutari. — a)

§. 366.

Imp. THEODORO *Laſcari II.*

Imp. THEODORO Laſc. II.

a. C. 1255 — 1259.

[IMPERATOR Theodorus Laſcaris, filius Ioannis Ducae, e Bulgaria reducens exercitum cum Serras venit] litteris ex oriente acceptis, ab amico magno domeſtico Muzalone datis, quibus certior — redditur, a Tachariis Muſulmanos perturbari, omni feſtinatione properans diurna itinera longiora habere: aſt vbi ad Hebrum — ventum eſt, res in oriente non ita geri percipiens, celeritate itineris moratus, — recta — e via ad orientem deflectens, Didymotoechum, indeque Adrianopolim transfertur. 287.

§. 367

tani ſociis extemporali lignis exſtructo, vt facilior tranſeuntibus pateret aditus, ſemet humaniſſime excipiunt, aliique alios magnates ac proceres, et pactis, quibus antea obſtringebantur, ſanctius confirmatis, vt ſimul vna ambo hoſtes proelio laceſſerent, abiere, Ioannes Philadelphiam petens, Sultanus Iconium, vbi regia illius erat. Et tunc quidem vterque tranquilla pace vſus eſt. Nam Tacharorum exercitus ſuis ſe finibus continuit, nec praeſcriptos, vti moris erat, tranſcendit, cum rebus domeſticis incumberet.

a) Acropolita p. 39: *Ioannes imperator — quod, vt diximus, natio Tachariorum cum aliis nationibus contendebat, cum Sultano pugna poſtpoſita* (καταλιπωντην προς τον Σουλταν τε Ικονιε μαχην), *quando Babylonico, quem Muſulmani Caliphan ſolent appellare, et illi proximis bellum inferret, ineunte aeſtate Helleſpontum tranat, filio ſuo Theodoro in Oriente relicto.*

287. ACROPOLITA p. 64.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1255 — 1259.

§. 367.

288. [REBVS in occidente pro tempore conſtitutis] imperator Helleſpontum transfretans apud Lampſacum tentorium figit. ‘Ibique’ vniuerſas copias conflauit. Et cum, Perſarum principem Tachariorum moleſtia liberum, legatis miſſis, cognouiſſet, recta ex oriente in occidentem graditur. Namque cum Perſarchae res eſſe in tutu collocatas et ſine diſcrimine apprehendiſſet, nihil de ſuo apud orientem imperio timebat.

§. 368.

289. β) [IMPERATOR Theodorus Laſcaris cum Theſſalonicae nuptias filiae ſuae Mariae cum filio Michaelis deſpotae Nicephoro adornaret,] qui Bithyniae partes tutabantur — litteris datis imperatori ſignificant, Michaelem Comnenum Palaeologum, magni ſtabuli comitis a Ioanne imperatore — titulo condecoratum, et cui vni-

β) PACHYMERES: *Palaeologo Meſothyniae praefecto — adſuit ex palatio quidam cognomento Cotys, ex intimis eius, vultu qui ſignificaret, eum non parum angi iis, quae dicturus veniebat: quibus expoſitis; Ac niſi te fuga proripis, adiunxit, paucis diebus in magnam calamitatem res tuae prolabentur. Sed neque mihi tuta hic deinceps mora eſt, verum transfugiendum ad Perſas pariter vtrique noſtrum, ſi oculorum cura tibi eſt. Haec ille: quae facile perſuaſit amicus amico, ſibi ſemper timenti propter clam graſſantem de ſe ſuſpicionem affectati imperii. — Itaque multa adhibita ad latendum attentione ac diligentia, adſcitisque quibusdam e familiaribus, transmiſſo flumine Sangari, recta in Perſidem magnis contendit itineribus, Sultanemque conuenit, qui hominem cum gaudio et, quibus par erat,*

288. Id. p. 68. Huc pertinere videntur quae Nicephorus Gregoras p. 32. habet, vbi, cum Michaelem Theſſaliae principem finitimas prouincias infeſtaſſe narrauit, pergit: *Enimuero imperator foedus, quod pater cum Turcis percuſſerat, primo renouat, et confirmat, vt orientalium negotiorum ratione omnis ſollicitudinis eſſet expers.*

289. ACROPOLITA p. 73 — 76. Pachymeres T. I. p. 12, 13. Niceph. Greg. T. I. p. 33, 34. Michaelis ad Perſas fugae, auctore et comite Coty, etiam infra meminit Pachymeres p. 331.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

vniuerſae illius regionis praefectura fuerat demandata, ad Muſulmanos confugiſſe. — b)

Quando hic ad *Turcomanorum* c) ſedes peruenit, gens iſta in extremis Perſarum confinibus aſſidet, odio aduerſus Romanos inexorabili atque inexpiabili furens, et rapinis eorum et bellicis ſpoliis admodum gaudens geſtienſque. Hi tunc temporis potiſſimum cum Perſarum res titubaret, et Tachariorum irruptionibus affictaretur, in Michaelem Comnenum obuium, velut in theſaurum quendam incidentes, et oculos auaros in illius ſupellectilem coniicientes; vniuerſa illius praedam agunt, aurum, argentum, equos, textilia, ipſas etiam veſtes, quibus, qui cum eo erant, induebantur, ſocios quoque illius diuiſos quisque in propriam ſeruitutem adduxit. Michael ſeruatus, ſpoliatus omnibus ad Perſarum prin-

honoribus excipit. Hoc interim ſpatio apud exteros ſub regiis uexillis cum hoſtibus Sultanis congreſſus ſe geſſit. NICEPHORVS GREGORAS; *imperatori, his rebus* [nuptiis Mariae adornandis] *occupato, litterae Nicaea redduntur, quae Palaeologi ad Turcos fugam nunciarent. Ei enim abiens Nicaenam praefecturam, dum ex occidente in orientem rediret, mandarat. — Iconium profectus Sultanum reperit ſuas copias ſummo ſtudio cogentem aduerſus Scythas cum magno exercitu irruentes, eique maximi lucri inſtar peropportune aduenit. Nam cum is Romanos complures pridem ſubactos penes ſe haberet, eos in vnam legionem contractos Palaeologo parere iuſſit, Romanis et peregrinis armis et veſtibus, aliter quam illis locis vſitatum erat,*

b) Theodorus Laſcaris hoc nuncio maxime conturbatus ex Acropolita cauſam fugae Michaelis, et an forte illum cum Turcorum auxiliis in ſolum Romanum irrupturum eſſe autumet, cupit cognoſcere. Acropolita, fugiſſe quidem illum minis imperatoris territum; nequaquam tamen timendum eſſe, ne ille cum Turcis infeſtus Romanos petat, reſpondet. Haec fere ſunt, quae fuſius multo p. 74. Acropolita narrat.

c) Cf. ſupra *§. 224.* not. g. Caeterum quae hic ſequuntur, Acropolita in Chronico Compend. p. 141, 142. breuius ita narrat: *Quando Palaeologus ad Turcomanorum*

principem confertur, qui eum non tanquam transfugam aduenam excepit, ſed quam humaniſſime hominem amplexus eſt. Viri namque nobilitatem perceperat, et omnes regni proceres forma illius et cogitationibus obſtupeſcentes, quod antiquorum, neſcio quis, dixerat, dignum imperio iudicarunt: paululum etenim cum eo congreſſi, ex modico illius effatu conſtantes ac firmos hominis mores aſſecuti ſunt, vnde in illius arte militari induſtriam et in rebus bellicis ſagacitatem, nec non in conflictibus experientiam opportunam coniectura etiam proſpexere. Igitur pro rapta ſupellectile diuiſisque famulis recuperandis litteras, etſi fruſtra, Sultanus dederat, vt omnia in vnum recollecta ipſi remitterentur.

§. 369.

Verum cum in extremo diſcrimine res bellica, et, quod aiunt, in nouaculae acie verſaretur (Tacharii quippe plerumque Muſul-

ornatos, vt ea res Scythis terrori eſſet, qui credituri eſſent, Turcis recentia auxilia a Romanis miſſa: id quod accidit. Aiunt enim Scythas, vbi manum cum Turcis conſeruiſſent, non parum cohorruiſſe ac trepidaſſe, peregrinum exercitum aduerſus ſe ingruentem derepente conſpicatos, ac forſitan perturbata acie fugituros fuiſſe, ac terga daturos iis, quos absque vllo negotio debellatum iri a ſe credidiſſent, niſi quidam Sultani cognatus, ob veterem ſimultatem cum magnis copiis, vbi iam ad manus ventum eſſet, vltro ſe ad hoſtes contuliſſet. Quae res fortunas Turcorum facillime euertit, et maiorem partem ditionis eorum Scythicis armis ſubiecit.

ſedes peruenit, in illum velut in theſaurum quendam Turcomani incidentes, vniuerſa illius praedas agunt. qui cum vix manus eorum aufugiſſet, nudus ad Perſarum principem confertur, excipiturque humaniſſime, et pro rapta ſupellectile litterae mittuntur recuperanda. Cum vero Tacharii pleraque Muſulmanae ditionis expilarent, et apud Axara caſtra locarent, Comnenus Michael, Romanis copiis praefectus, diuinoque praeſidio fretus, pugnam committit, et Tacharios deuicit, exercitusque ductorem hoſtilis primus vulnerauit. At quidam Amirachuras cum vniuerſo — coniiciunt, et Perſae frequentes ceciderunt — percurrunt omiſſa vtroque loco eadem ſunt.

Muſulmanicae ditionis occupatum expilauerant, et apud Axara caſtra locauerant) impellenteque neceſſitate Perſae ad pugnam cum Tachariis inſtaurandam vrgerentur, Michaelem Comnenum Chriſtianis cohortibus praeſidere decreuere. Ille extorris et in aliena terra oberrans, auxilio ſuo Muſulmanis ſubuenire nefas eſſe ducebat, ne inter pugnandum, vt ille aſſeuerabat, piorum ſanguis impiis ac conſceleratis ſanguinibus immiſceretur. Sed enim diuino praeſidio fretus, et mentem induens generoſam, pugnam committit. Pars itaque exercitus, quae ſub Michaele Comneno arma mouebat, aduerſos ſibi ipſi Tacharios vi pulſos deuicit: a Michaele ipſo primum exercitus hoſtilis ductore ad mammas vulnerato, qui, vt horum rerum periti affirmarunt, ex eo vulnere non diu poſt animam efflauit.

Debellati itaque ex ea parte, cui Comnenus praeerat, Tacharii, iam fuga terga vertebant. At vir quidam inter Perſas celebris, dignitate *Amyrachures*, maximae apud Perſas exiſtimationis, quam multo abhinc tempore, in ſuam gentem parum fidus, proditionem conceperat, tunc excluſit, et cum vniuerſo milite ſuo Tachariis adhaeſit. Hinc contraria cerni: namque paulo ante victores ſeſe in pedes coniicere, tergaque hoſtibus ad lacerandum dare. Itaque Perſae, Tachariorum iaculis dilaniati, frequentes cadere, quos per longa ſpatia victores ſubſecuti ſunt. Michael Comnenus, cum ita ſors tuliſſet, maximo Perſicorum exercituum ſtratopedarchae, quem *Pelarpacim* d) Perſae vocant, ſocius in itinere coniungitur. Sic per plurimos dies procedentes cum aduerſariis, continuo ſubſequentibus, ſingulis horis pugnam conſerebant, et ad Pelarpacis habitationem, quae Caſtamone erat, greſſum accelerarunt. Tunc Tacharii vniuerſam Muſulmanorum regionem hoſtiliter percurrunt.

§. 370.

γ) Igitur imperator Theodorus de rebus in Muſulmanorum ditione geſtis certior factus, magis ſuis quam illis animum aduer-

γ) PACHYMERES: *Azátines — Sultan, — Perſide adhuc ipſi ſubiecta perſtante, poſtquam eſt e medio ſublatus pater ipſius Iaphati-*

d) πελλιαρπαχιν. ita etiam eſt in Chron. Compend.

Imp. THEO-DORO Laſc. II.

tens, ingens inde Romanis regionibus imminere periculum ſuſpicatus, in orientem quam celerrime pedem retulit, cum vniuerſis
290. Romanorum copiis iter ad ea loca ingreſſus. — Imperator Helleſpontum tranſmittens, quam celerrime ad Lydiae loca deuenit, et apud Sardes caſtra poſuit. Perſarum princeps Sultanus timidi cerui cor habens in propria deſerens, quando illius exercitus attritus erat, fugitiuus imperatorem conuenit. Ille virum amplexatus, muneribusque eundem et ſocios dictatos honorifice et humaniſſime pertractauit, et in regionem propriam remiſit, puſilla etiam militum manu conceſſa: nam quadringenti numero omnes erant, et exercitus

nes, cui Perſae libenter obediebant, grauibus commiſſus diſſenſionibus eſt cum Rucratine ſuo germano. Vertebatur enim inter ipſas controuerſia de principatu, quem hic pertinere ad ſe contendens, vi etiam armisque vindicabat; inclinans, ideo quod illinc auxilia ſperaret, in partes Tocharorum, qui iam inuadere Perſidem coeperant. Ab his inſtructus copiis, quae facile ſufficerent ad fratrem, praeſertim imparatum, opprimendum, toto in eum ruebat impetu, adeo vt Azatines ſubitam hoſtium vim celeritate, quae curſum omnem ſuum praeuenteret ſe inſequentium, effugere aliter nequiret, quam ſe recipiendo ſub tutelam imperantis tum Romanis Laſcaris. Excepit hic eum beneuole, ac quantis par fuit humanitatis et honoris ſignificationibus coluit: non tamen vt putaret illum apud ſeſe retinendum, veritus periculum ex eo imminens rei Romanae. Reputabat enim, fieri facile poſſe, vt iam ante praeualida in Perſide Tocharorum factio, ſocietatis modo cum Rucratine initae illicia, Perſis, hactenus et fortiter obſiſtentibus fucum faciens, ad fictam illos conciliationem attraheret, cuius deinde fiduciae indormientes ipſos plane ſubigeret; ac tum conſpirantes Perſae cum Tocharis, praetextu Rucratinis iurium, et ſpecie vlciſcendorum qui eius aemulum hoſpitio fouerent, Romanum e vicino irrumperent limitem, bellum internecinum imperio mouentes. Adhibito ergo imperator perhumaniter Azatine, cum ſuis, hortatus eos eſt ad

296. ACROPOLITA p. 79. et paulo breuius p. 142. in Chron. Compendiario. Pachymeres. T. II. 425, 426. qui haec ſub Andronico II. cum Iſaacii Meleci meminit, refert.

Sub hoc adhuc imperatore Turci cuiusdam meminit Acropolita p. 82. et 143. cui Theodorum, Michaelis defectoris, Theſſalonicae principis, filium a Michaele Comneno occidendum traditum narrat.

citus ductorem inſtituit Iſaacium Ducam, Murtzuphlum cognominatum — tum imperatoriae aulae primicerium. Perſarum princeps par pari dare hoſtimentum cupiens, imperatori Laodiceam vrbem donauit, ingreſſaque eſt in eam Romanorum, quae paulum perdurauit, cuſtodia, vrbe rurſus a Muſulmanis occupata; neque enim fieri poterat, vt a Romanis cuſtodiretur.

Sultanus ad reſiſtendum Tachariis impar, cum proceribus conſilio inito, pacem et foedus a Tachariis accipit, ſeſeque illis ſubdit: et ex eo tributa Muſulmani Tachariis perſoluunt. Interim Michael Comnenus Palaeologus — iureiurando ab imperatore, vt tutius ageret, ſuſcepto, redit, propriiſque redditus bona ſua recuperat.

diſquirendum inter ſeſe, quid tali rerum cardine iniri conſilii vtilis ad fortunam afflictam extorris principis ſubleuandam poſſet. in quo aiebat non recuſaturum ſe, quaſcunque ſibi auxilii officiique ad iſtud delegarent partes. vnum modo neceſſaria ex cauſa deprecari, ne a ſe petendum exiſtimarent, vt reſidere Azatinem in ſuo comitatu pateretur. Exitiale id vtriſque, ipſis videlicet et ſibi, conſilium futurum; quippe vnde ſecutura prouideretur ingens calamitas imperii, cuius opibus ipſi vtique iuuari nequirent, niſi ſaluum ipſum incolumeque perſtaret. His locis, vt tum erant tempora, fateri ſeſe ipſis, exterius quaſi vallum eſſe Romanae ſecuritatis foedus dudum contractum, hactenus illaeſum, cum finitima Perſide. Huius infringendi manifeſtum eſſe, plauſibilem obtentum datum iri Rucratini et Tocharis, exoſo ipſis apud Romanos principe ſeruando. vnde clare perſpici, quam foret haec imprudens ſententia, cuius auctores, Arcem quam inuictam et aeternum firmam prae ſe ferrent cupere, ſuaderent tamen, nudari omni exteriori munimento, et ſepti ac clathrorum acceſſum arcentium cunctis obſtaculis amotis, viam ab ipſis eius defenſoribus hoſti vltro pandi, aequum ducerent, ad intimum contactum extremi, quo vnice tegitur, muri. Tali oratione vel perſuaſit, vel perpulit Azatinem Auguſtus Laſcaris ad perfugium alibi quaerendum. nec tamen continuo diſcedentem a ſe proſequi auxiliis validis deſtitit; quorum ope, caeteris ſuis praeſidiis adiunctis, fuit deinde cum fratri praeualeret Azatines, et extortum ipſi paternum denuo poſſideret imperium. reliqua vide infra ad *§. 375.*

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

CAPVT XXIII.

Res Turcorum ſub Azatine Sultano; huius fuga Conſtantinopolin, et diuturna eius apud hanc vrbem mora; in arcem Aenum fuga, eius, arcem Tataris oppugnantibus, deditio; iteratae Turcorum imp. Michaele Pal. in terras Rom. irruptiones; ab a. C. 1259 — 1281.

§. 371.

Imp. IOANNE *Laſc.*

Imp. IOANNE *Laſcari.*

a. C. 1259.

291. [MORTVO Theodoro Laſcari, cum eius filius Ioannes adhuc impuber eſſet, proceres] neceſſarium eſſe iudicarunt, eum clauum tanti imperii tenere, — qui tutam a naufragio nauim aduerſariorum ventorum vi impetitam — conſeruare poſſet. Statim enim Perſarum confinia ab irruptione aduerſus Perſas concurrentium Tochariorum, cum non adhuc ſtabili amicitia firmarentur, neque ad certam pactionem ac concordiam conueniſſent, notabilius turbabantur.

§. 372.

291. ACROPOLITA p. 86, 87.

§. 372.

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1260.

a) [CARYANITES ptotoueſtiarii dignitate ab imperatore Theodoro Laſcari decoratus, cum ab imperatore Michaele Pal. in carcerem detruſus eſſet; inde] fuga ſeſe ſurripiens ad Perſas commeat, ſed a quibusdam Turcomanis interceptus rebus ſpoliatur, et ipſe de medio tollitur. 292.

§. 373.

[MICHAEL Palaeologus imperio potitus] legatos ad Perſas miſit. partim vt illis ſignificaret ſuam euectionem in imperium, quae grata ipſis fuit, ob priorem eius notitiam et amicitiam veterem [a]; partim vt Sultani quaedam interius communicarent de modo et cauſis mutationis nuper factae, quae illum auerterent a metuendo inde quidquam ſiniſtrum heredi Theodori prioris imperatoris, ſibi olim non ignoti, quin etiam amiciſſimi. 293.

§. 374.

[MICHAEL Palaeologus Nicaeae coronatus] ſimul — Nymphaeum peruenit, Perſarum legatos audiuit, et accepit dona. Sultanoque rebus retro lapſis periclitanti, promiſit, ſe illum, ſi ad ſeſe 294.

a) PACHYMERES: *Caryanites quidam tunc protoueſtiarites, vir aetate iam matura venerabilis meritique maximi, cum neceſſariis et familiaribus ipſa nocte receſſit transfugiens. Non quod imperatori ſuccenſeret, ſed quod ſibi metueret ob perturbationem rerum.*

292. ACROPOLITA p. 88. et in Chron. Comp. p. 144. Pachym. T. I. p. 36.

Perſarum Michaeli Pal. contra Achaiae principem militantium meminerunt Acropolita p. 93. et in Chron. Comp. p. 146. Pachymeres T. II. p. 50, 51. et p. 137. hac occaſione Nicephori Rimpſae, qui origine Turcus, religionem Chriſtianam amplexus fuerat, mentionem faciunt Acropolita p. 94. et p. 147. Pachym. p. 222. *Rimpſanem.* vocat.

293. PACHYMERES T. I. p. 63.

a) Vide ſupra §. 368.

294. Id. ibid. p. 68.

Imp. MICHAEL *Pal.*

a. C. 1260.

ſeſe veniret, obuiis vlnis excepturum, et, vbi detonuiſſet eius domeſtica tempeſtas, ſecurum ad ſua remiſſurum. Cauſa timendi Sultano fuerat, quod audiebat, *Melecum* b) aduentare, verebaturque, ne tantas ſecum ac tales copias duceret, quibus ipſe ſuſtinendis haud par eſſet. Pignus porro fiduciae erga Palaeologum Sultano erat amicitia inter eos mutuis officiis contracta cultaque, quo tempore in Perſide ſimul fuerant.

§. 375.

a. C. 1261.

295. TOCHARIS, quos Atarios vulgus ſolet vocare, in Perſidem torrentis ritu confluentibus, Chalyphas auro liquefacto in os infuſo interemtus ab illis eſt: non tam quod non alium expeditiorem haberent eius tollendi modum, quam in exprobrationem caecae ipſius auaritiae, qui cum facile potuiſſet, aurum effundendo, hoſtes vincere, maluerat auro parcere, quam vitae ac ſaluti propriae proſpicere, iure ab illo, quod adeo perdite deamauerat, metallo tragicum exitum nactu. et hic quidem in hunc modum ſtatuta ipſi propria a diuino iudicio poena ſuffocatus eſt.

§. 376.

Res vero Perſidis grauiter laborabant, malis et periculis magnis vrgentibus, quae nec ipſum Sultanem AZATINEM metu vacuum ſinebant. Horrebant enim Perſae vehementer gentem illam: et

b) Μελὴκ

295. PACHYMERES T. I. p. 83, 84. id. T. II. p. 436, 427. haec habet: *Verum* [continuantur, quae ſupra ad §. 370. attuli] *eo* [Rucratine] *iterum ferocius etiam quam olim apparatiusque rebellante, cum ſtare in recuperato ſolio nequiret viribus haud dubie Azatines inferior, audiens is, Laſcari defuncto, praeſidere ſuprema poteſtate Romanis rebus Palaeologum, fretus quadam contracta ſibi cum eo quondam adhuc priuato neceſſitudine familiaris amicitiae, ad nouum imperatorem conuolat, quin eſſet ab eo impetraturus auxilia non dubitans; quanquam ſua illum in hoc quidem large fiducia fefellit. Nam imperator Palaeologus*

et quaſi deſperato reſiſtendi ſucceſſu, negligentes in commune conſulere, priuatam ſibi prout quisque poterat, nundinari ſalutem ſatis habebant, etiam aliunde imperio Perſidis nutante, inſurgentibus paſſim et res aliis alio trahentibus ſatrapis. adeo vt ex optimatibus duo illinc ad imperatorem accederent, 'ſpreto Sultane, vt homine inerti deſidiae dedito, et, omiſſis principatus curis, tanquam ſi priuatus quispiam nepos eſſet, luxurioſe ac molliter viuente [c]. Hi Baſilici vocabantur, oriundi ex Rhodo, Lyrices olim ac fidium artificio in Sultanis gratiam inſinuati; deinde quod conſilio prudentiaque excellerent, ab eo in primis familiarium culti. idem praediuites auro multo vel in ſcyphos vaſaque ſimilia formato, vel cuſo in monetam typo Chalyphae ſignatam. Velorum vero, gemmarum et margaritarum tantum in recondito habebant, quantum ſi cui oſtenderent iure miraretur. 'Hi ergo antiquae recordati amicitiae, quam cum imperatore, quando is, adhuc priuatus, ad Perſas fugit, contraxerant, memores etiam ſe in eo ſigna obſeruaſſe mutuae in ipſos beneuolentiae, non dubitarunt eſſe illum hominem iis moribus, quem non fruſtra confiderent acceptam in priuata fortuna gratiam in imperio etiam poſtquam ad illud adſcendiſſet, agniturum. et quo plus iam poſſet, eo liberalius repenſurum [d]. Quare cum ab illo, arcanis prius conuento nunciis, regias clam perlatas litteras, quibus ipſis plene cauebatur, acce-

Michael, foedus cum Tocharis longe Sultanis amicitiae praeoptans, ſpes huius et vota, poſteriora cuncta ſuae iſti deſtinationi habuit.— Sultanem porro Michael in Vrbe iam a Latinis recepta honorifice ſecum habens, variis, ſed vanis aſtute tractabat ſpebus: qui, eius artes quo ſpectarent, non ignorans, arrepto — tempore ex Aeno arce fugit et deducentibus Tocharis, tum in occiduo militantibus tractu, ſimulque Conſtantino principe Bulgarorum, tutum nactus eſt receptum in partibus borealibus Euxini, reliqua vide infra *§.* 480.

c) τον Σελταν, ὡς βλακικως διαγε, κατ᾽ ἰδιωτην ἀκολαστον, ἐν τα προχειρα ὑπεριδοντας.

d) παλαιας γαρ φιλιας της προς τον βασιλεα ὑπομνησθεντες, ἱκανα δοκουντος σφισι και τα κρατουντος ἐν και ἐκεινων παθοντος παλιν κατα τα-κιον ἀπομνημονευειν την χαριν, βασιλεως καταστaντος και δυναμενα.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1261.

accepiſſent, ſuis illic otioſe conuaſatis, et tuto aſportatis rebus, ſumma celeritate ſe ad imperatorem conferunt ſpecie transfugarum.

Eos ille cum libenter ac perbeneuole excepit, tum, vt digni erant, honorauit: alterum quidem eorum, Baſilium nomine, excubitorem cubiculi faciens, ʻalterum vero Baſilicum magnum et hetaeriarcham creans e). Expertusque mox eos ad omnia, ad quae adhibebantur, dextros atque induſtrios, eorum opera frequenter vtebatur, pronamque in ipſos ſuam gratiam haud dubiis declarabat indiciis. —

§. 377.

296. β) Tunc et Sultan magis adhuc magisque vacillantibus, qui circa ipſum erant, ſimul ob ſeſe oſtentantem terribili ſpecie Tocharorum gentem, ſimul ob peculiarem rerum ſuarum ſtatum, neſciens, quo ſe verteret cuiue confideret cunctis arrectis in ſpes metusue rerum imminentium, nec ſatis vſpiam conſiſtentibus, decreuit cum vxoribus et filiis cumque matre vetula optima Chriſtiana, praeterea cum ſorore ad imperatorem confugere, ʻa quo ſolo tali articulo rerum ſuarum iuuari poterat, et in poſterum auxilium ſperare, quo, ſi vnquam reſediſſet illa tempeſtas, tentaret reditum in principatum, validis Romanae potentiae ſubnixus copiis f). Cuncta enim circumſpiciens, neminem tunc reperiebat, cui recte committere ſalutem ſuam et fidere ſatis poſſet: quandoquidem et prius memoratus Melech, cum aliquanto antea ipſe quo-

β) NICEPHORVS: *Scythae — etiam in Aſiam citra Euphratem irrumpunt, eamque praedati facile ſubigunt —. Deinde Turcorum quoque regia potiuntur. Quare Sultanus Azatines, cum fratre Meleco exſul, ad Romanorum imperatorem Michaelem Pal. confugit, hoſpitalitatis non omnino veteris et magnorum officiorum recordationem, veluti certum praeclarae ſpei pignus, con-*

e) θατερον δε τον βασιλικον μεγαν ἑταιρειαρχην ἀποδειξας.

296. PACHYM. T. I. p. 85, 86. Niceph. Greg. T. I. p. 47, 48. De Azatini ad Michaelem Pal. fuga cf. et Niceph. Greg. T. I. p. 140.

f) ὡς ἐκειθεν και μονως ἑξων βοηθειαν, και κατα καιρον ἐπανηξων αὐθις ἐξ ὑπερτερας χειρος και ἰσχυος.

quoque tranſfugiſſet, ab imperatore detinebatur; a quo ſcilicet quotidie metuebat, ne qua nactus exitum e cuſtodia, numeroſum in ſe duceret exercitum, et ſic in irritum reciderent ſpes conatusque, quos intendebat in ſtatuendo ſibi firmandoque principatu. Magnopere autem nitebatur vetere imperatoris amicitia, magnis ſibi officiis cum eſſet olim in Perſide teſtata: confidebatque, ſimul eius coram affandi contigiſſet copia, ſe, quod cuperet, ab eo impetraturum.

Congeſta igitur in capſas, quas ſecum extulit, aureorum multitudine non facile numerabili, et ditiſſimis luxu Perſico veſtibus indutus, cum coniugibus et liberis, Piſidiae praeſide duce itineris, ad imperatorem ſe confert, qui eum humaniſſime excepit. Et quanquam non habuit tunc, in quo eius opera vteretur, omni tamen ſignificatione beneuolentiae conſolatus eſt: ſpemque ipſi fecit auxiliorum a ſe ſubminiſtrandorum in tempore, quorum ope tuto rediret in Perſidem, et, principatu recuperato, florentem ibi, vt prius, et tranquillam domi ſuae vitam in conſueta dignitate degeret g). Itaque in ſuggeſtibus regiis imperatori aſſedit, et minaces ipſe quoque circa ſe corporis cuſtodes habuit; et inſignibus imperii vtebatur, rubros induens calceos. Haec autem honoris amorisque ſigna non vane oſtentari, ſed ex vere propenſo in ipſum ac ſincere fauente, quaeque polliceretur praeſtituro imperatoris animo proficiſci, perſuaſit ipſi conſcia memoria ſuorum in illum meritorum, quo tempore ſupplicem eum beneuolo exceperat hoſpi-

ſeruans; quod et ipſe eum aliquando excepiſſet, imminens ab imperatore diſcrimen fugientem, et plurima terrorum illorum grauiſſimorum veſtigia in animo circumferentem. Quae cum in memoriam illi reuocaſſet, duorum alterum petit, vt vel opem ferat contra Scythas, vel partem aliquam Romani agri, ac veluti proprii domicilii poſſeſſionem certam aſſignet, in qua cum ſuis ſedem figat. Adducebat enim ſecum vxorem et liberos et famulos multos, ac praeterea magnas diuitias. Imperatori autem, tot vndique bellis vrgentibus, non committendum eſſe viſum eſt, vt Romanas copias diuideret: terrae autem partem

g) ἔφηκε διάγειν, ὡς οἱ συνήθες ἦν αὐτῷ οἴκοι τῆς Περσίδος ἄρχοντι.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1261.

hoſpitio, cuius gratiae vicem mutuam a non immemore, et ab eo, cui plus contulerat, id modicum, quo nunc egeret, accepturum plane confidebat b). Erat autem ea ſpes non vſquequaque certa fundâtaque, iudicio eorum, qui, non haerentes in ſuperficiaria ſpecie, res penitus ipſas introſpicerent, ac profundiore prudentia examinarent.

§. 378.

Caeterum tunc quidem imperator in occaſionem imminens, familiam Sultanis, praeſertim vxores ac liberos, Nicaeam miſit, praetextu plauſibili neceſſariae ſecuritatis, vt in tuto ibi ſeruarentur, neue cuiusquam iniuriis paterent, in loco minus munito depoſiti, aut militantem imperatorem cum Sultane aſſectantes, itinerum inſueto labore paruuli mulieresque vexarentur. Rurſus ne, ſi relinquerentur in vrbe orientali magis admota limiti, cum ab ea contingeret imperatorem expeditionum occaſione diſtare, non ſatis remoti eſſent ab omni diſcrimine, quod inde iure timeretur.

Porro Sultanem ipſum circumducens ſecum quocumque iret, ac exquiſitis vbique ſemper afficiens honoribus, iſta familiaritatis ac reuerentiae ſpecie id conſequebatur imperator, vt ille nihil ſiniſtri latere ſuſpicaretur in illa filiorum et vxorum eius Nicaeenſi cuſtodia; quaſi in ſolum ipſius commodum et ſecuritatem eius familiae decreta. Reuera tamen aliud ſpectabat aſtutus princeps, cui erat propoſitum cuſtodiendis certo ſibi et tuto loco tam caris Sultani capitibus, Sultanem ipſum tot pignorum caritate quaſi conſtrictum

apud

tanto viro, qui multis prouinciis imperaſſet, et regio more ab ineunte aetate educatus eſſet, aſſignare, ne id ipſum quidem ſuſpicione carere aut metu in poſterum. Neceſſe enim eſſe, vt ſubiecti ſatrapae ducem ſuum quaerant, et alibi atque alibi diſperſi et veluti noctu oberrantes, ad eum, qui facem praeferat, ac viam monſtret, concurrant, ac tandem Romanos inſigni detrimento afficiant. Vnde animum eius velut in aequilibrio nutantem ac tanquam ſpei paraſitum agebat et verſabat.

b) τα πινα δε, και προς το εν χαριν, ἣν κατα καιρον δεδως ὑλακῆ αγαθον ἀχει, δια την ἐξ ὑπαγωγια παρα τε λαβοντος τα κρεττω.

apud ſe retinere, ne quo ſubito forte capto fugae conſilio recederet. Quo ille faciendo demerebatur Tocharorum principem Chalaum, quicum certis iam conditionibus de pace tranſegerat: hic enim; Sultane procul alibi detento, et eius, ob abſentiae diuturnitatem, memoria ſenſim exoleſcente, apud Perſas, tanto facilius feliciusque vniuerſae potiri Perſidis poterat, prout re ipſa fecit [i]. —

§. 379.

[IMPERATOR Michael Pal. cum ad Tocharorum principem 297
et Aethiopes legatos mitteret,] Sultanem Perſarum ſecum habebat Azatin m, in vr e vitam degentem ignauiſſimam, ac totos etiam in triuiis comeſſando compotandoque conſumentem dies: quippe exhauſta tum adhuc et raris incolis, pro ſui magnitudine, habitata ciuitate, vacare plateas frequentia ciuium et quaſi deſertas cernens, libere illa ſolitudine fruebatur, et ſic tanquam rure degeret procul ab arbitris, ſecurus cum familiaribus, et magnis ſuae gentis ac comitatus viris, menſis in propatulo poſitis aſſidens, bacchanlia quotidiana celebrabat, vino ſeſe barbara impudentia palam ingurgitans. Ad eos igitur, quos dixi, ſolos deſtinandas legationes habuit, et mutuas inde viciſſim accipiendas [imperator].

§. 380.

a. C. 1262.

[AGRESTES, qui montes Nicaeae vicinos incolebant, adole- 298
centem quendam caecum nacti, eum pro Ioanne Laſcari vendi-

 tantes

i) Reliqua vide in *Tataricis* §. 23.

297. PACHYMERES T. I. p. 116.

298. Id. ibid. p. 134.

Inter reliqua crimina, quae patriarchae Arſenio inferebantur, etiam hoc Pachymeres T. I. p. 174, 175. prodit: *Nimium ſe prouenſum et familiarem Sultani praebuiſſe, adeo vt ei et comitibus permiſerit, ſaepius lauari in lauacro eccleſiae, vbi ſunt ſigna venerandae crucis marmoribus inſculpta, cum illi eſſent Agareni et Chriſti myſteriorum expertes — Quod filiis eius* [Sultani] *communicari per ſuum monachum ſacras euchariſtiae reliquias iuſſiſſet, cum*

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1262.

tantes, rebellarunt. quibus tandem imperator pacem hac lege obtulit, ſi adoleſcentem dederent. Quod nefas iudicantibus montanis;] caecus aduena, — dimiſſus ad Perſas fugit. Qui porro ex montanis paciſci cum noſtris et arcano tractare dudum coeperant, ii foedus iam palam icerunt. [Armis igitur contra reliquos conuerſis, nulla] imperatorios miſericordia tenuit ab iis exterminandis et exturbandis ſede patria in vltionem rebellionis: ſed ab eo conſilio illa eos cura reuocauit, quod prouidebant, fore, vt, his inde pulſis, nemo iam eſſet, qui iuga illa, propugnacula Romani limitis, a Perſarum, aſſidue illis partibus inſidiantium crebroque irrumpentium, incurſionibus tuta praeſtaret.

§. 381.

a. C. 1264.

299. IMPERATOR deſpotam Ioannem Theſſalonica reuocatum, poſt modicam apud ſe moram, cum copiis in orientem mittit, aduerſus Perſas illic pugnaturum. — Summa is celeritate in regiones Maean-

non conſtaret, an ſacro baptiſmo initiati fuiſſent. Praetereaque ipſe Sultan cum ſuis Satrapis per matutinum ſplendidae magnaeque dominicae patriarchae litanias celebranti adfuiſſet, et ſimul litanias recitaſſet. Reſpondet ad haec patriarcha: *Ad Sultanis comites quod adtineret, lotos eos eccleſiae balneo neſcire ſe, neque id iuſſiſſe. Caeterum ſi allegata ratio valeret, excludendos eos cunctis pariter vrbis balneis non minus quam illo, quod ad eccleſiam pertineret. cum aliae quoque thermae, praeterquam ſignis crucis inſculptae ſint, ſacris etiam imaginibus ornentur. Si autem id non obſtat quominus iis, quantumuis verae religionis expertibus, vſus permittatur aliorum lauacrorum: quid eſt cur repellantur ab eccleſiae balneo? Denique cum Sultane et eius filiis tanquam cum Chriſtianis egiſſe irreprehenſibile videri, quoniam id auctore idoneo fecerit, epiſcopo videlicet Piſidiae tales vos eſſe teſtante. quod ſi iam oſtendatur, nequaquam ipſos fuiſſe Chriſtianos, illi ſoli adſcribenda non mihi eius facti culpa erit.* plura vide apud Pachym. p. 179 — 181. cf. et Niceph. Greg. T. I. p. 55.

299. PACHYMERES T. I. p. 144. Ioannis contra Perſas miſſi et rerum ab eo feliciter geſtarum breuiſſime meminit idem Pachymeres T. I. p. 331, 332.

Imp. MI-CHAEL *Pal.*

Maeandro circumſitas ſe contulit: maximo, inter caetera, bono 300.
dudum exſtructorum in illis terris magnorum atque illuſtrium monaſteriorum, quae prouidentia cuſtodiaque ipſius a clade ruinaque vltima ſeruata ſunt. Horum quaedam iam Perſae praeoccupata detinebant; plerisque oppidis ac pagis, in ea vicinia poſitis, in Perſarum ditionem ſimul aut vi tractis, aut ne traherentur, vltro cedentibus. Vnde et alia illa tractus eius iam imperatoribus parere deſierant: ea dico, quae Strobilo et Stadiotrachiae adiacent loca, ita validis inſeſſa praeſidiis hoſtium, vt eorum recuperationem deſperatam ne tentandam quidem aut tunc cogitandam Ioannes putauerit. Quantum autem erat circa Maeandrum, Tralles ac Cayſtrum, et Aſiae intima, confirmauit propugnans, atque vt ſecure propriis indigenae fruerentur, proferendo vltra bello, effecit. Magedonum quoque gentem Romano aſſeruit imperio, in extremo tunc poſitam diſcrimine deficiendi ad Perſas, aut ipſis ſuccumbendi. Laborabant enim illorum res, plerisque illorum euocatis ab imperatore, et militatum miſſis contra hoſtes occidui limitis, ibique praeſidio relictis: idcirco quod eius generis, vtpote arcubus peritiſſime vtentis, opera in velitationibus et proeliis laudaretur. Inde porro factum, vt vicini Perſae, qui alioqui numeroſam nationem ſagittandi exercitatione formidabilem non temere laceſſebant, nunc eam delectibus exhauſtam imparem ob paucitatem iuuentutis ſuis inſultibus rati, audacter inuaderent: haud dubie ſubacturi, deſpondentibus iam animos exiguis illis reliquiis, ni a Ioanne deſpota confirmarentur, auro ipſos et munificis largitionibus delinientes, ſicque ad fidei erga imperium conſtantiam et reſiſtendi hoſtibus alacritatem excitante.

Perſae porro incurrentis in ipſos tanta celeritate deſpotae improuiſis conſternati nunciis, terrore ac deſperatione ſucceſſus, auerſi retro ſunt, ſeque ſtatim in ſuorum, vnde prodierant, inacceſſa latibula montium recondiderunt, ac, velut ne illic quidem ſe tutos rati, legatis miſſis, captiuisque redditis, pacem fecerunt; in lucro ponentes, quod ſalui ſupereſſent. Ioannes autem quieturos ipſos in poſterum certo confidebat: non quoniam promiſſis ipſorum multum fidei tribueret; ſed quia ſibi conſcius et virium et ani-

300. Id. ibid. p. 147.

Imp. MI-
CHAEL
Pal.

a. C. 1264.

animi ad eos, ſi quid amplius mouerent, ita male mulctandos, et praeteritarum iniuriarum cumulatas perſoluturi poenas forent; iſto metu continendos illos in officio ſperauit. Pacem autem dedit iis petentibus, quos ſe bello ſuperaturum, ſi conaretur, minime dubitabat, miſeratione gentium, vicinos ipſis incolentium tract s, ne, victi illi, malorum ac cladium, quas paſſi bello eſſent, vltionem a debilioribus vexationi opportunis, tempore deinde captato, exigerent. Caeterum quo minus cauſae haberent a pactis reſiliendi, fines iis praeſcripſit ſatis laxos, intra quos abunde paſcuorum ſuis armentis et gregibus haberent: ſerio edicens, ſi vltra erumperent, violati foederis piaculum maxima ipſorum calamitate luendum. In hunc modum per orientis prouincias deſpota deleta ignominia prius acceptarum illic cladium, et rerum ſtatu emendato, fiduciam illis gentibus fecit, otio ac pace vbique reſtitutis, libere deinceps attendendi culturae agrorum, et ſecure legendi fructus vberes terrarum, in quibus habitarent.

§. 382.

301. [Bucellariorum et Maryandenorum regionis, itemque Paphlagoniae incolae cum acerbis exactionibus affligerentur] illi, — quorum arcibus praeſidio Perſico infeſſis viciniores ſedes erant, quod a noſtris quidem atrocia paterentur, ab hoſtibus vero commodiora ſperarent, pollicentibus videlicet illis, et, ſi vltro ſe dederent, mite imperium ſpondentibus, deficere ad Perſas decreuerunt. ſiebantque aliorum poſt alios quotidianae tranſitiones ad benigniores, vt putabant, dominos: quod primo a ſingulis tentatum; et vbi ſucceſſus, impune fieri, probauit, crebrioribus exemplis frequentatum, irreparabili iacturae prouinciae totius occaſionem dedit. Siquidem Perſae his, qui ad partes ipſorum tranſierant, ducibus et adiutoribus vſi, paucitatem eorum, qui conſtantes in fide imperatori iurata perſtabant, contemnentes, terras eorum crebris infeſtare incurſionibus coeperant; e quibus onuſti praeda, ſpoliatis ſubinde miſeris, redibant domum; nondum ibi auſi conſidere: quoad, multis, iſtorum experientia malorum, inclinantibus ad Perſas, multis

301. Id. ibid. p. 148, 149.

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1264.

multis quotidiana vitae pericula fuga et voluntario exſilio redimentibus, ſubactu iam faciles Perſae regiones ſuae ditioni ſubiunxere, fixisque ſibi domiciliis malam finitimis viciniam praeſtabant, infeſtantes eos latrociniis. Haec audiens imperator, ne accurrere neglexit, exiſtimans, ſe iſtas prouincias, quippe in propinquo ſitas, recuperaturum, quandocumque foret libitum, et tunc in res occidui tractus ſpe ac cupiditate totus imminens.

§. 383.

a. C. 1265.

y) k) [SVLTAN Azatinus] poſtquam diu apud Conſtantino- 302.
polin taedioſa contabuiſſet mora, in dies exſpectans reduci ſe cum magno exercitu in Perſidem; vbi ſpes eius rei omnis extincta ipſi funditus eſt, tum longa infinitarum fruſtrationum experientia, tum maxime quod non ignoraret, quid cum ſuis hoſtibus clam tractaret imperator, et foedus ab eo ictum cum Apagame l) compertum haberet: vnde ſatis intellexit, nullam ſibi redeundi vnquam amplius ad amiſſum principatum reliquam eſſe fiduciam, debere: nactus accommodatam ſuis rationibus occaſionem, abſentiam imperatoris, allegat fidum hominem ad quendam e cognatis in ſeptentrionali Euxini Ponti tractu praepotentem, orans, vt

y) NICEPHORVS: Conſtantinus Bulgarus cum excaecationem affinis ſui Ioannis Laſcaris vlciſcendi occaſionem quaereret: *rei aggrediendae cauſam veluti flammae materiam praebuit Sultanus Azatines. Nam cum imperator domo abeſſet, iſte apud Aetium maritimum oppidulum degere iuſſus eſt, vt etiam cuſtodia aliqua ei clanculum appoſita eſſet, quae ſuſpectam eius fugam prohiberet. Quod cum ei malum intolerabile videretur, in cauſa fuit, vt etiam in Macedonibus exſtitit, aio etiam Thracibus.* — *Hic poſtquam diu* cet.

302. PACHYMERES T. I. p. 153 — 159. Niceph. Greg. T. I. p. 59, 60.

k) Praemittit his Pachymeres: *Reſumenda nunc eſt narratio rerum Sultanis Azatini, qui fatum triſte atque infauſtum quoddam*

l) Filius hic fuit Chalau Tatarorum Chani. cf. *Tatarica* §. 25. et ibi not. q.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1265.

vt ſibi ſubueniret, citra ferrum et vincula cuſtodia detento ab imperatore, amico in ſpeciem, reuera nihil ab hoſte differente. Poſſe enim illum facile, ſi vellet, auxiliari ſibi, opes cum Conſtantino [Bulgarorum rege] coniungendo, et hunc ſponte currentem incitando ad irruendum improuiſo in imperatorem; ſeſe ipſum iam id agere, ac conſecuturum ſperare, vt adire imperatorem ſibi liceat, eo conſilio, vt praeſens eum diſſimulanter in paratas per viam inſidias praecipitet. Veniret tantum, et eductos ſecum Tocharos cum Conſtantino Bulgariſque in communem expeditionem traheret; ac ſiquidem, quod pronum ſperatu videbatur, caperetur imperator, facile apparere, quantum inde bonorum in ipſos redundaturum eſſet; ſin id non ſuccederet, certe non poſſe dubitari, quin quaeſtuoſiſſima ipſi foret iſta militia, vtique reducturo ex ea copias onuſtas opima praeda, cum aliarum omnis generis rerum, tum apparatus ac ſupellectilis imperatoriae, ex quibus excipere ſibi praeſtantiſſimum quidque poſſet; et ipſum conſanguineum ſupplicem, indigna cuſtodia ereptum, incolumem ac liberum cum pretioſis ſpoliis domum recipere. Meminiſſet prioris ſuae gloriae, et ex qua felicitate in quam miſeriam tam arcta ipſis cognationis neceſſitudine deuinctus princeps decidiſſet, reputans miſeraretur. quod ſi haec parum mouerent, ad audendum, quod ſuadebatur, at fructum cogitaret inde ipſi prouenturum vberem, vel ſucceſſu belli lucroſo praemiisque victoriae, vel a propria gratitudine ſui ipſius, poſtquam ſeſe in ſtatum fortunae priſtinum repoſuerit; omnia liberatori debituri. Haec ſi viderentur infirma ſingula, ſimul tamen coniuncta omnia vim habere maximam apud eius animum par eſſe. Ageret igitur, et vel conſanguinitatis reſpectu

[illegible] ſu fuit, vt Conſtantinum moneret, bellum Romanis inferre meditantem, eique pecuniam non paruam, ſi eius ope liberatus eſſet, polliceretur. Quam occaſionem Conſtantinus vt pignus non leue arripuit, et cum viginti Scytharum millibus in Thraciam irrupit. Imperator aegre illorum manus euaſit. Scythis autem, qui imperatoris capiendi accaſionem amiſiſſent, illud reſtabat, ne Sultana Azatine fraudarentur. Quare omnis eorum labor et curſus Aenum verſus recta tendebat, vt illum aut ſolum, volentibus ciuibus, aut iis inuitis, cum ipſo oppidulo et

Imp. MI-CHAEL Pal.

ſpectu auxilio veniret, vel ſuae infelicitatis, quam ipſi aperiret, notitia indigna ferentem miſeraretur.

His arcano expoſitis patruo m), litteriſque ipſius mutuis aſſenſu ipſius fideque accepta l, ſimulauit, deſiderare ſe maiorem in modum conſpectum imperatoris: in eamque ſententiam ad imperatorem ſcripſit, orans etiam atque etiam, vt ſibi permitteret ipſum adire. Neque enim ſibi tolerabile videri tanto iam tempore vſu ac viſu priuari cariſſimi atque honoratiſſimi ſibi principis. Iubere igitur quamprimum dignaretur ad ſe venire. Sin gratificari hoc ſibi differret; ſciret, tanta ſe viri eius coram videndi cupiditate, vt vix ſibi temperare poſſet a profectione iſtuc iniuſſu tentanda; quod ſi faceret, ignoſci aequum fore: tyrannicam eſſe vim deſiderii, et erumpere plerumque vltra rationis atque humani arbitrii praeſcripta frenum eluctatos eius impetus. His imperator acceptis, nec quidquam de occultis, quas diximus, machinationibus ſuſpicatus, reſcripſit humaniter indulgens Sultani, quod petebat; vltro quin etiam inuitans ad occaſionem vſurpandam viſendi prouincias et vrbes occidui tractus, quarum numquam hactenus, quippe ſemper moratus in oriente, coram et vſu praeſenti cognoſcendarum copia ipſi contigiſſet. Non diſtulit Sultan conceſſa vti facultate, ſed ſtatim, pecuniae magna vi opibuſque caeterarum, vxoribus praeterea liberiſque cum ſorore ac matre Conſtantinopoli relictis, itineri ſe dedit. Tantorum pignorum ibi dimittendorum cauſa illi fuit; partim cura celandi, quae coquebat animo, et omnem a ſe ſuſpicionem amoliendi; partim prudens metus, ne non

ciuibus abriperent. At ii, qui ipſum deſerebant, [illegible] ne funditus exſciderentur, tributo eo impetrarunt, vti Scythas pacati diſcederent. — At narratio de Sultano nunc differatur. Nam de eius rebus fuſius infra [§. 385. ſeqq.] dicturi ſumus. Vxor vero illius et liberi ſtatim ſunt in cuſtodiam dati: pecunia eiuſdem in fiſcum imperatorium relata. Eius autem comitatus, qui plurimi et bellicoſiſſimi viri erant, Chriſtiano baptiſmate regenerati, et Romanae militiae adſcripti ſunt.

m) vt ſup.

Imp. MICHAEL Pal.

a. C. 1265.

ſatis expeditus eſſet ad ea, quae meditabatur, ſi tantis carorum capitum affectibus, et pretioſarum ſarcinarum impedimentis implicaretur. Ita ille cum familiari comitatu egreſſus vrbe ad imperatorem feſtinabat. Interim autem eius patruus profectus ad Conſtantinum, Bulgarorum regem cum ei, tum potiſſimum eius coniugi conſilia ſibi ſuggeſta imperatoris inuadendi communicauit; et facile, olim videlicet eo propendentes, quo volebat perpulit. Ipſe ſtatim certis hominibus ſubmiſſis, magnum ad ſe Tocharorum numerum euocauit. Conſtantinus itaque cum Bulgaris et Tocharis in Romanas prouincias irruptione facta, eas, Romanis proelio victis, late vaſtauit, tandemque Sultane Azatino, qui in Aenum ſpeciem confugerat, dedito, diſceſſit n).

§. 384.

a. C. 1269.

303. [cvm Ioannes deſpota in occiduis tractibus frequentius militaret; haec] cauſa fuit, cur limes orientalis debilitaretur: Perſis, abſentia praeſidiorum, eius vexandi fiduciam ſumentibus, incurſantibus ac latrocinio vaſtantibus miſeras illas regiones, nullo plane prohibente. Itaque Maeander, domo, vt ſic dicam, cedere coactus, plane deſolatus eſt; non aliis ſolum incolis plurimarum illarum ampliſſimarumque regionum, ſed ipſis etiam inde paſſim migrantibus monachis. — Talem ob cauſam Maeander, vt dixi, paulatim deſertus, et in ſolitudinem redactus eſt, recedentibus in interiora, qui prius illic habitauerant, propter incurſiones barbarorum gentium. Vniuerſum autem iugum illud, arcibus nuper conditis antea infeſſum, Abala quoque et adſitae Cayſtro regiones et Magedon, et inclyta Caria impune hoſtium graſſationibus conculcabantur. Mitto dicere, Tracheam et Stadia, Strobilum et ſitas et

n) Quem hic excerptum dedi, integrum vide locum in *Tataricis* §. 27—34. Caeterum horum etiam infra quaſi in tranſitu meminit p. 218. et T. II. p. 427. Pachymeres: cf. *Bulgarica* §. 323. not. l.

303. PACHYMERES T. I. p. 210, 211.

et regione Rhodi terras, quae loca paulo antea Romanorum ſubiecta ditioni, exiguo tempore latronum receptacula barbarorumque ſtatiua facta ſunt. Obuerſae autem ex parte altera mari nationes, vt nihil de mediis dicam; ac quantum in Maryandenis, in Moſynibus, in magnanimis Enetis gentium locorumque cenſebatur, cuncta Romano ſubiecta imperio; ſimulque his interiora vſque ad amnem Sangarim, ita vniuerſa vaſtata deſtructaque ſunt, vt Maryandenum lugubris cantus artificem adhibere debeat, qui haec volet pro dignitate deplorare. Nam copiis Romanis, quae multae mirificaeque erant, morantibus in occiduo tractu, et iis paucis, quae relictae orientalium praeſidio fuerant, ſenſim abſumtis; in tantum infeſtantis itinera latrocinii periculum increuit, vt ne Heracleam vſque Ponticam via terreſtri liceret ex vrbe proficiſci, finibus illinc imperii Sangari circumſcriptis, vlterioribusque plane cunctis in praedam non Myſorum, ſed Perſarum, condonatis. maritimae tantum arces retentae vtcunque ſunt circa Cromnam, et Amaſtrin, et Tium, et Heracleam, ſola locorum nomina ſeruantes: quae niſi promto maris ad auxilia opportune accipienda commercio vterentur, dudum vtique fortunam eandem vrbium ac locorum, quibus adiacent, experirentur, cumque iſtis ditioni Perſicae adiectis Romano imperio periiſſent.

Quod autem in exitium harum prouinciarum cooperatum vel maxime eſt, hoc fuit; — praefectorum, qui illuc mittebantur, tenacitas et auara parſimonia, cum ardenti, immenſa, inexplebili vndique capiendi ac congerendi auiditate coniuncta. quibus accedebat indidem nata circumuentio principis mendaciſſimis decepti relationibus vaferrimorum hominum, qui priuatis ſuis rationibus pernicie publica non dubitantes conſulere, imperatorem ab expeditione in eas partes, vt erat neceſſe, ſuſcipienda, deprehendi, ſi res coram paterent, et mulctari metuentes, auertebant, eleuando fallaciſſime iacturas factas, et vt quaeque arces aut vrbes captae a Perſis erant, minimum id quiddam et momenti nullius eſſe dicendo; capita enim ipſa rerum et quaſi claues limitis adhuc teneri: minuta iſta nunc ablata, quoties volemus, exiguo conatu recuperanda. —

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

§. 385.

a. C. 1269—1280.

304. CVM Sultanus Azatines ex oppido Aeno, vt dictum eſt o); vna cum filio ſuo *Meleco* profugiſſet, Iſtrumque traieciſſet, ipſe quidem id quod deſtinarat conficere, non potuit, morte praeuentus. Melecus vero cum illic vitam peregrinam et parum gratam aliquantiſper egiſſet, per Pontum ad Scythas Aſianos tranſiit: a quibus poteſtate accepta, Turcorum principatum, vt paternam hereditatem poſtulauit. Ac caeterorum quidem ſatraparum alii conuenerunt, illumque adierunt vt dominum ſuum: alii cunctabantur. Vnus autem nomine *Amurius* p), collecto latronum exercitu, non paruo quidem illo, ſed valde numeroſo, bellum aduerſus eundem ſuſcepit, ac tandem fuſum fugatumque ad mare vſque compulit. Tum igitur Melecus ad Heracleam Ponticam fuga euaſit.

Vere

304. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 83.

o) Vide ſupra *§. 583.*

p) Du Freſne in Notis ad Niceph. p. 729. Αμουριος. „Quem a Meleco Sultano Iconienſi vna cum filiis inſigni perfidia poſtea interfectum fuiſſe narrat Pachymeres Lib. x [vel potius, in Andronico lib. IX.] cap. XXV. ex quibus vnus Halis nomine, diuina quadam prouidentia ſeruatus, collecta Perſarum manu, Melecum proelio adortus hunc interfecit, indeque aucta Hali, qui tum Amurii nomen ſuo adiecit, potentia, Romanas regiones incurſionibus infeſtauit. Vt porro is perierit, exponit Gregoras in altera hiſtoria. Iſte autem Amur Αμυρπακις, vnico vocabulo dicitur Cantacuzeno lib. II. cap. XXVIII. Id. eſt *Dominus Amur*. Eſt enim *Beg*. Turcis *Dominus*, vt eſt apud Leunclauium in ſecundo Onomaſtico Turcico et lib. IV. Hiſt. Muſulman. p. 196. vbi obſeruat, *Beg* nomen dari ſolere omnibus officium vel munus aliquod a rege vel Sultano conſecutis. Graeci vero Πεγ et Πεγις dicunt, Μπεγις, vt in Gloſſ. med. Graecit. obſeruamus. Vnde diſcimus, quis is ſit, quem Froiſſartus III. vol. cap. XXII. et XXIII. *Amorabakin* vocat, quae vox effecta ex *Amur Begis* vel *Begis*. Sed an *Amur* iſte, cuius meminit Gregoras, et Cantacuzenus l. c. ſit ille, a quo interfectus eſt Melecus, dubium ingerit idem Cantacuzenus, qui lib. II. cap. XXIX. et lib. III. cap. VII. eundem Amurium Aitinis Ioniae (ſeu Cariae, vti habet lib. II. cap. XIII.) ſatrapae filium fuiſſe, ait, eundemque ſatraparum Aſiae opulentiſſimum. Aitinem praeterea duos alios filios habuiſſe, quorum alter *Chetir*, alter *Souleimaſas* vocabatur. Amurii porro crebra deinde mentio apud Cantacuzenum „.

Vere autem appetente r), imperatorem adire apud Nymphaeum commorantem decreuit. Caeterum iter ingreſſus, non eo vſque perrexit, ſed interea alio conuerſus, ad Turcos denuo ſe contulit, atque ab illis paternum principatum reſtitui poſtulauit. Deinde et ipſe non longe poſt vita excedit, clandeſtina quorumdam ſicariorum conſpiratione oppreſſus.

§. 386.

Turcorum imperio ſic euerſo, et eorum rebus ex honeſta 309
diſciplina ſplendidaque fortuna ad maximam perturbationem prolapſis, non modo ſatrapae et quotquot nobilitate ac fortuna eminebant, omnem ditionem in plurimas partes diuulſam partiti ſunt s): ſed multi etiam obſcuri et ignobiles, adiuncta ſibi hominum infimorum colluuie, latrocinari coeperunt, praeter arcum et pharetram nihil ſecum geſtantes: qui faucibus montium inſeſſis, finitimos agros et vrbes Romanorum crebris et occultis incurſionibus vexabant. Nam paulo ante acciderat, vt praeſidia, quae arces tuebantur, inde migrarent, cum annua ſtipendia e fiſco imperatorio non numerarentur. Quod initio, vt res parui momenti, neglectum, maximum poſtea Romanis infortunium extitit, et clades ipſis grauiſſimas importauit. Turci autem illi, qui ſatrapias varie diuiſerant, cum a Scythis pellerentur, Romanos pellebant; et quam infirmi erant aduerſus Scythas, tam aduerſus Romanos inua-

r) Du Freſne l. c. „ Circa an. MCCLXXV „.

s) Du Freſne l. c. „ Hinc igitur exſtincto Turcorum Iconienſium principatu, cum eidem tuendo contra Tartaros impares eſſent, ſinguli ex primoribus Turcis, prout libitum fuit, oppida et prouincias peruaſerunt, cum Graecis aeque ac Tataris bellum gerentes, tandemque, iisdem Tataris recedentibus, pulſoque vel certe non admiſſo Sultano, Turcicum principatum prouinciis inuicem diſpertitis, deinde quod Romani ſeu Graecorum in Aſia ſupererat imperii, inuaſerunt, indeque in Europam euolarunt, ab ipſismet Graecis imperatoribus euocati, dum opem ac auxilium quaerunt, quo ſe aduerſus ſuae gentis principes, atque adeo etiam Latinos tueantur, vnde vniuerſi poſtmodum imperii clades exorta eſt, vt Gregoras poſt haec pluribus narrat „.

305. Id. ibid. p. 84.

inualeſcebant: vt Scytharum incurſio non calamitatis cauſa, ſed ſummae felicitatis occaſio illis eſſet. Frequentes itaque e Paphlagonia et Pamphylia irruebant, Romanasque prouincias populabantur. Tandem etiam ad bella et aſſiduas dimicationes ventum, e quibus vnum proelium Romanos in omnia mala coniecit.

§. 387.

Multis Turcorum copiis in Paphlagonia collectis, imperatori viſum eſt, magno et idoneo exercitu celerem illorum, quantum fieri poſſet, impreſſionem inhibere: ne, illa parte veluti porta perfracta, impune deinde ac prohibente nemine longius euagarentur. Exercitum itaque illuc validum miſit. Duces vero praefecit, qui ſtultitia et temeritate ſua tum ipſi impegerunt, tum omnes copias amiſerunt. Nam Turci pridie inſtantis pugnae tota nocte inſomni exacta, antequam dies illuceſceret, homines non paucos ad orientalem vicini fluminis ripam collocant. Tum amne ſuperato ibidem caſtrametantur.

Cum pugnae tempus aduenīſſet, conflixere exercitus. Ac initio quidem Romanorum impetus Turcis non adeo vehemens eſſe viſus eſt, vt ſuſtineri non poſſet. Subſtiterunt igitur, et repugnarunt, non ſtataria pugna, ſed, vt eorum mos eſt, crebris alternisque vicibus repetita. Fugam enim ſimulantes terga dant, ſtatimque redeunt: idque ſubinde facere pergunt, vt hoſtilem aciem perturbent, et de ſtatu deiiciant. Poſtea ita turbatos cum impe-
306. tu adorti, facile in fugam vertunt. Tum autem aſtus is nihil illis contra Romanos profuit, optime munitos et armatos: ſed, plurimis ſuorum amiſſis, effuſe ad flumen fugerunt. Romani autem illos (quod vtinam non feciſſent) continenter perſecuti ſunt: quamuis prudentiores duces identidem reclamarent, ac receptui canerent, quod hoſtium fuga ſuſpecta et pericloſa eſſet. Sed illam pugnam vtique oportebat excidii initium Romanis exſiſtere, quorum infinitis peccatis diuina prouidentia mediocrem hanc poenam rependebat. Itaque Turcos, fluuium transgreſſos, transgreſſi ipſi quoque, inſequuntur, et eos, qui ſegnius fugerent, vſque

306. Id. T. I. p. 85, 86.

vſque occidunt; donec in inſidias Turcorum repente et de improuiſo incurrunt, nempe in viros recentes et vegetos ipſi curſu et aeſtu anhelantes. Ita hinc numeroſo exercitu, inde flumine intercluſi, paucis exceptis, omnes ceciderunt, vix vlla re memorabili geſta.

§. 388.

Turci autem inde auſpicati, velut porta aperta, ſecuri, ac prohibente nemine, omnes Romanas prouincias ferro et flammis vaſtabant, et ad Sangarium vſque fluuium progrediebantur. Quam ob rem deſperatis rebus imperator ripas fluminis crebris caſtellis muniuit, ne ipſa etiam Bithynia potirentur. Neque enim caeteras Romanas legiones ab vrgentibus bellis reuocandas eſſe cenſebat. Nam Thracenſes Bulgaricis, Macedonicae, Theſſalicis et Illyricis motibus; inferioris vero Aſiae vires (quam Phrygia et Lycia terminant, et quam Maeandri flumina alluunt) aliis atque aliis Turcorum latrocinantium incurſionibus obſtare debebant. Neque etiam vllo modo committendum videbatur, vt claſſe diſſoluta et in terram perducta, maris ipſius tranquillitas maioribus ſtatim tempeſtatibus ac procellis turbaretur, quam quibus Aſia laboraret. Quapropter imperator ſuis quasque [legiones] locis hoſtium aduentum exſpectare iuſſit: prudentem et tutam eorum, quae supereſſent, cuſtodiam, incerto et periculoſo euentui praeferendam ratus.

§. 389.

Poſtquam vero Turci noſtrorum finium arces impune in Aſia occupauerunt, et terris, quas ſubegerant, in ſatrapias diuiſis, totam amplexi ſunt a mari Pontico et Galatico vſque ad mare, quod eſt circa Lyciam et Cariam, et fluuium Eurymedontem: quis Iliade prolixiorem eorum malorum, quibus noctu atque interdiu in Romanos graſſati ſunt, commemorationem pro dignitate abſoluerit; Romanorum viribus tantum imminutis et depreſſis, quantum potentia barbarorum augebatur? — In illa igitur prima aggreſſione barbari praedam maximam et innumerabilem, virorum,

Imp: MICHAELE Pal.

a. C. 1269 — 1280.

mulierum et earum rerum, quae a viris expeditis ferri queunt, cum coëgiſſent, inter ſeſe diuiſerunt. —

§. 390.

a. C. 1280.

306. *s*) IMPERATOR, comperto laborare res orientales, ex quo, ſublato ex humanis Ioanne deſpota *t*), fiduciam tantam Perſae ſumſerant, vt non modo non dubitarent vltro Romanos inuadere, ſed paſſim fines eorum incurſando vaſtarent. Regiones circa Maeandrum, et Cariam, et Antiochiam iam plane perierant; ſed et his adhuc interiora grauiter debilitata iacebant, medici ſoſpitatoris ope vehementer egentia. Diripiebantur vicina Cayſtro et Prienae loca, ferebantur etiam et agebantur quotidianis incurſantium praedis Mileſius ager et Magedon, quaeque his affinia, in ſumma deſtitutione praeſidii omnis, iniuriis hoſtium expoſita. Cum haec, inquam, Auguſtus reputaret, faciendum ſibi ſtatuit, vt filium ſuum et in imperio collegam, Andronicum eo mitteret cum copiis, quantae per orientales prouincias erant. Is igitur eo cum Auguſta profectus, lapſas ibi res conſtituit. — Porro imperator Andronicus regiones ad Maeandrum luſtrans, vidit ciuitatem olim maximam

s) NICEPHORVS: *Poſt haec* [iis, quae ſupra §. 389. ex eodem Nicephoro attuli, ſubiunguntur]; *imperatoris filius Andronicus abiit iuſſu patris inſtauratum vrbem iampridem euerſam. Ea erat Tralles, vltra Maeandrum ſita. Ideo autem inſtaurauit, vt eſſet deinceps propugnaculum vicinae regioni, quandocunque hoſtes incurſuri eſſent. Sed priusquam ex eo tempore anni quatuor integri elaberentur, cum eandem vrbem Turci circumdediſſent, et diuturna obſidione preſſiſſent, coacti ſunt ſeipſos hoſti dedere, qui intus erat, quotquot videlicet nondum ſiti et fame perierant, viginti millibus haud pauciores: qui, cum in ſeruitutem abducerentur, felices eos praedicabant, qui occubuiſſent, propterea quod ſemel et ſeruitute et diuturnis laboribus defuncti eſſent.*

306. PACHYMERES T. I. p. 320. 390. Nicephor. Greg. T. I. p. 86.

t) De quo ſupra §. 381. 384.

ximam, tunc euerſam, Tralles, et loci opportunitate grataque amoenitate captus, cogitationem ſuſcepit eius reſtaurandae frequentandaeque, reducendis poſtliminio, qui reperiri vſpiam poſſent, dudum exterminatis huius vrbis ciuibus, et aliis vndecunque ad iuſtum vrbis magnae complendum numerum addendis. — Summo id ſtudio curatum, eo ſucceſſu, vt breui recens inductorum illic ciuium ſex et triginta millibus capitum multitudo cenſeretur. —

§. 391.

Nouis — Trallenſibus in illa felicium auſpiciorum gratulatione ſaecula ſibi aurea ſpondentibus, — ſuperuenit ecce inopinatiſſimus exercitus Perſarum, 'quos eaedem videlicet ad obſtandum initiis huius coloniae impellebant cauſae, quae Andronicum ad condendam eam mouerant. Vt enim hic fraenum licentiae praedandi ac receptaculum in iſta vicinia voluerat: ita illi, ea ipſa metuentes, omni mature incumbendum conatu cenſebant, ad excutiendum hoc iugum velut impoſitum ceruicibus, et certam perniciem a ſuo limite remouendam v). Ergo *Mantachias* quidam cognomento *Salpacis*, quae vox lingua Perſica *fortem* ſonat, innumeris, quas ductabat, ſuccinctus copiis, vrbi Trallium ſe admouet, eamque vndique obſidione amplectitur. Statim, vt in improuiſa re, magnis conflictatus anguſtiis eſt ſummus nouae ciuitatis magiſtratus magnus chartularius Libadarius. Nam ciues famis ſubito ac ſitis incommoda tam grauia ſenſerunt, vt et cibis immundis infandisque ora polluere, et cum arentes fauces humor omnis deficeret, ſectis equorum venis eductum ſanguinem auide haurire cogerentur. Ac cibi quidem deſiderium tolerabilius initio fallebant, ſubſtitutis in locum meliorum carnibus morientium ſponte iumentorum, et omnis generis animantium brutarum: quarum non ſufficientem copiam multi non raro ſupplebant vorandis hominum 308.

 quo-

308. PACHYM, T. I. p. 323, 324. Niceph. Greg. l. c.

v) Haec in Graeco breuius ita: προς γαρ το ἐλπιζομενον ἀντικρατταν, και ὑπερ των λοιπων ἱσαθαι ἡ σπεδη των ἀνθισαμενων ἐρποι.

x) Σαλπακις — Μαντυχιας Τ᾽ονομα.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1280.

quoque fato abſumtorum cadaueribus. ‘Sitis leuandae difficilior erat ratio: quod illa, quam dixi, cruoris equini potio nec ſatis ardorem reſtingueret, et tabem ingenerans, mortes frequentaret y). Itaque deſtituti liquore omni, meridie praeſertim ſole flagrante, vltro ad hoſtes accedebant, quamuis diram necem minus horribilem rati lento ſitis ac famis, viſcera depaſcentium, viuicomburio: at miſeri, ſiccis labris aquam ſuppliciter petentes, adeo non flectebant ad miſericordiam barbaros, vt haſtilium mucronibus confoſſi repellerentur; et qui plerique iſtis vulneribus foede occumbebant, foede inhumati iacerent, nec pulueris iniectione dignati.

In his tamen ſpe auxilii a Caeſare venturi conſtantiam circumſeſſi obſtinabant, qua Perſae indignati, oppugnare hactenus tantum obſeſſos decreuerunt. Moenibus igitur ſe denſi admouent, illicque perſtant ſcutis capita protecti: et ſub tuta teſtudine caſus omnes deuolutarum ex alto molium excipientes innoxie: tum ſecuri experta ſoliditate tegminis, omne aliud praeterquam ſtrepitus et inanis ſoni deiectorum ſuperne ac citra damnum reſilientium telorum, incommodum arcentis, ſuffoſſioni muri per otium vacabant, terebris ferramentisque id genus emolientes locis ſubinde variis, et egerentes ſaxa, quoad fundamenta ipſa ſubuellerent, molemque ſuperiorem, tibicinibus e ligno ſubditis, ſuſpenderent: certa mox ſecutura murorum ſtrage; vbi ſubiiciendus in tempore ignis tigna conſumſerit. Inter haec crebris laceſſebant inuitationibus obſeſſos ad ſalutem deditione paciſcendam: quas cum illi repellerent, ſubruti vndique muri ruinam fecerunt, aditus aperientes vaſtos irruentibus Perſis. Sic deſtructa mox ab ortu ſuo eſt infelix ciuitas; — et ille non facile numerabilis populus gladii barbarici miſerabilis victima concidit. Alter hic ſucceſſus fuit armorum Perſicorum a priori ad Nyſſam relata victoria, qua praefectus ſigilli Noſtongus cum ſuis circumuentus, et in maximis ſine auxilio derelictus anguſtiis, cunctis, quos habebat ſecum, aut morte affectis, aut ſeruituti addictis, ipſe quoque captus z), multum et

y) τῃ δε γε διψῃ και μαλλον ἀνῃ βιαιοτερᾳ, ουκ ἠν ἐπινοησαι θεραπειαν.

z) De his me aliquid apud Pachymerem legere non memini; ſed forte id bellum intelligitur, quod Nicephorus Greg. p. 84—86. enarrat. vid. ſupra *ſ. 386—389.*

a. C. 1280.

et fiduciae et facultatis victoribus addidit, vniuerſum deinceps orientalem limitem impune incurſionibus vaſtandi.

§. 392.

a. C. 1281.

IMPERATOR rurſus non dubiis nunciis certior factus, vlteriores Sangari regiones laborare; Perſae ſiquidem, opum ibi Romanarum infirmitate crebris incurſionum experimentis comperta, tantum fiduciae iam ſumſerant, vt, amne ſecuriſſime traiecto, etiam citeriores Sangari tractus agere ferreque rapinis et vaſtationibus non dubitarent: contrariis copiis, quantas pro tempore proque praeſenti copia potuit cogere, ſumma celeritate illuc ſe contulit, Sangari tranſmiſſo. Tunc cernens illic Scythicam quandam, vt vulgo dicunt, ſolitudinem, tam acri vrebatur doloris ſenſu, parum vt abeſſet, quin pilos ipſe ſibi capitis velleret. Miſerabatur enim incredibiliter calamitatem locorum illorum: et tam impune ibi ſuos ludibrio eſſe barbaris, ad propriam ipſius pertinere ignominiam reputabat moerens. — Haec deplorans, omiſſis deliciis regiis; cultu ac faſtu principali neglectis, curandi quinetiam corporis adeo immemor, vt obuiis quibusque ſine delectu aut apparatu veſceretur, vltra quoad potuit, tendebat. Coëgitque tum Perſas, quantum eſt ipſe progreſſus, retrocedere. Erat autem itineris ea tunc ratio, vt, vbi praecedenti veſpere Perſae fuerant, poſterum ibi diem imperator exigeret, in hoſpitia, quibus illi erant vſi, focis adhuc 309.

309. PACHYMERES T. I. p. 342-344.

De rebus Turcorum ad haec vſque tempora geſtis breuiter ita Ducas p. 3, 4: *Ad hunc vſque imperatorem* [Michaelem Pal.] *Romano imperio ſubditae fuerunt, tributumque ſoluerunt hae prouinciae, Aſia minor, Paphlagonia, Myſia, quae et Bithynia, Phrygia magna, Phrygia Cappatiana* [in margine, aliis *Pacatiana*], *Caria, atque etiam pars Ciliciae; Turci vero, qui Lycaoniam iam occuparant, prouinciis quoque vlterioribus remotioribusque imperabant; Lycaoniae ſcilicet, Cappadociae, Galatiae, Pamphyliae, Armeniae, Helenoponto, Piſidiae, Lyciae, Syriae cauae* [Κοιλην Συριαν) *et aliis.*

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1281.

ipſorum fumantia ſuccedens. Itaque dieculae vix vnius, aut ſummum bidui, interuallo locus idem et Perſas dimiſerat pedem ſua verſus referentes, et inſtantem veſtigiis ipſorum excipiebat Auguſtum. Apparebant autem tota paſſim regione ſtrata ſuis quaeque ſub arboribus poma decidua, fructusque omnis generis maturi, tanta copia, vt maiori exercitus parti cibus inde ſufficeret. Nam alia ratione praeberi forum et inferri caſtris illis commeatum, interdicto dudum vi ac metu hoſtili per omnem hunc late tractum commercio, ſperandum haud erat. —

§. 393.

Cum autem hoſtes ſic inſtando contruſiſſet in aſperos iam nec facile peruios limitis ipſorum ſaltus; haud ſe idoneis inſtructum copiis ſentiens, ad eos vlterius perſequendos; et aliunde rerum neceſſariarum penuria vrgente, cogitare de reditu coactus, prius tamen, quoad res ſinebat, munire limitem ſtuduit, arcibus ad vtramque fluminis ripam excitatis et praeſidio inſeſſis plurimis. Quarum aliquas vetuſtate ac temporum iniuriis ſemirutas refecit, inſtruxitque, nouas ipſe aliquas adiungens, ibi praeſertim, vbi parcior aquae amnis vado trafici poteſt. Vt ſic, et crebritate praeſidiorum et praeoccupatione locorum neceſſariorum, inopes conſilii Perſae redderentur. Quorum etiam incurſiones coërcere obice oppoſito ſtudens, ne, vt antea, praelicenter citra metum illum, quo lubebat, irrumperent, inobſeruati ex improuiſo irruentes, ſecurigeros magno numero congregari praecipit, et longitudinem fluuii dimenſus, quantam expediebat opere muniri, huicque idonea latitudine iuxta congruam proportionem accommodata, feſtinato caeſas arbores inuicem coaceruari, vna vni ſuperpoſita, iuſſit, colligarique mutuo implicatis ipſorum ramis, denſitate tanta, vt ne angui quidem fere quaedam haec velut ſepes praeberet tranſitum. His in praeſens ordinatis et prouiſis, cum vlteriorem iſtic moram incommoda graueſcentia non permitterent, tandem annona in arces, quanta opus erat, illata, legens fluminis ripam, Pruſae partibus ſe admouet, ac diligentiori inſpectione locorum eorumdem, vti et plena expulſione inde hoſtium in tempus opportunum dilatis.

CAPVT

Imp. MICHAEL Pal.

CAPVT XXIV.

Bella Turcorum tam externa, aduerſus Romanos et Tataros, quam domeſtica, ſub ducibus eorum Amurio, Laminſe, Atmane, Hali Amurio, Naſtratio, Solymampaxide, Atina, Aliſyra, Mantachia, [Alaide] Ameramana, Sphondila et Pagdina; ab a. C. 1291—1321.

§. 394.

Imp. ANDRONICO II.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1291.

[EODEM tempore, quo impoſtor quidam, qui ſe Lachanam, antea Bulgarorum regem a), ſimulabat, iuſſu Andronici in carcerem coniectus eſt, regiones orientalis limitis Perſarum incurſionibus agebantur, ferebanturque. Iſtarum itaque regionum incolae] fruſtra imploratis aliis vndecumque praeſidiis, — in illo gemitu ac conſternatione quotidianarum a Perſis graſſationum, audientes exſiſtere aliquem, qui ſe diuinitus miſſum diceret, ad hoſtes 310.

IO. PACHYMERES T. II. p. 126, 127.

a) Cf. Bulgarica §. 331. seqq.

Imp. AN-
DRONICO
II.

a. C. 1291.

ſtes imperii delendos, et eodem adiungentes vaticinia quaepiam inter ipſos vulgata, polliceri ſimile aliquid viſa:, magnopere optabant, dari ducem ſibi qualemcunque iſtum Lachanam; et carcere detineri cum audiſſent, multis et ſollicitis precibus imperatorem fatigabant, ne diuinitus deſtinatum malorum extremorum ipſis remedium inuideret, neue diripi ſe impuneque ſpoliari miſerrimos ſineret, defenſore coelitus oſtenſo, inique arcendo a iuuandis, quibus aliud nusquam appareret cladium et calamitatum extremarum effugium. Huiusmodi preces per multos ſubinde miſſitatos a populis illorum tractuum ingeſtae imperatori, et ab eo — reiectae, cum nullo fine inuidioſiſſime ingeminarentur, gliſceretque iam murmur, et plebs illa fremeret, non modo ſe, a quibus par eſſet, non protegi; ſed promtis ſibi ad bellandum hoſtesque repellendos, arma, ducem, ſe ſuaque ſuo periculo laboreque propugnandi copiam ac veniam facilem negari [b]. 'Horum precibus motus imperator', Pſeudo-Lachanam, praeparatis, quantae ſufficere ſunt viſae, inſtructum copiis, emittit. At ecce vix ſe ille in viam dederat, cum motus illarum gentium exſtitit maximus. Concurrebant ad eum paſſim omnes vicini iuxta et longinqui, trepidatione ac tumultu tanto, vt mundus vniuerſus concuti et terra ipſa commoueri videretur. — Hos ita tumultuari crebris imperator nunciis factus certior; et, ſi ad manum res veniret, cladem ac ſtragem populi exitialem aliquam metuens; ſed nec ſatis ſecurus de fide barbari agyrtae, qui, ſi ad defectionem a principe plebem illam inconditam vocaret, morigeris ad quiduis eſſet vſurus, mature praecauendum incommodum ratus, arceſſitum ad ſe adductumque mature Pſeudo-Lachanam exauctorat, tutaque teneri cuſtodia iubet.

§. 395.

b) Haec in Graecis, vt fere ſemper, multo breuiora ſic habent: ὁυτως ἐκεινοι κακουμενοι τοις ἐχθροις, ἤδη δε και ἀυτους ἐκεινους Περσας μανθανοντες ὡς ἐιεν ὀῤῥωδουντες τον βαρβαρον φημισθεντα σφισιν, ἐκ τινων των παρ' ἀυτοις μαντειων και προς την ἀπ' ἐκεινου βοηθειαν ἀφεωρων, και καθικετευον ἀπολυθηναι τουτον, και γ' ἐκχωρηθηναι κατα των ἐχθρων μετα Ρωμαιων ὁρμαν. την γαρ προς ἀυτον ὀῤῥωδιαν, ἣν ἐιχον ὁι βαρβαροι, ὡς θαῤῥος το ὑπερ ἑαυτον ἐχοντας, ἑτοιμους ἐιναι μετ' ἀυτου και προκινδυνευειν, και μηδεν ἐλλειπειν των ὁσα και ἀγαθος ἀνηρ πραττοι, μετα της ἀρετης και το θαῤῥειν ἐχων.

Imp. ANDRONICO II.

§. 395.

a. C. 1294.

a) CVM — nulla aut perinfirma eſſent arcium praeſidia limitanearum [Romani imperii], adeo vt non ſolum quae ad Maeandrum iacent loca, quaeque iugo illi contigua ſunt, ſed interiores etiam regiones crebris Perſarum incurſionibus vaſtatae deſolarentur, — protoueſtiarii Tarchaniotae ſecundus natu filius Alexius Philanthropenus, — pincernae ipſe imperatoris titulo inſignis, Aſiae, quam minorem vocant, itemque Lydiae ac Celbiani vſque ad ipſum mare dux declaratur; protoueſtiarita Libadario terris ac tractibus circa Neocaſtra ſitis praeſidente. Pincerna porro multo iam tempore talem praefecturam gerens, habens etiam in poteſtate Creticam militiam et vniuerſas tractus orientalis copias, quocunque iret, circumducens, coepit, vt fit, placere ſibi, ſeque circumſpicere, conſcientia iuuenilis indolis, ſtrenuitatisque militaris, cui etiam illa faueret proſperis arridens ſucceſſibus celebrata veteribus Fortuna — ; dum partim proeliis ſecundis atque victoriis, partim, idque frequentius, quadam dexteritate prudentis induſtriae, largitionibusque in tempore in hoſtes iuxta ac amicos profundendis, rem ſane is Romanam per illos orientales tractus reſtituit, quadamtenusque ſecuram reddidit; — barbarorum —, qua ſui metu, qua fidei ac ciuilitatis exhibitione, partaque ex his apud eos reuerentia, ferocitatem mitigans, auſusque irrumpendi debilitans. Ac ditioni quidem noſtrae ſubiectas gentes, ne iugum excuterent, non ſola vi tenebat; ſed comitatis ac liberalitatis deliniebat illecebris, dum aliquid in iis benemerentes adauget honoribus ac promouet, dum 311.

a) NICEPHORVS: *Porphyrogenito et Strategopulo in vincula coniectis, — viris bellicoſiſſimis, qui magnis proeliis et imperatoriis artibus Turcos abigebant, et Romanis finibus facile arcebant, (fines autem Romani eo tempore erant loca orientalia Maeandro adiacentia) impune iam et nullo prohibente, omnia vltra*

311. PACHYM. T. II. p. 143 — 121. cf. et Niceph. Greg. T. I. p. 145. Nicephorus Greg. T. I. p. 120, 222.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1294.

dum animos addit audentibus, bonaque ſpe confirmat, dum denique non ſolum, quam quisque manu peperit, praedam ipſi propriam relinquit, iuſte quaeſitum eripiendis hoſti ſpoliis virtutis fructum cuiuis integrum condonans; ſed praemia inſuper ex ſuo recte factorum vltro accumulans.

His ille artibus multa ſibi glorioſa, nec minus quaeſtuoſa; perfecit; iſta virtutis cum fortuna ſocietate, ſucceſſus plerisque in hoſtile ſolum incurſionibus eos nactus, quibus multam Perſarum opulentiam in ſuam manum poteſtatemque redigeret.

§. 396.

Inter alia eius acta hoc in ſpecimen memorabimus. Munitio erat prope Meladunium, dicta Duorum Collium, olim noſtra, nunc

fluuium hoſtes populabantur, et ipſum fluuium cum multitudine innumerabili transgrediebatur. Qua neceſſitate compulſus imperator, ex reliquis optimatibus Romanis delectu habito, mittere aliquem ad periclitantes Aſiae prouincias et vrbes tuendas inſtituit. Erat autem tum vir imperandi arte et rei militaris ſcientia inſtructus, Alexius Philanthropenus, dignitate pincerna, in ipſo iuuentutis flore conſtitutus, qui occaſionem oſtentandae praeclarae indolis ſuae exſpectabat. Hunc imperator, datis, quot opus erat, legionibus, in orientem ablegat: vnaque cum eo mittit Libadarium protoueſtiaritem, virum prouectae aetatis, gnarum imperandi, et profundo mentis ſinu velut fertilis fundi vbere fruentem, vt hic Ionicas vrbes gubernaret, pincerna vero vlteriores omnes. Exiguo igitur tempore Philanthropenus in bellis Turcicis magnus euaſit materiam nacta virtute eius, veluti fomitem flamma vehemente. Erat enim et liberaliſſimus et humaniſſimus erga inferiores: quod praeclarum ducibus viaticum eſt ad victorias et triumphos. Proinde ex animi ſententia omnia illi ſuccedebant, neque quicquam eum fruſtrabatur. Cum autem Turci illinc a Scythis fugarentur, hinc a pincerna euerterentur, neceſſario plerique finitimorum leniorem ingreſſi viam, cum vxoribus et liberis ad pincernam confugiebant, non tam hoſtem tergis inhaerentem metuentes, quam pincernae benignitate et munificentia quaſi quibusdam illecebris tracti ac deliniti; vt et horum magnus numerus ad illius exercitum accederet.

nunc hoſtium infeſſa praeſidio, illa, opinor, ipſa, quae vocabulo Didymii Mileſiorum olim celebris fuit. Eam ille armis ſubegit hoc modo. Sciebat, primariam vxorum *Salampacis* c) Perſae, illo iam mortuo, illic ſeruari, cum theſauro gazae peregrinae opumque omnis generis. Et ſitus, ſtructura, praeſidii numerus ſic arcem illam defenſabant, vt vi bellica expugnari haud poſſe iudicaretur. Experiendam ergo artem ratus, mulierem, miſſis arcano litteris ac nunciis pellicere tentauit, ſe illam coniugem ducturum pollicens. Sed cum id fruſtra diu fieret, femina coniugii talis mentionem aſpernante, interim explorata dux loci natura, animaduertit paludis ad arcem reſtagnantis quaedam eſſe certis locis, hisque ad muros ſatis admotis, emiſſaria excauatis profundius alueis, quos alte defixa hinc atque inde tigna ſimul indicarent munirentque. Hos ille corriuationes ſtagni, miſſa manu, occupauit; capitibus tignorum altrinſecus exſtantibus, validis inter ſeſe funibus deuinctis tabulata impoſuit, quibus deinde pro ſolo, turribus, vnde in muros pugnaretur, ſuſtinendis, eſt vſus. His excitatis in ſuggeſtum molibus imponit machinas ſubruendis aptas propugnaculis; nauigiaque ſtagno caetero militibus plena immittit, quae, quantum poſſent, admouerent ſe munitioni, quaque vi valerent, aut iaculando praeſidiariis petendis, aut obſidionali ſupellectili, muris tentandis, negotio ſeruirent. Sic aliquamdiu pugnatum exigua ſpe, ſi arcis firmitati parem praeſidiarii repugnandi conſtantiam iungerent. Sed robur eorum partim admiratione ac terrore quodam ducis ipſos oppugnantis, cuius fama ſupra vulgarem modum inclyta celebrabatur; partim fauore ac amore, quem plerisque virtus illius humanitasque paſſim praedicata inſpirabat, remiſſum emollitumque ſenſim eſt, prout multorum eſt ad illum transfugiis declaratum, cuiuis conditioni praeoptantium, tam amabilis ducis auſpiciis militare.

Sic ille munitione potitus, et illa non facile numerabili pecunia, illic, vt diximus, condita, in ſuam redacta poteſtatem, munifice vſus, tum ſuis ab antiquo militibus ſplendide remunerandis,

c) τα Σαλαμπακη.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1294.

tum iis quoque ipſis, qui recens ad ipſum transfugerant, praemiandis liberaliſſime; vt inde iam vtrisque ſuppeteret, quo commode copioſeque deinceps viuerent. —

§. 397.

a. C. 1296.

312. [His inflatus ſucceſſibus Philanthropenus, auerſione a regimine praeſenti vniuerſi populi, qua apud omnes, exercitum praeſertim, pollebat gratia, denique ingentis multitudinis Perſarum, virtute illius ac liberalitate deuinctorum, paratorumque ad nutum ſequi, quocunque duxerit, promiſſo transfugio inductus, defectionem fecit. Quo Libadarius protoueſtiarites cognito, collectas in vnum e Lydia vniuerſa ſecum ducens copias, recta Nymphaeum verſus, vbi rebelles caſtra muniuerant, mouit. Commiſſo ibi proelio, rebelles vincuntur, capto ipſo Philanthropeno.] Infeliciſſima conditio Perſarum fuit. Hi procul a patria, intercluſo ad propria reditu, inſperato deſtituti praeſidio ducis, cuius fiducia potentiae, vt crediderant, fundatiſſimae, in hosticum ſecure penetrarant: vbi eum, cuius vnice opibus nitebantur, repente miſerabilem, irreparabili oppreſſum clade, inſolubilibus innodatum vinculis clariſſime viderunt, diu inopes conſilii, quo ſe verterent non habebant. Vnde nec conſiſtere, nec fugere valentes, in veſtigio trucidabantur. Alius hoc, alius illo, alter alio prehenſo, prout libuerat, abutebatur, mactantes, captiuos abducentes, vulnerantes, mutilantes, excaecantes, ſpoliantes: quibus varie caſibus magna parte abſumta, expedito tandem fugae conſilio Perſae reliqui, curſum domum verſus, quibus viis potuere, tenuerunt. Paucis ſic contigit vitam tueri, reliquis occiſis: quoniam protoueſtiaritae milites caedendo iam feſſi, in lucro ponendum cenſuere, hoſtes per ſeſe ipſos quas directuri venerant terras, reditu ad ſua liberas linquere. —

§. 398.

312. PACHYMERES T. II. p. 147 - 150.

Imp. ANDRONICO II.

§. 398.
a. C. 1298.

DEINCEPS Perſae, ſuorum irritati caſu ciuium, ʻqui Philan- 314.
thropeni accitu intra orientalem eo ducente deprehenſi limitem, internecione, vt diximus, deleti a Romanis fuerant, cum hoc ipſum e paucis eorum, fuga in patriam reuerſis, cognouiſſent; his ſeſe iungentes magno reliqui numero, ira et cupiditate incenſi cladis iſtius vlciſcendae, fines Romanos infeſtis irruptionibus vaſtabant d). Hinc magna ex parte conſecutam puto, quae paulo poſt miſerrima contigit orientalium deſolatio tractuum. ʻBarbaris praedonibus, primum ſtimulante memoria eorum, quae paſſi erant, dirius immaniusque ſaeuientibus; deinde parta, dum Philanthropeno militarent, locorum notitia, ad nocendum exitioſius vtentibus e): ad haec nullo iam metu retardatis, quod idem ille dux, quem vnum timuerunt, cuius vim experti et mirati felicitatem, prius a noſtro limite tentando repreſſi aliquatenus fuerant, longe illinc, nec rediturus vnquam, aberat: poſtremo, plurimis, vt fit, aliis ad hos ſeſe canibus aggregantibus, ſpe participandae ſemeſorum roſionis oſſium: ʻmaxima, inquam, manu famelicorum omnis generis latronum vnguem infigente vlceri; ac certa iam impunitate ſecuram, genti omni praeſidio nudatae auariſſime crudeliſſimeque inſultandi paſſim exercente licentiam f). Sic cunctas ſingillatim eius tractus regiones iſta peruagata peſtis, denique in vaſtum deſertum vertit, quantum terrarum a ponto Euxino ad mare Rhodium in latum ac longum patet. Verum haec poſtea.

§. 399.
a. C. 1301.

β) [ANDRONICVS imperator cum Alanos, qui poſt Nogae, 315.
Tata-

β) NICEPHORVS: *Aliqui Maſſagetae ex iis, qui vltra Iſtrum ha-*

314. Id. T. II. p. 157.

d) ὅυς δὴ ἱκανως μεν ἐπ᾽ ἀνατολης ἠγεν ἀυτομολησαντας. ὁι δ᾽ ὡσε ἐλθοντες συναμ᾽ ἱκανοις κακως διετιθεν την χωραν.

e) ἱκανην τουτο μεν ποιουντων ἐφ᾽ ὁις ἐπαθον, τουτο και ἀκριβως τους τοπους μαθοντων.

f) Addit haec omnia interpres.

315. PACHYMERES T. II. p. 213, 214. Idem p. 168. Sultanum Babylonis in litteris ad ipſum datis fratrem ab Andronico appellatum refert. Niceph. Greg. T. I. p. 126, 127.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1301.

Tatarorum principis, caedem ad ipſum tranſierant, in orientem miſiſſet, quod eos debellandae Perſicae potentiae maxime idoneos iudicaret; illi ſimulac traiecerunt,] in ductores inſurrexerunt, magis memores communis olim ſecum barbariei cum Perſis, quam contractae nuper ſocietatis cum Romanis, ſaepius ſaeuiusque in noſtros, quam in hoſtes vi et armis vſi ſunt. Fuit tamen cum magnis perque blandis inducti delinimentis ad conſpirandum cum Romanis, coniuncta noſtris opera communem de hoſte victoriam ad locum Chenam dictum reportarent, in qua ſane non vulgaris enituit ipſorum virtus fortibus factis probata: non ſine praemio. Nam et non paucos ea occaſione abduxere captiuos, et praedae haud parum congeſſerunt.

§. 400.

a. C. 1302.

γ) [Iunior imperator Michael, filius Andronici, primo vere, circa paſchales ferias, egreſſus Conſtantinopoli,] exercitum ductans, maxima ex parte barbaricae Alanorum militiae conſtantem

bitant, Alani vulgo dicuntur, legatis ad imperatorem miſſis, *petunt — locum ſufficientem ad habitandum amplius decem millibus hominum: qui, ſi imperatori placuiſſet, cum omni familia migraturi eſſent vnaque ſtrenuam operam ſe contra Turcos velle nauare promittunt, qui auctis viribus totam Romanorum Aſiam impune incurſabant, ac populabantur. Ea legatio tam grata imperatori fuit, quam ſi diuinitus miſſa, totius Aſiae debellandae ſpem afferret.*

γ) NICEPHORVS: Alani *ex Europa in Aſiam cum Michaele imperatore transgreſſi, circa Magneſiam caſtra poſuerunt. Turci vero initio, vt ſolent, in montes et ſaltus ſe receperunt, vt inde, praeſidiis locorum tuti, copias horum, quantae et quales eſſent, ſpecularentur, ſcirentque, an illi militarem in caſtris diſciplinam obſeruarent. Norant enim, famam multa, quae haud eſſent, nuntiare, et in rebus augendis modum excedere. Itaque circumſpiciebant, verumne eſſet, quod ferebatur, non poſſe illos inuadi; an vero dolis et inſidiis Perſicis circumueniendi et in fugam coniiciendi eſſent.*

tem, ſed non paucis ſimul Romanis copiis, — celeritate magna orientales tractus attigit. Statiuis autem delectis apud Magneſiam ad Hermum ſitam, inde inſtruxit in hoſtem copias, cupidas quidem, vt apparebat, manus conſerendae, ſicubi (Perſae g) apparerent. At illi fama perculſi noui magnique exercitus, quem imperator praeſens ductaret, continebant ſe intra munitiones, nec pugnae faciebant copiam. Michael, vt eos eliceret, validas huc illucque miſſitabat manus: quae et interceptos ex inſidiis ſubinde quosdam hoſtium captiuos abducebant. Alebaturque modicis hiſce ſucceſſibus et guſtu ſpoliorum ac praedae ſic partae alacritas noſtrorum, augeſcente pariter terrore hoſtium; adeo vt, non parum remiſſa, metu imperatoris, fiducia priore, intimis ſe latebris abruptiſſimorum conderent montium. inhiante fruſtra interim Michaele occaſioni proelii vouenteque, vt aliquando prodire latibulis auderent, et campo ad aequum certamen ſe credere; id quod illi vix tandem contigit. Quando ſcilicet vltro ad ipſum ho- 316
ſtes accedentes, digeſtoque in aciem innumerabili exercitu, magnis animis et minaci confidentia prae ſe iam ferebant, haud dubitaturos in ipſum, quantiſuis ſuccinctum copiis, imparatorem irruere.

§. 401.

Audito per exploratores Michael, conueniſſe quidem hoſtes numero ingenti, nondum expedire tamen impetum; quin apparere, cunctari rurſum illos, et ſibi diffidere, inceptique horrore titubare: conſilium momento expedit ſane generoſum non exſpectandi, dum priores ad ſeſe venirent Perſae; ſed praeoccupandi ſtrenue deliberabundos adhuc dubiosque ſententiae: quo ſtatu tanto magis citiusque percellendi viderentur improuiſa audacia exercitus in ipſos vndique vi ſumma incurrentis, cui pares ſuſtinendo non futuros veriſimillima ſpes affulgeret, adeoque magnae rei forᵗiter ac feliciter gerendae pretioſam inprimis offerri occaſionem.

Haec loquens, aegre probauit ducibus Romanis, quos ſecum habebat. ceſſerunt illi tamen, veriti exercitus conſenſum cum impera-

g) Supplet nomen interpres.   316. PACHYM. T. II. p. 215.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1302.

peratoris voluntate conſpirantem. Nam Alani magna ſpe ſucceſſus ſibi proſperrimi vigebant: auſurique ac conaturi etiam ſupra vires videbantur. Aliunde Romanae copiae et conſcientia multitudinis, et praeſentia imperatoris eiusque florentis aeuo iuuenilique robore incredibiliter animabantur ad fortiſſime pugnandum eius ductu. nec ſpectantes dubitabant, quin praeclarae victoriae opportunitas, citra quoduis periculum offenſionis belli, ſe offerret.

§. 402.

Cum eo ſic imperator, ſic ei conſentiens exercitus, generoſo impetu ferrentur, iamque omnes e vallo egreſſi procederent, creſcenteque, vt fit, obiter audacia, quo propius admouebantur diſcrimini, animis et alacritate ferociori minarentur; emenſi quia etiam velociter interuallum medium, non propinqui, ſed iuncti, tantum non mixti hoſtibus forent: in proximo ipſo denique procinctu ac quaſi prima libatione proelii, ecce, velut, quod aiunt, tegulae interlapſu, inopinatiſſima conuerſio. Metu correpti duces exercitus deliberare denuo et certare ſententiis coeperunt. vereri euentum ſe, aiebant, nimis ancipitis negotii: nec ſua ſcilicet cauſa formidare; ſed conſternari horrore diſcriminis, quo vitam ac caput imperatoris periclitari exitialiter cernerent 'quippe, cum ſibi
317 tam paucis cum infinitis et fortiſſimis hoſtium copiis dimicandum eſſet, certam ſibi imminere cladem, dictitabant.'

Talia memorantes cum ſuum ipſi curſum in hoſtem inhibuere, tum incitatam Auguſti Michaelis, generoſe in proelium ruentis, alacritatem ſufflaminarunt. vbi enim ſecundus ſuper primum, et duobus tertius, hisque inuicem ſuperuenientes plures eadem illa triſtia terrorum ſpectra monentes, et reuocantes obiectarent, concuſſo propoſito princeps iunior, recedendi ſecumque retro exercitum retrahendi obtrudi ſibi conſilium paſſus eſt: ignauis praeſertim, minus iam diſſimulata aperta formidine, palam profitentibus: nec ſe vna cum imperatore pugnare velle, propter eius periculum; nec ſolos, illo ſubducto, quoniam ſe impares potentiae hoſtium poſſent

317. Id. T. II. p. 216. Niceph. Greg. T. I. p. 127.

Imp. AN-
DRONICO
II.

noſſent; et rei publicae intereſſe ſcirent, non modo Auguſtum ipſum, ſed Romanum etiam exercitum ſupremo exitio ſubtrahere: quae vtraque res, pro ſui grauiſſimo momento cunctis praeuertenda, confici aliter nequiret, quam imperatore ſe ac vniuerſas pariter Romanas copias in tutum recipiente. His importuniſſima inculcatis inſtantia ſuaſionibus iuuenis imperator, vtcunque inuitus, ceſſit et exercitus numero et apparatu nulli non quantumuis arduae aggreſſioni par, inglorius, omni re infecta, caſtris eſt redditus.

§. 403.

ʒ) Luerunt ſtatim atrocibus ſuis damnis eius militaris flagitii perniciem omnes imperio ſubiecti populi, ſublata inde ſecuritate omni, diris cladibus expoſiti. Simul enim nunciatum eſt Perſis, ita ignaue ac turpiter imperatorem receſſiſſe, ſumta longe ſupra priorem licentiam quidlibet iam audendi confidentia, regiones limiti propinquas illas vniuerſas incurſarunt, vſque ad ipſum quem vocant Maenomeni campum populando vaſtandoque obuia cuncta progreſſi; ac eius incolis loci multis illatis malis, multa onuſti praeda, poſitis de Romanis tropaeis, reuerſi domum ſunt. Nec vero de concepto ex tali ſucceſſu faſtu quidquam deinde remiſerunt: quin potius magis deinceps magisque ſpreto imperatore ca- 318.
ſtrisque Romanis, et vnice cuiusuis inde impendentis ipſis ſecuri metus, palam iam et confidentiſſime caſtra metabantur in terris Ro-

ʒ) NICEPHORVS: *Cum autem eos* [Alanos, vide ſupra §. 400. lit. γ.] *vidiſſent nullo ordine praedatum crebro exire, (Romanos enim agros magis populabantur, quam ſi aperti eſſent hoſtes) bellicoſiſſimi Turcorum conſueto ordine et diſciplina militari de montibus deſcendunt, initio paulatim deinde longius, ac ſubinde maiore et confidentiore cum impetu: nec obſcurum erat, eos caſtra imperatoris circumdaturos. Verum noſtri ne prima quidem hoſtium aggreſſione tolerata, paulatim pedem referendo diſceſſerunt, barbaris pone ſequentibus et caſtra in proximo conſtituentibus. Noſtri enim quam multi eſſent barbari non vide-*

318. PACHYM. T. II. p. 217. Niceph. Greg. l. c.

Imp. AN-
DRONICO
II.

a. C. 1302.

Romanorum. Et imperator quidem concluſus intra Magneſiam ſtabat; hoſtes autem quotidie circumuagantes res maximas agebant. Infelix autem populus partim trucidabatur, partim diram necem fuga miſerabili praeuertebat. Et hi quidem in vicinas inſulas, alii vſque in tractus occiduos, mari traiecto, ſaluti conſultum ibant. Ex quo Perſis progreſſus in mediterranea Romanarum regionum facilior contigit, ipſis qui domo relicta fugiebant, viam inſequenti hoſti monſtrantibus. Habebant autem affatim annonae ac commeatuum, potiti cellis horreisque plenis colonorum ſedes copiasque familiares metu mortis deſerentium.

§. 404.

TVM Alani miſſionem ab imperatore Michaele nunc precibus, nunc minis impetrare tentarent; hic blanditiis verborum trimeſtre cum iis morae ſpatium aegre pactus eſt, ſeque aut ipſis curaturum iſto interuallo penſiones perpetuas, quibus in omnem deinde vitam commode agerent; aut, ſi minus id poſſet, rite eos dimiſſurum iurato promiſit. Haec quidem patri per litteras ſignificauit Michael, facultatem vt ſibi aliquam Alanorum retinendorum
319. prouideret, rogans: auerſa vero] Senioris Auguſti attentione a periculo Michaelis filii ad curas dilationem haud ferentes, indicatarum in horas ſingulas trepidis vndique nunciis neceſſitatum grauiſſimarum, quae regiones vrbi circumſitas vrgerent: hinc *Amurio*, illinc

bant; ſed idem illis ex metu accidebat, quod ebriis, qui non ea quae re ipſa ſunt, vident, ſed pro aliis alia videre ſe putant. — Caeterum imperator Maſſagetas fugiſſe cernens, quod cum paucis reſiſtere barbaris non poterat, in munitiſſimum caſtellum Magneſiam, calamitatis exitum praeſtolaturus, ſeſe coniecit. At Maſſagetae vſque ad Helleſpontum Chriſtianorum agros populantes deſcenderunt, atque inde in Europam traiiciunt, non aliter quam ſi ea de cauſa duntaxat e Scythia acceerſiti eſſent, vt Turcis maturius quam oporteret viam ad mare monſtrarent. Nec enim multi dies interceſſerunt, cum et imperator Byzantium rediit, et barbari ingruentes omnia fere ad oram vſque Leſbi inter ſe partiti occuparunt.

319. PACHYM. T. II. p. 283.

illinc *Laminſe*, inde *Atmans* h), denique innumeris aliunde aliis irrumpentibus, contigit exire diem trimeſtrium induciarum cum Alanis a Michaele pactarum, 'antequam pater eius, iis quae dixi occupatus, expedire quidquam idonei ſubſidii conſiliiue potuiſſet i). Tunc enimuero nihil ſibi exſpectandum vlterius Alani rati, proficiſcendi, quantumuis inuito imperatore, irreuocabiliter impetum cepere.

Tali deprehenſus rerum articulo Michael, ereptam ſibi omnem et cauſam et commoditatem videns Magneſiae amplius haerendi: nec ſe parem ſentiens, aut inuidiae ferendae querentium ſe deſtitutos, opem ab eo e vicinia poſcentium miſerrime oppreſſorum a Perſis impune volitantibus Romanorum, aut proprio dolori, quo illum intime vrebat conſcientia impotentiae obſiſtendi hoſtibus, ſuosque extreme laborantes protegendi: ad haec prouidens, ſibi, mox Alanorum praeſidiis nudato, intolerabilia imminere circum inſultantium ludibria hoſtium k), non ſine periculo propriae quin etiam libertatis ac vitae, in tam deſperata confuſione rerum illic omnium; decreuit et ipſe inde recedere: caeterum tam occulte, vt et ſuorum intime obſeruantium oculos, ſuſpiciones etiam hoſtium falleret. Nocte igitur, et quidem imbribus foeda, itineri fugiens ſe dedit, ſperans, beneficio tenebrarum ſuis, inclementia tempeſtatis hoſtibus omnem ſui diſceſſus cogitationem ademturum: 320.
quae tamen ſpes illum fefellit. nec enim Romanos ad extremum, ac ne hoſtes quidem, tam intempeſta licet hora, ac tam inſuſpicabili tempore ſeſe proripere parans, latuit. Igitur ex his, qui erant Magneſiae, Romanis, cognita imperatoris fuga, quotquot expediti et ad fugiendum parati reperti ſunt, 'ſe agmini imperatoris immiſcuerunt: quorum multi contentione ac ſudore, alii vi tempeſtatis et frigore, alii a ſubſequentibus conculcati perierunt.

 Miſer-

h) ὡς ἐκει μεν ἀλλες ἀναι τες την Ρωμαιων κακεντας. ἐνταυθα δ' Ἀμαριον, και Λαμινσην, και Ἀτμανα.

i) Addit haec interpres.

k) ὅτε γαρ προσβοηθειν ἀχει τοις κακουμενοις, και ἀνια ἠν μη ισχυοντι· μυρια δε και ἀπο των ἐχθρων προσεδοκατο ἡ ἐπιμωκησις.

320. Id. T. II. p. 219.

Imp. AN-
DRONICO
II.

a. C. 1302.

Miſerrima ſane erat tunc fugientium conditio, cum ſimul ipſos prouidere oporteret, ne in manus inciderent hoſtium, quorum viciniam ignes crebri ex vtroque viae latere monſtrabant; ſigna non dubia barbarorum, non caſtra ſolum illic aut ſtationes habentium; ſed etiam attentorum ad id, quod agebatur, et in fugaces impetum facere, ſi vellent, valentium. Centum fere animas illo diſcrimine nocturni curſus periiſſe creditum eſt. Auguſtus cum ſuis reliquis concitatiſſimo et confuſiſſimo curſu, labore plurimo, vix tandem ipſa nocte Pergamum tenuit.

§. 405.

Aſſidue igitur ingruentibus malis per nullo iam metu cohibitas incurſiones Perſarum in omnes Pergamo ſuperiores orientalis limitis tractus, nemo illic fuit, qui confideret, ſe tutum domi ſuae poſſe conſiſtere; ſed omnes procincti ad fugam ſtabant; et vt prima quaeque aura increpuerat aduentantis manus hoſtilis, ſtatim relictis laribus abibant, recedentes alii Pergamum, aut interiores eo terras vſque ad viciniam Atramytii, quidam et vſque ad mare circa Lampſacum; et plerique, omnino diffiſi continenti, in aduerſam Europae oram, traiecto Helleſponto, ex Aſia tranſibant: quin nec ibi alii ſe ſecuros rati, vlterius quoque proceſſerunt, maximo, quo agitabantur, metu ſuſpectum illis reddente, quodcunque tenuerant perfugium.—

§. 406.

321. [Cum qui modo Perſarum manus effugerant Romani, a piratis, qui claſſem ad inſulam Priacipum appulerant, capti et rebus omnibus ſpoliati, duriſſime tractarentur] miſit [imperator] — legationem ad Venetos [qui piratis iſtis vt inſtrumentis furoris ſui vſi erant], quae de pacis cum iis legibus conueniret: ita tunc cogente calamitate vrgentiſſima tumultus Perſici, barbaris iſtis cuncta late inundantibus, et orientem iam totum, a mari ad mare, vna circum indagine comprehenſum tenentibus. Sed et alia aliunde peri-

321. PACHYMERES T. II p. 224, 225.

pericula miſeris Romanis imminebant. Et Meſothinia quidem vniuerſa periiſſe funditus nunciabatur, Muzalone, qui ei praefectus fuerat, grauiſſima offenſione belli proſtrato.

Menſis ſiquidem Iulii die vicesima ſeptima circa Bapheum; locus hic prope inclytam Nicomediam, Atman cum ſuis multorum millium numerum explentibus, improuiſo apparens et ſubito irruens. Sed melius fuerit, rem aliquanto repetitam altius, a ſuis retro ducere principiis.

§. 407.

Hales Amurius cum fratre *Naſtratio* l), qui diu apud Romanos obſes fuerat, Perſis, qui Caſtamoni parebant m), in ſuam ſocietatem tractis, Romanos infeſtabat. Sed quodam tempore moderatius quam poſtea. Satis enim habens initio, regionibus circa Pontum et interioribus vltra Sangarim, licentiſſime inſultare, ferociam illic ſecuriſſime oſtentans ſuam, abſtinebat omni citeriore verſus vrbem tractu. Inflatus tamen deinde eſt inſolentiore confidentia: resque noſtras arrogantiſſime deſpexit, ex quo *Melec Maſur* n), Aſatini Sultanis filium, bello victum interfecit. 322.

l) Ἄλης Αμεριος συν ἀδελφῳ Νασρατιῳ.

322. Id. T. II. p. 226.

m) τους περι την Κασαμονα Περσας. *Perſas Caſtamonis accolas.*

n) τον Μελικ Μασουρ. Quae hic ſequuntur idem Pachymeres infra p. 427. ita narrat: *Multis vero* [continuantur, quae ſupra ad §. 375. attuli] *poſt annis, iſto Azatine mortuo, filius eius Euxino traiecto, Caſtamone conſtitit, vbi reconciliatis ſibi obſequio Tocharis, fauore horum paternam auitamque ditionem recuperare conabatur, obſtante vehementer Amurio, cum quo longo et ſibi ad extremum infelici colliſus bello, denique victus, Heracleam Ponti cum vxore ſe contulit: vnde confugiendum ſibi ad Andronicum imperatorem ſtatuens, Conſtantinopolin venit. vbi cognito, diuerſari Nymphaei tum Auguſtum, coniuge in vrbe relicta, iis ſe adiunxit, quos ad ipſum ad ſe perducendum certior de illius aduentu factus imperator, ei obuiam miſerat. vt is dehinc conſilio repente capto Atramytio fugerit, vtque inde res ſuas adminiſtrauerit, dictum a me iamdudum eſt. Longo poſt tempore vxor ipſo poſtulante, concedente Auguſto, ad eum reuerſa ſua eſt; ſed filia in obſidem relicta; hac de qua nunc ſermo eſt* [quam Iſaacius Melec

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1302.

Is Melec patri diu ſocius longi per boreales tractus erroris; poſtquam ille ex Aeno arce liber emiſſus eſt, prout ſuperius narrauimus, eo denique mortuo, traiicit Euxinum, et Thymaenam appulſus, inde procul Tocharorum principe, quem ipſi Kanin vocant, (huic tunc proprium fuit *Arganes* nomen) donis delinito ac in ſui fauorem tracto, ex eo tempore locis illis, vt paternae hereditati, dominatus eſt; ſubiecitque ſibi qui eminebant illic inter Perſas, quos illi Satrapas appellant. Ac illi quidem volentes nolentes mancipabantur. Amurius autem, Halis pater cum prece ac promiſſis ambiiſſet Tocharos, et validum ex iis armatorum agmen aſſumſiſſet, toto impetu ad obſiſtendum Meleco incubuit; adeoque proeliis cum eo congreſſus, non ſemel illum fudit fugauitque, eoque redegit deſperationis rerum ſuarum, vt decerneret vna cum vxóre ac liberis ſupplex ad imperatorem confugere. Eo conſilio profectus Heracleam Ponti et inde Conſtantinopolim ſprogreſſus, quoniam iam ante imperator ſe Nymphaeum transtulerat, vbi ſe diebus aliquot e viae fatigatione refeciſſet, vxore in vrbe relicta, ipſe ducem itineris ab imperatore miſſum ſequens (nam audito Auguſtus eius aduentu, eum ad ſe inuitauerat) Nymphaeum verſus iter intendit. Sed cum prope Adramytium eundo perueniſſet, ſiue alterius admonitu, ſiue ſuſpicione propria, concepta deſperatione proſperi ſucceſſus iſtius ſuae profectionis ad Auguſtum, aliquamdiu deliberando luctatus, damnauit denique conſilium, et coepto abſiſtere conſtituit. Captatoque mox tempore, palam queſtus, obſeruari ſeſe curioſius ſuſpicioſiusque a deductore ad ſe miſſo, (erat is Abrampax prothieracarius) quam beneuoli comitis officium poſceret; inde noctu aufugit: non tamen nocturni inſidiatoris ritu

Perſa, qui tunc Amogabaris militabat, ſibi in matrimonium dari petiit, ſe, ſi id impetraret, ad imperatorem tranſiturum pollicitus] *educata hinc in vrbe multis annis, victu ipſi large ab imperatore ſuppeditato. Quem ipſum in modum et Conſtantinus Melec, Azatinis Sultanis alter filius, et ipſe relictus apud Romanos, ac volens baptizatus, caritatem in res noſtras educatione contraxiſſe viſus eſt, eius haud diſparem, quam conſcia origo et affectus e ſtirpe inolitus notis ciuibus erga patriam inſpirant.* reliqua ad Iſaacium Melecum eiusque coniugium pertinent.

ritu; vitata comitum conſcientia ſcilicet; verum palam et fidenter, prae ſe ferens, ſi quis per vim prohibere conaretur, in eum ſe ſtatim impetum facturum. Ita rurſus ad Perſas ſe recipit; collectaque manu, melioribus quam prius rem gerere coepit auſpiciis. Vnde et famae celebritatem, et maiorem priori breui potentiam adeptus, tantum inualuit, vt et ipſum Amurium plane perſuaſum, 323. haud ſuis de caetero rebus fore conducibilem a Meleco rebellionem, perpulerit ad conſilium ambiendae ſuppliciter eius gratiae; ac, praemiſſis delinitum muneribus, vltro adeundi cum ſeptem filiis, et ipſi ſe libenter deinceps ſeruiturum profitendi.

His ſecum Amurius conſtitutis, quod nihil tali articulo rerum poſſe vtilius ſibi conſulere putaret, ductis vna filiis amploque aſſeclarum comitatu, ſupplicis ad Melecum transfugit habitu. Melec rancorem veterem animo penitus conditum ſeruans, plusque ad iram veteri memoria iniuriarum, quam nouis officiis ad beneuolentiam motus, Dona quidem accepit, mala ſed cumulauit acerba. vt enim aegre introductus poſt praemiſſa munera, abiectus ad eius pedes ſupplex Amurius, voluebatur, ille vetera eius malefacta protulit, amareque exprobrans, omni eum malo dignum, nec vlla ſatis excuſatione purgabilem declarauit. Tandem extenſa vtraque manu, ſcyphum altera vino plenum quaſi bibiturus ſumens, ſignum edidit, de quo ante cum ſuis conuenerat, vt ſimul nimirum ipſum cernerent manus diuerſe iactantem, ſicut e ſomno expergiſcentes ſolent, enſibus repente ſtrictis conciderent ſupplices, quod impigre illi a viſo ſtatim ſigno facientes, funeſtam Amurio et filiis coenam praebuere.

Ex iſta tragoedia diuina quadam prouidentia ſeruatus *Hales*, vnus Amurii filiorum, dolore iraque ardebat, excarnificati dire patris cruentam imaginem animo infixam circumferens: ac dies noctesque in cogitatione vlciſcendi tam infandi ſceleris perſtans, nec vnquam ab eo conatu ſibi partem quietis vllam capiendam cenſens. Ad hunc finem conciliata ſibi manu non modica Perſarum

323. Id. T. II. p. 227.

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1302.

rum, latrocinabatur circumcurſans, aut vltionem ſe capturum de Melecq, aut in eius rei conatu occubiturum. Cum ergo incurſationibus vaſtat regiones, et omni ratione conſerendi cum hoſte certaminis occaſiones captat, haud impar Meleci ad pugnam audacia, ſuo hunc fato perurgente, Hali obiecit. Committuntur ergo inter ſeſe Hales et Melec, ferociſſimeque inuicem petunt, ſed Melecum fortuna deſeruit. nam eius equus totis habenis effuſus in curſum, pedes anteriores inflexit, ſeſſoremque maximo impetu in genua pronum abiecit; quo ſtatim is a caſu enſe confoſſus interiit.

§. 408.

Hic ſucceſſus Halem, nomine iam patris ad ſuum addito, Amurium quoque vocatum, in magnam confidentiam inflauit. Subitoque inde congregatis magnis copiis, Romanas regiones incurſionibus infeſtabat. Nondum tamen aut multum fidenter, aut valde perniciose; ſed diſſimulanter et leuiter: donec eum diuina quaedam vltio (quo enim alio quis nomine caſum tunc maxime inopinato incurrentem vocauerit?) tumefecit aduerſus Romanos, quem caſum hic referam. Cum enim Hales antehac vltra Sangarim commorans, poſitis illic arcibus valide repelleretur; (quas arces imperator condiderat Michael, et ſepto exterius praetento decuſſatim obiectorum ingentium ſtipitum, ex arboribus ſecuri dedolatis, perite muniuerat, ſpatium vltra munitiones pedum centum illo antemurali plane inuium et inacceſſum hoſtibus faciens, — et erat hoc Perſae ex ea parte inſuperabile incurſionum obſtaculum;) Martio ecce menſe repente fluuius alueum mutauit, repetiitque cubile antiquum, ad quod olim fuerat Iuſtinianeus pons conſtructus. Poſtea traducto inde Sangari Melas alter fluuius ſucceſſerat; non ille quidem mole aquarum par priori; caeterum ſatis habens altitudinis ad impediendos incurſus hoſtium. Tunc igitur ex multo imbre redundans Sangaris, cubile iterum mutauit: ex eo, quod diu manu deductus occupauerat, in prius recurrens; et eum quidem, vnde migrauit, alueum aquae pauperem et vado cuiuis meabilem reli-

324. Id. T. II. p. 228.

reliquit, eum, quem inundans repetiit, haudquaquam adeo compleuit, vt ea tranſitum excluderet. Etſi enim illuc traxit agmen ingens aquarum, non iis tamen dedit ſufficientem profunditatem traiectui peditum et equitum arcendo. Cauſa eius rei fuit, quod ſimul limi plurimum et terrae rubrae ex argilloſis deraſae montibus inuexit. Quae materia ſubſidens, aquis late ſtagnantibus non alte depreſſum ſubſtrauit fundum, qua volenti cuilibet tranſire pedibus licebat. Hac animaduerſa mira mutatione, qui vlteriores arces praeſidio tenebant territi, quod ſe foſſa deſtitutos inuadabilis amnis, obiectos deinceps incurſionibus hoſtium, haud pari ad reſiſtendum numero, certiſſimo capitis periculo, viderent, ſtationibus relictis abierunt. Non tamen diu in eo ſtatu Sangaris manſit: ſed cum per menſem inundaſſet, magna terrae ac luti vi alueos oblimans, recepit ſe in eum, vnde nuper migrarat, alueum; quaſi ad hoc tantum ſe mouiſſet, vt praeſidiariis terrorem, quo ad fugam raperentur, incuteret; hoſtibus contra et fiduciam et facultatem intra noſtrum irrumpendi limitem daret. Nam harum duarum rerum vna illa cauſa fuit fluminis motio; commoditatem enimis obuiam praebens vado tranſeundi. Sed nec eius in priorem alueum regreſſus malo medicinam fecit. Oblimatum enim vtrumque ac pedibus meabilem reliquit fluuium, magnitudine aggeris, ac materiae per eluuiem inuectae.

His inopinatiſſime ſic geſtis, repente imperatori nunciatur: plena eſſe mediterranea hoſtium. Nam vtcumque Hales Amurius in ſimulatione quadam pacis ſe hactenus continens quieſcebat, tamen efferri breui coepit, aemulatione paulo poſt ſecutorum ſucceſſuum Atmanis, viciniam Nicaeae proſpere incurſantis, non paruum ſe imperatori beneficium contuliſſe reputans, ſi ſe in pacis obſeruantia teneret, quamdiu alii in terras imperii non irrumperent. illud vero exigi a ſe haud aequum eſſe, vt praedae multorum impune aliorum rapinis abactae, partem ipſe ſibi non arriperet aliquam. 325.

§ 409.

325. Id. T. II. p. 229.

Imp. ANDRONICO *II.*

a. C. 1302.

§. 409.

Atman igitur e locis circa Nicaeam mouens (nam quae prius Muzaloni contigerat offenſio animos illi augebat) transgreſſus montanos Siphones, paratus erat ad incurſandos Halizones. Sed priusquam in illos irrueret, collecta manus hoſtium, centum ſolorum capitum non excedens numerum, circa Telemaeam ſopitis ex improuiſo ſuperueniens Muzaloni cum ſuis, his quidem, vt par fuit, tali ſtatu deprehenſis perturbationem iniecit maximam, qua barbari adiuti, cum alia multa, 'tum haſtas ipſas decuſſatis impoſitas in valli cratem ſtipitibus auferunt [o]. Vt autem receptis e ſubita conſternatione animis Romani manu facta inſecuti fugientes ſunt, illi nota ipſis montium iuga tenuerunt, indeque ſecuro iam in loco ſtabiliti, ſagittis noſtros impetebant, vndique per circuitum ſuperne iaculantes tantumque circumuentis iis, qui ſequebantur, praeualuerunt, vt et ipſum horum ducem comprehenderent, 'abegiſſentque, niſi quispiam e Romana phalange generoſo euectus impetu, vehementem feciſſet impreſſionem in barbaros, tam fortiter rem gerens, vt diſiectis iis, ſuo tantum equo ſauciato, ipſe incolumis liberum captiuum reduxerit [p]. Hoc ita geſtum et late celebratum magis magisque incitauit Atmanem, barbarumque in faſtum extulit. adeo enim iam eius copiae auctae numero erant, et Per-

o) *και αυτας τους σαυρωτηρσιν υσσους υποστρεφουσιν.* Poſſinus in Gloſſario Pachymeriano, in voce *σαυρωτηρες* inter alia, „ *σαυρωτηρας*, ait, credibile eſt Pachymeri dicta tigna defixa, et, vt ſolet ad operis firmitatem, decuſſatim inuicem plexa, impoſitis crepidini ſuperne ad hoſtes, vbi accederent, ſubmouendos contis ferro armatis, quos *υσσους* appellat. Appianus in fragmento *Κελτικης: τω δε δορατα ἠν ουκ ἐοικοτα ἀκοντι* (leg. *ἀκοντιοις*) *ἁ Ρωμαιοι καλουσιν νησσας* (leg. *ὑσσους*) *ξυλα τετραγωνα το ἡμισυ, και το ἀλλο σιδηρα τετραγωνα, και τοδε και μαλακα, χωρις γε της αἰχμης.* Significat his verbis, *ὑσσους* dici iacula in hoſtem mittenda; qualium ſtare copiam promtam ad ſubitos vſus diſpoſitam ſuper vallum oportebat. huiusmodi iacula ſiue haſtas ab accedentibus ad munitionem, dum praeſidiarii dormirent, hoſtibus hic Noſter ablatas ait „.

p) *κἀν ἀπηγαγον, ἠν μη τις των της Ρωμαϊκης φαλαγγος λημμα γενναιον φερων, στεῤῥως ἐμαχετων, και περιγεγονως των ἀγοντων, τα ἰππα μονα τρωθεντος, ἱκανον ἐξαλετο.*

Perſas alios, e regionibus vicinis ad ſe vltro coëuntes, ſocios haberet et ad incurſionem quolibet promouendam adiutores idoneos.

§. 410.

Hoc et Amurio ſuperbiam adiecit, hoc illi perſuaſit foedus frangere, aemulatione inſtincto auara, qua ei videbatur intolerabile, ſe quidem promiſſae imperatori fidei religione vinctum abſtinere manus a praeda Romana, interim dum illam alii longius profecti totam in ſua lucra verterent. Sed quamuis haud ſane ſibi Amurius parcebat, quin quam maxima poſſet rapacitate graſſaretur: tamen exigua videri poterant damna, quae rei Romanae inferebat, ſi compararentur cum longe grauioribus a potentiori Atmane illatis. Hic enim inceptum vrgens et accinctus praeſens operi, ſuccinctus etiam nouis auxiliis ferociſſimorum latronum, qui ſaeua dudum in nos inſtincti rabie, e partibus Paphlagoniae recens ad ipſum conuenerant, parati animis delere deſolareque obuia cuncta, nihilque facere reliqui extremae crudelitati, diripiendis abducendisque in ſeruitutem plane vniuerſis incolis illorum tractuum. Hos 326. ille cum ſuis veteribus aggregaſſet copiis, vniuerſum illic exercitum vna ſecum habebat. Oppoſitus illi ſtabat vnica tutela Romani limitis Muzalo: qui, recenſitis ſuis, collatoque in vnum quantum ſupererat Romanarum copiarum quantum Alanicarum, vix, numeratis ſimul indigenis, ſimul exteris, duo millia militum explebat.

Extremum tamen Muzalonis oculis et animo obuerſans periculum Romanae rei, audaciam ei atque impetum pro aris focisque decertandi contra plures dabat, haud abhorrentibus a ducis ſententia pleriſque militum, licet ſuae conſciis paucitatis. Et habuiſſet iſta fiducia ſucceſſum, viciſſentque, vt plurimi affirmant, ſi aut plane omnes conſpiraſſent in generoſum hoc propoſitum, aut in eo concordes perſeueraſſent, vnanimique fortitudine totis viribus et animis in iſtud proelium ruiſſent. Nunc multi ex ipſis, vel innatae indulgentes ignauiae, vel refrigerato, ſi quem conceperant

326. Id. T. II. p. 230.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1302.

cepiſſe viſi fuerant, ardore ſtrenue dimicandi, ſegnes ancipitesque torpebant. In his erant, quos adhuc vrebat dolor contumeliae, vt putabant, iniuriaeque acceptae, cum equi nummique ipſis erepti Alanis attributi fuerant q), quo Romanam militiam periiſſe funditus querebantur, taediique inde ac liuoris pleni, nec conſentiebant caeteris, nec impetum expediebant quidquam aggrediendi viris dignum: parque frigus in pugnam protruſi in ipſa acie monſtrarunt. id quod Perſis animaduerſum, addebat videlicet illis animos, magnamque facultatem pauciores, eosque timidos, obterendi tribuebat. Ita male comparato inter hinc paucos, ſibi diffidentes et debiles, illinc plurimos, optime animatos fortesque certamine, proelium commiſſum eſt, eo, qui exſpectari debuit, euentu; vt noſtrorum nimirum non pauci caderent, plurimi fugerent: et in vrbem vicinam Nicomediam plane fuſi, nec diſſimulanter victi, cladis pleni dedecorisque confugerent. Demonſtrarunt ſe occaſione iſta valde vtiles Romanis Alani; quorum vtique multi pro ſalute noſtrorum occubuerint. Videntes quippe inclinatam irreuocabiliter ad fugam aciem pedeſtrem, quae maxime numeroſa erat, ſpatium ipſi ad vitam in tuto collocandam, ſuo magno periculo vltro adeundo, praebuere. Siquidem deſilientes ex equis, et magno animo ad perſequendum conſternatos erumpentibus, circumfuſi hoſtibus, eosdemque oblique a lateribus procella telorum impetentes, ſtare, quamlibet inuitos, coëgerunt; plerisque ipſorum, equorum caede, ex equitibus in peditum ordinem redactis. Vnde contigit, agmen illud peditum noſtrorum loco motum, et, ſi equitatus incurriſſet, plane periturum, otium ſuae ſaluti proſpiciendi, nanciſci: emta ipſi commoditate iſta pretio ſanguinis et vitae Alanorum; quorum permulti, corpora tegendae noſtrorum fugae obtendentes, transfoſſi ceciderunt. Caeterum Perſae adeo ſtrenue vſi victoria ſunt, vt medium nullum intercederet ſpatium inter cladem noſtri exercitus, et diſtributionem illorum in manus varias, quae diuerſe in multas ſimul partes Romanae ditionis irrumperent. Et ſufficiebat vel exiguus numerus rei vbique ex ipſorum

q) Hoc factum erat, cum Andronicus Alanos militiae Romanae adſcriptos, in Aſiam tranſire iuſſiſſet.

Imp. ANDRONICO II.

rum ſententia gerendae, propter debilitatem et deſtitutionem in illo limite interiusque extremam omnium: nemine iam prorſus vspiam comparente, qui ſubditos imperio Romano tueretur. Quare omnes et omnia parata illic praeda quibusuis tollere curantibus iacebant. Ingentium igitur haec fuerunt initia malorum; geminante etiam incommodum importunitate temporis. quod haec Muzalonis clades incidit in aeſtiuam meſſem; qua tempeſtate cuncti erant intenti collectioni et importationi frugum in horrea, vice cuius hi quidem abducebantur, illi trucidabantur; niſi ſi qui mala iſta fuga matura praeuertiſſent, arcique alicui obuiae ſe ac ſua crediſſent.

§. 411.

Vidiſſes tunc citeriores Nicomedia ruris incolas conuaſata ſupellectile trepide in vrbem accurrentes, miſerabile ſpectaculum obuiis offerentes, luctu et planctibus, quibus, vti deſperata ſalute, ſe miſeri cruciabant: cernebaturque quotidie in traiectu illo velut denſum formicarum agmen ſeſe trudens terrore, multitudo mixtim hominum et beſtiarum, nec quisquam ea ibat non eiulans ac plorans, quod maximis iacturis aegre vitam redemiſſet. nemine fere non cuiuspiam ex intimis amiſſionem lamentante. — Caeterum indidem, 'hoc eſt Nicomedia r), poſt cladem memoratam militia quidem extera inglorie reuertebatur: indigenae vero milites, qui domos ſuas occupatas iam ab hoſte ſcirent, vbi deinceps perfugium ad ſalutem captarent, varie quisque aeſtuans, neceſſario quaerebat. 327.

At hoſtes, corraſis hactenus omnium vlteriorum regionum praedis, iis ſe incubantes ingurgitabant, raptis intemperanter abutentes, trahentes hominum captiuorum cateruas, 'captiui pecoris greges, armenta, mandras, vna cum omnis generis praeda s), praeſertim autem fructu ſegetum, quas anni tempeſtate maturas collegerunt, ex iisque larga manu, quae multa vndique praedando

 con-

r) Addit interpres. Mire hoc loco, vt alibi ſaepius, luxuriatur interpretatio.

327. PACHYMERES T. II. p. 29.

s) ἀπάγοντες δὲ καὶ ζῶα, καὶ λαῶν κτῆσιν.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1302.

congeſſerant, iumenta paſcebant: denique ſumma ſecuritate quidquid ipſis placuerat, quo vellent cumque, transferentes.

§. 412.

Non tamen adhuc citeriores Nicomedia tractus attingebant, nondum, vt eſt veriſimile, tuto ſe illuc irrupturos opinantes. Metuebant videlicet, ne, ſi prouehereutur, ex vrbe retro relicta eruptio in ipſos fieret t): eademque formidine continebantur, ne ſuburbia ciuitatis tanquam ſacra contingere auderent. etſi parum ea res illic degentibus remiſſionis afferret, continuo vtique terrore ſollicitis, et quae nondum patiebantur, ſibi tanquam praeſentia fingentibus.
328. fruebantur tamen miſeri, vt poterant, quiete qualicunque, per illam ita ſuſpenſae incurſionis hoſtilis moram; ac comparatione pariter infelicium multorum ſeſe conſolabantur u). Neque enim erat melior conditio ſecuriorue ſtatus reliquorum per totum orientem Atrammytium vſque, vbi diuerſabatur imperator: vlteriora quippe vniuerſa, praeter arces munitiſſimas, hoſtibus in praedam expoſita iacebant. Longinquiora modo quaedam circum Achyraos, et Cyzicum ac Pegas, Lophadiumque, exiguo a mari interuallo, libera ſupererant. Pruſae quidem ac Nicaeae bellum et clades ſub ipſas admotae portas erant, omnibus, quae circum vrbes illas fuerant, vndique direptis ac vaſtatis. Dira calamitas nec conſolatione leuabilis vlla cuncta late occupauerat; vniuerſis illis populis paucorum ſpatio menſium funditus perditis. Ac ſicut diuinae fuit irae iuſtaeque ſuperum in ſcelera noſtra animaduerſionis, nos pati talia: ſic vni coeleſti clementiae ac miſericordiae Numinis imputari par fuit, inducias illas malorum qualeſcunque, quae, barbaris progredi vlterius verentibus, Romanae plebi, licet nullo protectae praeſidio aduerſus eos, ſi venirent, contingebant; aliquod in extrema clade ſolatium.

§. 413.

t) ἱκανὰ γὰρ ἐκείνοις φοβεῖσθαι τὴν ἐξ ἐγγίονος ἔφοδον.

u) ἃ καὶ τοῖς τῇδε τῶν δεινῶν προσδοκωμένων, ἀνατολῆς ἰδεῖν, καὶ ὅσ' ἂν ἀνεστείλαντο. οὐ γὰρ ἐνταῦθα μόνῃ ἦν τὸ δεινόν, ἀλλὰ &c.

328. Id. ibid. p. 232.

Imp. ANDRONICO II.

§. 413.

a. C. 1303.

'QVANTVM [vero] Perſicarum copiarum in interiora terrarum imperii penetrauerat x), aedificatis armatisque nauibus Cycladas inſulas incurſabant, maleque vexabant: et modo Chio, mox Samo, et Carpatho, ipſi quinetiam Rhodo, multisque praeter has aliis; cum nauibus non paucis infeſti appellentes, dudum frequentes incolis inſulas iam prope deſolarant et inhabitabiles fecerant. Nec vero interim a terreſtribus latrociniis ceſſabatur, aut omnino miſerrimis continentis incolis quidquam vel breuis interſpiramenti laborum et terrorum atrocium concedebatur. Sed plane intimum Romaniae, velut ſilua concepto penitus incendio, vi flammae indomita continue graſſantis abſumebatur: nouaeque quotidie calamitates nunciabantur, curas imperatoris ad ſe ab omni alio negotio trahentes. — 329.

§. 414.

Hic illi deploratiſſimus reipublicae ſtatus difficilem tunc reddebat inquiſitionem de rebus patriarchae [Ioannis]: quare tempus ei aptum accommodatumque negotio quaerendum exſpectandumque iudicabat. 'Quale minime tunc aderat; quando vtique cum maxime ſitae ad Portas et his viciniores vrbes ac terrae a Nicomedia vſque ad fretum Thraciam dirimens, barbaricarum incurſionum malis intolerabilibus vrerentur y). His quoniam mederi bello aperto et commiſſis aequo campo proeliis, 'male paratus a re militari z), nequiret imperator, aliam inire viam ſtatuit hoſtes coërcendi; vtendo videlicet ad id opera Cuximpaxis Tochari a). 'Qui cum poſt Nogae, principis Tatarorum, obitum ad Romanos acceſſiſſet; imperator ei b) palam permiſit, cuius ſci- 330.
licet

329. Id. ibid. p. 237. Haec eo circiter contigerunt tempore, quo Ioannes Veccus, patriarcha CPolitanus, throno pulſus eſt.

x) το Περσικον ὅσον ἦν ἐνδοτερω.

y) Εντευθεν και των κατα θυρας και εγγυτερω επι πλεον, κακουμενων, τα δ' ἦσαν τα εκ Νικομηδειας και μεχρι πορθμου θρακικου.

z) Addit h. interpres.

a) Ita *Tataros* vocat Pachymeres.

b) Cf. *Tatarica* §. 66.

330. PACHYMERES T. II. p. 238, 239.

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1303.

licet illi rei clam auctor fuerat, vt filiam *Solymampaxi* c) collocaret, duci exercitus barbarorum viciniae inſidentis; 'vt ſic eum neceſſitudine generi obnoxium Cuximpaxis habens, deliniret conciliaretque imperio, cuius ipſe partes ſequeretur d). 'quod vt conſtaret manifeſtius, eundem affinitate iſta iam contracta, ſocerum Solymampaxis regionibus Nicomediae circumſitis vice ſua praefecit imperator; ſperans Solymampaxim caritate vxoris, ac ſoceri verecundia, temperaturum a nocendo, ſaltem tam inclementer, commendatis tam coniuncti ſibi ducis cuſtodiae Romanis e).

Haec Auguſtus quidem prudenter ita conſuluit; caeterum iſtius prouidentiae perexiguus aut nullus in rempublicam exſtitit fructus. Etſi enim Solymampaxis, matrimonio ſibi priuatim vtili libenter inito, haud inuidebat, quin in Romanos quoque pars commoditatis aliqua ex eo redundaret: imo etiam inter icenda pacta nuptialia non dubiam ſpem fecerat volendi, nouae neceſſitudinis occaſione, coniuncte deinceps, non ſolum animo, ſed etiam loci propinquitate, cum Cuximpaxi viuere, ac pariter cum eo, pro ſe quoque, conſulere ſubditis imperatoris; vt quo tempore ſocer, ex officio ſubiectionis palam imperatori iuratae, commiſſis ab eo ſibi Romanis prouideret, eodem ipſe, memor affinitatis, et reueritus conuentionem factam, reprimeret impetus barbarorum, depraedandae deſolandaeque Romaniae imminentium; etſi haec, inquam, Solymampaxis et ex animo promiſiſſe, et bona fide praeſtare voluiſſe viſus eſt f): tamen is ſucceſſus fuit, vt apud nihil inde leuamenti ſentientes Romanos, infamia vterque laboraret; ſocer quidem foedifragae perfidiae erga imperatorem, gener

c) τον Σολιμαμπαξιν.

d) Addit h. interpres.

e) και μετα τε το κηδος προβηναι, και ἡγεμονα ἀυτον των κατα την Νικομηδειαν καθιςᾳ, ἐφ' ὡπερ ἐξ ἀγαπης και συγγενειας, ὀνησις τις τοις Ρωμαιων πραγμασι γενοιτω.

f) κἀν ἐδεν ἐς τοσον ἡ ἐπινοια ὠνησεν. ὁ μεν γαρ τας ἐπιγαμιας προς το συμφερον ἐποιει, και ἐπι βεβαιαις ταις ἐλπισιν ὡρμα. ἀγε κατα συγγενειαν ἀυνεγγιζοντες, ταυτο δε τετο και τοις τοποις, ὁ μεν βασιλει δελευων, προνοοιτο Ρωμαιων. ὁ δε, το κηδος και τας συνθεσιας αἰδεμενος ἀνακοπτοιτο τας ὁρμας. οἱ δε, ὁ μεν εἰς εἰρηνην ἐναγων, ὁ δε σπενδομενος, ὁμως το των προσχωρων συμφερον ὐυκ ἠττον.

gener autem mali atque infeſti nihilo nunc minus, quam antea, in Romanos animi.

§. 415.

Aliunde porro malum oriebatur, ex altero videlicet duce Perſarum Amura g), qui crebris tunc incurſionibus Meſothiniam vaſtans, gratiam Solymampaxis, vt ad nihil vtilem, 'in animis Romanorum hebetabat h). 'Ea quippe conditio tunc rerum erat, vt quisque ducum iſtorum barbarorum, propriis inſtructi copiis, nec vlli communiter ſuperiori parentes, ſua ſibi priuatim conſilia haberent, nec ſociorum vel auctoritas, vel exemplum, quidquam apud quemlibet ipſorum obtineret ponderis. Quam ob cauſam difficilis ac fere inſuperabilis imperatori cenſebatur malorum, tunc imperium inundantium, per iſtam conuentionis cum aliquó ex ſatrapis viam, curatio; vtique cum nec comprehendi omnes vna confoederatione poſſent, et vno eorum aut altero ceſſante, alii vel etiam licentius vberiusque praedarentur i). vno videlicet hinc, alio inde, 'aemula inceſſanter rapacitate inhiantibus, conſilio vſque diſcordi et parata ſemper voluntate, contraria iis, quae alii duces decernerent, ſequendi k). Militum autem, qui ſub iſtorum merebant ſignis, parta vſu licentia caſtrorum mutandorum, cupidiſſima praedarum auiditas faciebat, vt ab eo ſatraparum, quem quieſcere viderent, ſtatim ad alium, ſuos ad rapinas immittentem, tranſirent; ſecuri diſciplinae militaris, et vnam vnice ſpectantes, quae ſola illis erat bellandi ratio, lucri ſibi ex rapto conficiendi commoditatem. Id quod tunc Solymampaxi contingens, 'vt nimirum milites eum ſui, abſtinentem iam a rapinis, deſererent, transfugerentque ad Amuram in Romania latrocinantem, obſtitit, quominus ſperato ex eius cum Cuximpaxi ſocietate vrgentium malorum

g) τε Ἀμερη.

h) Gr. vna voce ἀπημβλυνε.

i) το γαρ κατα συςασεις και ἰδιως καθ᾽ ἑνα μαχεσθαι, ἐκ τε μη ἑνα εἰναι τον κυριευοντα, ἠν παντως παρ᾽ ἠν αἰτιον και δυσχερης τῳ βασιλει, και σχεδον ἀδυνατος ἡ των ἐπισυμβαινοντων διορθωσις ἐνομιζετο.

k) — ὁρμωντων, και κατα γνωμας διαφεροντων.

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1303.

lorum laxamento quopiam Romani fruerentur l). militibus eius, per tranſitum ad alia infeſta Romaniae caſtra, malis iisdem imperii ſubditos nunc vexantibus, quibus antea eosdem affecerant, cum nondum conciliati Solymampaxis ſigna ſequerentur m).

§. 416.

331. e) PESSVM — ruebant, impetu dudum in praeceps capto, tractus orientales vniuerſi; ſemperque ex malo in peius damna publica creſcebant; ita vt quotidie ad imperatorem aduolarent alii ſuper alios triſtium indices caſuum nuncii, quorum nunquam non poſteriores grauiora, quam priores, atrocioraque referebant. 'quanquam et adeo ſe admouebant nobis, vrbem Auguſtam incolentibus, dira belli mala, vt ſe cominus ingererent ſpectantibus, ne famae longinqua memorantis moeſto ſolum aures praeconio pulſarentur. Sed et per has acerbae miſerationis aculeos paſſim infigebant noſtris animis auditae coram voces, non teſtium alienae cladis curſim e longinquo profectorum, at planctus eiulatusque ipſorum duriſſima paſſorum, ſi quis horum minus infelix, ſaluum ſaltem os et loqui adhuc valens, e patriae ruinis, latebrarum ac fugae furtiuae

e) NICEPHORVS GREGORAS: *Sub hoc tempus* [quo Ioannes patriarcha CP. ſe dignitate abdicans monachi habitum induit] *ex oriente maximi calamitatum fluctus exundarunt, perinde ac ſi infiniti ventorum turbines repente confligerent, et omnia ſurſum deorſum agerent, ac permiſcerent. Nam cum imperii Romani orientales tractus militaribus copiis deſtituti eſſent, Turcorum ſatrapae ſociatis viribus omnia ſurſum deorſum agerent. incurſare atque in ipſis iam littoribus colonias conſtituere coeperunt. Et maxima quidem pars virorum ſimul et mulierum, item infantes, iumenta, pecuniae, in hoſtium poteſtatem conceſſere.* His vero ſynodicas deliberationes circa patriarchae Ioannis abdicationem ſubiungit:

l) *ἀχρειαν ἐποιει Ρωμαιοις την της ἀνακωχης χαριν, των ὑπ᾽ αὐτῳ στρατηγουμενων τεως ἑτεροις συνοντων.*

m) Addit Pachymeres: *Sed quae indidem alia oriri deinde mala contigit, ſuo iterum loco referentur.*

331. PACHYMERES T. II. p. 269 — 271. Niceph. Gregor. T. I. p. 130, 131.

uiae beneficio, ad nos perferre potuiſſet n). Medium enim inter nos et hoſtes vnum reſtabat fretum, quo Byzantium ab aduerſa continente dirimitur; caput, inquam, imperii vnici anguſtiis Boſpori diſtabat a ditione hoſtium: et quam ferorum, quamque truculentorum hoſtium o)! Qui nihil non aggrederentur, nihil non frangerent; qui per omnes agros etiam et villas ſine reſpectu ac diſcrimine ſacri aut profani, ſanguinaria ac fanatica immanitate debaccharentur, templis ſanctiſſimis, monaſteriis magnifice ſtructis deformandis p): nec arces ipſos praeſidiaue prohibebant, quominus ipſis munitionibus vi perruptis pulcherrima his incluſa vel circumſita aedificia vel praedia viſendae amoenitatis ferro flammaque conſumerent q): qui dies totos caedibus patrandis ludibundi ac gratulantes impenderent: qui non minori crudelitate raptarent infeliciſſimos greges miſeriorum, quam ſi occiderentur, captiuorum omnis ſexus, ordinis, aetatis, calamitate omnium, quae fando vnquam auditae ſunt, maxima.

Qui vero clam euaſerant, eorum alii in proximas vrbes confugerunt, alii inopes et ſuis rebus ſpoliati in Thraciam traiecerunt. At Turci iam inita concordia, omnes, quae in Aſia erant, Romanae ditionis prouincias ſorte diſtribuerunt. Carmano Aliſurio maior Phrygiae mediterraneae pars obuenit: item quaecunque ad Philadelphiam et ad proxima quaeque loca pertinent, ab Antiochia vſque vrbe, quae ad Maeandrum flumium ſita eſt. Quicquid inde ad Smyrnam vſque, et ad eam, quae interiacet maritimam Ioniae oram, Sarchani cuidam obtigit. Nam Magneſiam, Prienen et Epheſum alius, nomine Saſan, iam interceperat. A Lydia et Aeolia vſque ad Myſiam Helleſponto adiacentem, Calames et filius eius Caraſes obtinebant. Quae circa Olympum ſunt, et omnem inde Bithyniam, Atman. A flumine Sangario ad Paphlagoniam, Amurii liberi inter ſe partiti ſunt.

n) τα μεν ὀυν καθ' ἡμας ταυτα, και ὀφθαλμοις ἑωρωμεν, και των ἑωρακοτων, ἡ μαλλον δη των παθοντων, ὧν τις και λαθων διεφυγε το δεινον, ἐκτραγωδουντων τα παθη ἠκουομεν.

o) Addit haec interpres.

p) ἀνεδην ἐπεμβαινοντων και χωρας ἁπασας, και ναους, και μονας καθλισας.

q) και τινα των Φρουριων κακως ποιουντων, και πυρπολουντων τα καλλιστα.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1303.

Per hunc modum ſuperiores illae regiones Bithyniae Myſiaeque, Phrygiae quoque ac Lydiae, et illius decantatae Aſiae, praeter vrbes munitiores ac maiores ſolas, exterminio in futurum omne tempus irreparabili deſolatae ſunt. Auctores horum Amurii et Atmanes, *Atinae*, *Aliſyrae*, *Mantachiae*, *Salampaxides*, et *Alaides*, et *Ameramanae*, et Lamiſae, *Sphondilae* praeterea et *Pagdinae*, caeteraque ſtygia colluuies exſecrabilium erant nominum. Hi ductores furialium turmarum, diriori etiam quam vulgo vel barbarum pectus capit, planeque ex orco afflata inſtincti audacia et ferocia, ritu vento impulſi vehementis incendii, cuncta corripiebant, conſumebantque obuia, mari ſolo, ne vltra, tenderent, retenti.

§. 417.

Horum auſa et acta nec momento ceſſantibus imperatorem obruentia nunciis ne breue quidem ſpatium ei ad conſultandum relinquebant liberum. Atque huic quidem exeundi obuiam barbaris opponendique iis iuſtos exercitus nulla prorſus facultas aderat. Nam Romanae copiae non debilitatae tantum erant, ſed fractae ac deletae funditus; amiſſis et domibus et ſtipendiis, itaque ex oriente fugientes paſſim ordinibus ſolutis pro ſe quisque in occidentem properabant; in lucro ponentes, quod ſolum viuerent, et pro miſero ſpiritu trahendo nihil paciſci recuſaturi ſeruitutis ac dedecoris. Nouos habere delectus, praemiisque promiſſis alios allicere ſub ſigna milites, prorſus ſupra vires erat, cum nec apta militiae ad manum iuuentus adforet, et aerarii palam exhauſti concidiſſet fides r). Reſtabat, vt vel turpis et damnoſa pax adulando inducendis ad aſſenſum in conditiones nobis probroſas, ipſis amplas, Perſis, quomodocunque tentaretur. At id conſilium, praeterquam imperii honor et Romani nominis exiſtimatio hactenus tam auguſta reſpuebat, etiam quantocunque conatu capeſſeretur, ſucceſſu plane cariturum, palam erat. Quoniam et tot eſſent tamque diſcrepantibus ſententiis duces iſti barbarorum, vt et vniuerſos

r) αἱ μεν γαρ Ρωμαϊκαι δυναμεις ουχ όπως εξησθενησαν· αλλα και προνοιας απολωλεκοτες, Ανατολην φευγοντες, επι δυσεως ώρμων, περιποιουμενοι εαυτοις μονον το ζην. ετερας δ' εγκαθιστᾳν επα ῥητοις γερασιν, αμηχανον ην-

Imp. ANDRONICO II.

uerſos pariter vna conuentione poſſe comprehendi, ſupra ſpem eſſet; et ſi quosdam tantum demerereris, nihil ageres s); milites quippe ipſorum omnes praedis inhiantes auidiſſime, ab eo, quicunque pacem feciſſet, ad alios, a quibus raptum latrocinatumque ducerentur, ſeſe aggregaturi ſtatim forent, et eadem nobis, duce mutato, damna illaturi.

'Haec cuncta conſiderantibus vnum duntaxat, graue illud quidem et iniquum, ſed quod ſola victrix legum et iurium ſecura neceſſitas in extrema omnium reipublicae calamitate vtcunque tolerabile monſtraret, ſeſe conſilium offerebat tale quoddam t): vt penſiones, quae adhuc e fiſco ſoluerentur omnes omnino quibuſuis, monaſteriis etiam et eccleſiis, auctoramentaque adeo ipſa praetorianorum imperatorem cuſtodientium, vnico ex omnibus excepto, quod Monocellicum appellant, dominis nunc et poſſeſſoribus eorum ad tempus cedentibus, verterentur in ſtipendia conquirendorum vndecunque militum, 'quos qui ſic alerent propriis in eos penſionibus translatis, eorum ſibi ſubſtitutorum manibus pugnare, licet domi manentes et tam neceſſario tempore tueri rem et publicam et priuatam quisque ſuam viderentur; ſolatio iacturae et ad damni patientiam incentiuo non modico v). 'Annuere his et probare, quod ad ſe attineret, quantum erat de monaſteriis et eccleſiis decretum, ſignificare viſus patriarcha eſt, miſſo ad Auguſtum oleae ramo, nullo verbo addito: id quod pro ingenti, qua praeoccupatus Andronicus erat, Athanaſii exiſtimatione ac reuerentia, myſterii loco ab eo habitum, et in eam ſcilicet interpretationem raptum eſt, vt breui ſecuturam ex huius effectu conſilii proſperam pacem, non modico in ſinu gaudio confideret x). Verum haec

 haud

s) θεραπευειν δ' αὐθις ὁμολογιαις το Περσικον, οὐτε το πρεπον ἐδιδȣ, και ἀλλως ἀπορον ἠν, τοσων ὀντων και διαφορων τας γνωμας: και γȣ ἐπι τοσȣτον ἡγεμονων ἐγνω-μενων τοις ἀλλοις ἐφ ὁσον σκυλευειν τε και κερδαινειν τοις ὑποτεταγμενοις ἐξην.

t) ἐν των ἀναγκαιων ἐδοξε τῳ καιρῳ και τοις ἐφεστωσι πραγμασι.

v) ὡς ἐντευθεν αὐτȣς ἱκανοις ὑπερ των ἰδιων προσμενοντας μαχεσθαι.

x) ἐστελλετο τοιγαρȣν και παρα πατριαρχȣ θαλλος ἐλαιας ἀναυδητως τῳ ἀνακτι. ὁθεν και τι θαῤῥειν εἰχε των ἀγαθων ἐκ της περι αὐτον ὡς μεγιστης πληροφοριας.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1303.

haud vltra deſignationem procedebant; abſentibus adhuc illis, quibus fuerat iſtius decreti exſecutio mandata.

§. 418.

Interim autem Perſae vndecunque irruentes, quos quidem noſtrorum aſſequi potuere, peremerunt gladio. Alii, quibus vires ad fugam non defuere, receperunt ſeſe intra munitiones Cyzici, quas recens validas erexerat eius vrbis praeſes, Niphon, vir ſtrenuus et in paucis ſolers, nec in ſpiritualibus magis, quam ſaecularibus, negotiis vſu magno tritus. Intra haec ergo munimenta Romani cum ſe ipſos ac coniuges liberosque, tum animalia et reliquias rei familiaris, quascunque ſubtrahere furori barbarico valuerant, concluſerunt.

Propter haec ipſe quoque imperator Michael non valens amplius ſubſiſtere Pergami, inde mouens cum iis, quos circa ſe habebat, copiis, Cyzicum ſe confert; ſed nec ibi moratus eſt, metu exſpectati etiam illic inſultus in ſe Perſarum. Igitur et hinc vaſis conclamatis, in Pegas mari adſitum tranſit oppidulum; vbi deinde dolore ac moeſtitia ob ea, quae acciderant, in morbum incidit grauem, ex quo parum abfuit, quin de vita periclitaretur.

§. 419.

332. INSECVTO mox Septembri ſecundae indictionis vidit (quod vtinam non fuiſſet), vidit, inquam, Conſtantinopolis Latinum Rontzerium, appulſum cum propriis nauibus ſeptem et ſociali claſſe copioſa plena militia e Catelanis et Amogabaris, octo millium numerum explente. Praeceſſerat hunc Farendas Tzimes, cuius copiae eius, quem dixi, numeri pars erant. Caeterum hic Tzimes nobilis erat, et quos ducebat, e ſibi ſubditis armauerat; veneratque non vocatus, auxilio Romanis contra Perſas futurus, ſi vellet imperator; id tamen certa pacta mercede. Rontzerius vero nominatim euocatus aderat.

Quando

332. PACHYMERES T. II. p. 273. Rogerii, auxilia contra Turcos polliciti, et ab imperatore CPlin euocati meminit etiam Nicephorus Gregoras T. I. p. 134, 135.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1303.

Quando imperator tanto praeter ſpem auctus exercitu, et ingens in poſterum peregrinae militiae operae pretium exſpectans, firmato a trepidatione priori animo, largiſſime muneratus eſt hoſpites, et vtraque pecuniam effundens manu, theſauros, quos vndecunque corraſa vectigalia compleuerant (quorum iam pars nulla diſtrahebatur in auctoramenta veterum militum et ſtipendia palatinorum ex longo decreta miniſtrorum; omnibus his nuper, vti dixi, abrogatis) in horum ſinus exinaniuit. Ac Rontzerium quidem 'promiſſo [y] inſigniuit Ducis Magni titulo, familiares quoque eius illuſtribus aliis nominibus honorans; 'denique, quod erat etiam pollicitus, affinitate ſibi eundem admouit intima, nuptiis cum eo neptis ſuae Mariae celebratis [z]. quo toto tempore tanta exſtitit in hos omnes exteros Andronici munificentia, vt cuiuis eorum, ad ſtatim accipiendum ab Auguſto donum quantumlibet, alio non eſſet opus, quam iſtius ei deſiderium ſignificare. neque enim ipſorum quemquam vacuis a ſe abire manibus, aut voti non compotem, ſinebat [a]. Ita bene curatis ornatisque Latinis auxiliaribus expeditio indicta Cyzicum verſus eſt [b]. 'Cuius conſilii haec erat ratio. Confluxerant Cyzicum, vt dictum eſt, ex tota circum continenti quotquot effugere Romani potuerant barbaros, opesque ſuas in illud aſylum vndecunque contulerant. Quae res cum latere praedatores Perſas non poſſet [c], veriſimiliter exſpectabatur, eo cunctos ipſos impetum verſuros: nam auari habentibus inhiant, et in loca congeſtis opulenta gazis cupida ſolet rapacitas incitari. Vrbi ergo Cyzicenae plenae tunc et diuitiis et hominibus, ideoque vel iam obſeſſae, vel mox obſidendae a barbaris, mitti ſuppetias nouos hoſce ſocios placuit. 333.

§. 420.

333. Id. ibid. p. 276.

y) Addit interpres.

z) γαμβρον κατα τας ὁμολογιας καθιστη.

a) ἠν δε ἀρα και τοις ἐπιστασι ... φιλοτιμιων ἀπολαυειν την χειρ... σιν, ὡς ἀν μη ἐν κενοις ἐπιστηναι δωσιν.

b) ἐταχθησαν οὐν ἐς Κυζικον ἀπιεναι.

c) Addit h. interpres.

§. 420.

a. C. 1304.

334. ERANT — per haec tempora res noſtrae, 'Conſtantinopoli degentium *d*), in ſummis anguſtiis. Nam qui extra vrbem 'in Aſiae continenti *e*) domicilium habebant, 'plane conſcii, ac multis miſerrimis experimentis quotidianarum caedium, quibus paſſim ſterni contribules ſuos a Perſis videbant, manifeſto perſuaſi, nullam ſibi vim eſſe ad obſiſtendum iis barbaris *f*), partim in vrbes aut arces confugiebant, partim ſalutem in inſulis quaerebant, partim 'quam poterant longiſſime ſe a periculo remouentes *g*) in abditis aduerſae continentis locis ſecurum effugium trepide captabant. 'Ipſius autem Magnae vrbis incolae *h*) magna intus rerum ad victum neceſſariarum penuria vrgebamur, ob vaſtatas circum deſolatasque regiones, vnde ad nos ſolebat annona conferri. Ad haec emendanda, quantum poterat, cura conſilioque incumbens imperator, cum nullam iam ſpem haberet in [Alanis illis et] *k*) Romanis copiis, extera vero auxiliari militia proterua ſaeuaque, eademque haud ſatis fida vteretur; vnde nec acquieſcere animo poſſet: vertit cogitationem ad certius auxilium a Cazane Tocharorum orientalium ſupremo principe, Canin ipſi vocant, Romano imperio conciliandum. 'Eum itaque puella, quae naturalis Andronici Auguſti filia putabatur, ipſi deſponſa, ſibi adiunxit, hac conditione, vt barbarorum duces a Romani imperii prouinciis vaſtandis cohiberet'. *l*)

§. 421.

'Vnius inter iſtos Alaides, paulo forte minus contumacem audaciam haec denunciatio concuſſit. Is tunc Lydiam incurſans, quaſi

334. PACHYMERES T. II. p. 279—281.

d) Supplet h. interpres.

e) Interpres addit.

f) ὀυδεν ὑποςαντων την των Περσων ἀνυποςατον ὁρμην, και δια το τῶν μεν φονευομενων, των δε ἀπαυξαμενων &c.

g) Addit h. interpres.

h) των δ' ἐντος.

i) δια την των ἐξωτερικων ἀπωλειαν.

k) Omiſit haec interpres.

l) Cf. *Tatarica* §. 67, 68.

quaſi verteret vetus prouerbium, Myſorum e Lydis congerebat praedas. Quod dum agit, noui Cazanis cum imperatore foederis fama improuiſo ictus, in quandam ſuae ac ſuorum ſecuritati conſulendi ſolicitudinem ingreſſus, hanc praedae, quam ingentem parauerat, et cui potiſſimum timebat, in tutum collocandi rationem excogitauit m). Eſt eius metropolis prouinciae antiqua vrbs Sardes, in qua ſitu validam et olim munitam arcem tunc adhuc noſtrorum quidam obtinebant, ab vna parte inacceſſam obiectu impenetrabilium molium, ex altero latere immanibus praecipitiis defenſam; cuius ideo etiam a paucis et prodire non audentibus inſeſſae barbari licet numero pollentes expugnationem deſperaſſent. Huius Alais praeſidiarios colloquio tentauit n), rogans, vt, quoniam ampla et biſariam diuiſa munitio erat, partem vnam, quod tuto poſſent facere, ſibi concederent. Nam praeterquam id ſine vllo damno facturos, fide illis cauere ſanctiſſima ſpondebat: etiam contra periurium. ſi quod ſuſpectarent, certum haberent praeſidium muri firmiſſimi, quo duae, de quibus eſt dictum, arcis vnius partes ab ſe inuicem diſcluderentur. Ea noſtri audientes, haud illi quidem multum fidebant promiſſis barbarorum: caeterum diuturnae clauſ rae, cuius aliter relaxationem non ſperarent, affecti taedio; et rerum inopia ex agri circumſiti longa deſolatione neceſſario ſecuta, grauiter preſſi, reiiciendam non putarunt qualiscunque conuentionis mentionem. Romanis ergo congreſſum non abnuentibus, ad tractandum preſſius deſcenditur. Proponunt quid vellent barbari. Arcis dimidium concredi ſibi poſtulant, vbi res in tuto ſuas haberent, vnde in hoſtes erumperent, quo ſe reciperent; Romani reliquam clauſtro quamlibet valido ſibi certiſſimam ſeruarent: ſecurique inde prodirent ad agriculturam et commercia, eo

m) ἐπι δε τουτων τῳ Αλαϊδι τα κατα την Λυδιαν καταδραμοντι ὡςε και λειαν Μυσων, ου Λυδων φαινηναι τακα, κατασειδεντι τη φημη της λογισμας, ἐδοξε προνοαν ἑαυτῳ τε και τοις ἰδιοις, των ἐκ φυλακης συμφεροντων.

n) δια την πας ἐκεινων ἐγκεκλεισμενην ἐπιθεσιν πεμπων ἐπι ῥηταις ὁμολογιαις συνεκραττεν, &c. in reliquis mire luxuriatur interpretatio latina.

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1304.

eo innoxie reconderent ſe ac ſua, tranquillis circum cunctis, beneficio praeſentis foederis, et conſtanti beneuolentia nouorum ſociorum, late per regionem dominantium. Etſi non latebat de his arbitrantes noſtros homines, quam infida vicinia luporum cum agnis eſſet, quamque ſuſpectae induciae pollicentium conuictum indemnem ſibi prope degentibus, interim dum in alios eiusdem ſecum gentis ac generis excurrendi latrocinando, vt ſolebant, ſibi licentiam exciperent: tamen quia, vt indicaui, aquatione et agricultura dudum excluſi, vitae vtilium inopia iam extrema laborabant; ſtultum eſſe iudicarunt non praeoptare exitio praeſenti quantumlibet ancipites ac duras conditiones turpis etiam foederis, aſſentiri ſe dixerunt. 'Mox age ſane, in rem venitur: admittuntur in partem Sardenſis arcis Perſae non pauci. Hos a Romanis ſegregabat murus longus; tamen, vt audio, poſtico vſpiam peruius o). 'Stetit haec aliquamdiu ſocietas, quam conglutinauerat hinc quidem egeſtas vrgens, inde autem metus ingruens; neuter, ſi ſe remiſerint, diuturni magiſter officii p).

Ergo cum lapſu temporis formido, quam minae Cazanis Alaidi et eius comitibus incuſſerant, elangueſcere coepiſſet, redierunt illi ſcilicet ad ingenium q), et prioris inſtituti memores, ſecum ipſi ſtatuerunt vti commoditate nouae viciniae ad ſpoliandos nouos hoſpites, 'ſupina, vt putabant, fiducia incautos. r): in quo ſua illos opinio fallebat: vnde in caput auctorum fraus perfida recidit. Vigiles enim in ſui cuſtodiam 'praeſidiarii Sardenſes s)', 'vbi verſari barbaros in apparatu ſtruendarum ipſis inſidiarum et vigi-

o) καὶ δὴ πολλάς τινας τῶν Περσῶν ὑποδέχονται. σωρὰς δὲ χρημάτων αὐτῶν ὡς ἄχος, σὺν αὐτοῖς ἃ δέ τις ἂν παρὰ τοσοῦτον ὂν συνοικοῦντες τοῖς ἀσυχθεῖσι, παρόσον τὸ μεταξὺ τεῖχος σφᾶς ἀπ' ἀλλήλων διεῖργε. κατά τινα δὲ πυλίδα, καὶ συμμετέχον ἀλλήλοις ἔνιοι, ὡς ἐλέγετο.

p) ταῦτα κἂν ἦσαν ἐπὶ χρόνον, καὶ ἀνακωχὴν τῶν κακῶν κατὰ τὸ φρούριον ἄχον.

q) τὰ τῆς φήμης τῶν Τοχάρων κατ' ὀλίγον ἠσθένει, καὶ ἤδη θάρσος ἄχον ἱκανοί, καὶ τῶν φόβων ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον, οἱ τέως ἱκέται ἑαυτῶν γίνονται.

r) Addit haec interpres.

s) Ῥωμαῖοι.

a. C. 1304.

violandi crudeliter hoſpitii ſenſere t), praeoccupare fortiter agendo, quam ignaue ceſſando iniuriam perpeti, vtilius arbitrati, *clam rogant non longe tunc diſtantem Romanarum aliquot ducem cohortium, cui ex dignitate palatina primicerius aulae titulus erat, adeſſe ipſis ne grauaretur, praeuertere proximum inſultum perfidorum hoſpitum neceſſe habentibus v). Ille idoneo militum numero ſecum aſſumto, noctu arci Sardenſi ſe admouet. Statum apparuit, vtri exſpectatus parti, vtri adueniret improuiſus. nam a Romanis gratulanter acceptus, confeſtim in ſopitos irruens barbaros, dirum illis ſomnium portauit, internecione periuros latrones delens x).

§. 422.

a. C. 1305.

CRESCEBAT inter haec y), magisque ac magis in dies inua- 335.
leſcebat a Perſis malum; adeo vt omnis vndecumque ſalutis ſpes excluderetur; quid enim miſeriarum aberat? Mitto longinqua. videamus, quae in portis vrbis gerebantur, in ipſo imperialis regiae veſtibulo. Naui te illic exſcendentem ſtatim a traiecto Boſporo *exciperent pericula extrema ſpoliationis, captiuitatis, caedis, tota, quanta patet, vlterioris continentis latitudine referta latronibus, impune, quo liberet, ruentibus, et vbicumque vellent, fixo tentorio, ſecuram habentibus ſtationem z). *Atque ii ne tantum quidem armis Romanis impertiebant reuerentiae, vt metu eorum aliquo ſaltem ſimulando, circumſpecte incedere, ire turmatim ſeruatisue ordi-

t) ἕως τουτο και διϊνυτιζοντο καθ᾽ ἱκανον.

v) και δη προλαβοντες την Κασβελην περιπεμπουσι προς τον τηνικαυτα των Ρωμ. ταγματων Πριμμικηριον ἐξ ἀξιωματος της αὐλης.

x) Pachymeres p. 283. quaſi in tranſitu meminit incurſionum Perſarum, cum qui ob eas ex oriente profugerant Romani, ſe Deſpotae Michaeli Angelo adiunxiſſe narrat.

335. PACHYMERES T. II. p. 285, 286.

y) De epiſcopis cum Athanaſio patriarcha in gratiam redeuntibus ſermo fuerat.

z) — λαμβανειν κινδυνον, ἀνεδην γης διατρεχοντων παντοιως της περαιας, και κατασκηνουντων ὁπῃ ἂν βουλομενοις εἰη τοις

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1305.

ordinibus curarent: temere vagi manipulis modicis, quam noſtri contemtus fecerat, confidentia curſabant [a]. Iamque adeo illae celebratae adagiis ſolitudines Scytharum non alibi verius, quam in ora Byzantinae vrbis obiecta muris, ſubiecta oculis, reperientur; nemine illic noſtrorum audente comparere, quantacunque neceſſitas vocaret, etiam vrgentis egeſtatis, eos, qui rure ſe reliquiſſe recordarentur, quo in vrbe indigebant, 'qui ſi vellent aleam iacere breuis excurſiunculae, etiam a magiſtratibus prohibebantur, tanquam ad mortem praeſentiſſimam ituri. Quanquam ſuus quemque ſatis coërcebat metus [b], vulgatis exemplis prodire auſorum, qui vtcunque periti compendiorum, et captato vſi tempore, vbi minime putarant, duci barbaro, cum ſua turma in inſidiis deliteſcenti, occurrerent, infortunio ſuo maximo. Nec felix in eo genere temeritas quorumdam, qui pauci et inermes armatorum plurium manus effugiſſe ferebantur, multum ad ſimiles auſus frequentandos incitabat, rari enim hi caſus erant: qualium exſpectationi non niſi ſtulti caput committendum ducerent.

§. 423.

Nulla porro dies praeteribat, quo non audirentur Perſae in aliquam arcium ad mare ſitarum incurriſſe, ad cuius portas aut caedes feciſſent, aut captiuos prehendiſſent. idque, rem miſerrimam! iis frequentius diebus accidebat, quas feſtas et bene feriatas habebamus ſupplicationibus rite Deo adhibendis ei propitiando. Cernebamusque ex hoc littore trans fretum anguſtum, quo vno a morte protegebamur, equitatum et peditatum hoſtilem campo ſecure aduerſo potientem. 'Fruſtra recognoſcente vnoquoque, dum ex effugio in vrbe captato villam aut rus patrium reſpicit, loca, vbi recondidit, qua hic eget, quam nequidquam requirit, annonam, certiſſimus, ſi repetere attentet, morte ſe crudeli audaciam luitu-

a) καὶ τοῦτ' οὐκ ἔλαθεν στρατεύειν, ἀλλ' ἀσυντάκτως καὶ κατ' ὀλίγους.

b) ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἐκωλύοντο, ἀπαλλαις τῶν πρακτέων καὶ φόβῳ συφρονιζόμενοι [l. σωφρονιζόμενοι].

luiturum c). ‘Iacebant quippe per agros paſſim cadauera vel mutila membra ſic caeſorum d). Quidam ex letali vulnere neglecti animam agebant, truncum ibi capite corpus: illic faciem a collo abſciſſam cerneres. ‘Redundabant plateae ciuitatis conferta illuuie fugitiuorum ex omni circum agro ruſticorum e), deeratque, vbi pedem ambulantes per vicos figerent, ſolo vbique conſtrato iacentibus temere corporibus, feſſae, omnium inopis, vix aegre trahendo ſpiritu vitae indicium dantis plebeculae, ſub diuo diurnis iuxta nocturnisque coeli iniuriis expoſitae, quam praedae habebant, et inter ſe partiebantur duo non mitiora barbaris mala, fames et lues; incommodo ſe ad ciuium quoque ac tecta intra vrbem habentium infeſtationem propagante. —

§. 424.

‘Interim barbari non modo Chelem et Aſtrabiten, ſed et arcem Hieri hoſtiliter aggreſſi, dira illic exempla feritatis immanis ediderunt, velut dormiente imperatore, aut in viuis numerari deſito. Nicomedia ſumme debilitata, fame et aquae penuria redactam ſe ad incitas gemebat. Inclyta vero illa quondam Nicaea vix ſe clauſa tuebatur, amoenitatibus vndique abſciſſa circumſitis, anguſtiis intus et ipſa penuriae conſtricta, ‘diris in horas et momenta exanimari ſolita nunciis captorum a barbaris in vicinia florentium nuper oppidorum f). Nunc enim illic audiebatur direpta Belocoma, nunc Angelocoma; mox Anagurda et Platanea et Melangea ſubiacuiſſe saeuitiae Perſarum; cunctaque per circuitum incolis abactis deſolata, ‘luctu acerbo incendebant eius ciues vrbis, famae ſubinde indicio de his admonitos g). Haec ipſa et his peiora Crulla et Catoecia paſſae ferebantur, perueniebatque omnium 336.

 noti-

c) κἂν πυ δέ τις, ἢ ἐνδείᾳ ἐξαναγκαζόμενος, κἀντεῦθεν ἐλπίζων κερδαίνειν ἐκ τῶν ὑπολελειμμένων ἀλλοις ἢ μὴν καὶ κατὰ χρείαν ἑτέραν, ἢ τὰ σφέτερα κτήματα ἐπιμελῶν ἐξελθεῖν ἐτόλμα, αὐτίκα ἢ ἑάλωκε, ἢ ἐσφάγη.

d) καὶ πολλὰς ἂν εἶδες ἐσφαγμένους.

e) πεπλήθει δὲ τῶν ἀγρομένων ἡ πόλις.

336. Id. T. II. p. 487.

f) Addit haec interpres.

g) θρήνοις ἐφάλλοντο τῶν εἰδότων.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1305.

notitia Nicaeam. quia etſi tritae olim ad illam vrbem viae, quae, ab Heracleo, quaeque a Nemicomeo frequentari conſueuerant, tunc prorſus incelebres ſqualleret, ob exempla paſſim nota ſpoliatorum aut trucidatorum in ipſis viatorum, metu jam omnium impenetrabiles creditae: tamen vna libera et aperta reſtabat; quae a Cio tenditur, ſiluis denſa et raris ſparſa aedificiis; ideoque incurſibus latronum, culta et colonis plena quaerentium, minus infeſta. Hoc itinere affluebant ad Nicaeenſes noua quotidie argumenta plangendi, aliis ſuper alias, quae ſine fine cumulabantur, cognitis cladibus. Siquidem et ſimilia iis, quae Chalcidenſibus h) et Atizonibus acciderant, patiebantur quoque 'Bebryces ex Pylis et Pythiis cognomine inſignes i) 'eademque mox Nicaeae narrabantur, perlata illuc via ſecura, quam hic iuuat deſcribere diſtinctius k). Qui in continentem Aſiae mari exſcenderant, totam apud Cium diem morati, ſalutem ſuam nocti committebant; ſic velut iſthmum emenſi quendam, vbi peruenerant in latus illic alterum orae maritimae, ad Aſcaniam iterum nauigatione vtebantur, quae littorali. Nicaeae portae appulſi, in eam illac vrbem admittebantur. 'Oſtiorum enim terras ſpectantium vſu tunc vltro ea vrbs abſtinebat reliquorum; ſic agere coacta timore imminentium ſibi omni ex parte barbarorum
337. hoſtium; a quorum etiam numero et fera potentia indeſinenter inſtantium, ingens erat ſane periculum, ne non et haec ipſam tam attenta cuſtodia ſatis ad extremum tueri poſſet l).

§. 425.

Quod tanti momenti diſcrimen imperatori notum, mouit enim quamquam haud valentem occurrere tot aliis ſimul vrgentibus, ad aliquid ſaltem pro eo proprie conandum. Miſit ergo quedam

h) ἡ δὲ κατὰ Κίον κατάσκιος καὶ συνηρεφὴς ἀνοικίαις τισὶ πολιάδεσι διεκδρομὴ πρὸς Νίκαιαν ἠνοίγετο. ἔτι ἐν φόβῳ καὶ τότε μεγίστῳ καὶ ὑψίστῳ σὺ γὰρ αὐτὰ τοῖς Χαλκιδεῦσιν &c.

i) οἱ Βέβρυκες ἐκ πυλῶν καὶ πυθίων παρωνυμασμένοι.

k) Addit haec interpres.

337. Id. T. II. p. 288.

l) ἐπεὶ οὐκ ἦν τότε τὰς πύλας [illegible], [illegible] τῶν [illegible], καὶ τὰ μέγιστα Νικαίας [illegible]

[illegible] Siurum, honoratum titulo ſtratopedarchae Tzancratorum, cum paucis aliis, inſtructum quadam pecuniae ſumma, qua vteretur ad ſtipendia et auctoramenta militum, ſi quos illic forte naneiſci idoneos qui conſcriberentur poſſet. Hi cum in Catoeciae partibus apparuiſſent, erexerunt animos populi, et, quaſi ſigno ſalutis elato, effecerunt, vt confidere auderent, breui reſtituendam illic publicam rem in ſtatum priſtinae ſecuritatis. Sed longe illos opinio fefellit ſua eo mox ipſo, vnde ſperauerant, in occaſionem ipſis verſo exitii ſupremi m). Animaduerſo quippe iſtorum motu n) hoſtes barbari, ac praeuertendum rati, noctu in eos irruerunt cum vniuerſo exercitu, in quo circiter quinque millia numerabantur. Horum pars clam ac ſine vllo noſtrorum ſenſu inſedit vias, quae ad arcem ducebant. Alii e contraria parte Romanos adorti, propellebant fugere coactos arcem verſus, in loca videlicet inſidiis ſuorum praeoccupata, quod ſuſpicandi nulla erat noſtris ratio; et vel ſi noſſent, ad ſalutem, tali articulo rerum, foret inutile. Ac milites quidem, quotquot hoſti vultum non ignaue obuerterunt, in veſtigio ſunt caeſi. vulgus autem innumerabile mulierum ac puerorum effuſo curſu ad arcem fugiens, parata praeda ſubſidentibus illic latronibus occurrit. Reliqui noſtrorum militum, ne caſtris quidem retentis o) curſu vago ſalutem quaeſiere, qui ſeruaturi alios ſcilicet venerant, pecunia etiam, quam ab imperatore attulerant, amiſſa. inde igne pulcris eius tractus aedificiis iniectio, in cinerem barbari verterunt omnia.

§. 426.

Ex hoc belli ſucceſſu victor reuertens Atman cum ſuis, cognito Belocomitas in caſtris fuiſſe Romanis, quae modo deleuerant, Belocomam aggrediendi iam ipſam quippe vacuam praeſidiariis, tempus opportunum duxit. Ergo illam inſiliens, vi capit, et ibi repertos interficit: ipſe autem immenſis opibus, ea [illegible] munitione, potitus, praediues inde eſt habitus. Arcis quippe

m) [illegible] συμφορᾶς [illegible] [illegible]

n) Addit haec interpres.

o) Addit h. interpres.

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1350.

pe illius munimentis ſitu et arte validis; ad quaeſitae pecuniae cuſtodiam vſus, magnos ſibi theſauros, vnde belli ac principatus expediret ſumtus, ſecure conditos ad manum habuit p).

Harum magna pars calamitatum in Pruſam redundauit; 'ſic nudatam poſſeſſione agri ſui, et intra murorum ambitum redactam; nullo deinceps commercio cum ſuburbanis villis et praediis, quae non parum amoena et ornata in territorio habuerat plurima q). Clades haec eadem Pegas afflixit, vrbem mariſumam. Cum enim poſt barbarorum, quam dixi, victoriam cuncti pagorum incolae, qui effugere potuerant gladium hoſtilem, ſub moenium et propugnaculorum eius oppidi cupide tutelam, accurriſſent, contigit illic conſtipari turbam ingentem inopis multitudinis, ex cuius illuuie ac fame corruptis corporibus, cito lues exarſit, qua totae ſimul hominum centuriae cadebant. —

§. 427.

[HAEC inter cum auxiliares Latini, quibus Rontzerius, magnus dux, imperabat, in Romanos et Cyzici praeſertim incolas
338. vario iniuriarum genere graſſarentur;] occurrit — occaſio facinoris militaris, certo indicio allato prouectorum vſque in viciniam hoſtium. Hi ad Turrim Guillelmi dictam, locum ſtatiuis Romanis proximum, acceſſiſſe ferebantur. Pronunciatur ergo totis caſtris in eos irruptio. Marules [tribunus quidam militaris, magnus archon dici ſolitus] cum ſuis inter primos procinctus adſtitit; 'fruſtraque diu exſpectato, vt Rontzeriani, qui ad talia ſegnes occurrebant, expedirentur: dum illi tardi ac lenti ſolita in omnibus prauitate, moras conſulto nectunt r), aegre molientes arma et equos adornantes; quo ſcilicet periculum incurſus primi quosuis alios, quam ipſos, attingeret: Maruliani occaſione neceſſario vocante, ſtrenue hoſtes inuadunt, fuſisque iis ac fugatis victores redeunt. —

§. 428.

p) καὶ τα κειτα δι της ἀσφαλειας ἐκ των ὀχυρωματων περιποιει.

q) μονη περιλαφθεισα των ἔξωθεν καλων,

338. PACHYMERES T. II. p. 291.

r) οἱ δ' ἐλπισμον μεν παραχων φανεντες και ἀμμαχαν ἀλλα των συνηθων ἃ μεν ὀν συνελαθοντο.

a. C. 1305.

§. 428.

SVMMA porro rei tunc Romanae in — magni ducis copiis 339·
vniuerſa reſidebat. Ex harum fiducia ſuſpenſas trahebat imperator ſpes rationesque ſalutis publicae: illas, ſimul ſe commouiſſent, ingens facturas operae pretium opinabatur. Audiens autem quae dira miſeraque ab Philadelphia nunciabantur (Quam vrbem Aliſyras cum Carmanis arcta obſidione cinxerat; expugnatisque ac ſubactis variis arcibus, quarum ope antea, opportunis circumſitarum locis, Philadelphienſes liberum cum caeteris commercium ad neceſſariam annonae importationem ſibi ſeruauerant, ad tantam eos iam victus inopiam redegerat s), vt caput illic aſini neſcio quot ſiclis veniſſe diceretur; certa vero menſura ſanguinis ouis, aut porci aureo numo aeſtimaretur, et libenter emeretur a bene commutatum tanta impenſa ducentibus vel breue ac miſerum ſolatium famis extremae t)), iſti ſic laboranti ciuitati promtum allaturas auxilium Rontzerianas copias, ſibi blandiens autumabat imperator. Idque vt vrgeret v), coepta iam hebdomada maiore ſub finem Martii, propriam germanam Irenen, Aſanis viduam, naue celeri Cyzicum miſerat, vt, qua ſocrus apud generum ducem magnum valere auctoritate credebatur, eum perpelleret ad tam neceſſariam vrbi tali extreme periclitanti expeditionem ſine mora capeſſendam; commemorando et tempeſtatem eſſe profectioni aptam, et numerata cumulate ſtipendia, omnesque recuſationis ac dilationis amotas cauſas. Appulſa illuc poſt dies aliquot matrona, nihil omiſit illa quidem artis ac contentionis in ſuadendo, quod res poſcebat, et cupiebat imperator: verum Itali rurſus quaerentes praetextus haerendi grato ipſis loco, rixas cum Alanis ſerebant, irritantes ipſos contemtu et contumeliis; idque intempeſtiue ſane, agentes, vt bello ciuili vires abſumerent, nequidquam aduerſus hoſtes comparatas.

§. 429.

339. Id. T. II. p. 292, 293.

s) τα περι αὐτην προτερον χαρακωσαμενος φρερια, λιμῳ και ἐνδειᾳ των ἀναγκαιων, ἐν ἐλπισμοις ἐτι παραστησασθαι, ὁπηνικα λιμος ἤπειγε &c.

t) προς μικραν ἐνδειας παραμυθιαν ἀρκεσον τοις ληψομενοις.

v) Addit haec interpres.

§. 429.

a. C. 1306.

340. ς) AT magni ducis exercitus ingentem ſui fiduciam et audaciam oſtentans Germae ſe admouet, eo prouectus ſpe certa, deprehendendae illic multitudinis Perſarum et ſtrenue contra illos rem gerendi. Verum Perſae, vnico, vt apparuit, famae, hoſtium incurſum nunciantis, indicio conſternati, fuga incompoſita curſuque degeneri, deſerta munitione diffugerunt. Quorum Itali fugientium dorſis inſtantes, multa ſunt relictorum ab iis ſpoliorum praeda ditati. Caeterum, ſi credere oportet, laqueo, de more Italorum, necem quibusdam eorum ductor intulit, non alia de cauſa

v) NICEPHORVS GREGORAS: *Inſecuto autem* [continuantur, quae ſupra ad §. 419. attuli] *vere Philadelphiam iuerunt* [Romanis adiuncti Itali], *ad expellendos hoſtes, qui eam vrbem obſidebant. Nempe ciues Philadelphienſes geminis malis oppugnabantur; foris hoſtilibus copiis, quae iamdudum circumſedebant; intus hoſte multo grauiore, penuria rerum neceſſariarum et fame. Ac id quidem munus pulcherrime et fortiſſime adminiſtrarunt, dextera ipſa Dei ſuperne adiuuante, propter inſignem virtutem Theolepti, diuini viri, qui illi vrbi praeerat in ſacris. Nam cum Turci* (οἱ πολέμιοι) *Latinorum diſciplinam militarem, armorumque ſplendorem, et violentiſſimum impetum vidiſſent, metu perterriti, non modo procul ab vrbe, ſed pene vltra veteres Romanorum fines fuga ſe abripuerunt. Tantus enim et talis ille erat exercitus, ita et armis et rei militaris vſu et militum numero inſtructus, (vna enim cum Latinis militabant non modo Romani lectiſſimi, ſed et omnis Alanorum exercitus) vt haud abs re conſpectu illius hoſtes percellerentur; multique dicerent, niſi eos imperator, aliquo metu deterritus, longius progredi vetuiſſet, nihil fuiſſe prohibiturum, quominus breui omnes Romanas et vrbes et prouincias, hoſtibus vacuas ac purgatas, imperatori tradidiſſent. — Sed iſtam quidem expeditionem ſub finem veris facile confecerunt. Cum autem longius progredi non poſſent, propterea quod nullos habebant ductores, qui vias ignotas et minime tritas indicarent, et planum iter ipſis facerent, (videbant enim expeditionem illam*

340. PACHYMERES T. II. p. 295, 296. Niceph. Gregoras T. I. p. 235, 236.

cauſa, quam quod res ſuas, in praeda Perſica agnitas, reſumere illi ac ſibi vindicare voluiſſent.

§. 430.

Porro hinc dux idem magnus, Chliara et loca eius viae caetera pertranſiens, ducere feſtinato inſtitit recta Philadelphiam verſus, extreme, vt dictum eſt, periclitantem. Quoniam autem contigerat aliquanto ante capi Tripolim; 'arces, quae circa illam vrbem erant, neceſſario pace cum Perſis, quibusdam conditionibus facta, ſubiectae ipſis quadamtenus erant, citra tamen admiſſionem praeſidii Perſici, ſeu potius Carmanici: nam hi, cum quibus iſta pepigerant, Carmani erant, praecipui et fortiſſimi Perſarum, Alyſirae parentes duci x). 'Verum tali coactarum ſubiacere ſeruituti arcium incolae y), audito aduentare magnum ducem, eum iam circa Aulacem caſtris poſitis morantem, legatione miſſa, communiter rogarunt, vt ſibi, ad rebellandum paratis, admoto propius exercitu adeſſet: ſeſe enim, ſimul tuto id poſſent facere, pacta, quibus ſe ſumma vi adacti et cedentes tempori, contra voluntatem obſtrinxerant barbaris, reſciſſuros; et ſicut Romani erant, miſſis ab imperatore copiis, ſtatim atque illae in vicinia comparuiſſent, ſeſe palam adiuncturos. Annuit ille precibus ſupplicum, 'et, ducturum ſe quo vellent copias, promiſit, eo libentius, quod ex hoc ipſo tam opportune auxilio oblato non parum ſe confirmari ſentiebat ad bene ſperandum de ſucceſſu expeditionis huius.

longinquam, nemine viam monſtrante, ſine multis caedibus confici haud poſſe: neque vero is erat Rogerius, qui multis bellis magna prudentia parta, magnum diſcrimen ſic temere adiret) diuerſi ac diſſipati abierunt; ac Romani quidem domum reuerſi ſunt, itemque Alani: Latini vero cum Rogerio Caeſare vrbes, quae miſeris Romanis reliquae erant, peruagati, peſſime habuerunt, hoſtili impetu in eos, a quibus arceſſiti fuerant, conuerſo-

x) τα δε περιξ Φρυγια ἐξ ὁμολογιας δια την ἀναγκην Περσαις ὑπαγοντο, ἦσαν δ᾽ οὗτοι οἱ περι τον Ἀλισουρων Καρμανοι τα κρατιστα των Περσων.

y) οἱ ἐν τοις Φρυγιοις.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1306.

Ergo tanto ſe inde alacrius ad conflictum cum Perſis com-parauit [z]. Qui viciſſim per exploratores cognito magni ducis con-tra ipſos mouentis aduentu, obuiam illi prodire occuparunt, pro-moto exercitu prope Aulacem, vbi eum ſtatiua fixiſſe oſtendi-mus.

§. 431.

Commiſſum illic inter acies aduerſas eſt proelium, ſegnius et remiſſius, quam a tam numeroſis copiis, tanto vtrimque apparatu infeſte inuicem concurrentibus, exſpectari debuerat. Dicitur tamen, vulnerato Aliſyra [a] primis ſtatim iaculationibus, ac propterea fu-gam reſpicere coacto, retro ceſſiſſe quidem Perſas, ſed militari gradu, et citra confuſionem, aut ſolutionem ordinum. Hos ne acrius et longius copiae magni ducis inſequerentur, ea cauſa ob-ſtitiſſe dicebatur, quod hae trifariam in genera et corpora toti-dem diuiſae ('ſuam enim ſibi quique ſeorſim Itali, Alani et Ro-mani quaſi ſeparatam aciem habebant [b]) 'immiſcere ſe inuicem, prout opus erat ad ſtrenue inſtandum cedentibus, noluere [c]; ſed ſe mutuo intuebantur, opperientes, ſi qui priores inſilirent, 'quaſi mox et ipſi ſecuturi [d]. 'Caeterum ne qui primi expedirent ad hoc impetum, deterruit metus inſidiarum, ex nota conſuetudine Perſarum, ſubſidere locis tutis, et incaute ſubeuntes excipere ſo-litorum [e]: quos iſtius ipſis familiaris artis haudquaquam tali tem-pore vſum omiſſuros appareret. Itaque caute admodum et longe duntaxat in terga cedentium iaculando, inſecuti noſtri Perſas fu-gientes ſunt: quorum ſic tamen non paucos interfecerunt.

Per hunc modum ſubmotis inde Perſis, Philadelphienſes re-ſpirare a malis, quibus premebantur, contigit nam iis fame peri-clitantibus, annona eſt importata, animusque ſic additus, ad, ſi qua

z) και ἄμυναν κατεπαγγέλλεται. οὐ μην δ᾽ ἀλλα και ἐντευθεν θάῤῥος λαβων, οὐκ ὀλιγιστον προς συμπλοκας κατα Περσων ἡτοιμαζετο.

a) Ἀλισυρα.

b) Addit haec interpres.

c) οὐκ ἦν ἀτακτως μιγνυ κατα διωκειν.

d) Addit h. interpres.

e) ὁμως τῳ ὑπο των συνηθων ἐνεδρων Περσικων φοβῳ.

Imp. AN-
DRONICO
II.

qua denuo incurrerent, incommoda longanimiter toleranda, ſpe ſimiliter aduenturi, ſi exſpectaretur, ſubſidii. Magnum id opus vulgo viſum, et ſolutio Philadelphienſis obſidionis ingenti late celebrata plauſu eſt. licet res haud ſane ſui magnitudine reſpondens numero et apparatui tantarum tantoque inſtructarum ſumtu copiarum.

§. 432.

Porro Aliſyras cum ſuis graui correptus metu, quod eum e vulnere accepto breui moriturum multorum opinione ac ſermone percrebuerat, raptim conſtitutis, quae opus erant, ad loca caetera, quae in illis partibus occupauerat, tuenda, Amurio ſe admouere feſtinauit, in vicinia caſtrornm ducis amici emendationem offenſionis belli, et in praeſenti receptus infeſti periculo, quam obiter ex obuio poterat ſecuritatem captans *f*).

§. 433.

Operae pretium quoque fuerit, quae Tripoli contigere, bre- 341.
uiter exſequi. Haec vrbs in orientali ſita tractu, arcium potius, quibus circumdabatur ad illum oppoſitis limitem, quam propriis tuta munimentis habebatur, quoad eam Ducas Auguſtus ex leui et fortuita capto cauſa conſilio, vrbem antiquam et Philadelphiae

O o o 3 prae-

f) τάχα διελθὼν, καὶ ὡς ἰδίᾳ κατασφαλισάμενος, ἔρχεται πρὸς τὸν Ἀμούριον. Poſſinus in obſeruationibus Pachymerianis p. 550. „ His, inquit, verbis in Graeco B. Codicis contextu reſpondebant iſta: ἔρχεται πρὸς τὸ Ἀμμόριον. iuxta quae Ammorium videtur eſſe loci nomen, in quem ſe Aliſyras victus et ſaucius receperit. Sed praeterquam quod mentio non extat Arcis, aut oppidi ſic dicti per hos tractus; id credi vetat ipſe Pachymeres cap. XXV. affirmans, Aliſyram ex fuga ſe recepiſſe Tripolim, quam vrbem prius occupauerat. [cfr. §. 433. et 434.] Eſt ſaepius ſupra et infra memoratus in hac hiſtoria dux barbarus Amurius. hinc eſt mihi ſuborta ſuſpicio mendi iſti hic ſcriptura, Pachymeremque ſcripſiſſe non πρὸς τὸ, ſed πρὸς τὸν Ἀμούριον. quod, quia ex priori lectione conſequitur quippiam Pachymeris narrationi contrarium, vt demonſtraui, emendandum putaui, eo, quem innui, modo „.

341. PACHYMERES T. II. p. 300. 301.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1306.

praetentam, armis, propugnaculis et victus annui prouiſionibus inſtruxit: 'cuius nouae obiectu munitionis, tutiore, vt apparebat, reddita, et extra omne periculum Perſicae inuaſionis poſita Philadelphia g); fides iam adhibebatur pronior veteri de illa oraculo iactato, quo in fatis eſſe ferebatur: eam a primo diluuio in omne deinceps conſequens tempus nunquam fore capiendam. Indidem porro ciuitati Tripoli claritas acceſſit, late inclytae per hoc factae; 'nec, ſui praeſidii fiducia, curanti Perſarum incurſiones, quas facile ac ludibunde ſe repulſuram confideret h).

§. 434.

'Poſtea late potientibus campo Turcis, cunctae illorum tractuum munitiones vna ſimul obſidione premebantur, coactis praeſidiariis intra eas ſe tenere, et agri vſu excluſis. Id in commodum diutiſſime omnium Tripolis pertulit i): et, plerisque circumſitarum arcium fame ad deditionem adactis, ſoli longo tempore reſtitere Tripolitae, quoad et ipſi conſumtis ſenſim alimentis, extrema in arcto poſiti penuria, circumſpicere auxilia coepere. quorum cum e propinquo nulla ſe ſpes oſtenderet; ad quasdam cum Perſis conuentiones, malo aliter immedicabili ſubigente, deſcenderunt. Pacti enim in tempus aliquod inducias, 'mutuoque contrahendi libertatem, frumentum ab ipſis traditum Perſis, pretio cum fide numerato, accipiebant k).

Frequentatum id eſt ſat longo tempore commercium, prodeuntibus primum Tripolitanis, et annonam, perſoluta pecunia foris ſumtam, intra vrbem importantibus. procedente tamen vſu, et ex eo, vt fit, fiducia creſcente, permittere ingreſſum ciuitatis Perſis vitae ſubſidia inferentibus non dubitarunt: quae res in exitium ipſorum vertit l). Perſae quippe, per talem cauſam intra vrbem Tri-

g) Addit h. interpres.

h) και των ἐπιτιθεμενων ἠλογει Περσων.

i) ἀλλα χρονος την πολιορκιαν ἐμετρει.

k) και σιτον ἐκειθεν ἐλαμβανον.

l) και ὁ συνεθισμος της ἐμποριας, μη μονον ἐκεινους ἐξερχομενους ἐντευθεν τα ἀναγκαια ἐωνεισθαι. ἀλλα και Περσας ἀσερχομενους ἐνδον την πολιν, ἀπεμπολειν παρεσκευαζε.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1306.

Tripolim crebro admiſſi, eius capiendae cogitationem inierunt. Proditoribusque ſubornatis, in ſupina ſecuritate ciuium fraudem in hunc modum concinnarunt. 'Magno ſarcinarum numero parato, quas frumenti venalis eſſe dicerent, eas aſinis aut mulis clitellariis binas hinc inde ſingulis impoſitas, ducunt in vrbem, id ipſum vt iam conſuetum exſpectantem. Sed non prius eiusmodi deductores in viam ſe dederunt, quam ſociis admonitis, quid intus ipſi agere pararent, quid foris eos tali audito ſigno facere oporteret; vniuerſum exercitum locis vrbi proxime admotis clam in inſidiis deliteſcentem relinquerent m). Condiderant autem intra ſaccos, quos tritico refertos mentiebantur, crepitacula bellica, tympana nimirum ac tubas, ſonoraque id genus inſtrumenta, quibus ſolent vti concitandis militibus ad proelium. Sub noctem ea mandra mannorum onuſtorum ſuo quemque, agaſonis vice, Perſa milite ducente, 'in vrbem Tripolim, non modo citra ſuſpicionem vllam, ſed et cum gratulatione recepta eſt. Laetabantur ciues augeri ſe commeatibus, et in longi ſecuritatem temporis annonae diu ſuffecturae congerenda copia firmari: miſeri autem neſciebant, ſibi, iuxta vetus verbum, obtruſum fuiſſe ſcorpium pro pipo: gaudebantque, et ſpebus amplis efferebantur, ipſa perituri nocte, cuius iam inchoatae primordia coenis et compotationibus, imminentium ignari, celebrabant n). Medium inde noctis effluxerat, adeo nihil Tripolitanis ſuſpectantibus, vt ſecuriſſime paſſim illic dormiretur: 'cum Perſae, praetextu ducendi ſarcinaria iumenta, ingreſſi ciuitatem, ſuis quippe arreptis tympanis aut lituis, quod ſociis condixerant, ſignum ediderunt o). Experrecti Tripolitae tam intempeſta hora, tam tumultuoſo claſſico, mirari, conſternari, quo ſe verterent, quoue ſuffugium captarent, fruſtra ſe contorquendo, anxie quaerere. At non interim ceſſare perfidioſi deceptores. Ad-

uolant

m) καὶ δὴ σάγμασι πλείστοις τοῦ τῶν φορτίων ἐπισκευασάμενοι, τὸ μὲν στράτευμα ἐγγίστα που ἐνεκρυφίαζον.

n) καὶ ἀντὶ πίπης, τὸ τοῦ λόγου, σκορπίον οἱ πολῖται δεξάμενοι, πῶς εὐθυμίαις ἐλπιδοκεκρομένοι, ἐν ἀνέσει ἦσαν. νὺξ δ' ἤδη περὶ αὐτοὺς ἦν, καὶ ἠγνόουν, καὶ τὰς ἀγαθὰς προσδοκίας ᾐώρηντο, ἐν κακοῖς ἀναγκαίοις ὄντες.

o) οἱ δ' ἀναλαβόντες ἕκαστος τὰ ἄχθη, πολέμου τρόπον ἀνεκυμβάλιζον.

uolant ad portas vrbis, easque confractas ſecuribus, cum vectibus ac feris, humi ſternunt. Sic per patentia iam oſtia ſocios paratos e propinquo introducunt, iisque ſibi adiunctis, vno impetu ipſa nocte vrbem munitiſſimam, 'tamdiu nequidquam ante oppugnatam p), in ſuam facile poteſtatem redigunt. Vſus ea deinceps victor Aliſyras eſt pro receptaculo, vnde frequenter erumperet, quo ſe ac ſua referret: habebatque ibi Carmanos ſuos ſecum, quos ex arce illa, opportune imminente in terras opulentas, quaeſtuoſe praedatum emittebat q). Contigerunt poſtea, quae retuli ante de offenſione belli, qua Carmani ſunt coacti Philadelphiae obſidionem ſoluere: quo tempore dux eorum Aliſyras ſua verſus praeſidia recedens, lento et bene ordinato greſſu, qui fugae trepidatione et ignominia careret, fruſtra inſequente magno duce, perueniens iam in tutum, Tripolim ſuam intrauit, ibique omni ſolicitudine depoſita, ferocius etiam et inſolentius glorians, minabatur r).

§. 435.

342. AT noſtri dux ſupremus exercitus, 'vbi expertus aliquantum vane ſe ac ſuos contentione fatigari, Carmanis inſequendis, acie perite inſtructa tuto ſeſe ſubducentibus, progreſſu inutili reflexo s), admouet copias arci Cula dictae, 'quae Romanorum erat, Perſis antea late dominantibus ſe dedere coactorum t). Horum plerosque illic repertos, 'crimini vertens, quod hoſti ceſſiſſent, aut aliis ſuccenſens praetextibus v), ſuſpendio necauit. Idem fecit et alii caſtro, cui Furni nomen eſt. Et illi quidem infelices, ſtatim atque ſe viderunt impune poſſe a pacta Perſis ſeruitute, illorum receſſu, reſilire, obuiis vlnis liberatores ſuos magni ducis milites excipi-

p) Addit h. interpres.

q) ᾧ δη και Ἀλισυραις ὁρμητηριῳ ἐς τα μαλιστα χρωμενος, τας συχνα Καρμανοις ἐκδρομας ὁπῃ παρεκοι, ἐποιει.

r) τοτε τοιγαρουν ἐκεινος μεν ἐν κοσμῳ φυγῃ των ἀμφι τον μεγαν ἀπαλλαξας δικην, το πολισμα ὑπεισδυς, ὁλος ἐν ἀφοβιαις ἠν, και ὑπερηφανει το συμπαν.

342. PACHYMERES T. II. p. 302.

s) ἀνηνυτα γουν διωκων, ὑποστρεψας.

t) Addit haec interpres.

v) αἰτιαις περιβαλων.

Imp. ANDRONICO II.

cipiebant, illa ſatis alacritate declarantes, quam inuiti, ſumma neceſſitate adigente, pepigiſſent qualescunque inducias cum barbaris; cuius facti acrem poenitentiam monſtrabant. 'Ille autem non aeque cunctis ignoſcebat: ſed quaeſtuoſo diſcrimine, vulgo quidem inope venia donando, miſericordiam oſtentabat; praeſtantiores autem, vt qui rem haberent, et ex quorum nece prouenire lucrum poſſet, inexorabiliter plectebat x).

§. 436.

[ITA dum Latini in Romanos, vix paululum ab incurſionibus Turcorum reſpirantes, variis graſſantur iniuriis;] 'cuncta, quae ad Romanae contra barbaros defenſionem ditionis erant tali tempore neceſſaria, funditus vbique negligebantur. et quaſi nusquam eſſent barbari, contra quos vtilius auctoratorum imperatori militum manus occuparentur, vniuerſae imperii vires impendebantur Romanis oppugnandis y). 'Hinc repreſſi paululum nupero noſtri exercitus ſucceſſu Perſae z), denuo iam ſine vllo metu a) prodibant incurſabundi et per deſolatas a ſe ante regiones ſpicilegium rapinarum faciebant. Si quid ergo rerum aut hominum prioribus latrociniis ſuperfuerat, raptum mancipatumue auferebatur. 'Et augebant ſuis damnis iſtam barbarorum praedam quidam, e tutis, in quae confugerant, praeſidiis, intempeſtiua fiducia repetere agros relictos auſi; qui illic deprehenſi opprimebantur b). quamquam paucos ea imprudentia corripuit. nam ſapientiores plerique, etiam vicinarum arcium aut vrbium non ſatis ſibi tutum aſylum rati, in inſulas et aduerſam continentem profugerant: indeque ſua procul intuentes, ne ad momentum quidem his ſe rurſum 343.

x) ὁ δε τοις μεν ἄλλοις τῳ δεκειν ἀνιει τα πταισματα, τοις δε δοξασι των λοιπων προεχειν, βαρεως ἀχεν.

343. PACHYMERES T. II. p. 302-303.

y) ἠμελλοντο δε τ' ἄλλα, ὡς μηδ' ἂν ἦσαν οἱ χαρα σφων ὑπερεξοντες.

z) και οἱ Περσαι.

a) κατα λοχους και ἀυλακας. omiſit interpres.

b) ὀυδεις ὀυν ἐν χωραις ὑπελειπετο.

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1306.

ſum admouere ſuſtinebant. commendaruntque huius prudentiam conſilii, eorum infortunia, qui egeſtate preſſi peregre, repetere domo auſi vnde illi mederentur, mala ſua priora longe grauioribus cumularunt, hoſtiliter tractati a Perſis, qui eos non vt ſua requirentes, adigente inopia, miſerabantur; ſed iure puniendos cenſebant, vt rapientes aliena; quae nimirum ſua ipſi bello et gladio feciſſent. quare illos, non ſecus quam deprehenſos in furto flagranti, 'immaniter cruciantes trucidabant [c].

§. 437.

344. PER haec tempora iuuenis quidam genere Bulgarus, cognomento Choeroboſcus — [d] audiens, quae in oriente gererentur, vt nempe ſolutis ordinibus Perſae paſſim vagantes per manipulos, tamen, prohibente nemine, regiones illic incurſarent, concepta rei gerendae fiducia, trecentos ſibi ſociat, quorum erant quidam armati arcubus, plerique clauas geſtabant. Cum his mari ſe admouens, transfretare in Aſiam tentauerat, quo tempore illic erat iunior Auguſtus Michaël. Sed hoc eius conſilio diuulgato, qui loca illa cum poteſtate tenebant, audientes, timuerunt, ne plebs agreſtis, militiae rudis, in certum exitium temere rueret. quamobrem comprehenſus ille cuſtodiae traditur. Sed menſes nouem carcere conflictatus, inde poſtea elapſus ad eccleſiam confugit. vbi remiſſiorem nactus ſtationem, prioribus illis cogitationibus ſe reddit; et clam eccleſia recedens, 'miſtam plebis domo profugae, metu Perſarum, multitudinem colligit [e]; cumque his confeſtim et inopinato mare traiicit. vrgebant enim inopes iſti neceſſarium ſibi in agros patrios reditum, propter penuriam rerum omnium, qua longo iam tempore premebantur. quare apud ſe decreuerant alterum duorum, aut ſuis in domibus viuere, aut decore occumbere pugnando. Sic quaedam ſpecies exercitus, Choeroboſco ductore, formata eſt. quaerebantque auide occaſionem experiendi, con-

c) ἀνηλεῶς ἔσφαττον.

344. PACHYMERES T. II. p. 306, 307.

d) Cf. *Tom. II. Bulgarica* §. 374.

e) ξυγκλύδα λαὸν ἐκ τῶν παρακ-τίων συναθροίζει.

conflictu cum hoſte, fortunam belli. Ac principio quidem, plures in paucos irruentes, bene rem geſſerunt. Sed ſaeuus hic erat fortunae ludus, lactantis ipſos vt in fatale pertraheret exitium: paſſos idem, quod vrinatores ſolent, quibus emerſiſſe ſemel et iterum e gurgite facit animos ad tertiam tentandam, in qua demum pereant, immerſionem *f*).

§. 438.

Obſidebat ingens numerus Perſarum incluſam Cenchreis multitudinem plebis inopis, quae, populationibus hoſtium e regionibus circa Scamandrum coacta eo fugere, extremo tum in diſcrimine, exterius illato egebant auxilio. Id ſimul Choerobosco cum ſuis eſt cognitum, illuc aduolant, et improuiſo irruentes, viri eſſe viſi ſunt, fuſis primo incurſu et fugatis hoſtibus; vnde contigit reſpirare pauliſper obſeſſos. Verum paulo poſt congregati maiore numero Perſae, vna ſimul omnes impetu Cheroboſcianos adoriuntur, et immiſſis vi ſumma equitibus in pedites, ipſos internecione delent, circumuentumque vndique Choeroboſcum occidunt; non tamen ſtatim ac ceperunt. aliquamdiu enim habitum in vinculis permiſerunt orare obſeſſos, vt lytrum pro ſe ſoluerent, taxatum a Perſis ſumma nummorum quingentorum. Ad ea Cenchreenſibus non promte occurrentibus, et negligere occaſionem viſis redimendae tot nummis vnius animae: ipſe, cuia maxime intererat, ad eos Choeroboſcus ſuccedens ſub murum, lingua Bulgarica, cuius gnaros eſſe intus ſciebat aliquot (graecae vſum de induſtria vitauit, nolens intelligi a multis, qui ſe circumſtabant, huius peritis, quae dicebat) alte pronunciauit ea, quae putabat valitura inducendis iis ad ſumtum ſua cauſa faciendum *g*). In his praecipuam habebat vim, quod pollicebatur, ſe, ſtatim ac foret liberatus, inſigne aliquod facinus in damnum Perſarum editurum. Erant e cuſtodibus, Choeroboſcum ſub muros producentibus, quidam

f) το τȣ Κολυμβητȣ πυχοντες. ᾧ δῆτα ὁ νοσος ὀυκ ἐχει τι της σωτηριας ἐχεγγυα.

g) οἱ δε κατημελȣν, ἱκανος Βȣλγαρων γλωσσῃ — τοις ἐντος διελεγετο.

Imp. ANDRONICO II.

dam non prorſus ignari linguae Bulgaricae. Hi nunciarunt Perſis, quid captiuus, cuius liberationi pretium conſtituerant, ſponderet h), quo illi cognito, haud tanti putarunt quingentos nummos, vt non mallent illos perdere, quam hoſtem Perſici nominis implacabilem dimittere liberum, 'praeſertim cum ab eo, ſemel tantum victo, ſaepius ipſi ſuperati, metuendi cauſas haberent i). Ergo illum interfecerunt k) —.

'Hi, deletis Choerobosci copiis, quae ſuppetias obſeſſis venerant, et ipſo comprehenſo l), ſine vllo iam metu inſtare concluſis, 'et omnem ab iis rerum neceſſariarum arcere importationem perſeuerarunt: quoad tandem aquae defectu, potiti arce m), quoscunque illic repererunt, perpaucis elapſis, peremerunt gladio: depraedatique cuncta ibi repoſita, flamma tectis ſubiecta, id caſtrum funditus deleuerunt.

§. 439.

345. [ALANI, caſtris Romanorum relictis, cum ad Pegas haererent,] illic eos conueniunt miſſi ab imperatore, qui numerata ipſis pecunia non modica, iuberent, redire vnde fugerant, ac ſigna repetere. at illi ſic parati erant animis, vt mortem obire mallent, quam ſub exoſi et irritati ducis [Rogerii] imperium redire. Interim occaſio illis rei bene gerendae oblata eſt, quadam forte in illis partibus apparente Perſarum manu, ſatis illa quidem valida, nongentorum videlicet armatorum. Cui cum Alani occurrerunt, haud omnes ſimul aderant: ſed ducenti duntaxat, aliis trecentis, ex quo a caſtris receſſerant, dudum varie diſperſis. 'Tamen ita opportune, ita fortiter in Perſas incurrerunt n), vt multos eorum interficerent; reliquos fugarent, fugacibus inſtando, plurimos eorum caperent; nemine ſuorum aut deſiderato, aut grauiter ſaucio.

§. 440.

h) αὐτίκα γὰρ τινων ξυνιέντων, καὶ ἀγγειλάντων, φωρατῷ κακούργων Πέρσαις.

i) Addit h. interpres.

k) Quae hic ſequuntur vide in Bulgaricis §. 377.

l) In gr. vnicum legitur verbum ἐντεῦθεν.

m) ἐνδεᾷ ὕδατος αἱρεῖσι τὸ φρούριον.

345. PACHYM. T. II. p. 313.

n) συμβαλόντες.

a. C. 1306.

§. 440.

[CAZANE, Tatarorum orientalium principe, mortuo]; 'periit cum eo ſimul tota, quae arridere coeperat ſpes reſtituendae imperio Romano tranquillitatis: et eo, qui ſolus poterat, et velle oſtenderat, atque adeo iam coeperat coërcere barbaros ipſi ſubiectos a noſtris regionibus vaſtandis, de medio ſublato; non eo ſolum tenore, quo coeperant, ſed augmentis aggerata grauioribus, mala in nos vbique irruebant: praeſertim autem Philadelphiae, redeuntibus fero impetu ad eius oppugnationem Carmanis o) —. 346.

§. 441.

[IMPERATOR cognita Cazanis morte, legatos circum vrbes miſit, iis praefectos conſolatum]. 'Illud tunc non incommode praeter ſpem contigit, Amurium, quem, ſola Cazanis reuerentia paululum antea repreſſum, haud vanus erat metus eo ſublato rediturum ad ingenium, continere ſeſe tamen et pacis voluntatem prae ſe ferre p): ſiue a Carmpanta timuit, qui foederibus, a Cazane fratre initis (inter quae erat nota cum imperatore conuentio q)) ſtare ſe velle declarauerat; ſiue imperatoris gratiam 'ad 347.

 ſuos

346. PACHYM. T. II. p. 318, 319. Id. p. 321. haec habet: Cazanes Carmpantam, Tuctainae fratrem iuniorem, ſucceſſorem declarauit [cf. *Tatarica* §. 73.]. *Haec ita geſta diuulgata breui per Aſiam ſunt: nec enim ea ſatrapas bellum illic gerentes ignorare ſinebant litterae de his ad arces Romani limitis, quas tunc Perſae obtinebant, allataque publica cum diplomatibus iſta firmantibus, rite miſſa* (ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰς ἄκρας αἱ γραφαὶ διεδόθησαν) *Audiuit ergo Chutluchaimus* (Χατλαχαΐμ) *qui regionibus ad Euxinum ſitis praeerat, quod acciderat: excepitque mox rei famam Solymampaxes Perſa, gener Cutzimpaxis, unde ad imperatorem quoque facti notitia peruenit.* Morte Cazanis breui poſt ſecuta, imperator legatis miſſis, ſatrapas conſolatus eſt [vid. *Tatarica* §. 75.]. His ea ſubiunguntur, quae §. 441. adfero.

o) συνεφθίτο δὲ καὶ ἡ ὑπ' αὐτῷ τῶν ὅλων ἐλπὶς, καὶ τὰ δεινὰ ηὔξανε πανταχοῦ, καὶ μᾶλλον ἐπὶ Φιλαδελφείας, ἐπιτιθεμένων τῶν Καρμάνων.

347. PACHYM. T. II. p. 321.

p) πλὴν, ἀλλ' Ἀμούριος καὶ οὕτως ἐνεδυναστεύετο.

q) Addit h. interpres.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1306.

ſuos ſibi fines vtilem [r]) affectauit. Miſſis hic igitur legatis, ab imperatore petiit, concedi ſibi propriis frequentandam coloniis Interamnam ad Sangarim (‘hoc eſt, terram inter flumina concluſam, quam Meſoneſium ex eo nominant, quod, media inter aquas vndecunque fluentis amnium, velut inſula cingitur [s])) ‘quam ſibi ſuisque habitandam ac cuſtodiendam [t]) attribui addicique volebat ab Auguſto.

§. 442.

Verum interim dum haec, indeciſo adhuc tractatu, pendent, quidam ex huius caſtris, manipulatim quoquouerſum excurrentes, hoſtiliter irruebant in Romanos, iſtarum velut induciarum fiducia reuiſere auſos antiquas ſedes, quaſi ad racemandum poſt vindemiam, et, ſi quid e ſuis olim ipſorum rebus praedonum auaritiam fugiſſet, inde ſublegendum. Hos illi comprehenſos ſtatutis in fures poenis inexorabiliter plectebant. Furtum enim ipſis videbatur eſſe manifeſtum, tollere quidquam ex terra quam ipſi enſe ac bello propriam feciſſent, cui victores inſiſterent, cuius ideo fructus omnes iure ſibi quam optimo quaeſitos contenderent, ſeruarique vt dominis illibatos aequum cenſerent. Hoc noſtri comperto, conducebant priuatis ſtipendiis milites, cum quibus erumpentes in loca praeſertim mari vicino, aliqua e ſuis quondam agris excerpere tentabant: nonnunquam feliciter, plerumque tamen peſſimo ſucceſſu; intercepti quippe trucidabantur.

§. 443.

348. [QVO tempore Genuenſes Peraeam incolentes ſe ad hoſtilem (Catelanorum) claſſem, cuius aduentus aduerſus Conſtantinopolim nunciabatur, excipiendam accingebant; Andreas Genuenſis, pirata] nouiſſime occurrentem ſibi Perſicam nauem expugnatam cepe-

r) Addit h. interpres.

s) μεσονησιον ἐτυμως ὠνομασμενον.

t) ἐφ' ᾡπερ τοις ἰδιοις ὀικιϑησομενον, τοις ἐντος ὀικειν ἀις φυλακην κεοιτο.

348. PACHYM. T. II. p. 345. Id. p. 348, 349. cladium a Perſis illatarum Romanis quaſi in tranſitu meminit.

ceperat, cunctis eius vectoribus potitus, quorum parte occiſa, reliquos viuos imperatori dedit, quaſi ſignificans, ſe pugnae, eius auſpiciis pugnatae, fructum ac ſpolia ipſi repraeſentare fide ſocii. Admiſit hominem Auguſtus omni ſignificatione humanitatis, eum inter alia honorans miſſis ſpecioſarum xeniis veſtium, et veſtiarii dignitate inſigniens.

§. 444.

[THEODORVS Chumnus, ad Rogerium, vt ei inſignia Caeſareae dignitatis et pecuniam in eius copias diuidendam afferret, 349. miſſus, quod eo interuallo nihil mitius e caſtris Catelanorum audiretur, re infecta ad imperatorem reuerſus, eum] reperit intentum Chio recipiendae: cuius conſilii ſucceſſum praeſens occaſio ſperabilem offerret. Audierat, Perſas nauibus in eam inſulam triginta exſcenſu facto vaſtare vniuerſam. Feſtinabat igitur eo mittere ſuppetias manum idoneam. Caeterum infelices Chii praeter paucos arce illic munitiſſima incluſos, fere vniuerſi iam barbarica immanitate perierant. Alii vero, qui onerariis quadraginta ſe, coniuges, liberos et quantas efferre domibus potuerant opes, in ſpem melioris fortunae commiſerant, circa Scyrum naufragium fecerunt.

§. 445.

a. C. 1307.

[INTEREA dum Catelani regiones circa Perinthum et aduerſam continenten igne ferroque vaſtant,] interiora — infeliciſſimae 350. Aſiae aliam patiebantur, quaſi ab illic incluſo nouo Empedocleo vtre, erumpentem tempeſtatem: a Perſis orientales vniuerſos tractus depraedando ſcrutari pergentibus, et vſque in inſulas ad hoc ipſum transmittentibus. Vnde tot varie miſerrimorum e continente vtraque, e vicinis inſulis, Perſarum ab oriente, Catelanorum ab occa-

349. Id. T. II. p. 355.
350. PACHYMERES T. II. p. 368. Id. p. 377. Perſarum a Catelanis Callipolin tenentibus aduocandorum, et p. 382. eorundem in caſtris Catelanorum aduerſus Romanos in Thracia militantium meminit.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1307.

occaſu ſanguinariae manus dimiſſis domibus declinantium, vnum commune perfugium vrbs erat, ad quam nullo aut pertenui viatico inſtructi conuolabant.

§. 446.

351. AMBOBVS iam imperatoribus, ſeniori [Andronico] quidem tertium et vigeſimum, Iuniori [Michaeli Andronici filio] autem duodecimum annum imperii euolui contigit. Quando regiones quidem orientales adeo Perſarum incurſionibus laborabant, vt, velut deſperatae curationis ac prorſus conclamatae, negligerentur; et quae inde triſtia nunciabantur, ab iis qui rebus praeerant, quaſi nihil ad ipſos pertinentia, reiici ſolerent ad alios, ſi qui vſpiam forent, quibus facultas non deeſſet malis cognitis remedium adhibendi.

§. 447.

a. C. 1308.

352. [POST necem Rogerii cum de pace cum Catelanis iungenda imperator cogitaret, commodum] abducendi ab iis auxiliares Perſas facultas offerebatur. Siquidem hos nouae ſub Catelanis militiae taedebat. nec dubitabatur, quin, ſi copia nauium ad traiectum in Aſiam ipſis ſuppeteret, redituri ſtatim ad ſuos forent x). Poſſe autem, ſi vellet imperator, commodari eis ad iſtum vſum imperatorias naues, in illo tunc mari — morantes. Adeo autem palam grauiterque a Catelanis diffidere admixtos iis Perſas fama erat, vt hos illi ab ingreſſu ſecum ipſis hactenus communi liberoque vrbis Callipoleos, nouiſſime arcere coepiſſe, ſatis conſtaret. y) —

§. 448.

v) τα δ' ἐντος [της πολεως credo] σφαιρος ἠν ἀλλος ὁ Ἐμπεδοκλεος· οἱ γαρ κατα την Περαιαν πασαν εσκευαγωγεν, και ὁσοι νησιδιοις προσῳκεν ἀποδραντες Περσας, μιαν εἰχον την πολιν ἐξ ἁπασων ἐφοδιων καταφυγην.

351. Id. T. II. p. 393.

352. Id. T. II. p. 394.

x) ἠγγελλετο οἱ Περσαι μεν και αὐθις, ἠν νηων τυχοιεν, ἀντιπεραν ὡρμησθαι.

y) ἐπεπτοιγε και ὑφ' ὑποψιας Ἀμογαβαροι γινομενοι, της ἐπι την Καλλιπ συν αὐτοις εἰσοδε διεκωλυοντο.

a. C. 1308.

§. 448.

[CATELANOS cum a pace cum imperatore facienda abhorrere appareret;] mox contigit quippiam, quod modo referam. 353
Qui cum ipſis erant Perſae, in diuiſione ſpoliorum fraudati aequa parte fuerant. Cum enim pacti eſſent, praedam partam communiter aequa ipſis et Latinis portione ſortiendam, ita vt ex duobus paris pretii vnum ipſis competeret: Itali cauillantes, ſibi ut equitibus plus, quam illis, plerisque peditibus, in partitione deberi, quantum collibuerat, ſumſerant, particula duntaxat, quantulam ſat fore, quaeſtuoſo ipſis ſibi fauentium arbitrio, ſtatuerant, in Perſas ſocios, vti nihil plus quam gregarios, aſperſa. Sic ſe iniuſte ac contumelioſe defraudari non ferentes Perſae, de hac iniuria et quibusdam aliis, multum, ſed fruſtra, querebantur; ſurdis ad omnia, et quidquid laeſi obtenderent, ſusque deque habentibus ſecure ac ſuperbe Catelanis z).

Hinc natum Perſarum nonnullis conſilium, retro ſe, vnde venerant, trans mare referendi a). Ergo cum forte occurrente nauarcho quopiam Romano clam transigunt, vt ſe, taxato naulo et certis conditionibus, in quas vtrinque iureiurando dato eſt conuentum, ipſos trans fretum innoxie ac fide bona deportaret. Dum ſic traiiciunt, medio in curſu nauem, qua vehebantur, Andreas Muriſcus inuadens occupansque, Romanos quidem in ea repertos ſeruauit; Perſas autem, vt quibus nulla ipſe ſacramenti religione cauiſſet, gladio peremit. Nunciatum id Perſis reliquis apud caſtra Catelanorum ſimilia reuertendi conſilia verſantibus, longe hos deinceps ab eiusmodi cogitationibus auertit. coactosque ad patienter tolerandam qualemcunque conditionem peregrinae militiae, cui eſſent inſolubiliter impliciti, perpulerunt ad coniungendam denuo cum Italis militarem operam, Thracicis communiter regionibus incurſan-

353. PACHYM. T. II. p. 400, 401. ὅσα ποιουντων ἐκεινων, ἃ των ἰσων περιοιντο, ἠμελλεν ἐσαγαν.

z) και ἔλαττω διωμολογημενοι, a) ἀντιπεραν.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1308.

curſandis. Sub haec Muriſcus 'remiſſa triremibus freti cuſtodiendi taedioſa ipſis ac publice ſalutari ſtatione b), cum iis Conſtantinopolin rediit, vbi beneuole exceptus ab imperatore, praemium rei bene geſtae Ameralis dignitatem tulit. Verum Itali ac Perſae, receſſu animaduerſo triremium, quarum ipſis fuerat vicinia terrori, nihil iam deinceps arci Callipoleos imminere periculi cernentes, paucis ſuorum, vti iam ſuffecturis ad eius cuſtodiam, ibi relictis, effuſo impetu obuia ſunt cuncta depopulati; viros quidem occidentes, adultas vero mulieres et pueros immiſericorditer ſeruitum abducentes, pecuniae autem immenſos congerentes cumulos; adeo vt animalia et caetera vtcunque magno et facile vendibilia, vltro in manus incurrentia, nec tollere curarent, ditiori pleni praeda, qua etiam ex cauſa ſegetes in campis maturae ſtruesque manipulorum in areis, illae perire defectu metentium, hae neglectae iacere paſſim cernebantur.

§. 449.

POST haec autem acciderunt mala grauia cuidam arci Myſiae in Olympo ſitae, cui Cubuclea nomen eſt. Cum enim eius incolae acriter oppugnarentur ab exercitu Perſae *Atrais* c), et in extremum iam periculi veniſſent, vnam ſibi契 ſupereſſe ſpem auxilii viderunt a Lopadio, vbi Macrenus dux Romanus d) cum paucis ſui generis degebat, habens ſecum et quoſdam Amogabaros, ex his, quos olim Caeſar Rontzerius e) ad id caſtrum cuſtodiendum miſerat. 'Orarunt ergo Macrenum legatione ſupplici, ne ſe in ſummo diſcrimine deſpiceret, ſed quo poſſet auxilio ſeruaret f). Macrenus delectos ſexaginta ex Amogabaris, 'fidos eos et beneuolos Romanis, quales ſe ferebant, credens g), ire ſuppetias Cubucleenſibus iuſſit. Hi primum profecti ad Perſas, 'clam cum illis conuenerunt, fide data et accepta, ſr, ingreſſos in arcem obſeſſam

b) ἅμα δὲ καὶ τῶν τριηρέων τῆς ἐπὶ τῷ πορθμῷ ἀσχολίας ἀπαλλαγέντων.

354. PACHYMERES T. II. p. 405, 406.

c) Ατραης.

d) Addit h. interpres.

e) Nomen interpres addit.

f) πέμψαντες οὖν βοήθειαν ἠντεβόλουν τῷ Μακρηνῷ.

g) ὡς πιστοὺς τοῖς Ῥωμαίοις.

ſam; pro virili anniſuros, vt Perſis traderentur h): viciſſim autem velle perduci Perſarum opera ſe ſaluos Lampſacum, vnde traiicere ad ſuos poſſent.

Ab hoc arcano colloquio intra munitiones Cubucleenſium vt ſocii admiſſi, nihil immanis hoſtilitatis omiſerunt, quo non in miſeros longe aliud exſpectantes indigenas vel inquilinos loci vario praetextu i) graſſarentur. ad extremum capto tempore, quotquot illic ſupererant, praeſidiariis occiſis, ciues eiectos produnt Perſis, ab iis crudeliter mactandos; arcemque iis iuxta pacta condonant. Ipſi, deducente praeſidio Perſarum iter ingreſſi verſus Lampſacum, plurimos Romanorum huc illucque fugientes variis obiter locis captos ſeruitum abducunt: ac cum alia diuerſi generis praeda immenſa, ingenti potiti ſceleris praemio, Helleſpontum transfretant.

§. 450.

ζ) [MVRISCVS cum, partibus imperatoris relictis, et ſuo 355.
ſumtu duabus nauibus armatis, a Philippo quodam, qui nauibus

ζ) NICEPHORVS GREGORAS: Catelani poſt Rogerii caedem cum *vndique vario periculorum terrore vrgerentur — funeſtam et vltimum Romanis exitium allaturam fraudem excogitant. Turcos in aduerſo littore habitantes miſſis legatis ſocios ſibi aſciſcunt, et cum ipſi ter mille eſſent, quingentos ab illis excipiunt. Nec longo poſt multi etiam transfugae ſe ad illos conferunt: cum quibus egreſſi, finitimos agros infeſtabant, atque omnes equorum et boum et ouium greges vna cum earum rerum poſſeſſoribus colligebant. Quae cum nec Romani, nec Romanorum imperatores ferre diutius poſſent, bellum vtrinque apparari coeptum eſt. Catelanis igitur et Turcis inter duo oppidula, Cypſella et Apros, per illud tempus commorantibus, imperator Michael cum Thracicis et Macedonicis copiis nec non Maſſagetarum* [i. e. Alanorum] *et Turcopulorum phalangibus in eo*

h) κατα το λεληθος κοινολογισαμενοι, και τα πιστα δοντες και λαβοντες. ἠμιν ὁντες μεν ἐπ᾽ ἀγαθῳ τῳ ἰδιῳ συμπραξαι.

i) Addit h. interpres.

355. PACHYMERES T. II. p. 409-411. Niceph. Greg. T. I. p. 140-142.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1308.

e Sicilia nuper appulſis praeerat, captus eſſet], ‘Muriſci metu Amogabari ſoluti, fidentius iam commeantes in Aſiam, Perſas illic non paucos ſub duce *Atina* merentes, certis in ſuas partes conditionibus attractos, freto traiecto ad ſua caſtra deportarunt. Hi caeteris adiuncti, qui iam illic erant, ſuis popularibus, Perſarum fere duum millium numerum explebant k). Quibus multi quoque mixti orientalis olim tractus incolae Romani, ‘nunc omnium inopes, — l) copias in formidabilem multitudinem Amogabaricas auxerunt. ‘Hac vſi opportunitate in rem ſuam duces illius gentis praeterquam ſaltus et iuga praerupta montis Gani validis ſuorum praeſidiis inſeſſa, noſtris inuia fecerunt; etiam ex abundante turba varias conflatas manus quoquo verſus emittentes, cuncta, quae circa Ganum ſunt, vſque Tzurulum, ſaeuis incurſionibus vaſta-

planitie, quae eſt circa Apros, caſtra metatur. Erant autem illi Turcopuli mille, qui Sultanum Azatinem, cum is ad Romanos, vt ante diximus [vid. ſupra *ſ.* 377.], *tranſiſſet, ſecuti erant; ſed cum illo, ab Europaeis Scythis* [Tataris puta], *vt et ſupra* [*ſ.* 383.] *dictum eſt, abducto, non abierant, verum Romanorum conſuetudinem vna cum religione et ſacro baptiſmate amplexi fuerant, atque ex eo inter Romanos milites numerabantur. Cum haud multi dies elapſi fuiſſent, et aliqui e ſpeculatoribus aduentum hoſtium nunciarent, ſurgit imperator, exercitum in armis eſſe iubet; ducibus ac tribunis edicit, parati ſint ipſi, ac praeterea cohortium ductores cohortesque inſtruant. Qui cum hoſtilem aciem tripartito diſtributam viderent, ſuam ipſi quoque, vt aequalis pugna eſſet, tripartito diuiſerunt. Ac Turcopulos quidem cum Maſſagetis in ſiniſtro, Macedonicos et Thracios delectos equites in dextro cornu collocarunt: reliquos autem, eosque plurimos, cum peditatu in medio conſtituerunt. Imperator vero circum ordines obequitans, ſuos ad fortiter pugnandum cohortabatur. Orto ſole, hoſtes in occurſum progreſſi, ex aduerſo conſiſtunt, Turcis in vtroque cornu collocatis, Catelanis medium ob armorum grauitatem obtinentibus. Ibi Maſſagetae, qui iam olim defectionem partu-*

k) Ἀμογαβαροι δε ταις τολμαις ἀναθαῤῥησαντες, ουκ ὀλιγας των περι Ἀτινην Περσων συμμαχους δεχε- ρωμαιων, περι τας χιλιαδας δυο.

l) Addit haec interpres.

vaſtabant m), Heracleae capiendae ſpe excluſae, quippe quam ciues ipſi dirutam incenderant, Rhaedeſtum toto impetu aggrediuntur. huius vero vrbis incolis ſe fortiter defendentibus, vnde venerant, reuerterunt.

§. 451.

[Hac vice rerum, cum barbari occiduum tractum vniuerſum infeſtarent, adeo vt neque Irene Auguſta Theſſalonica Conſtantinopolin redire auderet; imperator] ipſe aduerſus tam vehementes inſultus hoſtium quantam poterat opponens contentionem reſiſtendi, poſtquam cognouiſſet, Turcos in paulo ante ab ipſis occupata Examilii arce ſtatiua habere, vbi cum iis erat Romofortus quoque Catelanus, Marulem ex magno archonte ducem exercitus creatum, iuſſit, attributis ei, quantas expedire pro tempore potuit, modicis copiis, circa locum Apro dictum caſtris munitis conſidere. Ad hunc iſto haerentem loco Romofortus nunciis clam miſ-

riebant, quod Romanorum moribus haud delectarentur, et iam occulte ab Europaeis Scythis inuitarentur, dolum, cum iam in procinctu ſtarent, aperuerunt. Nam cum ſignum pugnae vtrinque datum eſſet, ſtatim ii inclinati ſeorſum conſtiterunt, nec Romanos adiuuantes, nec aduerſum hoſtem pugnantes. Idem et Turcopuli fecerunt; ſiue inter vtrosque de ea fraude conueniſſet, ſiue occaſio ipſa derepente id conſilii ſuggeſſiſſet. Id quod Romanis in ipſo diſcrimine maximum damnum attulit, et integram hoſtibus victoriam nullo labore peperit. — Imperator ſuos a fuga retinere fruſtra conatus, tandem et ipſe fugit, incolumisque Didymotichum venit. *Hoſtes vero exinde ad perſequendos eos, qui fugerant, conuerſi, alios occiderunt, alios viuos ceperunt, donec superuentu noctis reuocati, a perſequendo deſtiterunt. Mane cadaueribus ſpoliatis, diuiſisque manubiis, Thracios pagos impune incurſando vaſtabant et incendebant. Non multis ex eo diebus elapſis, Turcopuli illi, quos diximus, ad Catelanos deficiunt; cupideque accepti, in Chalelis turmam (id nomen erat Turcorum duci) referuntur, et cum Turcis popularibus ſuis conſcribuntur.*

m) καὶ τὰς μὲν δυσχωρίας τὰ Γα-
νὰ καὶ λίαν διαφυλάττοντες τὰ τεῖ-
ριξ δὲ καὶ διαδραμόντες ἄχρι Καλ-
λία μέχρι καὶ Τζεραλλῶν.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1308.

ſis indicat: cogitare ſe transfugium ad imperatorem cum iis, quos ex ſua gente ſecum haberet peculiariter obnoxios (nam de Turcis, quibus precario praeeſſet, ſpondere nihil poſſe n),) erant autem, quos certo confideret ſe adducturum. 'Sed antequam accederet, cupere ſe nobili et rei Romanae inprimis vtili facinore ſpecimen et quaſi pignus fidei ac virtutis ſuae Auguſto dare, Perſis omnibus, qui contra Romanos in occidua continente militarent, funditus delendis. Verum ad hoc egere aliquot millibus nummorum, vt ea pecunia perpelleret Turcos ſibi quadamtenus parentes, ad pugnandum in Perſas ſocios, quod iis, oſtenſo praemio, facile perſuadendum confidebat, licet a rurſus obliganda imperatori fide adeo videret abhorrentes, vt, eo illos vmquam aſſenſuros, plane deſperaret o. 'Accepit credule propoſitionem Marules, et quo magis inclinaret ſic iam affectum Romoforti animum, munera ipſi per ſubmiſſos ad vlterius tractandum non parua obtulit. His diſtinctius inquirentibus de ſumma, quam poſceret, ille reſpondebat, haud minorem eſſe debere quinque aureorum millibus, pretio non magno, ſi cum promiſſi operae pretii vtilitate ingenti compararetur. Facile in hoc conueniebat Marules; ſed prius percontabatur p), 'qua demum ratione rem, quam pollicebatur, oppido difficilem, perfecturum ſe confideret q). Ad ea ille: 'perſuaſurum ſe aiebat parti dimidiae Perſarum, vt alio abirent, praeda, quam illic diriperent, oſtenſa, cuius eos ſciret auidiſſimos. iis ſic digreſſis r), in reſiduos 'cum ſuis cunctis, vna iunctis Latinis et Turcis, improuiſo ruiturum s), interfecturumque haud dubie vniuerſos: 'tum in alios illos ſimiliter moturum, parique exitio paucos, nec opinantes, affecturum t). 'His vltro addebat, ſeſe, ſi Marules vellet, in arrham promiſſae operae iam nunc miſſurum aliquot capita

n) Addit h. interpres.

o) πλην χιλιαδων χρυσια τοσων αποσταλεισων εφ' ῳ τας περι αυτον δελεαγωγηθηναι, και τας Περσας απαξαπαντας προχειρισασθαι, και ας πεντε χιλιαδας το δοθησομενον ισων.

p) ὁ δ' επι ςερεα πεμπων συν αλλοις δωρημασι διεπυνθανετο.

q) πως ἂν παυτας διχαρισαιτο.

r) τας ἡμισειας ἔξω πα σαλαι.

s) Addit haec interpres.

t) κακεινας εκ διαδοχης.

pita Perſarum clam a ſe occiſorum v). Ad quod huic aſſentienti paulo poſt adfuerunt a Romoforto, capita recens ſecta quorundam hominum, quos ipſi fuiſſe Perſas affirmarent, afferentes: 'qua ſpecie inductus in fraudem eſſet minus cautus dux noſter, pecuniaeque iacturam damno inſuper maiori mox ab inſidiis perfidorum, transfugii obtentu cladem nobis nouam molientium, cumulaſſet x); niſi forte reperta illic Romana mulier vnum e capitibus allatis ſui viri, a Catelanis nuper capti, certiſſimo ſibi agnitum, eiulatibus cuncta miſcens, eſſe deieraret: vnde in ſuſpicione orta, reliqua quoque capita Romanorum eſſe, malaque fide Romofortum agere, damnoſus cum deprehenſo iam proditore tractatus abruptus eſt.

§. 452.

At imperator, fame et obſidione arces per orientalem tra- 356.
ctum laborare audiens, fami quidem ſuccurrere conatus eſt, frumento ſupra vſum abundante neceſſarium e maximis quibusque vrbis monaſteriis corrogato, miniſtrisque tradito idoneis, qui illud mari, quo erat opus, deferrent. Turcorum vero incurſionem coërcere ſtuduit, miſſis legatis ad nouum Canin Tocharorum Charmpantanem, qui eadem a ſe illum rogarent, quae iam impetraſſet ab ipſius deceſſore Cazane: 'nempe vt ſibi ſubditos populos ac ſatrapas vetaret terras imperatoris Romanorum, ſibi amici ac foederati, hoſtiliter infeſtare y). 'Ac retulerant paulo ante reduces legati pronum ſe ad annuendum poſtulatis reperiſſe Charmpantanem z). Iamque is adeo audiebatur in eam rem exercitum conſcripſiſſe, non minorem quadraginta millibus exercitatorum bello militum: quorum viginti millia eiusdem Charmpantanis fratris filius ducere nunciabtur, perueniſſeque iam circum Iconium. reliquos mox ſecuturos, legati affirmabant. Eſſe porro his mandatum, ex

v) ὁ δὲ θαυμα τα τοιαυτα ἀκηκοα περὶ πιπωσιν.

x) και ἠπατησεν ἀν.

356. PACHYMERES T. II. p. 411, 412.

y) κατα συμμαχιαν πεμποντα ἁρμοτον. cf. ſupra §. 420 ſeqq.

z) μικρον ὁσον και πρεσβεις ἐκειθεν ἀφικοντο

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1308.

ex imperatoris nutu pendere, quidquid ille ſignificaſſet, exſequendo, quo vocaſſet, in eos mouendo, quos indicaſſet a ſatrapis ſuo imperio infeſtis.

§. 453.

Dum haec imperator audiens et legatos et munera, quae in occurſum tam opportunis auxiliaribus deſtinet, exquirit: turbat ecce gratulationem eius fama ſane feralis, nuncians; captam Epheſum a Perſarcha *Saſane*; qui gener ſimul et ſeruus *Carmani Mantachiae* cum eſſet a), ab illo quidem iam pridem defecerat; propriis autem auſpiciis copias ductans, adeo ſe opibus firmauerat, vt fruſtra iam, ſi tentaret antiquus herus, retrahere fugitiuum conaretur b). Atque ab hoc iam antea coacta ad deditionem longa fame fuerat arx illic ſita Thyraeorum. Poſtquam autem pari famis neceſſitate ſubigente, dedita eidem Epheſus quoque eſt, ſub conuentionibus tamen prius ſtipulatis, nihil ſaeuum in deditos ſtatuendi: vaſa illa pretioſiſſima in templo dilecti Chriſto et virginis diſcipuli conſecrata c), cum opum illic conditarum infinito numero, inde aſportabantur. Tranſlati etiam a victoribus ſunt in Thyraeorum arcem plerique ciuium, metu ne ab iis, captato forte poſtmodum tempore in nouos dominos dolo inſurrecturis, Perſarchae improuiſo circumuenti moleſti aliquid paterentur. Alios plurimos gladio Perſae interemerunt immiſericorditer mactantes.

§. 454.

357. η) Hi tam triſtes nuncii cum aliis aliunde quotidie nihilo laetioribus perlatis, graui quidem moerore imperatorem affligebant; non

η) NICEPHORVS GREGORAS: *Catelani poſt Aprinum proelium, et victoria et Turcopulorum (qui a Romanis, vt diximus, ad ipſos*

a) ὑπὸ τᾶ Περσάρχου Σασὰν, ὃς γαμβρὸς ἅμα καὶ θεράπων τᾶ Καρμάνα Μαντακχία ὤν.

b) καθ' ἑαυτὸν δὲ δύναμιν ἄγων, ὥστ' ἱκανὸν ἐκρατύνατο.

c) σκεύη μὲν ἐκεῖνα τὰ τῷ ναῷ ἀφιερωμένα, τὰ ἠγαπημένα τῷ Χριστῷ καὶ παρθένῳ.

357. PACHYM. T. II. p. 412, 413. Niceph. Greg. T. I. p. 150.

non tamen deficiebant eius animum, qui perſtabat erectus pertinaci ſpe, nec ceſſabat intendere conatus ad mala vndique ingruentia, quam poſſet efficaciſſime, repellenda. ⁴Et princeps quidem eius cura laborabat in excutienda ſibi e ſinu inteſtina peſte, vrbi minantis e proximo tumultus, coniuratis ſimul Amogabaris cum Perſis [d]), ad quos memorati prius Turcopuli numero ſupra mille ſe aggregauerant. ⁵In quos, cum ad Oſphentiſthlabum Bulgarorum regem tranſituri dicerentur, Alani [e]) improuiſo irruentes, quaſi vt gratificarentur imperatori, paucas e multis mulieres et pueros ſic captos ad Auguſtum miſerunt. ⁶Caeterum adiunctione Turcopulorum Catelani adeo tunc roborati ſunt [f]), vt confeſtim inde minciarentur incurſando agere ferreque quidquid in Thracia reliquum erat. —

§. 455.

Deinde cum ſpes nulla ſupereſſet percipiendi inde res neceſſarias, vlterius progredi, obuia quaeque praedando, ſtatuerunt, donec idoneam et ſtabilem ſedem inueniſſent. Itaque montanis Rhodopes, quae ad mare vergunt, ſuperatis, ſpolia ſibi crebra accumulantes; impune progrediuntur. Erant autem Turcorum quidem tam peditum, quam equitum plus quam duo millia; Catelanorum vero in omni tum equitatu, tum peditatu, millia plus quinque. 358.

Autumno iam medio, in ipſo arcturi primo exortu, commeatum ſibi in hibernum tempus paraturi, in Macedonicos pagos impe-

ſos (defecerant) ſocietate elati, crebris excurſionibus et impreſſionibus per integrum biennium omnia et maritima et mediterranea loca, vſque ad Maroneam, Rhodopen et Bizyam vaſta ac deſerta reddiderunt. Deinde &c vid. *§. 455.*

d) καὶ τέως τὸ ἐγκόλπιον κακὸν ὑπὲρ τὰ ἄλλα, ἔθελεν ἀναῤῥῆξαι. τὸ δ' ἦν Ἀμογαβάροι τε καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς Πέρσαι.

e) Excerpta ſunt, cfr. *Tom. II.* p. 150—152. *Bulgarica §. 387.*

f) ταύτῃ τοι καὶ τῶν ἐχθρῶν κρατυνόμενοι.

358. NICEPHORVS GREG. T. I.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1308.

impetum faciunt. Ibi, poſt omnia fere deuaſtata, vberrimo ſibi fructu ex praeda coaceruato, apud Caſſandriam caſtra metantur: quae vrbs olim illuſtris, nunc habitatoribus vacua eſt. Verum ager ei circumiectus, ad habenda ſtatiua et ad hibernandum aptus, ab errabundo Catelanorum exercitu, vt diximus, occupatur. Eſt enim promontorium longe in mare prominens, finibus vtrinque non paruis comprehenſum, per quos niuis redundans copia hibernis menſibus effluit.

§. 456.

a. C. 1307. g)

Ineunte vere illinc digreſſi, Macedonicas vrbes adoriuntur, inter quas ſumma ſpei erat Theſſalonica. Putabant enim, ſi hac primum potirentur, quae ampla eſſet, et magnis opibus abundaret, eo praeſertim tempore, cum imperatrices Irene et Maria intus eſſe dicerentur, nihil deinde obſtiturum, quin, huius vrbis opportunitate vſi, totius Macedoniae dominatum occuparent. — Caeterum hoſtes vere iam facto, relicta Caſſandria, partim proxime Theſſalonicae ſuburbia diuerſati ſunt, partim praedatum exiuerunt. Sed cum totam prouinciam cultoribus vacuam, nullos greges, nulla armenta ſupereſſe, vrbes vero multis armis firmatas conſpexiſſent; in Thraciam redire ſtatuerunt: neque enim ſibi licitum eſſe, illic deſidendo tempus terere, ac ſe ipſos pereuntes fruſtra prodere. Nam ſi commeatu deſtituerentur, qui tot equos, tot captiuos ſecum ducerent, cum ipſi octo millibus haud pauciores eſſent, exitium haud dubium a fame imminere. Sed priusquam conſilium illud multitudini militum innotuiſſet, e captiuo quodam audiunt, viam ſibi in Thraciam non patere, longo muro, quem imperator apud Chriſtopolin a mari vſque ad vicini montis cacumen nuperrime exſtrui curaſſet, eos prorſus inde excludente.

Ea res praeter omnem exſpectationem audita illos perculit, et conſilii prorſus inopes reddidit: eoque redegit, vt, quo ſe verterent

g) Annus ab interprete in margine adſcriptus e Ducangio, eſt a. C. 1307. Secundum Poſſinum in lib. 3. obſeruationum Pachymerianarum, eſt a. 1308.

ferent, neſcirent, cum et fame premerentur, et timerent, ne populi Romanis Macedoniam incolentibus finitimi, Illyrii, Triballi, Acarnanes, et Theſſali, ſinguli irruptionem eorum veriti, et ſe inuicem cohortati, omnes vires coniungerent, atque iſtos circumuentos funditus delerent, nullum ſcilicet locum habituros, in quem incolumes fuga euaderent. — Relicta igitur Theſſalonica, tertio die ad Theſſalicos montes peruenerunt, Olympum, Oſſam, et Pelium: iuxta quos caſtris poſitis, et agro vaſtato, quae ad ſuſtentandam vitam neceſſaria eſſent, abunde parauerunt. Sed illud paene me praeterierat, quod, vt hiſtoriae ſeries continua ſit, explicandum eſt.

§. 457.

9) In Latinorum exercitu, vt dictum eſt, etiam Turcorum tria millia h) fuerunt: quorum mille et centum eos fuiſſe diximus, qui cum Meleco poſt Azatinis ad Scythas fugam i) remanſiſſent, eosdemque ſacro baptiſmate initiatos et in Romanas legiones relatos, noua deinde ſobole auctos, demum a Romanis defeciſſe, et ad Catelanorum ſigna tranſiiſſe, cum ambo exercitus in campis Apro vrbi circumiectis conflicturi eſſent: maiorem vero partem ex Aſia cum Chalele traieciſſe k), a Catelanis in auxilium euocatos et mercede conductos. Cum igitur Catelani in Theſſaliam, quemadmo-

9) PACHYMERES: *Inter haec quidam e Perſis, qui in tractum occiduum traiecerant, Iſaacius Melecus, eius gentis ſatrapa et multos ſub ſe habens, miſit clam ad imperatorem, ſine vllo Catelanorum ſenſu, qui rogarent, vt ſe, ipſi conciliari cupientem et foedus cum eo inire, admitteret. Offerebat autem, ſe ſtatim relicturum Amogabarorum partes, et quidquid ad res et rationes imperatoris expedire intelligeret, pro virili acturum: ſiue illic, vbi erat, ſi fieri poſſet, perſiſtendo, ſiue in aduerſam cum ſuis copiis transfretando continentem. His imperator auditis, reputans, malis quotidie ingraueſcentibus, non aliam aliunde ſpem remedii oſtendi — quam a procuranda,*

9) Pachymeres T. II. p. 413, *millia*. cfr. et infra §. 460. et 461. 414. i) Cf. ſupra §. 450. variet. lect.
h) Supra §. 455. *plusquam duo* ... k) Cf. ſupra l. c.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1308.

admodum dixi, proficiſcerentur, Turci aduerſus eos tumultuari coeperunt, quod familiaritatem illorum ſuſpectam haberent, nec ſibi tutam prorſus futuram arbitrarentur. Turcorum igitur duces, Melecus et Chalel, cum Catelanorum duce congreſſi, verba fecerunt de pacata diſceſſione. Qui cum poſtulatis illorum haud cunctanter annuiſſet (neque enim ipſis, iam Romanorum metu liberatis, Turcorum auxilia neceſſaria erant) cupide diſceſſerunt, poſtquam et captiuos et omnem, quam ſecum ferebant, praedam pro

ſi qua poſſet arte confici, debilitatione atque imminutione potentiae hoſtilis (ἤ τὸ χεῖρω ποιεῖν τὰ τῶν ἐχθρῶν κατά τινα σύνεσιν) *: perlibenter excepit legationem, et remiſſo ad Melecum Perſa quodam fido, vt res tutius lateret, promiſit, ſe illi daturum in vxorem antiquioris illius Meleci filiam, adiecturumque dotem amplam: nec in caeteris, quoties foret opus, aut ipſe cuperet, ſuam munificentiam requiſiturum. ʿEt procedebat feliciter tractatio miſſis vltro citroque quotidie commeantibus; quorum quidam a Meleco nunciauit, ipſi videri, poſſe Turcopulos a ſocietate Catelanorum abſcindi, et dato idoneo fidei pignore Romanis conciliari* (ἀλλὰ τούτων ὁσημέραι διαγγελλομένων, καθυποσχέσθαι τε καὶ αὖθις προσχωρεῖν τοὺς ἀποστάντας Τουρκοπούλους, ἐὰν γε συμπράττοντος) *ſi ſuae ipſis mulieres, ᵒquas captiuas ab Alanis imperatori deditas dictum eſt* (Addit haec interpres) *ab hoc illis redderentur. His facile annuente Auguſto, et mulieribus iam miſſis, deprehenditur ab Amogabaris arcana molitio. Quare Romofortus ad iudicium Perſarcham citat, eosque omnes, quos defectionis cum eo cogitatae ſuſpicio contingebat. His cauſam difficilem, exitu ſane ancipiti, dicentibus, cum non occurreret, quid aliud veriſimiliter allegarent, in eo, conſenſerunt, vt affirmarent, non vere deficere ſe voluiſſe, ſed oſtentanda falſa eius rei voluntate, ab imperatore retrahere vxores Turcopulorum. Fidem inuenit apud Amogabaros plauſibilis excuſatio. atque ita magno defuncti periculo coniurati, Perſarchae (Meleco) perſuaſerunt velocem in Aſiam traiectum, ʿquem is clam adminiſtrare eo commodius potuit, quod quaſi ſoluti iam cura* (Addit h. interpres) *Catelani Perſis a tergo relictis circa partes Madyti, hinc quidem triremibus conſcenſis mare latrocinantes infeſtabant; inde autem terreſtribus copiis late praedabundi regiones incurſabant, ipſi quoque vrbi formidati, anxia eorum exſpectatione ſollicitae.*

pro rata vtrinque inter ſe partiti ſunt. Sed de rebus Turcorum, quae fuſiori narratione egent, infra dicturi ſumus [l].

§. 458.

MONACHVS quidam Hilarion florentis aetatis in Peribleptae monaſterio vitam religioſam exercitans, cum miſſus Elegmos ad curanda illic ſita hoſpitium et praedia, ad ius modo memorati pertinentia coenobii, videret inde, vri quotidie omnia incurſionibus Perſarum, aſpirareque multos barbaros vſque ad citimam viciniam oppidi Elegmorum, iuuenis aetate ferox, audax indole, nec militaribus, ſi adfuiſſet inſtitutio, functionibus ineptus [m], collecta indigenarum manu, ſecure graſſantes aggreſſus Perſas, magna ſe illos plerumque mactabat; ſicque locum defendens intactum iniuriis hoſtilibus praeſtare pergebat. Quando fama rei perlata in vrbem, religionem praepoſitis incuſſit, quaſi contra fas ſinerent ſacrae profeſſionis hominem armorum et ductus turbae militaris exercere miniſterium. Ea res ante omnes Praefectum Peribleptae, mox et de his edoctum patriarcham mouit ad obiurgandum iuuenem vehementius, ſeuereque ſub interminatione poenarum grauium ei denunciandum, ne vllam deinceps partem bellicae adminiſtrationis attingeret. Haud ſatis ille ſe morigerum monitis talibus praebebat, praeſens aliud neceſſitate ſuadente. Quare cum intelligeret, irritatos eius contumacia praepoſitos in eo eſſe, vt ſibi comprehendi iuſſo acria infligerent ſupplicia, confugit ad imperatorem, qui eum libenter admiſit [n], et apud ſe ditinuit, fruſtra interim ſatagens ei placare patriarcham. 359.

§. 459.

Dum haec mora longe ab Elegmis Hilarionem tenet, nemine illic interim tutelae locorum inuigilante, contigit, Perſas im-

 prouiſ-

l) Addit Nicephorus p. 153. *Caeterum autem, Turcis iam digreſſis, ſoli ad montes Olympum et Oſſam, .. hibernabant.*

359. PACHYMERES T. II. p. 416, 417.

m) καὶ ἐμπειρίαν πολεμικὴν οὐκ ἀπᾳδων.

n) ἀλλ' ἐκεῖ καὶ προτίμιον ἐδεδόκτο τοῖς μεγίστοις διὰ τὸ τόλμημα, γνῶς ἱκανῶς, βασιλεῖ προσέχειν ὁ δὲ καὶ δεχθεὶς.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1308.

prouiſo irrumpentes magnam illic caedem facere, trucidatis cunctis, qui ſe abdere intra munitionem ſat mature nequiuiſſent. Perculſus atroci nuncio Auguſtus, cladique indolens, recte quidem potuerat eam imputare culpae illorum, quorum eſſet ſuperſtitioſa moroſitate factum, vt tam neceſſarium praeſidium tam extreme periclitanti loco ſubtraheretur: ſua tamen eum religionis abundantia, reſpectusque monaſticae ſanctitatis, adeo abhorrentis a tractatione armorum, diu detinuit a vero et vnice vtili, malo huic remedio adhibendo. Quaeſiuit ergo modos alios eius incommodi leuandi. Sed quidquid moliretur, nihil proderat. Interea 'concluſorum intra Elegmos, ſolo illic muri obiectu vitam tuentium o), increbeſcebant apud Auguſtum quotidianae infimaeque preces, remitti ad ſe Hilarionem flagitantium, 'cui (haud) p) amplius inuidiae ferendae ſe parem imperator negans, allegata patriarchae ineluctabili potentia victricis legum 'neceſſitatis q), aegre tandem impetrauit, vt, eo ſinente, rediret, vnde retractus erat, Hilarion.

'Reuerſus Elegmos ille fiduciam incolis, ſecuritatem agris, quanta maxima ſperari tali tempore poterat, reddidit r), nam circumquaque cuncta a Perſis occupata tenebantur. Pruſa ipſa calamitatibus ſubacta ingentibus emere a Perſis, numerato immani pretio, tributi nomine, vmbram pacis pro vera, quam mendacibus promiſſis oſtentarant, pace.

§. 460.

a. C. 1309.

360. TVRCI — cum a Catelanis diſceſſiſſent, in duas partes diuiduntur. et alii Chalelem, alii Melecum ſequuntur. Melecus ſacro baptiſmate cum filiis primum initiatus, magnis etiam ſtipendiis ab imperatore acceptis, cum deinde et fidem illi datam fregiſſet, et reli-

o) τῶν περιληφθέντων.
p) *Haud* redundat.
q) ἐνδυναστεία τῆς ἀνάγκης.
r) καὶ αὖθις ἐπιστὰς ὅσον ἦν τῇ ἐκεῖσε διησφαλίσατο.

360. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 156. annum interpres p. 155 in margine adſcribit.

Imp. AN-DRONICO II.

religionis inſtituta legesque repudiaſſet, et ad Romanorum hoſtes defeciſſet, prorſus deſperata Romanorum amicitia, ad Cralem Seruiae, a quo acerſebatur, ſe conferre maluit, quam in conſpectum Romanorum venire. Quare ipſe et mille eius equites cum quingentis peditibus profecti ad Cralem, omnes equos et arma tradere iuſſi ſunt, et priuatam vitam agere: ea tamen lege, vt belli tempore et cum res ita poſceret, arma ſumerent, ac Triballorum exercitum totidem ſequerentur, quot ipſe imperaſſet.

§. 461.

Chalel vero cum trecentis et mille equitibus et octingentis peditibus in Macedonia immoratus, duabus conditionibus pacem cum Romanis facere cupiebat, vt et Chriſtopolitanas anguſtias tranſire ſineretur, et Romanis nauibus cum omnibus, quas haberet, manubiis impoſitus, traiecto Helleſponti freto in patriam perduceretur. Imperator, hac legatione audita, qualem et quantam Romanis prouinciis perniciem attuliſſent, recordatus, illos tanquam graue onus quamprimum excutere voluit. Quamobrem ſtatim prae- 361. ſtanti duce Senacherim, qui tunc magnus ſtratopedarcha erat, cum tribus equitum millibus miſſo, illos e Macedonia in Thraciam ad Helleſpontum vſque perducendos curauit.

Ibi cum Romani duces et milites multitudinem equorum, pecuniarum et omnis generis manubiarum vidiſſent, quas e Romanis prouinciis hoſtes in Aſiam transportaturi forent, indignum rati ſunt, ſe volentibus id fieri. Siue igitur rem Romanam commiſerati, ſiue lucri et emolumentorum ſpe corrupti, ea conſilia ceperint, quae a pactis et conuentis abhorrerent, non modo iis naues, quibus transportarentur, non dederunt, ſed et illos nocte aggredi ſtatuerunt. Ea res Turcos non latuit. Quapropter, loco mutato, ad Romanorum impetum tolerandum ſeſe parauerunt. Immo curſu citato vicinum quoddam caſtellum petiere, eoque occupato ad bella et pugnas e loco munitiore gerendas ſe parauerunt.

Id

361. Id. T. I. p. 157.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1309.

Id facinus conſilium Romanorum turbauit, et quam longiſſime ab illis caſtra abducere coëgit, donec imperatorem etiam quid actum eſſet certiorem reddidiſſent. Proinde non parua mora interceſſit, neſcio qua Romanorum principum conſuetudine, res, quae feſtinationem poſtulent, ſegniter adminiſtrandi.

§. 462.

Quae cum ita eſſent, barbari nihil negligendum rati, miſſis in Aſiam nunciis, breui tempore magna popularium ſuorum auxilia arceſſiuerunt. Proinde excurrentes alias aliunde, ſubitis et inexſpectatis irruptionibus agros vaſtabant.

Romani autem duces, ita ſe deſidere et prouinciae vaſtationem cernere, abſurdiſſimum eſſe iudicabant. Quamobrem priusquam hoſtium audacia creſceret, et Romanorum vires magis attererentur, imperatorem Michaelem, omnibus copiis coactis, ad caſtellum oppugnandum et delendos barbaros adigendum eſſe, cenſuerunt. Quo facto, duces et milites omnes ad imperatorem conuenerunt. Nec illi ſolum; ſed et agricolae et foſſores vniuerſi eodem confluxere, bidentem quisque et ligonem manu geſtantes. quippe non tam ad gerendum bellum, quam ad paratam praedam, hoc eſt ad hoſtes cum ipſo caſtello euertendos accedebant.

§. 463.

Duces igitur et exercitus omnis cum imperatore aduerſus hoſtem proficiſcebantur, magnam ſecum hominum circumforaneorum multitudinem trahentes, nec non ruſticanam turbam, quae ligonem etiamnum et ſarculum redolebat. Et hi quidem omnes haud inuiti ſequebantur: cum plerique ex imperitia emolumenta tantum
362. victoriae reputarent; quibus vero ea periculis conſtarent, penitus obliuiſcerentur.

Quantum autem hoſtes ad pericula vltro obeunda ſe confirmabant, quod et in hoſtili terra concluſi et numero longe inferiores

362. Id. T. I. p. 158, 159.

riores eſſent aduerſariis, eo Romani contemtius neglectaque militari diſciplina contra illos procedebant, propterea quod numero et armis hoſtem longe ſuperabant. — Hoſtes itaque, qui antea Romanas copias vel e ſola fama timebant, et ipſi ſeſe inter mortuos potius, quam inter viuos numerabant, cum eos nullo ordine progredi cernerent, multo alacriores ad pugnam facti, omnes opes, mulieres, caeteraque ad inſtans proelium inutilia colligunt, et intra munitiones ac foſſas, quas ad ſalutem ſuam defendendam diligenter praeparauerant, includunt: ipſi vero cum delectis equitibus probe armati, non plures ſeptingentis, ad imperatorium vexillum excurrunt, nec in tuto loco poſitum, nec iuſtis viribus et ea, qua oportebat, diſciplina cuſtoditum.

§. 464.

Ad hanc tam ſubitam excurſionem hoſtium turbata primum colluuies illa et agreſtium hominum turba effuſe fugere coepit. Deinde alii atque alii paulatim ſe ſubducere: denique omnes, absque bellico ſtrepitu conuerſi, trepide fugere coeperunt. Cum autem imperator in aciem reuocare milites cuperet, neminem inuenit, qui audire vellet. Itaque, rebus deſperatis, eadem via et ipſe abiit, moeſtus et lacrimis oppletus, poenam hanc euidentem veterum recentiumque delictorum diuinitus ſibi infligi cogitans. At plerique duces, quos fugere inordinatos pudebat, ad tempus reſiſtebant, et barbarorum arma in ſe conuertebant, ac veluti reprimebant, ne Romanos fugientes aut ipſum imperatorem perſequerentur. Tandem ab hoſtibus omnibus ſimul iunctis circumuenti, deditione facta, in vincula coniecti et in cuſtodiam dati fuerunt. Pecuniam vero imperatoriam Turci inter ſe partiti ſunt: item quicquid inſignium imperii in tentorio imperatoris extitit: in quibus et calyptra imperatoris fuit, gemmis de more et margaritarum nexibus ornata; quam capiti ſuo Chalel impoſuiſſe traditur, ac imperatorem ridiculis et iocularibus verbis perſtrinxiſſe.

Imp. ANDRONICO II.

§. 465.

a. C. 1309 — 1312. s)

363. POST victoriam illam barbari, ſumta maxima audacia, omnes fere Romanorum agros circa Thraciam vaſtauerunt, et peſſime illic graſſati ſunt; vt Romani duobus propemodum annis moenibus egredi nec ad arandum nec ad ſerendum auderent. Quae res graui moerore et importuniſſimis curis animum afflixit imperatorum. Iam enim a Romanis legionibus nulla prorſus auxilii ſpes ſupererat, ſero tandem intellecta numinis iracundia, quae illas comitabatur; cauſis vero illius iracundiae haud ſcio quomodo non intellectis. In id igitur vnum intenti erant imperatores, vt mercenarium vndecunque militem conducerent. In quo mora temporis non parua interceſſit; dum futuros ſumtus reputant, magnos videlicet, et quos fiſcus ferre difficillime poſſet. Etenim fiſcus, ſi vnquam alias, tum vel maxime erat exhauſtus, ob prouincias vaſtatas. Tamen, vrgente neceſſitate, et minimum quietis indulgente, imperator Andronicus ad filiae ſuae maritum Cralem Seruiae s) auxilii accerſendi cauſa legationem mittit.

§. 466.

Sed priusquam auxilia inde aduenirent, Deus, qui omnia perficit et in melius refert, nobilem et ſenatorium virum, Andronici imperatoris cognatum excitat, et generoſo quodam zelo inflammat. Is erat Philes Palaeologus, qui et protoſtratoricum ab imperatore baculum deinde accepit. Qui cum in palatio aſſiduus verſaretur, et magna apud principem gratia polleret, quem ſincero et ardente animi affectu atque ipſa vitae honeſtate ſibi conciliauerat, ignauus
364. et imperitus rei militaris habebatur; tum quia corpus natura ſua tenue et morbis obnoxium habebat; tum maxime ob id, quia vni rerum diuinarum contemplationi immorabatur, et fere in templis degebat, ac cultu religioſiſſimo ſacra proſequebatur. Is cum imperatorem Andronicum tantis curis aeſtuantem videret, animo in-

doluit

363. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 162.

s) Hunc annum interpres in margine p. 159. adſcribit.

364. Id. T. I. p. 163.

doluit, et ad illum ingreſſus; permitte, inquit, mihi ad Romana caſtra proficiſci, vt et paruam militum manum et centuriones ac tribunos, quos ipſe voluerim, deligam. Fac item, vt commeatum mihi ſuppedites, qui et hominibus et iumentis ſatis ſit. Spem enim firmam et inconcuſſam in Deo collocaui, qua animum ſubeunte, ita confido, vt affirmare non dubitem, victorem me, barbaris hiſce profligatis, quamprimum affuturum. —

§. 467.

Quae cum omnia Philes ex animi ſententia obtinuiſſet, tum ipſe humanitate primum et omnis generis officiis bellicum ardorem et impetum in animis militum excitare; pecunias, equos, arma, pocula largiri: interdum et zonam ſuam ſoluere et militi dare; alii pugionem offerre: eodem victu vti; idem velle et ſentire: honores et donatiua non parua, quae cuiusque laboribus reſponderent, bello confecto ſe perſoluturum, promittere; item monere, vt ab omni flagitio ſibi temperent: denique ſacerdotibus magnam pecuniam diſtribuere, vt Deum pro ſe et exercitu deprecentur. Ad haec, antequam vrbe egrederetur, neceſſarium duxit, exploratores praemitti, qui hoſtium caſtra ſpecularentur, ne ſe ipſe temere moueret. Cum autem cognouiſſet, Chalelem nudius tertius mille pedi- 365
tes et ducentos equites delegiſſe, qui omnes agros iuxta Bizyam popularentur, et maximam inde praedam afferrent, maturat exitum eo conſilio, vt cum hoſtibus, nondum ad ſua reuerſis, ſed cum praeda redeuntibus, in itinere congrediatur.

§. 468.

Tertio die poſt, quam ex Byzantii ſuburbiis diſceſſerat, ad flumen, quod incolae Xerogypſum appellant, peruenit. Planus is locus, et campis ad caſtra metanda et ad proelium committendum aptiſſimis diffuſus. Ibi igitur caſtris poſitis, aciem explicat; ordines et ordinum ductores, cohortes et cohortium praefectos cum primi tum extremi agminis, legiones denique ad pugnam inſtruit

365. Id. T. I. p. 164.

ſtruit; benignis ſermonibus omnes ſubinde confirmat, et propinationibus demeretur: omnia denique facit, quae animorum alacritatem maxime augent.

Biduo poſt ſub mediam noctem ſpeculatores adſunt, hoſtem in proximo eſſe nunciantes, multis ſpoliis onuſtum, viros, mulieres, puerosque et iumenta ſecum ducentem. Sub ortum ſolis etiam hoſtes ſe oſtendunt, atque eminus et ipſi hoſtilia caſtra cernunt, ſplendore armorum coruſcantia. Quare preſſo gradu ad pugnam ſe parant. Ac primum, curribus in orbem circumpoſitis, captiuos in medio vinctos collocant vna cum caeteris manubiis. Deinde puluere capitibus inſperſo et manibus in coelum ſublatis, arma corripiunt. Iam et Romanum exercitum inſtructum vident contra ſeſe ire, et Philen pone ſequi, peditum et equitum copias regentem, et variis adhortationibus ad pugnam exſtimulantem.

§. 469.

Qui igitur in dextro cornu ordines ducebat, primus cum ſuo agmine in hoſtilem phalangem facto impetu, hoſtem oppoſitum, letali vulnere inflicto, ex equo deturbat; mox ſtatim alterum. Deinde, equo ſuo vulnerato, ex acie diſcedit. Id Romanam phalangem aliquantiſper conturbauit, effecitque, vt hoſtes reparatis viribus incondito clamore et vlulatu ad perſequendos Romanos cum impetu ferrentur. Sed Philes huic malo ſtatim occurrit, cum aciem obeundo equites pariter et pedites verbis et cohortationibus confirmaret; et hinc quidem ipſe lacrimis diuinam opem imploraret, ne totum Romanum imperium paulo momento funditus euerti pateretur; inde autem captiui gementes et vlulantes, feruentibus ſuſpiriis et fletibus praeſens Dei auxilium expoſcerent. Tum igitur
366. pedeſtres Romanorum copiae barbarorum peditatum cominus aggreſſi, feriunt et feriuntur, caedunt, caeduntur; et vtrisque fortiter dimicantibus, atrox et ardens pugna t) exſurgit. Maxima vero parte equitum Philes barbaricam aciem innoluit; ac ipſe ſummis

366. Id. T. I. p. 165.

t) τον [illegible] omiſit interpres.

tis ſecum iis, qui armis optime inſtructi erant, totam a latere phalangem hoſtium perrumpit, et, in eam vſque mediam delatus, ita ſtrenue obuios diſiicit, ac perturbat, vt barbari neque conſiſtere poſſent, nec, quid agendum eſſet, ſcirent, vndique circumuenti et foede trucidati.

§. 470.

Ita omnibus ferme illic caeſis, pauci duntaxat equites effugerunt; quos Romani equites gradu accelerato vſque ad ingreſſum Cherſoneſi perſecuti ſunt, vt ibi tanquam intra rete concluſos reliquos facili labore mactarent. Quo cum peruentum eſſet, gaudio ob victoriam exſultantes, honoribusque et donis ab imperatore cumulati, caſtra ponunt. Statim etiam quinque triremes imperator miſit, quae Helleſponti oram legendo cauerent, ne a barbaris in aduerſo littore habitantibus Chaleli auxilia ſubmitterentur.

Hoc rerum ſtatu Triballorum quoque auxilia, iampridem euocata, adſunt, delectorum equitum duo millia. Adeſt et Latinorum Galataeorum Poteſtas [praefectus], apud Helleſpontum vltro noſtris opem laturus, cum octo triremibus et muralibus tormentis. Cum igitur hinc Romanorum et Triballorum copiae, inde ii, qui in triremibus erant, aduenisſent, pro gentium et nationum varietate diſtincti ac diuiſi circum oppidum et foſſas, intra quas barbari ſe continebant, caſtra metantur. Ac Romani quidem et Latini, obſidionum et oppugnationum periti, omnis generis firmas machinas contra caſtellum diſponunt; quarum ope ſaxa plurima eiaculantes, magnam apud barbaros hominum et iumentorum ſtrages edebant: idque nec interdiu nec noctu facere intermittebant.

§. 471.

Barbaris vero, quibus iam ante oculos mors erat, nec vllum effugium patebat, quod vndique multis exercitibus cincti eſſent, diſcrimen vitae adire viſum eſt, hoc modo. Noctu Romanorum potius, quam aliorum, exercitum inuadendum eſſe ſtatuerunt; quod et vincere eos hactenus conſueuiſſent, et praeteriti temporis cladi-

 bus

Imp. AN-DRONICO II.

a. C. 1316 — 1321.

bus adhuc territos eos putarent: vt, per hos forſitan caeteris quoque hoſtibus perturbatis, morae alicuius ſpatio oppugnationem interrumperent. Sed tum primum ſenſerunt, ſe falſa de Romanis
367. opinione imbutos eſſe; quos ne prima quidem barbarorum eruptio latuit, armatos et vigilantes, et per crebras excubiarum vices noctem tranſigentes. Quare inani impetu velut in fortem turrim facto, repulſi turpiſſime receſſerunt. Nec tamen in eo demum ſubſiſtere eis placuit, vt nihil vltra tentarent. Verum graui obſidione premente, etiam Triballorum periculum facere libuit. Sed eodem modo ab illis etiam tractati, iam in extrema deſperatione verſabantur.

Itaque poſtridie ſub mediam noctem abiectis armis, ad triremes plenis ſinibus et ſaccis decurrunt. Latinis enim ſolis, quod nihil ab illis mali timerent, vt quos nec ipſi vlla iniuria antehac laeſiſſent, ſalutem ſuam credere auſi ſunt. Sed cum ea nox obſcura et illunis foret, plerique imprudentes ad Romanas triremes deueniunt: ibique dum fumum fugiunt, in ignem delabuntur, hoc eſt, in Romanorum manus incidunt, qui et pecuniis omnibus eos actutum ſpoliant, et abſque miſericordia contrucidant. Latini vero ſuos ſupplices non quidem omnes occiderunt, ſed eos tantum, qui pecuniae plurimum attulerant, vt, quid accepiſſent, incompertum maneret, ne Romani, ſi reſciuiſſent, pecunias repeterent. Caeteros tum quidem in vinculis viuos habuere: deinde ex iis alios imperatori attulerunt, alios inter ſeſe partiti, ad ſeruitutem retinuerunt. Et haec quidem in hunc modum geſta ſunt.

§. 472.

368. IMPERATOR Andronicus ſenior, claſſe Genua appulſa, omnes nauarchos paſſus eſt verſus Euxinum pontum, quem petebant, curſum dirigere,] quatuor exceptis quos cum totidem, quas ducebant, triremibus, nauare ſibi operam voluit certa mercede conſtituta

367. Id. T. I. p. 166. pergit Nicephorus: *Sequenti anno etiam Niphon e patriarchalis ſede eiicitur.* interpres ibi a. 1316. in marg. adſcribit.

368. PACHYMERES T. II. p. 419

ſtituta, cuſtodiendis Abydi faucibus, et impediendo per fretum traiectu Perſarum; tutaque a piratis, ſi qui ea maria infeſtare tentarent, ora illa praeſtanda. Caeterum his denunciauit, velle ſe, abſtinere ipſos a vi hoſtibus inferenda, vſque ad diem a praeſenti viceſimum; ne tractatum quendam iam inſtitutum pacis intempeſtiua forte proelii commiſſio diſiiceret. Poſt eum terminum, ſi conuentio non coaleſceret, tum ſane arma expedirent, virtutemque monſtrarent.

§. 473.

[DVM imperator cum Amogabaris de pace agit, Alani, Romanorum ſocii, quam iam ex aliquo tempore meditati fuerant, fugam ad Bulgaros, miſſis eo conſilio ab Oſphentiſthlauo, Bulgarorum rege, ducibus, capeſſunt.] v) 'Huius Alanorum itineris certiores facti Turcopuli, valde doluerunt, elabi ſibi hoſtes e manibus, et ſpem praecidi omnem captiuos e ſua gente plurimos et valde caros, quos illi vinctos trahebant, amplius recuperandi x). Ergo Italos et Perſas ſecum militantes adeunt, facile fore aientes, Alanos praeda onuſtos in via longa et difficili notis praeuertendo compendiis deprehendere. nec arduum tum fore, vincere improuiſo circumuentos; ſed et idem quaeſtuoſiſſimum cunctis ipſis futurum, ſpolia illa multa et pretioſa, quae Romanis erepta aueherent, amplum victoriae praemium inter ſeſe diuiſuris y). 'Ita illi alios quidem ſpe lucri ac praedae in ſuam ſententiam non fruſtra conabantur attrahere z): 'ipſos autem cura potiſſimum mouebat coniugum cum paruulis, quas ferme vniuerſas (paucis illis videlicet exceptis, quas in vrbem miſſos diximus) Alani abducebant, ab illa ſeruitute liberandarum a). 369.

Ergo

369. Id. T. II. p. 420.

v) Vide *Bulgarica* §. 388.

x) ὧν χάριν ὑπεραλγήσαντες Τουρκόπουλοι, οἱ γὰρ αὐτῶν οἰκεῖοι παρ' ἐκείνοις ὄντες συνεξηλαύνοντο.

y) πείθουσιν Ἰταλοὺς καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς Πέρσας, Ἀλανοὺς καταλαμβάνειν πρότερον σπεύσαντας. εἶναι γὰρ καὶ παρ' ἐκείνοις οὐκ ὀλίγην λείαν διαβεβαιοῦν, ἣν φθάσαντες ἐκ Ῥωμαίων περιεβάλοντο. καὶ τάχ' ἂν αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἔργου προσγενήσεσθαι περιγενομένοις τῶν Ἀλανῶν.

z) τοιαῦτ' ἔλεγον Πέρσαις.

a) καὶ τοὺς παῖδας περιῆσαν πλὴν γὰρ τινῶν ὀλίγων πᾶσαι αἱ γυναῖκες σὺν τέκνοις τῶν Τουρκοπούλων παρ' Ἀλανοὺς κατείχοντο.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1316 — 1321.

‘Ergo Turcopulos, pro ſtudio acriori praecurrentes, caeteri quoque perſuaſi ſubſecuti ſunt: non omnes tamen. relicti ſunt enim
370. idoneo numero, qui Callipolin interim tuerentur et Madytum [b]. — Turcopuli autem cum aliis, quos ab iis diximus in conſilii perſequendi Alanos ſocietatem tractos, ſumma feſtinatione poſt eos ibant, commeatibus et propria cuiusque ſupellectili plauſtris vna ductis impoſitis. Plauſtra porro iſta fama erat quadringentorum numerum excedere. Peruenerant iam Alani praeeuntes vſque ad confinia et primos ferme aditus Bulgariae, cum eos qui perſequebantur, aſſequuntur. Ibi proelium ſane acre commiſſum eſt, Alanis pariter e plauſtris, qualium et ipſi magnam habebant copiam iisdemque pro vallo vtebantur, diu fortiſſime reſiſtentibus. Sed et multi eorum extra munitionem in aequo ſtantes, ignauo vitae amori glorioſam eo die mortem praeoptarunt. nec ii inulti cecidere. Multi quippe ex Amogabarica quoque acie caeſi ſunt, praeſertim Perſae: nam in hos belli vis maior incubuit [c]. Tandem exinanitis pharetris Alanorum, nec iis ſagittas iam, quibus ſunt exercitatiſſimi mittendis, quas in hoſtem iacularentur, habentibus, fors fieri melior Amogabarorum coepit, quos faſſi victores, fuga paſſim effuſa verſi Alani ſunt, multam et opulentam rerum ac corporum relinquentes praedam [d]. ‘His ita geſtis Amogabari cum ſociis Oreſtiadem, ſed fruſtra, oppugnarunt’.

§. 474.

371. IN vrbem reuerſi, qui miſſi ad tractandum cum Amogabaris fuerant, praeter caetera Romoforti [Amogabarorum ducis] reſponſa, etiam rem obiter compertam imperatori retulere, Perſas videlicet ſupra quadringentos ex Aſia traiicere, ‘vt ſe Amogabaris coniungerent. [e]. id quod aiebant congruere cum eo, quod coram

b) Graeca plura habent; ſed mutila.

370. Id. T. II. p. 421.

c) Addit haec interpres.

d) τελος, τῃ μαχῃ ἐνημερησαντες, ἐξαναλωθεντων τοις Ἀλανοις των κουφων βελων, ἠρξαντο εἰς φυγην [illegible], πολλην λειαν ἐξημελησαν.

371. PACHYMERES T. II. p. 423. 424.

e) Addit h. interpres.

ram ipſis Romofortus inter alia iactaſſet *f*); ſibi eſſe facile, quot vellet ex orientali continente in a ſe poſſeſſa Thraciae littora transportare, necquidquam illud impedire conaturis quantiſlibet imperatoris nauibus.

Hac porro rerum vice pars quaedam Amogabarici exercitus e Perſis maxime conflata *g*), arctis faucibus Gani montis impune penetratis, iugum ipſius primo impetu occupant: et arce illa, poſtquam eam ſibi, valido praeſidio impoſito, aſſeruiſſent, freti, ad ſubiectam inde regionem populandam, orſi ab Eudemoplatano, excurrerunt: multos occidentes, praedam immenſam corradentes. Quin et talis loci ad receptum ipſis tuti fiducia, vlteriora palam auſi tentare, inde vſque ad Rhaedeſtum, et huic citeriora, in latum vero vſque Bizyam et vltra; totum illum tam vaſtum terrae tractum, nullo ibi hominum viuo relicto, deſolarunt; frugibus et prouentu reliquo agrorum, illic ſane tunc opimis, ipſi ſe ingurgitantes. Vndabant enim pro anni tempore ac terrae feracitate per hos campos immenſa viſu aequora exſpectantium falcem ſegetum, quas ſibi Perſae demetere coactis, quos magno numero habebant, captiuis *h*), inaeſtimabiles inde opes plauſtris et iumentis ibidem vſi repertis, auexerunt.

§. 475.

Quibus imperatori nunciatis, decreuit is tandem exſequi, quod ipſi dudum eius conſiliarii ſuaſerant, hactenus multis, vt fit, cauſis intercurrentibus dilatum, mittendo, qui flamma iniecta maturas ſegetes, hoſti alioquin profuturas, corrumperent, circa Selybriam et longe ſuperius, quantum tuto poſſet fieri.

Tunc euentu perpetratum apparuit praeſagum quoddam ſomnium, ante annos retro tres cuidam ex ordine palatinorum oblatum

f) καὶ τοῦτο γὰρ ἐβρενθύετο Ῥομοφόρτος.

g) παραυτίκα μοῖρά τις καὶ μάλιστα τῶν Περσῶν.

h) ἐξ αἰχμαλώτων τοὺς ἀμητῆρας ἐπιστήσαντες.

tum. Viderat is inequitantes camelis Perſas ad orientale littus, e Scutario ad vlteriora longe loca extenſos ſtare: mox autem ſubito ferri per aërem volando camelos cum ſuis ſeſſoribus eosdem et in oppoſitam peruenire continentem. Acta haec ſunt menſe Iulio, quando Auguſtus Michael, 'tot tantarumque cladium, ſuis ſubditis, ipſo otioſe praeſente, illatarum, conuicium non ferens [i]; paucos ſecum habens, qui cum eo nuper ex interiori occiduo tractu aſcenderant, miſſo ad patrem nuncio, popoſcit, permitti per eum ſibi, cum exiguo, quem haberet, equitatu in hoſtes irruere: ni mallet ipſe ſibi mature ſuppetias accurrere. nam ſerum deinde auxilium fore, vbi vniuerſa regio, quod, ſi vel tantillum ceſſaretur, mox futurum apparebat, deſtructa exciſaque irreparabiliter fuiſſet. Caeterum paucitas comitum Michaelis obſtitit, ne ipſi per Andronicum tam perículoſa excurſio liceret. viſum enim ſapienter eſt, cunctandum potius; nec committendum, vt intempeſtiuo generoſitatis aeſtu Auguſtus iunior tantam temere aleam iaceret: praeſertim cum in alio quopiam maiori praeſentium malorum remedio machinando pater eius nunc cum maxime ſatageret.

§. 476.

372. Etenim Perſa Iſaacius nomine, quem ſuperius retulimus miſiſſe, clam Amogabaris, quibuscum tunc militabant, ad Auguſtum, qui, ſe ad eius partes velle tranſire, dicerent; omninoque facturum, ſi ei, prout fuerat oblatum, vxor daretur Meleci filia, 'tunc detecto arcano tractatu ab Italis, fugiſſe inde in Aſiam, cum ſuis copiis [k]; is, inquam, ex orientali tractu, in quo tunc erat, nouos ad imperatorem miſerat nuncios, qui foederis prius propoſiti clauſulam vrgerent, et a ſe pollicerentur, ſi hoc fieret, acturum ipſum multa Romanae rei tali tempore valde conducibilia. Inter caetera vero Turcopulos, qui, nuper 'ab Amogabaris

i) ταις σφων ἀναδικλίσεις προσκοπτων.

k) και φωραθέντα μετ' ἀρχων και αὖθις ἀντιπαραφυλαχθῆναι προς Ἰταλων. συνεργια και τῃ ἰδίᾳ λαῳ.

372. PACHYMERES T. II. p. 425.

ris l) deficere conatis, perpetrare inceptum nequiuiſſent m), per ſe plane, quo noſſet ad id efficaci modo, abducendos ab hoſtium partibus et imperatori reconciliandos. Datam quippe ab iis ſibi receptam fuiſſe per arcanos internuncios fidem, ſeruiendi Auguſto n), ſi per eum ipſis redderentur vxores eorum cum liberis, ab Alanis in vrbem miſſae.

Haec imperator audiens, cum facile videret, nihil ſibi, tali rerum ſtatu, expetibilius eſſe, quam imminui ac debilitari quomodocunque ceruicibus imminentes Amogabarorum copias, Iſaaci legatis perhumana reſponſa reddidit. interimque cum iis ſuisque conſultabat, quonam optime ac citiſſime modo poſſet id perfici negotium.

§. 477.

Non erit autem hic abs re ex retroacta nos memoria repetendo quidpiam, docere, quaenam haec et cuius Meleci filia fuerit, de qua nunc Iſaacio iſti collocanda tractabatur o); quoue caſu contigerit, educari eam in vrbe et ad mores Romanorum inſtitui. Azatines ille Sultan, de quo in prioribus multa libris ſcripſimus p), Perſide adhuc ipſi ſubiecta perſtante, poſtquam eſt e medio ſublatus pater ipſius Iaphatines, cui Perſae libenter obediebant, grauibus commiſſus diſſenſionibus eſt cum Rucratine ſuo germano. Vertebatur enim inter ipſos controuerſia de principatu, quem hic pertinere ad ſe contendens, vi etiam armisque vindicabat; inclinans, ideo quod illinc auxilia ſperaret, in partes Tocharorum, qui iam inuadere Perſidem coeperant q). Ab his inſtructus copiis, quae facile ſufficerent ad fratrem, praeſertim imparatum, opprimendum, toto in eum ruebat impetu r). adeo

l) Addit h. interpres.

m) Gr. vnica voce, ἀποστατη-σαντας.

n) ἐκ μαρτυρηματων τινων προς ἐκεινους προσκεισθαι.

o) Addit haec interpres.

p) Cf. ſupra §. 374. ſeqq.

q) ὡς καὶ εἰς Ταχαρας ἀποκλι-ναι ἠδη τοις Περσων ἐπιχειρουντας πραγμασι.

r) τα δυνατα τ' ἀδελφῳ ἐπιφε-ρειν.

Imp. ANDRONICO II.

573. vt Aſatines ſuorum hoſtium vim celeritate, quae curſum omnem ſuum praeuerteret, ſe inſequentium, effugere aliter nequiret, quam ſe recipiendo ſub tutelam imperantis tunc Romanis Laſcaris s). Excepit hic eum beneuole, ac, quantis par fuit, humanitatis et honoris ſignificationibus colluit: non tamen vt putaret illum apud ſeſe retinendum, veritus periculum ex eo imminens rei Romanae. Reputabat enim, fieri facile poſſe, vt iam ante praeualida in Perſide Tocharorum factio, ſocietatis modo cum Rucratine initae illicio Perſis hactenus ei fortiter obſiſtentibus fucum faciens, ad fictam illos conciliationem attraheret; cuius deinde fiduciae indormientes ipſos plane ſubigeret; ac tum conſpirantes Perſae cum Tocharis, praetextu Rucratinis iurium, et ſpecie vlciſcendorum, qui eius aemulum hoſpitio fouerent, Romanum e vicino irrumperent limitem, bellum internecinum imperio mouentes t).

§. 478.

Adhibito ergo imperator perhumaniter Aſatine cum ſuis, hortatus eos eſt ad diſquirendum inter ſeſe, quid tali rerum cardine iniri conſilii vtilis ad fortunam afflictam extorris principis ſubleuandam poſſet v). In quo, aiebat, non recuſaturum ſe quaſcunque ſibi auxilii officiique ad iſtud delegarent partes. Vnum modo neceſſaria ex cauſa deprecari, ne a ſe petendum exiſtimarent, vt reſidere Aſatinem in ſuo comitatu pateretur x). Exitiale id vtriſque; ipſis videlicet et ſibi, conſilium futurum; quippe vnde ſecutura prouideretur ingens calamitas imperii, cuius opibus ipſi vtique iuuari nequirent, niſi ſaluum ipſum incolumeque perſtaret. His locis, vt tum erant tempora, fateri ſeſe ipſis, exterius quaſi vallum eſſe Romanae ſecuritatis foedus dudum contractum, hactenus illae-

573. Id. T. II. p. 426.

s) καταχουμενος δ' ὑπ' ἐκεινων Ἀζατινης ἐγνω κατα σπουδας προχωρειν τῳ προβεβασιλευκοτι τῳ Λασκαρι.

t) ἀγωνιων περι της σφετερας, μη πως ταις προς Ρακρατινην συμμαχιαις οἱ τεως ἀλλοτριως τοις Περσαις ἐχοντες Τοχαροι κατεσωματωθεντες, ἐγκρατεις μεν αὐτων γενωνται, τοις Ῥωμαιων δε πραγμασι προσβαλλειν ἐχοιεν ἐξεγγυονες.

v) περι των προκειμενων.

x) ἑνος ἀπεχομενους μονου, τα των Ἀζατινην παρακατεχειν.

illaeſum, cum finitima Perſide. Huius infrigendi, manifeſtum eſſe, plauſibilem obtentum datum iri Ruicratini et Tocharis, exoſo ipſis apud Romanos principe ſeruando. Vnde clare perſpici, quam foret haec imprudens ſententia, cuius auctores arcem, quam inuictam et aeternum firmam prae ſe ferrent cupere, ſuaderent tamen nudari omni exteriori munimento et ſepti ac clathrorum acceſſum arcentium cunctis obſtaculis amotis, viam ab ipſis eius defenſoribus hoſti vltro pandi, aequum ducerent, ad intimum contactum extremi, quo vnice tegitur, muri y).

Tali oratione vel perſuaſit, vel perpulit Azatinem Auguſtus Laſcaris ad perfugium alibi quaerendum. Nec tamen continuo diſcedentem a ſe proſequi auxiliis validis deſtitit; quorum ope, caeteris ſuis praeſidiis adiunctis, fuit deinde cum fratri praeualeret Azatines, et extortum ipſi paternum denuo poſſideret imperium z).

§. 479.

Verum eo iterum ferocius etiam quam olim apparatiusque 374
rebellante, cum ſtare in recuperato ſolio nequiret viribus haud dubie Azatines inferior a); audiens is, Laſcari defuncto, praeſidere ſuprema poteſtate Romanis rebus Palaeologum, fretus quadam contracta ſibi cum eo quondam adhuc priuato neceſſitudine familiaris amicitiae, ad nouum imperatorem conuolat, quin eſſet ab eo impetraturus auxilia, non dubitans. quamquam ſua illum in hoc quidem large fiducia fefellit. Nam imperator Palaeologus Michael, foedus cum Tocharis longe Sultanis amicitiae praeoptans, ſpes huius et vota, poſteriora cuncta ſuae iſti deſtinationi habuit b). — Sultanem porro Michael in vrbe iam e Latinis recepta honorifice ſecum habens, variis ſed vanis aſtute lactabat ſpebus: qui, eius ar-

 tes

y) Ita circumſcribit, quae in graeco ſic habent: ὅμοιον ἄρα ποιοῦντος καὶ λέγοντος, ὥσπερ ἄν τις τὸν θριγγὸν καταλύσαι ἐβούλευε τῶν ὀχυρωμάτων καὶ θέλων ταῦτα διατηρεῖν.

z) ὅνμὴν δὲ καὶ βασιλικῆς ἀπηλαυσε βοηθείας, ὥστε περιγενέσθαι τοῦ ἀδελφοῦ.

374. Id. T. II. p. 427.

a) καὶ οὐκ ἦν παραμένειν τὸν ὑστεροῦντα.

b) Cf. *Tatarica* §. 25. not. y.

tes quo ſpectarent, non ignorans, arrepto, vt in libris prioribus memorauimus, tempore, ex Aeno arce fugit, et deducentibus Tocharis, tum in occiduo militantibus tractu, ſimulque Conſtantino principe Bulgarorum, tutum nactus eſt receptum in partibus borealibus Euxini [c].

§. 480.

Multis vero poſt annis, iſto Azatine [d] mortuo, filius eius Melec Euxino traiecto, Caſtamone conſtitit, vbi reconciliatis ſibi obſequio Tocharis, fauore horum paternam auitamque ditionem recuperare conabatur; obſtante vehementer Amurio, cum quo longo et ſibi ad extremum infelici colliſus bello, denique victus, Heracleam Ponti cum vxore ſe contulit; vnde confugiendum ſibi ad Andronicum [e] imperatorem ſtatuens, Conſtantinopolin venit. vbi cognito, diuerſari Nymphaei tum Auguſtum, coniuge in vrbe relicta, iis ſe adiunxit, quos ad ipſum ad ſe perducendum certior de illius aduentu factus imperator, ei obuiam miſerat. vt is dehinc conſilio repente capto Atrammytio fugerit, vtque inde res ſuas adminiſtrauerit, dictum a me iamdudum eſt [f]. Longo poſt tempore [g] vxor, ipſo poſtulante, concedente Auguſto, ad eum reuerſa ſua eſt: ſed filia in obſidem relicta; hac, de qua nunc ſermo eſt, educata hinc in vrbe multis annis, victu ipſi large ab imperatore ſuppeditato. Quem ipſum in modum et Conſtantinus Melec Azatinis Sultanis alter filius, et ipſe relictus apud Romanos, ac volens baptizatus, caritatem in res noſtras educatione contraxiſſe viſus eſt, eius haud diſparem, quam conſcia origo et affectus e ſtirpe inolitus natis ciuibus erga patriam inſpirat [h].

§. 481.

Iſtam igitur in vrbe ſeruari Meleci Azatinis nati filiam, Melec ipſe quoque dictus Iſaacius audiens, in praemium et auctoramentum

c) Vid. ſupra §. 383.
d) Nomen interpres ſupplet.
e) Interpres addit.
f) Cfr. ſupra §. 407.

g) ὕστερον.
h) ὃς δὴ καὶ βαπτισθεὶς, ἐνθύμως προσετετήκει τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἤθεσιν.

mentum nauandae, quam pollicebatur, imperatori operae [i], dari 375.
ſibi ab eo coniugem petiit: 'profitens talis connubii neceſſitudine, ſe deinceps ſemper ſic affixum Auguſti obſequiis, quaſi non in generum duntaxat, ſed et in filium adoptatus ei foret: iſtiusque neceſſitudinis officium, ſeruiendo quam poſſet efficaciſſime Romanis, expleturum [k]. Rogauit item praeterea, vt patruum huius ipſius, quam in ſponſam optabat, virginis, eum, cuius meminimus, Melecum, imperator in Sultanis dignitatem promoueret.

Verum Andronicus [l], de caetero perlibenter admittens propoſitiones Perſae, haud putauit opportunum, eo rerum ſtatu Melecum conſtituere Sultanem. At puellam ipſam, magna ei dicta dote, vna cum iſto ipſo ſuo patruo mari perduci curauit Pegas, vbi conſidere ipſos voluit, et ea, de quibus inter ſe ac Melecum Iſaacium conuenerat, adminiſtrare: quod, vt fieret facilius, eiusdem Pegarum vrbis praefecturam Meleco attribuit. Sed et nauiculae quamplurimae ibidem comparabantur, 'vſui futurae deportandis ex occidua continente Perſis, vbi eis, prout ſpondebat ſe facturum, perſuaſiſſet Iſaacius, retro in Aſiam traiicere [m]. Quando Latino exercitu, cooperantibus auxiliis Perſicis, circumſidente Rhaedeſti turrim, — imperator miſſis eo triremibus duabus, conabatur ex illo praeſidio extrahere turbam per aetatem aut ſexum bello inutilem, et alimentorum abſumtione damnoſam —. Ad id exſequendum cum ſe admouiſſent littori trierarchae imperatorii, obuiam forte habuere illic ad oſtii defenſionem oppoſitam Perſicam cohortem, quae ſane fortiter exſcendere tentantibus obſtabat: 'quoad ſignificato in aurem quibusdam ex illo corpore, ac per eos in alios vulgato, quid ad eos, quod dudum cuperent, transferendos, beneuole ipſis pararet imperator, inflexi illi remiſerunt de repugnandi pertinacia, vltroque, ſed quaſi fugere vi compellerentur, tamen retenta certantium ſpecie recedentes, locum noſtris dedere feliciter exſequendi,

quae

i) Addit haec interpres. 375. Id. T. II. p. 428.

k) κάλεσε καὶ αὐτὸν πεμφθῆναι, καὶ ὅπως ὑπακούοντα καὶ αὐτὸν ἴδιον βασιλέα, τὰ πρὸς Ῥωμαίους κατὰ τὸ δυνατὸν ἐνεργεῖν.

l) βασιλεύς.

m) διαπεραιοῦν, ὁ ἐθέλων, Πέρσας.

Imp. AN-
DRONICO
II.

a. C. 1316 — 1321.

quae deſtinauerant n). Feſtinarunt quippe triremibus vectores, eo breui fugae Perſarum momento, pleramque partem imbellis multitudinis e Rhaedeſti extractam turri, ad ſeſe recipere. —

§. 482.

376. [IMPERATOR Andronicus, vt aduerſus hoſtes vndique inſtantes ſibi auxilia pararet, Tocharorum ducem Charmpantanem ſibi affinitate iungere decreuit.] adeoque ſtrenue incumbebatur in apparatum deſtinati connubii proximum. 'Vrgebant enim ad maturandum nuncii ad imperatorem appellentes crebri, regiones circa Nicaeam bello infeſtari Perſico ferentes. Igitur ſororem propriam Mariam, quae titulo Dominae Muguliorum paſſim honorabatur, cum idoneo comitatu deduci Nicaeam curat: mandans ipſi, vt illic conſidens, 'ex proximo ſuum cum Charmpantane coniugium promoueret, nec prius, quam re perfecta, deſiſteret. tumque daret, quam poſſet, operam exarmandae Perſarum in Romanos irae, ipſisque viri auctoritate reuocandis ab imperio vaſtando p).

§. 483.

'QVI vero in occidua continente bellum in nos gerebant Turci q), haud ſegnes feriabantur; ſed Gani iugo ſuperato, arcem, cui a Sancto Elia nomen eſt, obſidebant; diuiſisque bifariam copiis, obſeſſos vtrimque adeo premeb..r, vt illi tandem longa ſiti enecti — decreuerint ſe ipſos et arcem dedere. Sed Perſis ob diuer-

n) ἄτα μαθόντες τὴν περὶ ἀυτὲς τῦ βασιλέως προμηθέαν, καθυφῆκαν τιως καὶ ἑκόντες φυγομαχȣσιν ἐωκασιν.

Pachymeres T. II. p. 431. de Caſſiano, magno primicerio et genero Auguſti, inter alia, *cui Auguſto, Bardales tanquam auditum ex alio retulerat, conueniſſe iam Caſſianum cum principe Perſarum, de affinitate inter eos contrahenda promittente ipſo transfugium et communem operam in oppugnando Romano imperio &c.*

376. PACHYM. T. II. p. 433.

o) καὶ τα τῆς Νικαίας μέρη κακέμενα συνθανομενος.

p) καθιςαναν το προς τον Χαρμπαντάν κῆδος, καὶ τα των Περσων ἐκλαγωγαν ὡς ὅιον τε πραγματα.

q) οἱ ἀνα τὴν δυσιν Τȣρκοι.

Imp. ANDRONICO II.

ſiuerſitatem religionis ſe credere veriti, 'deſtinato ad Romofortum, Chriſtianum Latinum, quodam e ſuis, oſtenderunt, ſi ſuas admouere propius copias vellet, ſe ſuaque ipſius poteſtati permiſſuros. Acceſſit Romofortus r) et huius exercitus, quamquam haud facile, tandem tamen Perſicum vi expulit, multa expoſtulantem 'et frementem, quod parata ſibi praeda per ſocios vocatos extorqueretur e manibus s). Tum Romoforto, pacti certas conditiones, vtrimque manu ſacris euangeliis impoſita iuratas, obſeſſi deditionem fecerunt.

§. 484.

TVNC Iſaacius Melecus, cui ad Pegas vrbem maritimam ſponſae deductio praeparabatur, in eo erat, vt iuxta conuenta Perſas ex occidua continente in Aſiam reduceret, et ſic nuptias 'ipſi promiſſas in praemium t) celebraret. 'Sincero igitur animo pacta exſequendi, ſumtis ſecum quibusdam magnae apud gentem Perſicam exiſtimationis viris, quorum auctoritas valitura putaretur abducendis a ſocietate Latinorum popularibus ipſorum, cum iis occaſionem traiiciendi commodam nactus, in littus occiduum ex Aſia transfretauit. perſuadereque aggreſſus, quod volebat, Perſis illic militantibus, et ſua apud ſibi obnoxios, et comitum apud alios gratia cito voti compos eſt effectus: ab omnibus facile impetrans, vt ab Amogabaris deficerent v). Id illi confeſtim audenter ſane ſunt facere aggreſſi. Ducibus enim ſuis Italis inſidiati, eos aſtu circumuentos occiderunt. moxque pro ſe quisque ſtrenuo curſu fugam armati et vlciſci obſiſtentes parati, verſus maris littora intenderunt, vbi 377.

r) και συμφαντες Ρομοφορτον επεκαλεσαντο. και ὃς παρην.

s) Addit haec interpres.

Pachymeres T. II. p. 437. 439. Turcorum Latinis militantium breuiſſime meminit.

377. PACHYMERES T. II. p. 440.

t) Addit h. interpres.

v) παραλαβων τινας των της αυτε δυναστειας αιρετιζων, τα ξενα τε Ελληνιζοντα ιδει διαπεραν, και αυτοπροσωπως Περσαις διαλεγομενος. μεντοιγε και ποθειν τυχων, συναμα τισι διαπεραιωθεις, καθα Περσαις, και μαλλον δις αυτους φιλωτο, Αμογαβαρων αφισταναι.

vbi quaedam illos opperiebantur imperatoris naues, quibus tuto in Aſiam deportarentur.

Id ſimul atque cognouerunt Amogabari, repente ira ingenti conſurgentes inſtitere ſumma vi fugacibus, deprehenſos acri adorti proelio, cadunt caeduntque viciſſim; tandem tamen, non paucis ſuorum amiſſis, ſed Perſis longe pluribus, nempe ſupra ducentos, interfectis, haud dubie ſuperiores euaſerunt: Perſasque rurſus in ſuam poteſtatem redigunt x). Hi, cum aliud non poſſent, iterum inclinabant ad militandum Amogabaris, vt antea. Verum y)
378. ipſos hi admittere ſe velle in ſocios negarunt, aut omnino iis fidere, niſi prius ſibi traderent non modo Iſaacium Melecum, ſed ipſorum quoque praefectum Tachantziarin z), qui proprie Turcopulos ductabat: quia et tertium Iſaacii Melecii germanum, quo maxime viſo ad defectionem inducti putabantur.

§. 485.

His traditis, Iſaacio quidem, iuſſo collum cippo apprimere, caput gladio abſciderunt. nec illum ſolum, ſed et eius fratrem ferro pariter in ceruicem impacto peremerunt, deiectis ſimul in terram capitibus amborum, quod vno tempore fuerat vtrique ictus inflictus. Truncos inde ſpoliantes, imperatorium diploma, munitum aurea bulla ſuper humerum Iſaacii pendens, ſub veſte reperiunt: quo lecto, in eo obſeruant nominatim inuitatos magnis praemiis propoſitis ad tranſeundum in partes imperatoris, praeter duces omnes Perſas in occiduo tum tractu militantes, etiam Tachantziarin. vnde iniecta cunctis illis ſolicitudo eſt, ſe viritim, vt quisque optime potuit, a cogitati transfugii ſuſpicione purgandi. rationes ergo certatim ad id aptas congerentes allegabant, non prorſus inutiliter. per has enim impetrarunt dilationem caedis: contentis in praeſens Amogabaris in cuſtodias omnes condere ſecuriſſimas.

Sic

x) Addit h. interpres.

y) ὡς δὲ καὶ αὖθις Πέρσαι προσ[illegible] [illegible].

378. Id. T. II. p. 441.

z) Τζαχαντζίαριν.

Sic reconciliata ſibi Perſica militia, et ei viciſſim ipſi quoque Latini placati, ac iam denuo fidentes, cum vellent copias contra Tzurulum ducere, Turcopuli negarunt, ſe ituros, niſi dux ipſorum, Tachantziaris, prius cuſtodia liberaretur. conceſſum hoc illis eſt: ita vt vniuerſae iam copiae concordes et ad quiduis vno animo agendum ſatis ipſis paratae viderentur. Hinc rurſus didita fama eſt, totum illum exercitum recta in vrbem proceſſurum; ex quo noua inceſſit trepidatio ruſticos, ſementis cauſa faciendae rure hactenus moratos, vt conuaſarent ipſi iam quoque, ſeque ac ſua intra vrbis moenia conditum currerent. Verum Amogabari, tunc quidem oppugnationem Tzuruli aggreſſioni vrbis praeuertendam rati, oppido ſe iſti admouerunt, haud quali ſperauerant ſucceſſu. Valida quippe Tzurulenſium defenſione repulſi, damna non parua patiebantur. Hic capto tempore Tachantziaris cum pleriſque Turcopulorum noctu aufugit, ad Tzarapen, arci Apro dictae praefectum, curſu contento ſe conferens. Et admiſſus a praeſidiariis intra caſtrum illud, facta prius idoneis indiciis fide veri transfugii ad partes Romanorum. Perſae autem relicti ad Tzurulum, fuga Turcopulorum cognita, ſubito et ipſi verſus littora fugiunt, vbi ſtare ſciebant naues Italorum vacuas, quibus vi occupatis, traiicere in Aſiam ſe, ſperabant poſſe. Hac ipſorum Itali perfidia comperta, retro fugitiuos inſequuntur; gratulantibus Romanis, hoſtes ſuos ciuili inuicem diſcidio commiſſos.

§. 486.

ALIVNDE per orientem et maxime circa Nicaeam malo ſane 379. loco res erant: Atmane cuncta illic agente ferenteque. praeſertim ex quo ſoror imperatoris Maria, Muguliorum domina vocitata, Nicaeae reſidens, alto Atmanem deſpicere ſupercilio viſa eſt, accuſaturam ſe illum apud Charmpantanem fidenter comminata. Nec minae fuerunt vanae. Nam a compellato per Mariam Charmpantane triginta, vt fama fuit, armatorum millia, ex interiori Perſide verſus orientalem Romaniae limitem miſſa ſunt a) cuius indiciis

379. PACHYMERES T. II. p. 444, 445.

a) παρα ὂν τα ἔσω μερη Περσιδος ἐξεπεμποντο.

rei mature ad imperatorem praemiſſis, ſtuduit ille obuiam venientibus mittere, qui, quam gratus ſibi foret illorum aduentus, cunctis demonſtrationibus beneuolentiae et xeniis magnificis teſtarentur. Sed nihil horum Atmanem terruit, aut ſegniorem ad deſtinata exſequenda reddidit. quin et aucto ex his impetu incumbere vehementius ad coepta ſtrenue perpetranda videbatur. Itaque infeſtum exercitum Nicaeae admouens, agros primum circum vndique vaſtauit; vineis excidendis, ſegetibus corrumpendis: mox oppugnare aggreditur Tricocciam, arcem in Nicaeae vicinia munitiſſimam, et velut propugnaculum eius ciuitatis. Arcte igitur id caſtrum, omnibus circum ſuis copiis diſpoſitis, obſidione cingit. Obtinebant eam arcem praeſidiarii fortiſſimi et ex longo exercitatiſſimi arquitae: vnde, ab his ſumma vi repugnantibus multa et grauia pati damna milites Atmanis, contigit. Tamen hi, trans omnia obſtacula pergentes, vſque ad foſſam proceſſerunt profundam et latam, qua obſeſſi magnopere fidebant. At eam Perſae, decuſſatim connexis e trabibus ſuper eam quaſi pontem ſuſpendentes, tum petras deſuper, arbores, terrae cumulos et ruderum mole ingenti deuoluentes, coaequarunt tandem, vt per illam ſic conſtratam inſilientes in muros, Tricocciam vi ceperunt, caede immani repertorum intus edita.

'Ea in munitione a ſe inſtaurata et praeſidio ſibi fidiſſimorum praeualido inſeſſa, perfugium habere ſe tutum ac paratum aduerſus omnes caſus belli, quod imminere ipſi diceretur a Tocharis ſuppetias Auguſto venientibus, Atman credidit b).

§. 487.

380. [HAEC inter totus in eo fuit imperator, vt Latinorum frangeret potentiam] 'vt, quaſi pepigiſſet cum Perſis orientalem irrumpentibus limitem certas inducias, nihil de illis interim coërcendis cogitaret reputans, ſe poſtmodum facile recuperaturum, quae occupaſſent, vbi liber Latino iam bello, vel modicis illuc expeditionem ſuſci-

b) ἑαυτῷ δὲ τοῦ πύργου θεῖναι, ὥς γε ἔρυμα πρὸς τὴν τῶν Τοχάρων, ἂν ἐπέλθωσιν, ἐπίθεσιν.

380. PACHYMERES T. II. p. 442.

 Imp. ANDRONICO II.

ſuſciperet copiis c). — Miro enim ardebat deſiderio, eximendi ſibi velut e ſinu propinquum et intime admotum malum. Quo Arman obſeruato, ſpebus elatus maioribus, cunctas iam libere in partes graſſationem extendit ſuam: eo ſucceſſu, vt nihil circa Nicaeam et Pythia, nihil in vniuerſis inde ad mare vſque patentibus tractibus prorſus eſſet non ab ipſo occupatum.

§. 488.

SAEPE hoc tempore quaedam pro triſtitia praeteritorum ſatis laeta ſermonibus celebrabantur. Nam hinc quidem triginta circiter 381. millia Tocharorum, a Charmpantae in auxilium imperatori miſſa, plane magnam, etiam ſupra quam ſperari veriſimiliter poterat, Perſis per Aſiam graſſantibus inferre trepidationem coeperant: qua illi perculſi, non ſolum ſe continebant a nouis incurſationibus et oppugnationibus tentandis, ſed et multa loca prius inuaſa et quotquot arces Romanorum ante occupauerant, paſſim relinquebant, ſeſe intra Olympi montis inacceſſa teſqua, arcto tranſitu, et praeruptis hinc inde munita rupibus, recondentes d). Ex occidua vero continente Amogabari nunciabantur, dimiſſis, quae tenebant, Maritzam fluuium traiicere, animo — recedendi — in patrias ſuas e).

§. 489. a. M. 6829.

a. C. 1321. a)

[illegible] Turcorum irruptiones rem Romanam vndecunque atte- 382. rentes.

c) [illegible] Ἀνατολὴν [illegible]

381. PACHYMERES T. II. p. 454.

d) [illegible] Ῥωμαίων [illegible] [deeſt aliquid] [illegible] Ὀλύμπου [illegible]

e) Orta tunc Romoſortum inter et alios Amogabarorum duces diſſidiis, res ad manus venit: et Romoſortus cum Turcis ſuis reliquos praelio commiſſo vicit p. 454. 455.

382. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 195. Id. p. 186. cum Andronicus Iun. defectionis conſilia agitaret, amici eius copias contrahebant, arma parabant. *Quas antequam facerent, nunc impreſſiones Scytharum Danubium accolentium, nunc Turcicae claſſis ex Aſia aduentum proclamabant, vt ſub eius famae obtentu tanquam ſub velo aliquo deliteſcentes ſuſpiciones vitarent.*

a) Annum Mundi 6829. d. 20. Aprilis habet Nicephorus p. [illegible]

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1321.

rentes et affligentes increbeſcerent, et quicquid opis ac ſubſidii in viribus, ſeu domeſticis, ſeu auxiliaribus, poſitum foret, id omne prorſus inutile ac nullum eſſe imperator diuinitus intelligeret, alia via rem aggreſſus eſt. — Nam annua ſubditorum tributa augere ſtatuit; quibus diuiſis, partim in alios vſus quotannis conferret, partim finitimis hoſtibus impenderet, eaque ratione venalem ab iis pacem acciperet.

§. 490.

383. TVRCI, animaduerſo afflicto et turpi Romani imperii ſtatu, aedificare claſſes et ingredi mare coeperunt, idque impune et magno numero, et naues onerarias adeuntes et abeuntes intercipere, atque etiam Thraciam et Macedoniam incurſare, inſulas item tam magnas, quam paruas; et maximas clades maximis ſubinde cumulare non deſtiterunt. Vnde factum, vt exhauſto fiſco veterum imperatorum ornamenta vrgente inopia diuendere neceſſe eſſet.

§. 491.

a. C. 1322. b)

384. [ORTO Andronicos inter, auum et nepotem, bello, cum Lemnii ad nepotem defeciſſent;] Selybria nunciatur, Perſas ex oriente ad auum adiuuandum traieciſſe, et cum Byzantinis coniunctos mox contra iuniorem venturos. 'Audito Perſas, alioqui inimicos, ad ſubſidium aduerſus homophylos a ſene aſcitos c); incitatiſſimo impetu et celeriter Didymoticho mouens [Andronicus iuni-

383. NICEPH. GREG. T. I. p. 215, 216.

384. CANTACVZENVS T. I. p. 94, 95. Nicephorus Greg. T. I. p. 218. *Deſpota Conſtantinus* — ab auo *Theſſalonicam mittitur, vt rerum Macedonicarum administrationem gubernationemque ſuſcipiat. praeterea que militem ibi legat, vt ipſo inde cum Macedonicis copiis inuadente, hinc vero Syrgianne cum Turcico exercitu et Bithynis Romanis occurrente, Iunior imperator in medio circumuentus cum ſuis capiatur.*

b) Annus apud Nicephorum p. 217. margini adſcriptus.

c) ὡς δε ἐπυθετο την μεν αυτω των ὁμοφυλων των Περσων ἐπικουριαν, ἐθαυμαζε των ἀγγελλοντων.

Imp. ANDRONICO II.

a. C. 1321.

iunior] aduentantibus recta obuiam procedit, manus conſerturus, vbicunque occurriſſent. Tertio die Byzantini cum Perſis Tzurulum inter et Selybriam in eum [d] incidunt. Cum ſcirent autem, ſe ne intueri quidem imperatoris exercitum auſuros; nec aciem contra inſtituere, nec propius ferre gradum ſuſtinuerunt, ſed procul adhuc diſtantes, totis viribus in pedes hac Perſae, illac Romani ſe coniecerunt. Conſpecta fuga, imperator ipſe quoque diuiſis copiis [e] fugientibus inſtare iuſſit. Quod cum diu eſſet factum, et nihil tamen effectum (fugitores enim illi alas in pedibus habebant) hi cum tribus Perſis, illi cum quinque Romanis, quos viuos ceperant, regrediebantur. Equis vectoriis, qui agmen fugiens ſequi non poterant, impedimentis, atque etiam ſeruis militum magno numero potiti ſunt. Progreſſus imperator, prope Selybriam tentoria fixit. Perſae et Romani fugae beneficio ſeruati, Byzantium cum veniſſent, ſeni imperatori ſeſe victos narrabant, ac Perſae naues ſimul ad traiiciendum petebant; quos ille, vt Byzantii manerent, flectere non poterat. opponentibus, ſe fruſtra contritum iri, et cum aliis Byzantii obſeſſos nihil ei profuturos: nam extra moenia non ſeſe tantum, verum nec ipſum eorum archiſatrapam cum toto exercitu ſuo in acie aduerſus iuniorem imperatorem conſiſtere poſſe. Romanis, qui aderant, vera eos dicere atteſtantibus, conſcenſis nauibus in orientem transmiſerunt. [f]

§ 492.

a. M. 6834.

a. C. 1326.

[a]) CVM — imperator aliquando in Cherſoneſo venationibus 385
vacaret, accidit, vt ſeptuaginta Turci naufragio facto circa eam pla-

[a]) CANTACVZENVS : *Non multo poſt nuptias* [quibus Andronicus — *ſenior rurſus legationem mittendam iudicauit.*

[d]) *βασιλευς ὁ νεος.*

[e]) *και αυτος εις δυο το στρατευμα διελων.*

[f]) His ſubiungit Cantacuzenus : *Poſtquam Perſici auxilii ſpes decollauit, et inſularum auditi mo-*

385. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 236. Cantacuzen. T. I. p. 127, 128. Nicephorus paulo inferius annum in marg. adſcriptum et quidem Cal. Septembr. habet.

Imp. ANDRONICO III.

plagam in littus eiicerentur. Ii fortiter pugnando ſatellitibus imperatoriis longo tempore reſtiterunt. Itaque, priusquam ibi vniuerſi penitus occiderentur, non Romanos modo multos telorum ictibus, ſed imperatoris etiam pedem violarunt; cuius vulneris dolore diu ille conflictus eſt.

Iisdem

Iunior et Anna Sabauda inter ſe iungebantur, Andronicus] valedicens auo, cum Auguſta Didymotichum profectus eſt. Cum veniſſet ad locum Magna Carya dictum, ad montem Lipecis appellatum, didicit, Perſas pedites vicinitatem hoſtiliter diripere. Milites igitur imperatorem ſequentes, prima luce viam capeſſendo, vt poterant, pergebant, eo (quoniam cum magno domeſtico paucisque aliis ad feras ſimul ex itinere captandas declinauerat) a tergo relicto. Verum vbi de irruptione cognouit, ad pugnam cum barbaris ineundam eos reuocauit, ſtatueruntque ipſe et magnus domeſticus, oportere cum globo, quem haberent, eo, vbi Perſas eſſe audiebant, accurrere: satis, vtrouis modo ſe tutos fore. Siue namque inuaſu faciles reperirentur, opus nullo labore confectum iri, ſiue Romanis multo numeroſiores viderentur, vt ad manus cum iis venire haud tutum eſſet, ipſos in equis impune Perſis peditibus elabi poſſe. Itaque praemiſſis ſpeculatoribus, armati ſequebantur. At enim barbari intra trita itinera omnimodis fugientes, per inuiaque gradientes, vt in illorum locorum incolas inuolarent, et ab exploratoribus praeteriti, ſubito ac praeter opinionem ſuam in imperatorem incidunt. Pugnatur ſumma vi: barbari temere et confuſe dimicantes ad vnum omnes cadunt: imperatorii ipſique et equi paucis demtis, vulnerantur omnes, nullus occumbit, equos multos amittunt. Imperator quoque in pede ſagitta icitur: cuius equus ſeptenis confoſſus vulneribus ſecundum pugnam interiit. Magnus domeſticus parum abfuit, quin eodem proelio oppeteret. Barbari enim cum frequentes eum circumdediſſent, ſic eius equum conſauciarant, vt mouere ſe amplius nequiret: ſeſſorem vero telis, contis et lapidibus crebris feriebant, ſed armis omnia ſuſtinentibus, nihil eorum, quamuis et femora et brachia nudum, laeſit: acinacem modo a cingulo pendentem ei abſtulerunt, veſtiumque oras huc illuc raptando dilacerarunt: ipſe dum ſe ſtrenue defendit, absque vulnere admirabiliter ſeruatus eſt. Parta victoria, multis et magnis inde vsque ab adoleſcentulo certaminibus ſe perfunctum narrauit: verumtamen nec ſemel

a. C. 1326.

Iiſdem temporibus cum orientalia negligerentur, pleraeque vrbes et prouinciae Bithyniae a Turcis ſubactae ſunt. Capta eſt et Pruſa, fame vrbs expugnata.

CAPVT XXV.

Genus Turcorum, et initia imperii Otomanici.

§. 493.

Turcos ego neſcio quodnam antiquitus nomen tenuiſſe dicam, 386. ne a vero aberrare videar. Quidam putant, eos a Scythis, quos Tartaros nominant a), originem trahere: non malam ſecuti coniecturam, videlicet quod moribus haud multum inter ſe diſſerant, linguaque vtantur etiamnum nec multum diſſimili. Aiunt enim, Scythas ſeptenis vicibus a Tanai progreſſos, Aſiam ſuperiorem deuaſtaſſe, Parthis ea tempeſtate rerum ſumma potientibus. Hinc peragrata quoque inferiore Aſia Phrygiam, Lydiam et Cappadociam ſuo imperio adieciſſe. Etiam nunc videre eſt, vt fertur, plurimos iſtius generis homines vbique per Aſiam diſperſos, mori-

tam prope ab exitio abfuiſſe. Sic ergo barbari omnes illo conflictu occidione occiſi ſunt. Imperator Didymotichi ex vulnere diu laborauit.

386. CHALCOCONDYLAS p. 4, 5. illic expoſito conſilio, interitum Graecorum et res Turcorum geſtas enarrandi, et aliis nonnullis exordii loco praemiſſis, pergit *Turcos ego* &c.

a) Addit haec interpres,

moribus et victus ratione referentes Scythas Nomades (quos paſtores ſiue armentarios non abſurde dicas), nullibi in Aſia certas et fixas habentes ſedes [b]. Illi et alia coniectura ducuntur, qua confirmare nituntur, Turcos Scytharum eſſe progeniem, quod inferioris Aſiae regionem gentes Turcorum barbarae incolant, Lydiam, Cariam, Phrygiam et Cappadociam, qui lingua et reliquo quotidianae vitae vſu nihil diſcriminis habere cognoſcuntur a Scythis agentibus in ea regione, quae inter Tanaim et Sarmatiam excurrit.

Sunt, qui exiſtimant, Turcos e Parthorum progenie deſcendere. Hos enim, cum perſecutionem a Scythis vagis, qui Nomades dicuntur a permutandis pabulis, paterentur, in inferioris Aſiae regionem contendiſſe conſtat. ʻCumque et ipſi vagi incertis ſedibus, mapalia ſua plauſtris circumferentes, eo loci verſarentur, per eas vrbes eſſe diſſeminatos tandem, apparet [c]. Exinde iſtud hominum genus contigit *Turcos*, *quaſi Nomades*, vocitari.

Alii ex Turca Perſarum vrbe magna et opulenta, hoc hominum genus progreſſum eſſe, tradunt: et hinc profectos, Aſiae inferioris regionem tandem in ſuam ditionem redegiſſe totam, perhibent.

Sunt, quibus magis placet, Turcos ex Coeleſyria et Arabia, vel ex Scythia in iſtam regionem, ʻhabentes ſecum legiſlatorem *Homarem* ſiue *Omarem* [d], delatos eſſe, Aſiaeque imperium tandem obtinuiſſe, viuentes inſtar Nomadum. An autem commemoratae ſententiae ſingulae veritatem complectantur, aut cui earum quis accedere tuto auſit, nequeo quam tutiſſime et veriſſime pronunciare.

Mihi tamen probabilius videtur, aſſenſum praeſtare illis, qui Turcorum originem in Scythas referunt: ʻcum manifeſtum ſit, Scythis, qui adhuc hodie in Europa orientem verſus aetatem agunt, opti-

b) καὶ νῦν ἔστιν ἰδεῖν ἢ Σκυθῶν πολλὰ τοῦ γένους τούτου πολλαχῇ τῆς Ἀσίας ἐπινεμόμενα, πρὸ Σκυθῶν τῶν Νομάδων ἤθη τε καὶ δίαιταν τετραμμένην, οὐδαμῇ τῆς Ἀσίας ἔχον κατεσκευασμένην τὴν διατριβήν.

c) καὶ ἐς τὸ Νομαδικώτερον ἀποκλίναντας σκεδασθῆναι ταύτῃ ἐς τὰς πόλεις.

d) μετὰ Ὀμαρέω τοῦ τὴν νομοθεσίαν διαδεξαμένου.

optime conuenire cum Turcis in foro, emporiis et commerciis e). Victus et reliquus vitae vſus etiamnum vtrisque par eſt: quia Scythae vniuerſae imperitauerunt Aſiae. Idem etiam inſinuat nomen Turcorum, ſignificat enim hominem, qui agreſtiorem victus rationem ſequitur inſtar Nomadum, et maximam vitae partem in eo conſumit f).

§. 494.

Genus hoc Turcorum cum eſſet magnum et in immenſum auctum; compertum habeo in partes ſiue tribus quasdam eſſe diuiſum: inter quas fuiſſe tribum *Oguziorum* g), hominum genus nec malum, nec imbelle. Ex his natus eſt *Duzalpes* h), vir aequi iuſtique ſtudioſiſſimus, Oguziorum i) dux. Hunc accipio ob fortitudinem ſuam plurimum eſſe laudatum, tantaeque fuiſſe iuſtitiae (Oguziis namque ius dicebat) vt litigantes ipſum eligerent arbitrum in re qualibet, ſententiamque, quam ferebat, vtraque pars laeta accipiebat. Hanc viri aequitatem deprehendentes Oguzii, impetrarunt, precibus fatigantes regionis iſtius regem (qui tum erat Aladines nomine k)) vt eum acciperent ſibi iudicem. quod vbi contigit, ſemet ipſos tradiderunt Duzalpi l), vt ſecum ageret, ſecun- 387.
dum quod exiſtimaret res Oguziorum optime habituras.

Deinde cum filius huius nomine *Oguzalpes* m) (qui et Aguzalpes) imperium Oguziorum tribus ſibi vendicaſſet, ad tyrannidem aſpirauit: armaque infeſta Graecis inferendo, breui in Aſia ad maximam claritatem acceſſit.

 §. 495.

e) δια το Σκυθας τας ἐν τη Ευρωπη προς ἑω ἐτι και νυν διαγενομενας, κατα την ἀγοραν καλαμενην [*in Horda, quam dicunt.* id enim ἀγορα hic et multis aliis locis ſignificat] των ἐν τη Ασια Τουρκων ἐπαιειν οὐ χαλεπως [*linguam Turcorum Aſiaticorum haud difficulter intelligunt*].

f) δηλοι δε και τοὔνομα αὐτο, την Νομαδικην διαιταν προῃρημενον, και τον ταυτη τα βια πλεον αὐτῳ ᾠκειωμενον.

g) Ογυζιων, interpres in marg. *al. Agutiorum.*

h) Ιουδαζαλπια. in marg. Ιαδαζαλπην.

i) in marg. Αλιηζιων.

k) Addit haec interpres.

l) Ιαδασαλπην.

387. Id. p. 6.

m) Ογυζαλπη.

§. 495.

Praeterea *Orthogules* n), Oguzalpis filius, cum manu eſſet promtiſſimus, armis multos populos laceſſens, gloriam magnam vbique adeptus eſt: claſſem quoque parauit, qua fretus hoſtili animo nauigauit ad inſulas in Aegeo e regione Aſiae Europaeque ſitas. Etiam Europam populatus eſt o). hinc nauibus in flumen Taenarum p) iuxta Aenum vrbem deductis, ad multam fluminis partem proceſſit. Ferunt, hunc et in aliis locis irrupiſſe in Europam. Tandem ingreſſus Peloponneſum, Euboeam, et Atticam, fecit cladem maximam, regionibus deuaſtatis: reuerſusque domum praeda mancipiisque oneratus, maximas hinc ſibi conſtauit opes. Aiunt, Orthogrulem q) hunc in Aſia morantem praedas ex finitimis gentibus egiſſe, rebusque pulchre ſuccedentibus, exercitum conſcripſiſſe. Exercitu igitur ſatis valido munitus, finitimos Graecos domuit: reliquos depraedatus eſt. et cum alii metu perculſi imperium acciperent, breui ſuis maximarum opum auctor fuit. Deinde cum qu tidie Nomades plurimi ad ipſum confluerent, et in belli ſocietatem aduerſus finitimos admitterentur, tandem mirum in modum imperii ſui pomoeria promouerunt.

Propter res fortiter geſtas etiam Aladinae carus acceptusque erat. Sunt, qui litterarum monumentis ſcriptum reliquere, Oguſiorum tribum auſpiciis ductuque Orthogrulis loca iuxta Taurum munita occupaſſe; et hinc armis inſtructos procurrentes, finitimam regionem ſubiugaſſe; Graecos, eius regionis accolas, deiiciſſe, ſuoque imperio maxima adieciſſe incrementa. Quae autem horum ab initio fuerit conditio, adhaec, verane ſint an falſa, quae de ipſis modo expoſuimus, non facile affirmare auſim, quamuis plurimi ſcriptores ea commemorarint. proinde cum ea hactenus ab origine repetierim, nunc amplius de his verba facere ſuperſedeo.

§. 496.

n) Ὀρθογρούλης. interpres in marg. al. *Orthogrules*, qui apud Iouium *Zich* vocatur.

o) Annum 1298. in marg. adſcribit interpres.

p) Ταίναρον.

q) Ita ſemper in gr. ſcribitur, interpres nunc Orthugulem, nunc Orthogulem vocat.

§. 496.

Quantum vero attinet ad Otomanidas, ex familia Oguziorum ortos, vt ad clariſſimum hoc imperium euaſerint, nunc explanare inſtituo. Vicus eſt iuxta Myſiam, quem Sogutam incolae vocant, vbi eſt et fluuius eiusdem nominis. Vicus ille rerum omnium ad- fluentia pollet, remotus a mari Euxino ducentis quinquaginta ſta- diis. poteſt idem locus Itacae vicus nominari. In hanc regionem cum Oguzii penetraſſent, ibi aliquanto tempore habitarunt.

OTOMANVS r) autem, Orthogulis filius, initio non admo- 388
dum ſecundis agebatur fortunae flatibus. Proinde cum eſſet animo liberali et forti praeditus, animos eorum, qui in vico agebant, opi- bus ſibi conciliat, breuique ſibi deuotiſſimos habuit. Hinc cum odiis certarent continuis aduerſus Graecos, omnium aſſenſu impe- rator declaratus eſt s). Bello itaque adortus Graecos, qui in ea re- gione habitabant, non prius proelio exceſſit, quam cum omnes aut caecidiſſet, aut fugaſſet. Hinc proſpere ſuccedentibus rebus, victorias plurimas Graecis extorſit t). Cum autem fama nominis ſui regiones plurimas impleuiſſet, etiam apud Aladinam maxima gloria viguit, creatus ab ipſo dux, cum vndique praeclaris editis facinoribus res fortiter geſſiſſet.

§. 497.

Defuncto rege Aladina, diſcordia inter regni optimates exor- ta eſt. Orthogules v) adhibitus in colloquium, cum multum tem- poris deliberando eſſet abſumtum, tandem, icto foedere, promiſit, ſe ipſis ſocium et auxiliarem fore, quocunque in militiam profi- ciſcantur: hac tamen conditione, vt, quascunque regiones, con- iunctis copiis, ſuo imperio adiunxerint, eas inter ſeſe partiri ve- lint

388. Id. p. 7.

r) Οτουμανος.

s) ὡς διαφορας σφισι προς τους Ελληνας ἀυτων περιοικους γενομενης, ἡγεισθαι κελευσαι τους ἐν τῃ κωμῃ Οτουμανον τον Ορθογγελεω.

t) και μαχεσαμενον τρεψασθαι τε τους ταυτῃ Ελληνας. και ἀπο τουτου ὁρμωμενους ἐπι πολυ, ἐπεξελθειν τε τους Ελληνας.

v) Perperam ita interpres, Oto- manus ſuppleri debebat. abeſt no- men a Graecis.

ſint. Cum igitur, vt foedere tenebatur, communi conſenſu viribusque communibus bella aggrederentur, tanta ipſius inter omnes virtus emicuit, vt breui plurimas opes acquireret, regnumque ſibi pararet haud aſpernandum.

Hi autem cum forent duces numero ſeptem, initio regionem, quam tum armis ſubiecerant, inter ſeſe diuiſerunt x). Poſtea partitionem ſorti committentes. Caramano obtigit mediterranea Phrygiae, Ciliciam vſque et Philadelphiam; Sarchani ſors addixit maritimam Ioniae regionem, qua Smyrnam vſque patet; Lydia vſque ad Myſiam obuenit Calami et filio eius Caraſi; Bithyniam autem cum his regionibus, quae Olympum reſpiciunt, nactus eſt Otomanus cum Tecie; Paphlagoniam cum his regionibus, quae pergunt ad Euxinum pontum, acceperunt Amurae filii, ſic ſorte partitionem regente. Cermianum dicunt non fuiſſe de numero ſeptem illorum ducum, verum imperaſſe Conio y), Cariae vrbi, in qua regia erat: tandem ſuo deturbatum regno, abiiſſe in Ioniam; ſeceſſusque ibi vitam priuatam, quietem amplexus eſt.

§. 498.

An ſeptem illi duces adiunctis copiis, aut ſinguli per ſe regiones iſtas ſubiecerint, praeterea vt alius in alterius ſucceſſerit opes et regnum, non referre arbitror curioſius deſcribere. Illud autem certum eſt, reges Otomanidarum Soguthum vicum multum honoraſſe, cum eo frequenter accederent, reddentes vici incolis
389 ſolemnia munera. Accepi praeterea, Otomanum, Orthogrulis filium, primum generis huius ex illo vico oriundum extitiſſe: qui inde profectus, vrbes Aſiae cepit, et Pruſam Myſiae vrbem opibus florentem, fame expugnatam regni ſedem conſtituit. Poſtremo operibus multis fortiter et ſplendide peractis, relinquens liberos et regnum illuſtre, naturae debitum exſoluit Pruſae z).

Hic primus illius generis optime, quae ad regni ſalutem attinent, diſpoſuit. Et, vt regnum ſibi faceret quam maxime firmum

x) Cf. ſupra §. 416.

y) Ικωνια in marg. Κονια. Interpres ibi, *Iconium* olim, nunc *Congium*.

389. Ed. p. 2.

z) Anticipat haec Chalcocondylas, et infra §. 500. ſuo loco iterum narrat.

arum et opportunum, ſatellites allegit, quos regis *Ianuas* ſiue *Portas* nuncupauit [a]. Et cum iam omnibus propter iſtam potentiam formidini eſſet; ſubditos facile in imperio continuit, cum omnes ad nutum, quando vocarentur, praeſto eſſent, et impigre ea, quae Ianuae regis imperarent, obirent.

§. 499.

Commemorant, Orthogulem [b] iſtum virum per omnia exſtitiſſe generoſiſſimum et cum propter res ſuas praeclare adminiſtratas auguſtior homine et quaſi diuinus reputaretur, poſteris reliquit inſigne cognomentum, vt *Otomanidas* ſiue Otomani filii vocentur.

Hoc regnante, Turcorum octo millia traiecerunt in Europam per Helleſpontum, captoque Graecorum praeſidio, Cherſoneſo impoſito, perrexerunt [c] in Thraciam et ad Iſtrum, incurſionibusque plurimis factis, regionem iſtam vaſtarunt, et maximam hinc reportarunt praedam. mancipia, quae erant plurima, iure belli capta, transmiſerunt in Aſiam. Graecorum Tryballorumque (qui nunc Bulgari dicuntur [d]) res agebantur ferebanturque. Ea tempeſtate Scythae, parua manu a Sarmatia prodeuntes, feſtinabant ad Iſtrum. quo transmiſſo, Turcos, quos eo loci deprehenderant, atroci proelio inito fuderunt, et propemodum omnes, demtis paucis, necauerunt. Qui autem integri ex eo proelio abierant, fuga in Cherſoneſum delati, et hinc in Aſiam transuecti, tandem ab Europa abſtinuerunt [e].

§. 500.

Eodem tempore Graecorum res ancipiti fruebantur fortuna, cum inteſtinis diſcordiis agitarentur propter Byzantii regnum, reges ambo, auus et nepos Andronici, ex familia Palaeologorum orti. — Cum autem [Andronicus Iunior.] eſſet impudentior et praefractior

a) ἐν τάξει τε ἀρίστων ἀποδεξάμενος ἀμφ' αὐτὸν, οἳ θύρας βασιλέως καλοῦνται. vulgo iam Ianitzari, a Graecis paſſim Γενιτζάροι vocantur.

b) *Otomanum* potius, nomen et hic in Gr. omittitur.

c) καὶ ἐν Χεῤῥονήσῳ κατασχόντες φρούριον Ἑλληνικὸν, καὶ ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενοι &c.

d) Perperam haec addit interpres.

e) οὐκ ἔτι αὖθις ἀφίκοντο.

fractior, quam vt meliora conſulenti pareret, Graecos in grauiſſima diſcrimina induxit. Accerſit enim Tryballos, Graecorumque optimates in regni curam adhibitos ſibi concilians, effecit, vt nemo amplius Graecorum Europae acceſſu Turcos prohiberet. Tunc temporis capta eſt Pruſa, quam fame domitam in ditionem redegit Otomanus f). In poteſtatem venerunt et alia Aſiae oppida, vnde maxima Turcis per vniuerſam Aſiam acceſſit potentia, transgreſſique in Europam, Thraciam grauiſſime adflixerunt. *Chalites* g) autem, qui a Graecis in praeſidium, quod Cherſoneſon tutabatur, erat compulſus, vocauit Turcos ex Aſia, et Graecos accedentes fortiter ſuſtinuit; nec non ad multam Thraciae regionem progreſſus, praedas agebat. Adductis vero duce Tryballorum, et iis, qui modo ab Italia aduenerant, praeſidium Cherſoneſi terra marique oppugnari coeptum eſt. At Turci cum viribus nequaquam pugnarent paribus, nocte intempeſta profugerunt in Aſiam inſciis hoſtibus.

§. 501.

Verumtamen Graeci parum benigne tractarunt transfugas Turcorum duces et Azatinam, quo ſibi maiore beneuolentia deuincirent eos, quos ab Italia et Taracone aſciuerant, vt ſuppetias ferrent contra Turcorum regem *Orchanem*, qui exercitum Philadelphiae admouerat. Praeterea ad occupandum Calliopolis (quae et Callipolis) praeſidium in Cherſoneſo, Taraconenſes et Itali, additis Azatina et caeteris Turcorum transfugis, vrbem aggredi nitebantur. Vt autem inceptum eorum patefactum eſt oppidanis, (nam a quodam Graecis, qui in ea vrbe erant, ſignificatum eſt) per Thraciam, ab vrbe digreſſi, ibant. Profecti praeter Rhodopen, venerunt Caſſandriam, antiquitus Pydnam dictam. Turci qui comitabantur Azatinam, venerunt ad Tryballorum regem. At hi, qui confugerant in Aſiam, bellum redintegrare volentes, et itinere pedeſtri in Cherſoneſum reuerſi, cogitabant, quoquo modo poſſent, redire in Aſiam. Etiam quibusdam in locis foedera cum Graecis

390. Id. p. 9.

f) In marg. adſcribit interpres a 1303. et 1317. ſed Pruſa a. 1327. capta eſt.

g) Χαλιλης. interpres in marg. „al. Chaliles: Chalela habet Gregoras, a noſtris Hali dicitur„ cf. ſupra §. 450. in varietate lectionis.

Graecis conglutinarunt. Cum autem Graeci iis inſidias tenderent, volentes eos capere, fuga euaſerunt in proelium [caſtellum] Cherſoneſi, et denuo Graecis multa inferebant damna. — Graeci cum rege ſuo Andronico cum parum dextre Turcos transfugas, nec non eos, qui ab Italia ferendi auxilii gratia aduenerant, fouiſſent, praeter opinionem etiam hos ſibi inimicos ex amicis et auxiliaribus fecere. 391.

§. 502.

Otomanus, Orthogulis filius, ſubacta Graecorum Aſiam incolentium regione pene vniuerſa, irruit in Nicaeam et Philadelphiam, quam haud tamen ſuae ditioni admouit. Turcos quoque, qui Homurem ſequebantur, inimicitiis permotus bello petiit. Regnans autem Pruſae, quae regni ſedes erat, exſpirauit, relictis liberis et regione ampliſſima. —

391. Id. p. 10.

FINIS PARTIS PRIMAE
TOMI TERTII.

TOMI TERTII
PARS II.

TOMI TERTII

PARS II.

CHAZARICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE CHAZARIS.

Hiſtoria Chazarorum.

De Chazaris, quos *Turcos* etiam et *Turcos orientales* vocant, a. C. 626. primum apud ſcriptores Byzantinos relatum legimus. Tunc enim ab Heraclio Auguſto muneribus ac promiſſis ſollicitati, per Caſpias portas in Perſidem irrumpentes, eam late vaſtarunt: vt, tunc eos in regionibus Caucaſo verſus ſeptemtriones finitimis habitaſſe, credibile ſit. Medio vero eiusdem ſaeculi ex interiori *Berziliae*, quam *Beryliam* alii vocant, receſſu erumpentes, omnia ad mare Ponticum vſque ſuo ſubiecerunt imperio, et Bulgaros, qui ibi habitabant, ſibi tributum pendere coëgerunt.

Circa a. C. 700. iam Cherſoneſi Tauricae partem, ad *Doros* (Daras alii appellant) vſque, quae vrbs in Gothiae limitibus ſita erat, Chazari tenuerunt. Chaganus, qui tunc genti imperabat, Iuſtinianum rhinotmetum, Cherſone exſulantem, indeque ob inſidias, quae ipſi, nouarum rerum ſtudioſo, ab incolis ſtruebantur, profugum, ſuſcepit, generumque ſibi adſciuit; non diu vero poſt, a Tiberio Apſimaro ſollicitatus, eundem occidere, quamquam fruſtra, conatus eſt. Iuſtinianus, mox Bulgarorum, ad quos profugerat, ope in imperium reſtitutus, ſtructas ſibi a Cherſonitis vlturus inſidias, duces cum claſſe ad Cherſonem miſit, qui omnia caede ac ſanguine repleruut, et multos, inter quos et Chagani praefectum, captiuos CPlin abduxerunt. Breui poſt cum altera etiam, eaque tempeſtate perdita, tertia, quae vrbem ipſam funditus euerteret, claſſis eodem mittenda nunciaretur, Cherſonitae Chazarorum implorarunt auxilium, quo accepto et ipſi periculo liberati ſunt, et Iuſtinianus imperio a Philippico, qui paulo ante ad Chaganum confugerat, ſpoliatus eſt.

Maxi-

Maximam vero fuiſſe iis temporibus Chazarorum potentiam, vel inde colligi poſſe videtur, quod in Mediam adeo et Armeniam infeſta ferre auſi ſint arma, et inſignem ibi de Arabibus (a. C. 728.) reportarint victoriam. Tunc Leo Iſaurus, qui Conſtantinopoli imperabat, affinitatem Chazarorum Chagani ambiens, filio ſuo Conſtantino, qui poſt patrem imperium rexit, filiam eius in matrimonium obtinuit.

Toto eo, quod inter Leonis Iſauri et Theophili imperia intercesſit, tempore altum eſt apud ſcriptores Byzantinos de Chazaris ſilentium. Theophilus demum eis circa a. C. 834., id quod per legatos ipſum rogauerant, vrbem ad Tanain, quae Patzinacas, veteres hoſtes, quippe quos ſedibus olim ſuis eiecerant, tranſitu huius fluuii prohiberent, extruendam curauit, quam ſua lingua ipſi *Sarcel*, ſeu *urbem albam*, nuncuparunt.

Quinquaginta et quod excurrit annis poſt, a. C. 888. Leoni Philoſopho contra Bulgaros militarunt. Quorum rex Simeon, id aegerrime ferens, omnibus, quos ex hac gente cepit, nares praecidi iuſſit, et ſic mutilatos Conſtantinopolin remiſit.

Cum Vngris, antequam hi a Patzinacis pulſi in iis regionibus, quas hodie incolunt, ſedes ponerent, amicitiam coluerunt, qui eorum auctoritate, cum ad id vſque tempus pluribus paruiſſent ducibus, principem ſibi praefecerunt Arpadem. plures vero Chazarorum tribus, a popularibus ſuis ſeceſſione facta, Vngris ſe adiunxerunt.

Aetate Conſtantini Porphyrogennetae Chazari occidentem et ſeptemtriones verſus Patzinacas, meridiem et occidentem verſus in Cherſoneſo Taurica Romanos, ad orientem vero et ſeptemtriones Alanos et Vzos finitimos habuerunt. Cum Alanis praeſertim, quod hi ipſos facile commeatu poſſent intercludere, pacem ſollicite coluerunt.

Initio demum ſaeculi poſt C. N. vndecimi Baſilius Porphyrogenneta, claſſe ad Chazariam miſſa, terram ope Ruſſorum ſubegit. Et ab hoc tempore nomen Chazarorum in hiſtoria Byzantina euaneſcit.

Principes et viri inter Chazaros illuſtres.

Zibil (Ζιέβηλ al. Ζέβηλ) dignitate a Chagano ſecundus, qui Heraclio Auguſto a. C. 626. auxilia adduxit.

Pa-

Papatzis (Παπατζης), Phanagorae a Chagano praefectus, a Iuſtiniano rhinotmeto occiditur.

Theodora, ſoror Chagani, Iuſtiniano rhin. nubit.

Tudunus (Τουδουνος, al. Δουνος), Cherſone vicem Chagani gerit a. C. 708., 709.

BUSIRUS GLIABARUS (Βουσηρος Γλιαβαρος) Chaganus Chazariae, Iuſtiniani rhinotmeti ſocer.

N. N. Chagani Chazariae filia, poſt baptiſmum Irene appellata, vxor Conſtantini Copronymi.

Pech (Πεχ), nomen dignitatis, a. C. 834.

Georgius Tzulus (Γεωργιος ὁ Τζουλος) princeps Chazariae a. C. 1016.

Scriptores de Chazaris.

RES Chazaricas ſcriptitarunt Nicephorus Patriarcha, Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius Bibliothecarius, Leo Grammaticus, Conſtantinus Porphyrogenneta, Incertus eius Continuator, Symeon Logotheta, Georgius Monachus, Cedrenus, Zonaras, Ducas et Codinus.

Prima gentis memoria a. C. 626. eſt apud Nicephorum Patriarcham, Theophanem, Anaſtaſium et Cedrenum. hi et Zonaras de reliquis Chazarorum geſtis vſque ad a. C. 750. pauca quaedam delibarunt. Sarcel vrbem conditam narrant Conſtantinus Porphyrogenneta, Conſtantini Continuator et Cedrenus. Symeon Logotheta patriarcham Photium a Michaele II. Auguſto vultu Chazarum appellatum eſſe, auctor eſt. De Chazaris, Leonis Philoſophi ſociis, Leo Grammaticus, Incertus Continuator, Georgius Monachus et Cedrenus mentionem faciunt. De antiquitate gentis, bellis eorum cum Patzinacis et coniunctione cum Vngris, et de rebus ſua aetate geſtis varia apud Conſtantinum Porph. legimus. Chazariae a Baſilio Porph. a. C. 1016. ſubactae Cedrenus conſeruauit memoriam. Poſt id denique tempus Chazariae quaſi in tranſitu meminerunt Ducas et Codinus.

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CVPVT I. *Res Chazarorum geſtae a prima gentis memoria vſque ad affinitatem Conſtantinum, Leonis Iſauri filium, inter et Chaganum Chazarorum iunctam, natum ex huius filia Leonem Chazarum, et ab a. C. 626 -- 750.*

§. 1. Chazari, ab Heraclio in belli aduerſus Perſas ſocietatem adhibiti, Perſidem vaſtant.

§. 2. Litterae de hac re a Choſroe ad ducem exercitus Sarbarum datae.

§. 3. Chazari hieme ingruente caſtra Heraclii deſerunt.

§. 4. Filia Heraclii Chazarorum duci deſponſa, in itinere caede ſponſi cognita, reuertitur.

§. 5. Chazari e Berzelia erumpentes Bulgaros ſibi vectigales reddunt.

§. 6. Iuſtinianus rhinotmetus res nouas moliens Cherſone ad Chaganum Chazariae fugit, ab eo gener adſcitus, inſidiis petitur.

§. 7. Iuſtinianus in imperium reſtitutus claſſem in Chazariam mittit, quae vxorem ipſius inde adduceret.

§. 8. Iuſtinianus claſſem ad Cherſonem mittit, iniuriam ſibi a Cherſonitis illatam vlturus, alteram mittit, quae vrbem ipſam euertat.

§. 9.

§. 9. Cherſonitae a Chazaris auxilia impetrant, Philippicum a Chagano ad ſe transmiſſum imperatorem ſalutant.

§. 10. Chagani Chazar. filius Mediam et Armeniam vaſtat.

§. 11. Saraceni Turcos bello adorti, per Chazarias montes redeunt.

§. 12. Leo Iſaurus filio ſuo Conſtantino Chagani Chaz. filiam uxorem ducit.

§. 13. E Chazara Conſtantino filius naſcitur:

CAPVT II. *Res Chazarorum ab vrbe Sarcel condita vſque ad Chazariam a Baſilio II. Porphyrogenneta ſubactam et poſtea geſtae, ab a. C. 834 – 1421.*

§. 14. Theophilus Aug. Chazaris, per legatos rogatus, vrbem Sarcel ad Tanain exſtruendam curat.

§. 15. Michael Theophili F. patriarcham Photium vultu Chazarum vocat.

§. 16. Chazari Leonis Philoſophi contra Bulgaros ſocii, a Simeone capti naribus mutilantur.

§. 17. Chazari [Mazari] et Vzi Patzinacas ſedibus ſuis pellunt.

§. 18. Chazari cum Vngris habitant.

§. 19. Patzinacae a Chazaris victi; Vngri, Chazaris auctoribus, Arpadem ſibi principem praeficiunt.

§. 20. Cabari et alias Chazarorum tribus ſe Vngris admiſcent.

§. 21. Chazari in exercitu Rom. militant.

§. 22. Patzinacae Cherſonitis et imperatori CPlitano in Chazaria miniſteria praebent.

§. 23. Alani et Vzi Chazaris bellum inferre poſſunt.

§. 24. Alani Chazaros ingenti damno afficere poſſunt.

§. 25. Bulgaria nigra Chazariam bello infeſtare poteſt.

§. 26. Conſtantinus Porph. Chazaris veſtes imperatorias, coronas, ignem graecum mittere, et cum iis affinitates iungere vetat.

§. 27. Chazariae ſitus.

§. 28. Litterarum ab imperatore CPlitano ad Chaganum Chazarorum datarum inſcriptio.

§. 29. Pecunia ab eo ſoluenda, qui inter militiam Chazaricam CPli recipi volebat.

§. 30. Chazari ad ſolemnia conuiuia ab imperatoribus CPlitanis adhibiti.

§. 31. Chazaria ſub Baſilio II. Porph. a Romanis ſubacta.

§. 32. Conſtantinus, Ioannis Eman. Pal. filius, regionum ad Pontum Chazariae finitimarum dominus.

§. 33. Ad Dioeceſin patriarhae CPlitani Chazaria pertinet.

CHAZARI-

CHAZARICORVM

CAPVT I.

Res Chazarorum geſtae, a prima gentis memoria vſque ad affinitatem, Conſtantinum, Leonis Iſauri filium, inter et Chaganum Chazariae iunctum, et natum ex huius filia Leonem; ab a. C. 626--750.

§. I.

Imp. HERACLIO. *Imp.* HERACLIO a. 16. imperii.

a. C. 626. a)

a) [HERACLIVS Auguſtus cum per Lazorum prouinciam in Perſidem, a cuius rege Choſroe bello diſſidebat, irrumpere conaretur; indidem] legatos cum donis ad *Turcorum* b) principem 1.

Zz z 3 cipem

a) THEOPHANES, ANASTASIVS: Heraclius cum Perſas CPlis oppugnandae conſilium cepiſſe cognouiſſet, in *tres acies exercitum*

1. NICEPHORVS PATRIARCHA p. 11, 12. Teophanes p. 263, 264. Anaſtaſius p. 95, 96. Cedrenus T. I. p. 415.

a) Hunc annum interpres apud Nicephorum adſcribit, annum, quem in margine poſui, Theophanes habet.

b) Chazaros intelligi, ex iis, quae in varietate narrationis leguntur, apparet.

Imp. HERACLIO.

a. C. 626.

cipem deſtinat, quibus eum ad belli contra Perſas ſocietatem alliceret. His ille acceptis, auxilio futurum ſe pollicitus eſt. Ea re gauiſus Heraclius ad illum ipſe perrexit. Qui, adeſſe imperatorem audiens, cum magna Turcorum manu obuiam proceſſit, et ex equo deſiliens, humi ſe coram illo proſtrauit. Idem et vniuerſi eius comites. Imperator, tantum ſibi ab illis honorem exhiberi videns, duci eorum ſignificat, ſi firmam ac ſinceram amicitiam inire vellet, equo etiam vectus accederet, filium inſuper eumdem appellans. Ita demum ad imperatoris complexum admiſſus eſt, qui detractam ſibi coronam Turci capiti impoſuit. Cumque hunc ad conuiuium inuitaſſet, omnia conuiuii vaſa atque vtenſilia cum regia veſte et inauribus ex margaritis ei donauit. Dedit et inaures alias principibus, qui eum comitabantur, quas manu ſua dilargitus eſt. Poſt haec veritus, ne idem, quod Auarus fecerat c), contra ſe tentaret, foedus iſtud firmioribus vinculis aſtrinxit. Nam Eudociae filiae imaginem demonſtrans, [eum] hunc in modum alloquitur: „ Cum primum nos Deus conciliauit, filium te meum eſſe voluit. En igitur et filiam meam et Romanorum Auguſtam, quam, ſi me adiuueris, et contra hoſtes auxilium dederis, vxorem tibi ſpondeo „. Ad haec barbarus, imaginis pulchritudine et ornatu in archetypi amorem impulſus, eo ad firmandam ſocietatem propenſior factus eſt.

Statim

vniuerſum diſtribuit; et primam quidem ad vrbis defenſionem; aliam Theodoro, proprio fratri, traditam Saem [Perſicarum copiarum ducem] *aggredi iuſſit; cum tertia ſecum educta ipſe in Lazicam regionem ſeceſſit: ibique mora aliquamdiu protracta, Turcos orientales, quos Chazaros vocant* (τοὺς Τούρκους ἀπὸ τῆς ἑῴας, οὓς Χάζαρεις ὀνομάζουσιν) *ad belli ſocietatem allexit.* — (ſequuntur quaedam Theodori contra Perſas proſpere geſta). *Porro Chazari* (Χάζαρεις), *Caſpiis portis diruptis, in Perſidem irrumpunt*, et Ziebelo (Ζιεβὴλ, Anaſt. *Zibebil*) *duce, cui a Chagano ſecunda dignitas fuerat, Adroigam* (Ἀδραϊγὰν A. *in regionem Adrohigan*) *prouinciam penetrant. Quocunque vero progrederentur, Perſas abducebant captiuos et vrbes pagoſque igne deuaſtabant. Inter-*

c) Qui foedus perfide ruperat, ſic habent: ἀπὸ δεῦρο μου τὴν [illegible] τῷ Ἀβάρῳ [illegible]
cf. *Tom. I. Auarica §. 143. Gr.*

Statim igitur Turcorum copias cum duce imperatori tradidit. Quibuscum in Perſidem irruens oppida ſubuertit, atque Ignis delubra [d] proſternit [e] —.

§. 2.

Poſtquam Choſroës cum alia omnia comperit, tum Turcos ab Heraclio in ſocietatem receptos, de his certiorem per litteras Sarbarum [f] reddit, ac quam celerrime ex Romanorum finibus ad ſe reuerti iubet, et Heraclio copias ſuas opponere: neque enim ſe illius exercitum ſuſtinere poſſe. Hae porro litterae in itinere interceptae ad Heraclium delatae ſunt: quibus ille perlectis et ſuppreſſis

ea imperator e Laxica ſoluens, illis ſe adiungere et occurrere ſtatuit. Cum Ziebelus (Anaſt. vt ſupra) *imperatorem conſpexit, obuiam progreſſus, eius collum exoſculatus eſt, ipſumque adorauit, Perſis ex vrbe Tiphili ſpectantibus* (Anaſt. nomine vrbis omiſſo, *Perſis ciuitatis aſpicientibus*). *Turcorum autem exercitus omnis in terram procidens et in faciem pronus, quaſi maieſtatis horrore concepto, inſolito honoris genere, gentilibus tamen ſolemni* ([illegible] *honore, qui eſt apud gentiles extraneus*), *imperatorem proſecutus eſt: ac pariter exercitus praefecti ſuper ſaxa aſcendentes, eodem corporis habitu procubuerunt. Ad haec Ziebelus imperatori, eius quippe verbis delectabatur, et eius proſpectu ac prudentia plane ſtupefactus haerebat, filium ſuum, cui lanugo primum e malis tunc oriebatur, obtulit. Selectos tandem viros ſtrenuos ad quadraginta millia Ziebelus belli ſocios imperatori aſſignauit: et in propriam poſtmodum regionem ſeceſſit. Imperator, illis ſibi adiunctis aduerſus Choſroëm perrexit.* CEDRENVS: *Anno decimo* imperii Heraclius *Lazorum ditionem petit, Turcorumque orientalium, quos et Chaz. appel. auxilia ambit. — Caeterum Chazari, Caſpiis — duce Zebeelo* (Ζεβεήλ) — *occurrit, eſtque cum ſuo exercitu peramice et hilariter a Zebeelo ſalutatus: qui filium ſuum belli ſocium imperatori relinquens, domum verſus abiit. Imperator his auctus auxiliis, in Choſroem contendit.* omiſſa, ſupra e Theophane allatis ſimilia omnia.

d) [illegible]

e) Deſcribuntur templa Ignis, [illegible] del.

f) Qui tunc CPlin vna cum Sclauis, Auaris cet. obſidebat. cf. *Tom. I. Auarica f.* 142.

[illegible] CLIO.

a. C. 626.

preſſis, alias, tanquam a Chofroë miſſas, ſuppoſuit, et illas ſigillo obſignatas ad Sarbarum miſit, quibus ea continebantur: Romanorum imperatorem cum Turcis amicitiam iniiſſe, et Adoryadagnum vſque perueniſſe, quem miſſo a ſe exercitu cum Turcis eſſe profligatum, reliquos fuga ſibi conſuluiſſe. Quamobrem hortari, ne ex Romanorum agro exercitum transportaret, ſed Calchedonem obſidere ac Romanos capere praedarique pergat. Quibus acceptis litteris, Sarbarus eodem in loco ſubſtitit.

a. M. 6118. a. C. 618. a. 17. imp. Heraclii.

§. 3.

a. C. 627.

2. HOC anno g) iam a menſe Septembri Heraclius vna cum Turcis inopinato propter imminentem hiemis rigorem in Perſiam irrumpens, Choſroëm, vbi reſciuit expeditionem, in animi anxietatem et ſtuporem coniecit.

Turci vero, incumbentem hiemem proſpicientes, nec imperatori collaborare gnari, paulatim elabi vel ſe ſurripere coeperunt: ac tandem omnes, ſocietate belli deſerta, redierunt h).

§. 4.

a. C. 631. i)

3. [QVO tempore ex Aethribo, Arabiae felicis regione, erupere Saraceni, ac vicina loca populati ſunt] Heraclius — Eudociam, filiam, quam Turcorum principi pactus erat, ad eum Byzantio proficiſci-

2. THEOPHANES p. 264, 265. Anaſtaſ. p. 96. Cedren. T. I. p. 416. Hi omnia vt Theophanes.

g) Vide marginem.

h) Theophanes p. 270, 271. haec habet: *Siroës* [primogenitus Choſrois filius] *vbi de fratre in regem coronando patris conſilium comperit, animo commotus, collactaneum ſuum ad Gundabuſam* [qui in Sarbari exercitu tribuni munus obtinuerat, inter alia] *ſcripſit: Ego, ſi regnum auſpiſcar, militum ſtipendia confeſtim augebo et cum Romanorum imperatore* [Anaſtaſius, qui haec p. 100. refert, addit *ac Turcis*] *mihi pacis foedus erit.*

3. NICEPHORVS PATR. p. 15.

i) Annus margini adſcriptus.

a. C. 631. Imp. HERACLIO.

ſciſci iubet. Sed cum de barbari caede allatum eſſet, eadem imperatoris mandato reuertitur.

Sub

Conſtantino III. et Heracleona nulla fit Chazarorum mentio.

§. 5.

Imp. CONSTANTE II.? k)

a. C. 642 — 668.

Imp. CONSTANTINO.

"CVM quinque Crobati, Bulgarorum principis, filii poſt patris obitum principatum inter ſe diuiſiſſent, et quatuor eorum, nouas quaeſituri ſedes, emigraſſent, vno Batbaia in auito ſolo remanente": numeroſa *Chazarorum gens ex interiori Berzeliae, quae eſt primae Sarmatiae, receſſu prorupit*: omnibusque vſque ad mare Ponticum ſub ditionem ſuam redactis trans flumen poſitis prouinciis, a Batbaia, primae Bulgariae principe, is erat fratrum primus, vectigali ſibi reddito, tributum ab eo in hunc vſque diem exigit. 4.

Sub

Conſtantino IV. Iuſtiniano rhinotmeto et Leontio nulla fit Chazarorum mentio.

§. 6.

Imp. TIBERIO *Apſimaro.*

a. C. 702.

Imp TIBERIO *Apſim.* a. 6. imperii.

β) IVSTINIANVS [rhinotmetus, imperio iam ante plures annos exutus, et in exſilio], Cherſonae degens, "imperii ſceptra denuo 5.

β) ZONARAS: *Iuſtinianus, — qui — Cherſone exſulabat, fuga elapſus ad Chaganum Chazarorum principem ſe contulit, a quo hono-*

4. THEOPHANES p. 298. Anaſtaſ. p. 113. Niceph. p. 23. Locum integrum et narrationis varietatem vid. *Tom. II. P. II.* in *Bulgaricis* §. 14. 15.

k) Cf. *Bulgarica* §. 13. *not.* a. b.

5. THEOPHANES p. 311, 312. Anaſtaſ. p. 120. Zonar. T. I. p. 95. Nicephor. p. 27. Cedren. T. I. p. 445. Conſtantin. Manaſſ. p. 80; 81. Glycas p. 279. Annum habent Theophanes, Anaſt. et Cedrenus.

Imp. TIBERIO *Apſim.*

a. C. 702.

nuo ſibi cum poteſtate committenda enuncians l), eius loci incolas dictis huiusmodi terret. Quare periculum ab imperatore [Tiberio Apſimaro] ſibi metuentes, de inferenda illi nece, vel eo ad imperatorem deportando conſilium ineunt. Ille, machinas praeſentiens, fugam ſolerter capeſſit, et feſtino greſſu Daras m) profectus, Chagani Chazarorum n) congreſſum et colloquium ſibi concedi expoſtulat. Eo nuncio accepto, Chaganus virum honore cumulatum excepit et germanam ſororem Theodoram ei coniugem locat. Breui tempore interiecto, venia a Chagano expetita, Phanaguriam o) ſe confert, et ibi cum coniuge Theodora moratur.

His

rificentiſſime exceptus, eius ſororem Theodoram vxorem duxit, ac paulo poſt inde digreſſus, in alia prouincia cum ſua coniuge conſedit. Verum Apſimarus Chagano magnam pecuniam per nuncios pollicitus, ſi Iuſtiniani caput ad ſe miſiſſet, impetrat a barbaro, vt duos e ſuis familiaribus ableget, cum mandatis, vt Iuſtinianum ſecreto tollant. Eo conſilio Theodora per ſeruum cognito, maritum praemonet. Iuſtinianus igitur duos illos ſeorſim arceſſitos, vtrumque laqueo praefocat, et, Theodora in Chazariam ablegata, ipſe nauiculam conſcendit, ad Terbelin Bulgarorum principem profecturus. ANAST., NICEPH., et CEDRENVS omnia fere vt Theophanes; pauca, in quibus differunt, in notis adfero. CONSTANTINVS MANASSES; *Vnicum erat, quod hominem* [Tib. Apſimarum] *perturbaret: nimirum ne rurſum Iuſtinianus, ad imperium arceſſeretur. — Certior ergo factus, Iu-*

l) δημηγορησαντος ἑαυτον παλιν βασιλευειν μελλοντα.

m) Δαρας. Niceph. *ad caſtellum, quod Doros appellatur, eſtque in Gotthiae limitibus poſitum.* cfr. *Tom. I. Gothica* §. *374.* not. *a.*

n) τῳ των Χαζαρων Χαγανῳ. Anaſt. *Chazorum* (in marg. *Chazarorum*) *Chagani.* Niceph. *Chazarorum ducem, Chaganos illos nuncupant* (τον Χαζαρων ἡγεμονα, Χαγανας δε φασιν αὐτοι καλειν).

o) εἰς Φαναγουριαν. Niceph. ἐν Φαναγουρῃ. A. *in Phenagoriam.* Goar in Theophanem p. 616. „ *Phanaguriam*, Maeotidis paludis orientalem plagam „. Xilander ad Cedrenum p. 18. „ vrbs eſt ad Boſporum Cimmerium „. Conſtantin. de Themat. p. 30. e Strabonis libro x. Boſporitarum, vrbis Boſpori iuxta Cimmerium ſinum incolarum, *Europaeorum quidem metropolis eſt Panticapaeum; Aſianorum vero Phanagorium* (Φαναγορειον).

His auditis Apſimarus Chaganum per legatos, maxima munera pollicitos, hortatur, vt Iuſtinianum viuum, vel ſaltem ipſius caput ad ſe mittendum curet. Chaganus, promiſſorum ſpe illectus, poſtulatis morem gerit, et ſatellitii cuſtodia ad Iuſtinianum deputata, inſidias a gentilibus ſuis ipſi ſtruendas ſe vereri, ſimulat: ſimul autem *Papatzem*, qui illic vices eius gerebat, et *Balgitzem*, Boſphori praefectum mandatis inſtruit, vt, cum ipſis ſignificaretur, Iuſtinianum e medio tollerent [p]. Iſtis a Chagani famulo Theo-

 dorae

ſtinianum Theodoram, ſororem ſuam germanam, Chagano, Chazarorum principi, matrimonio iunxiſſe (μαθων γὰρ ὡς ἡρμοσατο τὴν αὐθομαιμονησασαν τῳ των Κατζαρων ἀρχοντι Χαγανῳ Θεοδωραν), *iamque cum illo familiariter degere: legatos ad barbarum, ſaeuum alioquin hominem* (τῳ δωνῳβαρβαρῳ τῳ Χαγανῳ), *mittit, immenſasque pecunias ei pollicetur, ſi Iuſtinianum vinculis iniectis ſibi mancipii in morem venderet, aut eius ſaltem caput a ceruicibus reciſum mitteret. His auditis animus barbari* (ὁ βαρβαρος ἐκεινος ὁ Χαγανος) *cupiditate pecuniarum inflammatur, et vt Scythica praeditus indole* (ὁ τριβαρβαρος Χαγανος Σκυθογνωμων), *conſilium capit inhumanum ac belluinum contra ſuum affinem, a quo laeſus nunquam fuerat, meditans ipſe ſecum, quo pacto miſerum Apſimaro quaerenti* (nomen interpres ſupplet) *proderet.* — [in ſequentibus auctor in auaritiam inuehitur] *Iuſtinianus — Chagani fraudibus et conſiliis perſpectis, fuga ſaluti conſulit.* — reliqua vide in *Bulgaricis* §. 21. a. GLYCAS: *Leontium* [Apſimarum] *mirifice perturbabant illorum praedictiones, qui ex aſtris futura ſe habere cognita garrire conſueuerant. Itaque nihil non aduerſus Iuſtinianum moliebatur: litteras ad Chaganum, Chazarorum principem, dabat: eidem magnas pecunias pollicebatur, ſi captum Iuſtinianum vel inſtar mancipii viliſſimi venderet, vel capite plecteret. Iis cognitis, Iuſtinianus in fugam ſe conicit, ad Bulgaros proficiſcitur, ingentibus eos promiſſis*

p) Nicephorus: — ſimulat; *re-uera autem id ipſum cauens, ne vnquam manibus ſuis effugere poſſet. Tum vni ex gentis ſuae ducibus, quocum Iuſtiniano familiaritas erat, nec non et Boſpori Scythici praefecto iubet, vt ſimul atque mandaſſet, quamprimum ei vitam eriperent.* Cedrenus: — ſimulat; *mandauerat autem iis, vt — interficerent.*

Imp. TIBERIO *Apſim.*

a. C. 702.

dorae denunciatis ac ſubinde Iuſtiniano reuelatis, ipſe praedictum *Papatzem* q), vt remotis arbitris colloqueretur, ad ſe vocauit, eumque chorda confeſtim ſtrangulauit r), quemadmodum et *Balgitzem* s), Boſphori praefectum: quo ſimul facto, et Theodora in Chazariam remiſſa t), ipſe fuga Phanaguriam verſus clanculum arrepta, ad freti fauces peruenit, ibique nauicula conſcenſa, ad Terbelem principem in Bulgariam confugit v).

Secundò imp. IVSTINIANO *rhin.* a. I. imperii.

§. 7.

ſecundò Imp. IVSTINIANO *rhinotmeto.*

a. C 703.

6\. y) [IVSTINIANVS, Bulgarorum ope in imperium reſtitutus x).] claſſem, — quae e Chazaria coniugem deueheret, miſit, cuius nauigia quamplurima vna cum iis, qui conſcenderant, hominibus ſubmerſa ſunt. His Chaganus motus, ſignificat, „ Fatue nonne

ſibi deuincit, quo facto, tantam non infinitis cum copiis Byzantium contendit, per aquaeductum in vrbem ingreditur, imperiumque recuperat.

y) NICEPHORVS: *Per idem tempus* [quo Callinicus patriarcha oculis orbatus et Cyrus in eius locum ſurrogatus eſt, Iuſtinianus] *e Chazaria Theodoram coniugem, et Tiberium filiam arceſſit, eisque imperatoriam coronam imponit.* ZONARAS eadem, quae Nicephorus. CEDRENVS omnia, vt Theophanes, omiſſo tantum Theophylacti, qui Theodoram reduxit, nomine.

q) Παπατζην. Anaſt. *Papatzin.* Niceph. *ἱκανον τον Χαζαρον.* et Cedrenus hic quoque nomen omittunt.

r) ἀπηγξεν. A. *ſtrangulari curauit*, Hic. *ἀγχονῃ παρεδωκε.* Cedr. *ἄρχας ἐφονευσεν.*

s) Βαλγιτζην. Anaſt. *Balgitzin*, ſupra *Balciazin*, in marg. *Balchiſin*, Niceph. et Cedr. nomen omittunt.

t) Niceph. *ad patrem remiſſa.*

v) *εἰς τομιν*, in marg. *τομεν.* A. *imen.* in marg. *in mare.* Cedr. *τομιν.* Nic. *αὐτος δε ἐκφυγων εἰς Τομιν καλουμενον παραθαλασσιον χωριον κατηλθε.*

x) Cf. *Tom. II. P. II. Bulgarica §. 22.*

6\. THEOPHANES p. 314. Anaſt. p. 121. Niceph. p. 28. Zonar. T. II. p. 96. Cedren. T. I. p. 446.

Secundi imp. IVSTINIANI Rhin.

a. C. 705.

[illegible] duabus vel tribus nauibus coniugem tuam repetere oportuit, [illegible] neque multitudinis vitae parcere? Num eam [quoque] bello recipere parabas? Vide, etiam filius natus eſt tibi; mitte ergo, qui eos ad te adducant. Ille, miſſo Theophylacto cubiculario, Theodoram coniugem recepit, et eius filium Tiberium: vtrumque vero imperii corona ornauit, vnaque cum eo imperii dignitate potiti ſunt. *y*).

§ 8.

a. 6. Imp. Iuſtiniani.

a. C. 708.

δ) HOC anno — Iuſtinianus —, acceptarum quondam iniuriarum memor, Maurum cum Stephano, cui cognomen Aſmictus, ambos patricios valida et apprime apparata claſſe illis commiſſa, in Cherſonam delegauit. Inſidiae quippe a Cherſonitis, Boſporianis et 7.

δ) NICEPHORVS: *Iuſtinianus — delationis iſtius memor, quo apud Apſimarum, a Cherſonitis in periculum adductus fuerat, claſſem multarum ac diuerſi generis nauium inſtituit, in quam centum fere millia hominum impoſuit, partim ex militaribus ordinibus, partim ex ruſtica plebe, aut opificum turba, partim denique ex ſenatorio ordine reliquisque ciuibus. His omnibus Stephanum patricium cogn. Aſm. ducem praepoſuit, cum mandatis, vt Cherſonae ac Boſpori vicinarumque praefecturarum populos omnes gladiis conficeret. Eliam vero ex praetorianis, qui in comitatu erat, Cherſonae praeficeret, ibidemque Bardanem quendam Armenum,*

y) Anonymus apud Bandurium In. imperio Orient. Enarrationum Chronograph. p. 90. *Simulacrum auro obductum in Baſilica ciſterna auro laqueata (vbi Heraclii imperatoris Examum conſtructum eſt) virili ſpecie in genua prouolutum Iuſtiniani eſt, ſecundo CPli tyrannidem exercentis, ac prope eum vxoris eius, ſororis Buſeri Gliabari* (Βουσηρ Γλιαβαρη), *deiecto Tiberio Apſimare: — vbi plerumque Terbelis Bulgarus et Gliabarus Chazarus ſederunt. Ibi non paucae pactae pecuniae datae ſunt, quo loco item tyranni et vxoris eius ſtatuae ſunt.* Eadem omnia graece tantum leguntur apud Codinum in Collectaneis de Antiquitt. CPl. p. 92.

7. THEOPHANES p. 316, 317. Anaſt. P. 122, 123. Nicephor. p. 29, 30. *Cedren.* T. I. p. 446, 447. Zonar. T. II. p. 96, 97. Annum habent Theophanes et Anaſtaſius.

a. C. 708.

Secundô imp. IVSTINIANO *Rhin.*

et aliis regionum illarum incolis z) ipſi ſtructae eius animo remanſerant profundius repoſitae. Quare bello iis inferendo vniuerſi generis nauigia, dromones, triremes, ſcaphas onerarias a), piſcatorias, naues, ipſosque etiam lintres b), omnium vrbis incolarum, ordinis ſenatorii, officinariorum c), plebeiorum et officii cuiuscunque collàtis expenſis, parauit. Iis itaque dimitti et e portu ſoluere diſpoſitis, vt cunctos vrbium illarum incolas, nullo in viuis relicto, gladio delerent, iniunxit, Heliamque ſpatharium, qui gubernatorem apud Cherſonam inſtitueret d), aggregauit.

Iſti

exſulem, relinqueret. His acceptis, Stephanus Pontico mari in illam regionem inuectus, iuſſa imperatoris exſequitur, paucos iuuenes captiuorum loco in milites ſuos diuidit Dunum, Cherſonae praefectum (Δυνον δε τον Χερσωνος ἀρχοντα) *et Zoilum — aliosque quadraginta* [interpres perperam *triginta*] *circiter ex illuſtrioribus cum vxoribus et liberis vinctos ad Iuſtinianum mittit, alios Cherſonae facile principes numero ſeptem —* demerſerunt. *Sed Iuſtinianus ob ſeruatos iuuenes mollius, quae mandauerat, atque humanius a Stephano peracta putans, quamprimum hunc ad ſe reuocat. Qui inde, vt erat iuſſus, ſoluens, ineunte Octobri ingruente maxima tempeſtate naufragium paſſus eſt, in quo tria fere et ſeptuaginta millia ſubmerſa ſunt. Quorum cadauera ab Amaſtride ad Heracleam vſque maris aeſtus abripuit. Iuſtinianus his acceptis non modo nihil doluit, ſed etiam magnopere gauiſus eſt, adeo, vt alteram etiam claſſem inſtruere atque eodem mittere vellet.* CEDRENVS: Iuſtinianus *memoria recolens inſidias ſibi a Cherſonenſibus, Boſporanis aliisque paratas, aduerſum eos naues a minima ad maximam omnes miſit: mandato —* delerent. *Miſſi eo hoc perfecerunt, nemine ipſis reſiſtente: ſolum infantium caede abſtinuerunt, quippe in*

z) και των λοιπων κλιματων. A. *et reliquis climatibus.* Horum meminit Conſtantinus de Adm. Imp. p. 55. 62. et 113. vbi, *A Cherſone,* inquit, *ad Boſporum climatum vrbes ſunt, diſtantque milliaria trecenta.*

a) μυριοβολων. in marg. forſan μυριοβολων.

b) Anaſt. *ſcaphas, chimeras ac lintres vſque ad chelandia.* Gr. και ἁλιαδων και ἑως χελανδιων.

c) ἐργαστηριακων. A. *ergaſteria coquorum.*

d) ὀφειλοντα ἀρχοντα Χερσωνος καταστηναι. A. *qui deberet princeps Cherſonis conſtitui.*

a. C. 708.

Sec. Imp. IVSTINIANO Rhin.

Iſti porro Cherſonam appellentes, vrbes nullo reſiſtente inuaſerunt, omnes, et caedibus et ſanguine cuncta repleuerunt, et exceptis adoleſcentioribus, quibus, vt et infantibus, parcendum putauerant, velut ad ſeruitutem reſeruatis, vniuerſos occiderunt. *Tudunum* e) autem, Cherſonae praefectum, ceu qui Chaganum referret f), et Zoilum g), qui a ſtemmate et origine ciuium primarius erat, et alios quadraginta illuſtres er ſpectatos viros h) ligneis verubus confixos viuo igne aſſauerunt, alios viginti vinctis retro

ſeruitutem mancipandis. Principes Cherſonenſium XLII. addita cuſtodia ad imperatorem miſſi ſunt; alios ſeptem ligneis — *aſſarunt: alios in mare abiecerunt. His cognitis Iuſtin.* — *inſaniit. Cum in reditu claſſis iam Byzantio appropinquaret, periclitata eſt: mortuorum numerus initus, repertusque mill. LXXIII. Id gaudium Iuſtiniani auxit, miſitque aliam claſſem, quae omnia ſolo* — interficeret. ZONARAS: Iuſtinianus *Cherſoniis* — *iratus, quod de ſe, res nouas moliente, tollendo cogitaſſent, triremes, dromones et naues onerarias cum maximo exercitu et duobus ducibus mittit, eisque mandat* — delerent. *Qui eos nullo cum labore ceperunt (neque enim vrbium Cherſoniarum habitatores reſiſtebant), ac pene omnibus ſublatis, pueris duntaxat et adoleſcentulis pepercerunt. Quo Iuſtiniano cognito* — curauit. *qui cum miſſi eſſent, maxima ex parte in mari perierunt: ea res imperatori voluptati fuit. Sed ne ſic quidem furore in illos ſuo expleto, minatus eſt, ſe aliis copiis miſſis ita regionem illam euaſtaturum, vt, quibus locis vrbes fuiſſent, arua colerentur.*

e) Τεδουνον. Goar. in Notis in Theophan. p. 616. „ Petauius vbique legit τον Δουνον et τε Δουνε, reliquis nominibus propriis articulo carentibus. Miſcella [et Anaſtaſius] *Tudunum* „. In variis lectionibus p. 538. Τεδουνον τε Barber. Τοδουνον τε Peyrez. Τουδουνον τε ἅμα τῷ ἐπαρχῳ, Vatic. 1. τε ἐπαρχε. τον δε Τεδουνον, Peyr. των δε Τεδουν ὀνομα Ζωΐλῳ, Palatinus Cod.

f) ὡς ἐκ προσωπε Χαγανε ὀντα A. *qui vt ex perſona Chagani erat.*

g) Ζωΐλον. A. *Zoelum*, infra *Zeholum.*

h) Anaſtaſ. addit: *ſeu primores Cherſonis vna cum familia ipſorum vinctos ad imperatorem miſerunt. Alios vero ſeptem ex primoribus Cherſonis in verubus* cet. Ex his emendandus eſt Theophanes, qui et ipſe infra (§. 9.) Tuduni et Zoili rurſus meminit.

Sec. imp. IVSTINIANO Rhin.

a. C. 708.

retro manibus ad lembum lapidibus oppletum alligatos in mare demerſerunt.

Accepto rerum geſtarum nuncio, Iuſtinianus, [illegible] aegre ferens, et in inſaniam verſus, eos ad ſe ſollicite aduehi imperauit. Cum vero claſſis menſe Octobri ſoluiſſet, procellarum turbinibus in pelago iactata, 'ſub ortum aſtri, cui Taurus nomen' i), tota ferme in mari periit: adeo vt, qui naufragio immerſi fuerint, ad ſeptuaginta tria millia numerentur. Ille calamitate cognita, tantum abfuit, vt condoleret, quin potius laetitia perfuſus eo inſaniae proceſſit, vt, elatis in altum clamoribus, nouas etiam adiecerit comminationes, et alteram illuc iterum claſſem transmiſerit, cum mandatis, 'vt omnia ſolo aequaret, ſolumque aratro proſcinderet, atque vniuerſos vſque ad mingentem ad parietem interficeret k).

§. 9.

a) Iſtorum rumore diuulgato, qui caſtra illa obtinebant, communierunt et concluſerunt ſe, et ad res nouandas contra imperatorem

a) NICEPHORVS; *Sed* [continuantur ad §. 8. allata] *illarum prouinciarum principes, ea re perlata, diligenter, quod in ipſis fuit, ſeſe muniunt, et ad Chazares* (Χαζαρας) *legatos mittunt, vt ad ſui cuſtodiam, eorumque, qui ſupererant, ſalutem praeſidia ſubmitterent. Haec vbi Iuſtinianus comperit, Georgium p. et Io. pr. vrbis aliosque principes cum — mittit, iisque Duuum ac Z. commendat, quibus in imperium reſtitutis, Heliam ad ſe perducerent. Igitur cum Cherſ. veniſſent, oppidani Georgium ſolum cum principibus, quos ſecum adduxerat, in vrbem intromittunt — occluſerunt, eundem Georgium ac Io. gladiis obtrun-*

i) τα αςρα τα λεγομενα Ταυρεα. A. *in aſtri ortum* (ortu), *quod artura dicitur*. Combeſiſius in Notis Poſter. ad Theoph. p. 654. Palam leg. αρκτυρυ — *Arcturus*, non, vt redditum eſt, — *Taurus*. Haud enim *Taurus* octobri oritur, quod ſignum ſol ſtatim ab ariete ingreditur".

k) και αροτριαν απαντας και εδαφιζειν εως ουρουντα προς τοιχον. A. *arari atque ad pauiuentum* [leg. *pauimentum*] *illidi vniuerſos vſque ad m. a. p. iuſſit*. Ita Graeca praeferunt, ſed *omnia ſolo* &c. vt etiam apud Cedrenum eſt, praefert Combeſiſius.

a. C. 708.

torem, coacti, ad Chaganum in Chazariam delegauerunt, qui praeſidium ad ſui defenſionem expoſcerent. Interim ſuſcepti propoſiti conſcius aduenit Elias ſpatharius et Bardanes, prius exſul, nunc vero poſtliminio reuocatus e Cephalonia et claſſis dux apud Cherſonam forte repertus l).

Vbi res huiusmodi tractari percepit Iuſtinianus, Georgium patricium, cognomento Syrum, generalem logothetam, Ioannem, praefectum m), et Chriſtophorum, Thracicorum agminum ductorem n) cum militibus ter centum armatis mittit, Tudunumque et Zoilum res Cherſonae in priorem ſtatum repoſituros, et per apocriſiarium apud Chaganum rem geſtam excuſaturos o), ac tandem Eliam et Bardanem ad ſe CP. p) transmiſſuros adiungit. Cum

cant, Dunum — Chazaris, qui illuc praeſidio venerant — transmittunt: quos barbari in itinere interficiunt. Neque his contenti Cherſonitae, probra in Iuſtinianum ac maledicta coniiciunt, eiusque loco Bardanem quendam, exſulem, imperatorem ſalutant. Quare Iuſtinianus — Maurum patr. praefecit. Qui Cherſonem funditus delere ac cives omnes nullo diſcrimine interficere iuſſus, traiecto mari impigre rem aggreſſus eſt. Sed irrumpentes repente Chazari, vrbem ab excitio vendicant. Bard. — pror. Interim Maurus patr. cum neque obſidionem vrgere poſſet, nec redire ad imp. auderet, cum Cherſonitis conſpirans — imp. proclamat, quem, mutato nomine, Philippicum appellant. Tum eundem per legatos a Chazaro repoſcunt. Qui centum aureis viritim a Romanis exactis, de Bardanis ſalute iusiurandum de-

l) Βαρδανης ὁ ἐξοριστος το τηνικαυτα ἀνακληθεις ἀπο Κεφαληνιας, και ὢν τῳ στολῳ εἰς Χερσωνα ὤν. A. Erigitur — et *Bardanes exul, qui — eratque cum claſſe ap. Ch.*

m) τον ὑπαρχον. Nicephorus addit της πολεως.

n) τουρμαρχην [quod nomen paulo inferius in interpretatione lat. retinetur], των Θρακησιων. A. *Turmarchem Thracenſium.*

o) Τουδουνον τε και Ζωιλον ὀφειλοντας ἀποκαταστησαι κατα το προτερον ἐν Χερσωνι, δι' ἀποκρισιαριου δε ἀπολογησασθαι τῳ Χαγανῳ. A. *Tud. et Zcholum, qui deberent Cherſoni reſtitui, ſecundum quod antea fuerant ad rationem reddendam Chagano per apocriſiarium.*

p) Addit interpres.

Sec. imp. IVSTINIANO Rhin.

a. C. 708.

Cum Cherſonam migraſſent, Cherſonitae ciues cum iis tractatum habere dedignati ſunt. Poſtera die ſolis iisdem in conſilii locum ingredi permiſſis, confeſtim portas ciues occluſerunt. Et generalem quidem logothetam cum praefecto peremerunt, Tudunum vero vna cum Zoilo et memorato turmarcha et militibus trecentis traditum Chazaris ad Chaganum miſerunt. Tuduno in itinere defuncto, funereum epulum litauerunt Chazari nimirum turmarchae et trecentorum militum caedem q).

Tum vero Cherſonae reliquorumque oppidorum ciues, Iuſtiniani nomine abrogato, exſulem illum Bardanem et Philippicum appellarunt (ἀρχοις ἐμμεῖναι τὸ Ρωμαϊκὸν πλῆθος περὶ τῆς Βαρδάνου συνταγῆς). CEDRENVS: *Quod cum intellexiſſent, qui caſtra — mun. ſe, miſſisque — expoſcunt. Cum appuliſſet Iuſtiniani claſſis, primores eorum nacti intra caſtra Cherſonenſes trucidarunt, reliquam multitudinem Chazaris tradiderunt. Proinde qui Cherſonem et reliqua caſtra tenebant, Iuſtiniano imperium abrogant, et Philippicum, cui et Bardanes nomen fuit — exceperunt. Iuſtinianus, hoc percepto, aliam claſſem mittit, arietibus aliisque ad oppugnationes facientibus machinis inſtructam. Cuius milites, cum iam potiores Cherſonis turres proſtrauiſſent, a ſuperuenientibus Chazaris ſunt repreſſi. Bardanes — ſalutauerunt, eumque a Chagano repoſcunt. Qui cum poſtularet, — Philippicum Bardanem recepere, imperatoremque ſalutarunt.* ZONARAS: *Ob haec Cherſoniorum reliquiae eorumque finitimi ad defectionem impulſi, Philippicum, Bardanis filium, — ab Apſimaro in Cephaleniam relegatum —, reuocatum modo, et, dum Conſtantinopolin iret, illuc profectum, imperatorem ſalutant, etiam Elia, principe ſuo, adiutante. Quibus Iuſtinianus cognitis, Eliae liberos — iuſſit. Deinde inſtructam claſſem contra Cherſonem mittit, claſſisque praefecto mandat, vt funditus vniuerſos deleat. Quae cum iam illic appuliſſet, ac prouinciam obſideret, Chazari Cherſonitis ſuppetias venerunt. Vnde obſidio ſoluta eſt, et claſſiarii — Bardanem pro imp. celebrarunt.*

q) οἱ Χάζαροι δοχὴν αὐτῷ ἐποίησαν τὸν τουρμάρχην σὺν τοῖς τριακοσίοις. A. *Cazari in ſuſpicionem* [marg. *ſuſceptionem*] *eum occiderunt Turmarcham* cet. Combefiſius ad Theophanem p. 654. δοχὴν, Plane δοχήν. velut funebre Tribunum illum cum trecentis militibus mactarunt.

Sec. imp. IVSTINIANO Rhin.

[appellarunt], vnaque imperatorem felicibus acclamationum votis exceperunt. His auditis Iuſtinianus maiori furore inſaniens, ſpatharii quidem Eliae liberos in matris ipſius ſinu trucidauit, eandemque ipſam proprio coquo in India nato ſubactam conſtuprari iuſſit r). Mox claſſe denuo reparata, Maurum patricium, is etiam Beſſus dicebatur, mittit, vnaque ſimul apparatu omni bellico et ad caſtra diruenda machinis, arietibus et omnimodis vaſtatoriis inſtruit; eo maxime iniuncto, vt, Cherſonae moenibus ad ſolum vſque deſtructis et vniuerſa ciuitate diruta, nemini ciuium vitam condonaret. ante omnia de rerum ſucceſſu per frequentiores litteras eum certiorem redderet. Is mari traiecto, cum iam admoto ariete turrim Centenareſium dictam aliamque non adeo remotam, quae Synagrus nuncupatur, euertiſſet, Chazarorum aduentu a bello vtrimque ceſſatum eſt. Bardanius s) ad Chaganum fuga ſe proripit. Claſſis vero, conatu inutili reddito, cum re infecta ad imperatorem redire milites vererentur; Iuſtiniani nomine abdicato, et eius dominatu repudiato, Bardanem imperatorum more fauſtis vocibus principem ſalutauerunt: miſeruntque ad Chaganum, Philippicum ſibi poſtulatum. Chagano, ne virum proderent, iureiurando interpoſito fidem fieri ſibi et pro ſingulorum capitibus nummum vnum

 conce-

r) ἠνάγκασεν τῷ οἰκείῳ αὐτῆς ζευχθῆναι μαγείρῳ —.

s) Anaſt. *Bardarium*, ſupra ſemel *Bardonium* vocat.

Cedrenus T. I. p. 447, 448. haec habet: *Hic* [Elias, a Philippico miſſus] *apud Blachernas in Tiberium* [Iuſtiniani filium] *incidit*, *veneranda ligna crucis et ſacram menſam amplexum. Extra gradus adſtabat Anaſtaſia, Iuſtiniani mater, multis verbis a caede Tiberii dehortans. Superuenit autem Ioannes, eique a gradibus auulſum Chazaricae mulieris* (τῆς Χαζάρας) *filium, Tiberium, ad veſtibulum portae Callinici extraxit, ibique inſtar pecudis, faucibus praeciſis, necauit.* Zonaras T. II. p. 97. *Filius — eius* (Iuſtiniani) *Tiberius cum auia materna Anaſtaſia* (*nam Theodora mater iam obierat*) *in templum Blachernitum confugit.* cet. Ioël in Chronogr. Compend. (Acropolit. p. 176.) haec habet: *Philippico cum claſſiariis militibus ad vrbem citius delato, Iuſtinianus a ſuis omnibus deſertus ad Demetrium ſe contulit: illum captum Philippicus confeſtim ignominioſeque neci tradit, et caput eius Scythis miſit. Tiberium quoque, illius filium, obtruncat.*

Sec. imp. IVSTINI-ANO *Rhin.*

a. C. 708.

concedi expetente; illi, ſumma pecuniae confeſtim numerata, Philippicum imperatorem ſimul acceperunt.

Sub
Philippico Bardane, Anaſtaſio Artemio et Theodoſio Adramitteno nulla fit Chazarorum mentio.

Imp. LEONE *Iſaur.* a. 12. imperii.

§. 10.

Imp. LEONE *Iſaurico.*

a. C. 728.

8. HOC anno t) filius Chagani, Chazariae principis, Mediam et Armeniam infeſtis armis vexauit, et Garachum, Arabum ducem, in Armenia obuium factum v), vna cum adiuncto exercitu deleuit: tum vero Armeniorum et Medorum prouincias depopulatus, magno ſui nominis terrore Arabibus relicto domum rediit.

a. 13. imperii.

§. 11.

a. C. 729.

9. HOC anno x) Maſalmas [Saracenorum dux] in Turcorum terras expeditionem ſuſcepit: conſertoque proelio multis ex vtraque parte caeſis y), per Chazariae montes ad ſuos reuertitur.

§. 12.

8. THEOPHANES p. 340, 341. Anaſtaſ. p. 135.

t) Vid. marg.

v) Anaſt. *inuentumque in Arabia Gardachum Arabum ducem.*

9. THEOPHAN. p. 341. Anaſt. l. c.

x) Vid. marg.

y) Cf. *Turcica* §. 39 — 42. quae ibi de Turcis memorantur, Moſe Chorenenſi teſte, ad Chazaros pertinent.

Imp. LEONE *Iſaur.*

§. 12.

a. C. 731.

y) HOC anno *z*) Leo imperator filiam Chagani Scytharum principis *a*) Conſtantino, filio ſuo, vxorem duxit, cum Chriſtianam prius eam feciſſet, appellaſſetque Irenem. Haec ſacris litteris erudita, pietate fuit illuſtris et Leonis Conſtantinique impietatem arguebat *b*). 10.

§. 13.

Imp. CONSTANTINO *Copron.* a. 9. imp.

Imp. CONSTANTINO *Copronymo.*

a. C. 750.

HOC anno *c*), — tertia — indictione, menſis Ianuarii die viceſimo quinto imperatori Conſtantino ex filia Chagani Chazariae *d*) ſuſceptus eſt filius nomine Leo *e*). 11.

Bbbb 3 Sub

y) NICEPHORVS: *Imperator legatos ad Chazarum principem mittit, qui eius filiam peterent, quam Conſtantino filio deſpondit.* CEDRENVS et ZONARAS: praeter pauca, quae infra notaui, omnia vt Theophanes.

10. THEOPHAN. p. 342. Anaſt. p. 136. Nicephorus p. 38. Cedrenus T. I. p. 457. Zonar. T. II. p. 105.

z) Vid. marg.

a) Χαγανε τε των Σκυθων δυναστε (Zon. ἡγεμονευοντος). Anaſt, *Chagani Scytharum Arbiares* in marg. *arbitris* l. *arbitri.*

b) ἐλεγχεσα την τετων (Cedr. τυτ αθεων. Zon. ἡ δε ου συνυπηχθη τη τε ανδρος κακοδοξια, αλλα μεμαθηκυια το δογμα το ευσεβες, εμεινεν αμεταστρεπτος) δυσσεβειαν. Anaſt. *hos impietatis redarguens.*

Huc pertinent, quae ad vocem Τζιτζακια Scholiaſtes monet apud Conſtant. de Caerim. Aulae Byz. L. I. cap. 1. p. 14. *Sciendum eſt, Tzitzacia a Chazarae temporibus geſtari* (ὁτι τα τζιτζακια ἐκ της Χαζαρισσης φορεσι), *vt quae a Chazaria Auguſta* (απο της Χαζαρισσης της αυγεστης) *in hac regia et a Deo cuſtodita vrbe primum oſtenſa ſunt.* Quale vero fuerit veſtimentum Tzitzakium non conſtat: id tantum patet, Conſtantini Porph. aetate ad veſtitum Auguſtorum pertinuiſſe.

11. THEOPHANES p. 357. Anaſtaſ. p. 144. Cedren. T. II. p. 462. qui omnia fere vt Theophanes, omiſſa tantum indictione. Zonar. T. II. p. 108.

c) vid. marg.

d) ἐκ της τε Χαγανε (in marg. Χαγανε) της Χαζαριας θυγατρος. Anaſt. *ex Chaiani Chazariae filia.* Cedren. ἐκ της Χαζαρας Ειρηνης.

e) Is, qui poſt Conſtantinum Copr. rerum potitus eſt; eius ſub nomine *Leonis Chazari* meminerunt

Sub
Leone Chazaro et reliquis imperatoribus vſque ad Michaelem Balbum nulla fit Chazarorum mentio.

CAPVT II.

Res Chazarorum ab vrbe Sarcel condita vſque ad Chazariam a Baſilio II. Porphyrogenneta ſubactam, geſtae ab a. C. 834 – 1016.

§. 14.
Imp. THEOPHILO.
a. C. 834. a)

Imp. THEOPHILO.

12. a) Ab inferioribus b) — partibus Danubii, ex oppoſito Diſtraj pro-

a) CONSTANTINI CONTINVATOR: *Eodem fere tempore* [quo cum Agarenis bellum gerebat Theophilus] *Chagauus Chazariae et* Chazara reprehendit Conſtantinus de Adm. Imp. p. 66. quem locum infra adfero §. 26.

Codinus de Orig. CPl. p. 77. Poſt Conſtantinum Copr. *Leo filius eius ex Chazara natus, profanus et abominandus* imperauit *annos quinque.* Ioël (Acropolit. p. 177). Glycas p. 285. Conſtantin, de Caerim, A. B. L. II. c. 62. p. 373. in Heroo Iuſtiniani Sarcophagus eſt *e marmore Proconneſio, in quo ſitus eſt Leo Chazarus, filius Conſtantini Caballini. Alius e marmore Proconneſio, in quo ſita eſt Irene vxor Leonis Chazari.* Matris Leonis et coniugis Conſtantini meminit p. 372. *Alius eſt* [Sarcophagus] *e marmore Proconneſio, in quo ſita eſt Irene, vxor Conſtantini Caballini.* Coniugum vero Conſtantini cum

12. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 42. p. 111, 112. Conſtantini Continuator (Scriptt. poſt Theophan. p. 76). Cedren. T. II. p. 528.

a) His de Sarcel narratis alii Scriptores Byz. ſtatim ſubiungunt expeditionem Theophili in Syriam ſuſceptam, quam ad annum ſeptimum imperii Theophili refert Symeon Logotheta p. 421. vt itaque haec noſtra ad a. 6. imperii Theophili referenda eſſe videantur.

b) Locum integrum, ex quo haec deſumta ſunt, vide *T. II. P. II.* ſub finem *Ruſſicorum.*

procurrit Patzinacia, eaque extenditur ad *Sarcel* c) vſque, quod Chazarorum oppidum eſt, in quo praeſidiarii ſunt, ſingulis annis permutari ſoliti. Significat autem Sarcel apud ipſos *hoſpitium album* d): quod aedificatum eſt a Petrona cognomine Camatero, ſpatharocandidato, Chazaris id a Theophilo imperatore petentibus. Cha-

Pechus (ὁ τε Χαγανος Χαζαριας και ὁ Πεχ), *miſſa legatione imperatorem rogant, vt castrum Sarcel nuncupatum, quod interpretatione nominis domus candida* (λευκον οικημα) *dicatur, ipſis aedificet. Porro locus eſt ad Tanaim fluuium, quo hinc inde Patzinaces et Chazaritae diſterminantur* (ὃς τας τε Πατζινακιτας ἐντευθεν, και αυτας διειργει τας Χαζαρας ἐκειθεν), *vbi et Chazaritae praeſidiarii trecenti, commutatis vicibus per tempus, aliis alii ſubſtituti, ſtationem habent. Horum poſtulatis annuens imperator, Petronam Camateri ſic dicti ſpatharoc. — appulſus, longiores naues in terram ſubductas* (ἐκεισε τα χελανδια) *illic in ſtatione relinquit* (ἐν τῃ χερσῳ κατελιπεν) — concinnata, *ardua quidem molitione, laborantium tamen multitudine magnifice perfecto opere, domum redit. Reuerſus vero Petronas imperatorem de Cherſona monet, vt qui gentis mores locique genium experientia didicerat ; Si plene* — *Sarcel exſtructum eſt, tum deinceps*

c) Σαρκελ. Wilh. De l'Isle in Adnotationibus in Tabulas Geographicas ex Conſtantino Porph. adornatas: „Quod, inquit, ad Sarcel vrbem ſpectat, eam eſſe, quam *Bielogrod* Ruſſi vocent, eo facilius euinco, quod vtroque nomine *album oppidum* ſignificari conſtat. Accedit, quod Sarcel oppidum a Chazaris conditum tradat Conſtantinus, Bielogrod autem prope eam regionem ſita ſit, quam Chazari olim incoluerunt. Nemini igitur negotium facere debet, quod ſcriptor noſter ait, Sarcel ad Tanais fontes conditum. hinc enim potius indicandum eſt, Tanain fl. ſcriptoris noſtri ſuperiorumque aetate appellatum fuiſſe, quem recentiores *Donez*, aut minorem Tanaim indigitant, ad cuius ortus Bielograd viſitur; errasseque eos, qui Tanaim eundem eſſe, ſcripſerunt, qui ſeculis Don vocatur. Nam praeterquam quod, Sarcel oppidum trecentis aut amplius a Chazaria milliaribus diſſitum fuiſſe, non eſt vero ſimile; Tanaim etiam ex Riphaeorum montium prope paludem Maeotidem iugo effuſum, in mare Ponticum erumpere, omnium veterum auctoritate confirmatur: hoc autem *Dono* fluuio non conuenit, ad cuius fontes nulla montium quidem veſtigia apparent."

d) ἀσπρον ὀσπητιον.

Imp. THEOPHILO.

a. C. 834.

Chaganus enim ille et Chazariae *Pechus* e), miſſis ad eundem imperatorem legatis, conſtrui ſibi oppidum Sarcel petierunt: quorum petitionibus imperator obſecundans, Petronam ſpatharocandidatum, cuius ſupra mentionem fecimus, miſit cum chelandiis imperialibus nauigiis et inſuper chelandia capitanei Paphlagoniae f).

Atque hic Petronas, Cherſona appellens, chelandia illic inuenit, populoque nauigiis onerariis g) impoſito ad Tanaidis fluuii locum quendam diſceſſit, vrbem illic conditurus. Cum vero eo loci lapides non eſſent ſtructurae idonei, caminis quibusdam factis et latere in illis cocto, calceque ex minutiſſima quadam fluuii glarea h) concinnata, vrbem aedificauit.

Vrbe itaque Sarcel condita, Petronas hic ſpatharocandidatus, ad Theophilum imperatorem accedens, dixit: Si plene Cherſonis vrbi et locis circumpoſitis dominari cupis, et ſub poteſtate tua ea tenere, proprium illic praetorem i) conſtitue, neque proteuontibus eorum

miſſi Byzantio Cherſonenſium praeſides (ϛρατηγοι). CEDRENVS: *Reuerſus* [ab expeditione contra Agarenos ſuſcepta] *Theophilus legatos a Chagano Chazariae regulo* (τȣ Χαγανȣ Χαζαριας) *accepit, petente, vt caſtellum, cui nomen Marcel* (Μαρκελ), *conderetur. Ea enim videbatur valida fore munitio ad Patzinacarum incurſiones prohibendas, quos verſus Tanain fluuium arceret* (ἰϛυμα — ὀχυρον αὐτοις προς τα μερη τȣ Τανάïδος ποταμȣ). *Horum poſtulatis acquieſcens Theophilus, Petronam quendam miſit, et quod petierant confecit. Petronas reuerſus — mittuntur.* reliqua omnia fere vt Conſtantinus.

e) ὁ γαρ Χαγανος ἐκεινος, ὁ και Πεχ Χαζαριας. De l'Isle l. c. „ *Chazariam* olim vocatam conſtat, quam *minorem Tatariam* poſterior aetas appellauit. Ei proximas *Boſporum* aut *Panticapaeum*, *Cherſonem* et *Tamatarcha* ſiue *Phanagorium* vrbes facile agnoui non alias eſſe, quam *Boſpero* vel *Kerci*, *Cherſone* et *Taman*. Nam quod ad *Climata* ſpectat, ea ad ſinum, quem *Calamati* vocant, fuiſſe, nomen ipſum indicat „.

f) τα κατεπανω Παφλαγονιας. Conſt. Contin. τȣ κατεπανω Παφλ.

g) ἐις χαμακτερα ϖλοια. Conſtant. Cont. ἐν ϛρογγυλαις — ναυσι.

h) ἐκ μικρων τινων ϛων ἐκ τȣ ποταμȣ κοχλακων (al. κοχλιδων. Conſt. Cont. κοχλακων).

i) ϛρατηγον.

Imp. THEOPHILO.

eorum aut principibus confide. Ad Theophilum enim imperatorem vſque non illuc praetor hinc mittebatur, ſed omnia adminiſtrabat is, qui proteuon k) dicebatur, cum vrbis patribus, vt vocabant. Deliberante igitur Theophilo, quemnam illuc praetorem miſſurus eſſet, tandem viſum eſt, Petronam illum, cuius ſupra meminimus, ſpatharocandidatum illuc deſtinare, vtpote loci gnarum, rerumque non imperitum, quem et protoſpatharii honore afficiens praetorem in Cherſona miſit, proteuonte eius temporis caeterisque parere illi iuſſis: atque exinde in hunc vſque diem obtinuit, vt hinc praetores iſtuc mittantur. Et hoc quidem modo vrbs Sarcel condita fuit.

A Danubio autem fluuio ad laudatam vrbem Sarcel vſque iter eſt dierum ſexaginta; interiacent vero complures fluuii, quorum maximi duo, nimirum *Danaſtris* et *Danapris*, reliqui ſunt *Syngul*, *Hybul*, *Almatae*, *Cuphis*, *Bogu* aliique quamplurimi l).

§. 15.

Imp. MICHAELE III.

a. C. 844—849. m)

Imp. MICHAELE III.

[PRIMVS a ſecretis cum audiſſet, patriarcham Photium docere, ſingulos homines duplici anima praeditos eſſe]: ad imperatorem veniens, in haec verba locutus eſt, „ Serui, noſtri vim faciunt, qui dicant, Sperabamus nos vna praeditos anima, eique procurandae duos ſinguli quot menſibus modios accipiebamus; nunc autem, vt palam docet patriarcha, quisque duas animas habet; idcirco ne- 13.

k) Πρωτευων.

l) Δαναστρις, Δαναπρις — Συγγελ — Υβυλ, Αλμαται — Κυφις — Βογυ.

13. SYMEON LOGOTHETA (Scriptt. poſt Theophanem p. 445).

m) Poſt ſecundum et ante nonum imperii Michaelis annum haec narrat Symeon, ſed Photius patriarcha demum creatus eſt a. C. 858

Imp. MICHAELE III.

a. C. 844 — 849.

neceſſe eſt, vt duo alii modii nobis adiiciantur„. Tum imperator in riſum ſolutus, „Sicne docet, 'qui vultu Chazarus [n]) eſt? Mox itaque arceſſito patriarcha ex eo ſciſcitatur irati ſpecie, „Sicne doces, o *Marzuca* [o]), hominem duplici anima praeditum eſſe„? — Quaerebat ex illo Gregorius Syracuſanus, 'quid vox illa Marzucas ſibi vellet. Reſpondit, *mar* canem eſſe, *zu* trahe, *συρε*, *cas κασσυμα*, pellem: hoc eſt, *canis trahens pellem* [p]).

Sub
Baſilio Macedone nulla fit Chazarorum mentio.

§. 16.

Imp. LEONE *Sap.* a. 3. imp.

Imp. LEONE *Sapiente.*

a. C. 888. [q])

14. *β*) [CVM bellum aduerſus Bulgaros eorumque regem Symeonem gereret Leo Auguſtus [r]):] 'ex Chazaris qui auxiliares Leoni aduenerant [s]), comprehenſi naribusque praeciſi, in contemtum Romanorum, ad vrbem a Symeone remiſſi ſunt. Quos imperator

β) INCERTVS CONTINVATOR et GEORGIVS MONACHVS omnia fere vt Leo Gr. CEDRENVS: — *quos de exercitu Romano cepit Symeon* (των κατασχεθεντων ἀπο της ἑταιρειας τε βασιλεως τε Συμεων ἀποτεμοντος cet. hic nihil de Chazaris, niſi forte nomen excidit), *eos ludibrii cauſa naribus mutilatos in vrbem remiſit.* —

n) ὁ Χαζαροπροσωπος.

o) ὠ Μαρζεκα.

p) τι το Μαρζεκας σημαινει. ὁ δε ἀπεν, το, μαρ, κυων. το, ζου, συρε. το, κας, κασσυμα. τετεςι, κυων ἑλκων δερμα.

14. LEO GRAMMATICVS p. 477. Incertus Continuator (Scriptt. p. Theoph. p. 220). Georg. Monach. ibid p. 552. Cedren. T. II. p. 596.

q) Annum, quem in margine adſcribo, Cedrenus habet.

r) Locum integrum vide *Tom. II. P. II.* in *Bulgaricis* §. 85 — 88.

s) ἐκ δε των Χαζαρων δι ἠσαν εἰς την ἑταιρειαν τε Λεοντος. Inc. Cont. Χαζαρας κατεσχεν ὁ Συμεων των ἐκ της ἑταιρειας τε βασ. Λεον. Georg. Mon. vt Leo Grammat.

perator conſpicatus et accenſus ira ducem nomine Sclerum ad Danubii fluminis ripas — miſit, — Turcos t) ad arma contra Symeonem excitaturum.

§. 17.

a. C. 899. v)

SCIENDVM eſt, Patzinacitas a principio ad Atel et Geech x) 15.
flumina habitaſſe, iisque conterminos fuiſſe populos illos, qui *Mazari* y) atque Vzi cognominantur. Ante annos vero quinquaginta ii, qui Vzi nuncupantur, cum Chazaris conſpirantes et coniunctis armis Patzinacitas aggreſſi, ſuperiores facti, ſedibus eos ſuis expulerunt, illasque tenuere in hodiernum vſque diem Vzi z).

§. 18.

TVRCORVM gens olim prope Chazariam habitabat in loco, 16.
cui cognomen Lebedias a). Habitarunt autem cum Chazaris annos tres, omnibus eorum in bellis adiutores. Chaganusque, Chazariae princeps, primo Turcorum Boëbodo Lebediae, fortitudinis eorum ac commilitii cauſa, vxorem dedit Chazaram nobilem, vt ex eo promotus fortitudinis eius fama et generis ſplendore, vt ex eo prolem tolleret: et tamen caſu factum eſt, vt ex Chazara illa liberos non ſuſciperet Lebedias.

Cccc 2 §. 19.

t) *Vngros.*

15. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 37. p. 105.

v) Hic annus emergit, ſi ab eo anno, quo haec ſcripſit Conſtantinus, [a. C. 949. cf. Conſt. p. 91.] quinquaginta anni retro numerantur. Vide tamen *Vngrica* §. 3. 7.

x) Ατηλ — Γειχ.

y) Μαζαροι. Neſcio, vtrum *Chazari* ſcripſerit Conſtantinus, an vero Vngrorum nomen, quo ſe ipſi appellant et ab Aſiaticis nationibus inſigniuntur, *Madſhar* puta, intelligi debeat; quod me alibi apud ſcriptores Byzantinos legere non memini.

z) Reliqua vide in *Patzinacicis* §. 3.

16. Id. ibid. c. 38. p. 107, 108.

a) Hic omiſſa vide in *Vngricis* §. 1.

Imp. LEONE Sap.

a. C. 899.

§. 19.

Patzinacitae vero, qui Cancar olim cognominabantur b), — armis contra Chazaros ſumtis, victi, terram ſuam deſerere et Turcorum regionem incolere coacti fuere. — 'Turci vero a Patzinacis pulſi, verſus occidentem abierunt, et in locis Atelcuſu nuncupatis conſederunt c).

Paulo vero poſt Chaganus ille Chazariae princeps per legatos petiit a Turcis, vt ad ſe Chelandiam mittant primum eorum Boëbodum. 'Lebedias itaque ad eum profectus, cum cauſam, cur ſe aduocaſſet, rogaret; Chaganus, ſe, ipſum gentis Turcorum principem conſtituere, decreuiſſe, reſpondit. Lebedias vero, cum ſe tali principatui parem non eſſe, ſignificaſſet; Chagano, vt alium Turcorum Boëbodum Salmutzem, vel huius filium, Arpadem, ad hanc dignitatem eueheret, auctor fuit. Legatis denuo ad Turcos miſſis Chaganus, ſuum ipſis ſignificauit conſilium. qui Arpadem, quem patre etiam digniorem iudicabant', ſolemni Chazarorum more ac conſuetudine in ſcuto erectum principem fecerunt. d) —

§. 02.

17. CABARI a Chazarorum gente deſcendunt. Facta autem inter eos ſeceſſione belloque orto ciuili, prior pars vicit: quique victi, pars occiſi ſunt, pars fugientes ad Turcos in Patzinacitarum terram ſe contulerunt, 'iisque adiuncti', Chazarorum linguam ipſos Turcos docuerunt. — 'Poſt id vero tempus ſeptem aliae gentes, ſimiliter a Chazaris diſceſſione facta, ad Turcos conceſſerunt. f) —

§. 21.

b) Cf. *Patzinacica* §. 3. not. p.

c) Cf. *Vngrica* §. 3.

d) Quem hic excerptum dedi, integrum vide locum in *Vngricis* §. 4.

17. Id. ibid. c. 39, 40. p. 108, 109.

e) και δε συμβασαν τινα μαχην των αποστασιων γενεσθαι προς την αρχην αυτων, και πολεμον εμφυλιον καθισταντος, ή πρωτη αρχη αυτων ισχυσεν.

f) Locum integrum vide in *Vngricis* §. 6.

§. 21.

Impp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta* et ROMANO *Lacapeno*.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.* indict. 8.

a. C. 935.

DE expeditis in Longobardiam tempore domini Romani [Lacapeni] imp. Indict. VIII. [a. C. 935.]. — Milites erant peregrini, et quidem de magna hetaeria, 31. de media hetaeria, 46. de Farganis, 45. de Chazaris, 47. — 18.

§. 22.

Imp. CONSTANTINO PORPHYROGENNETA ſolo.

a. C. 949. g)

PATZINACITARVM gens altera Cherſonis parti contermina eſt, 19 quae etiam cum Cherſonitis negotiationem exercet, et tam ipſis, quam imperatori miniſteria praebet in Ruſſia, Chazaria, Zichia, atque in omnibus iſtic poſitis regionibus. h) —

§. 23.

DE Chazaria, quomodo et quorum opera eam bello impetere oporteat i). 20.

Chazaris bellum inferre Vzi poſſunt, vtpote contermini. Sic etiam princeps Alaniae, quia "nouem Chazariae regiones k) Ala-

 niae

18. CONSTANTINVS de Caerim. A. B. Lib. II. c. 44. p. 381.

19. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 6. p. 57.

g) Annus, quo circiter librum de Adm. Imp. compoſuit Conſtantinus, vid. Conſtant. p. 9.

h) Reliqua vide in *Patzinacicis* §. 12.

20. Id. c. 10. p. 62.

i) Ita hoc caput inſcribit Conſtantinus.

k) τα ἐννεα κλιματα της Χαζαριας

Imp. CONSTANTINO Porph. ſolo.

a. C. 949.

niae adiacent: poſſuntque Alani l), ſi velint, illos depraedari, magnumque inde Chazaris damnum importare, atque eos rerum penuria premere. Ex illis quippe nouem Regionibus m) Chazaris omnia ad victum neceſſaria ſuppeditantur.

§. 24.

21. ALANIAE principe cum Chazaris pacem non habente, ſed imperatoris Romani amicitiam potiorem ducente, ſi illi in amicitia et pace perſeuerare nolint, poteſt ille ingenti Chazaros damno afficere, in viis excubando et ex improuiſo illos aggrediendo, dum ad Sarcel et ad Regiones Cherſonemque proficiſcuntur. Quod ſi princeps ille operam ponat, vt illis aditum prohibeat, alta ſane pax erit in Cherſone et in Regionibus. Chazari quippe Alanorum irruptionem reformidantes: neque facultate data Cherſonem et Regiones cum exercitu inuadendi, qui ſimul vtrisque bellum inferre nequeunt, in pace degere coguntur.

§. 25.

22. DE Nigra Bulgaria et Chazaria n).

Bulgaria, quam nigram vocant, poteſt Chazaros bello infeſtare.

§. 26.

23. SI quando ſiue Chazari, ſiue Turci, ſiue Ruſſi, ſiue aliae quaepiam Boreales et Scythicae gentes, vt plerumque accidit, imperiales veſtes, coronas aut ſtolas, cuiusdam praebiti miniſterii cauſa, ſibi transmitti poſtulant, ita te excuſatum oportet: Huiusmodi ſtolae et coronae, quae nos camelaucia vocamus, neque hominum opera

l) ἡ Ἀλανία

m) κλήματα

21. Id. ibid. c. 11. p. 62. Inſcribitur hoc caput: De caſtro Cherſone et de caſtro Boſporo.

m) ἐκ κλήματα, ita et infra in Gr. eſt

22. Id. ibid. c. 12. p. 62.

n) Inſcriptio huius capitis apud Conſt.

23. Id. ibid. c. 13. p. 63 – 67. Non integrum exhibeo locum, ſed ea tantum, quae huc pertinere videri poſſunt.

opera confecta neque humana induſtria excogitata ſunt, ſed a Deo per angelum Conſtantino M. miſſa, in magna ſancta eccleſia deponenda, eorum vſu tantum in magno Ieſu Chriſti feſto conceſſo; ita vt nemini quoque eorum aliquid donare liceat. Sane iis, qui ex huiusmodi Dei mandatis quodquam euertere velint, magna impendet formido. Nam quidam imperator, Leo is vocabatur, qui etiam ex Chazaria vxorem duxerat, cum inconſulto auſu, quodpiam ex hiſce ſtemmatibus abſtuliſſet, etſi Dominico non occurrente feſto, atque id praeter patriarchae voluntatem, hunc ſibi ornatum impoſuit: ſubito carbone in faciem erumpente, magnis inde cruciatus doloribus miſere periit o). Eadem quoque de igni Graeco, et ſiphonibus, quibus emittitur, valent: neque denique connubia cum hiſce borealibus populis iungere fas eſt. Certe ſupra memoratus Leo imperator, — auſus item hoc ſancti illius imperatoris praeceptum — pro nihilo habere: vbi ſemel Dei legumque diuinarum metum omnem excuſſerat, cum Chazariae Chagano matrimonialem contractum inſtituit, filiamque ipſius vxorem accepit, cum magno tam ſuo, quam Romani imperii, opprobrio, quod auita praecepta violaſſet, ac pro nihilo habuiſſet; praeterquam quod ne Chriſtianus quidem orthodoxus eſſet, ſed haereticus et imaginum hoſtis: ideo, harum ſcilicet impietatum cauſa, in ſancta Dei eccleſia aſſidue excommunicatur; vtpote qui Dei et ſancti magni imperatoris Conſtantini conſtitutionem violauerit, et euerterit. Quomodo enim fas eſſe poſſit, Chriſtianos cum fidelibus matrimonia inire affinitatesque contrahere, id canone prohibente, et vniuerſa eccleſia indignum illud et a Chriſtiano ſtatu alienum eſſe arbitrante? —

§. 27.

QVATVOR — Patzinacitarum nationes, ſiue themata, nimirum Cuartzitzur, Syrucalpee, Borotalmat, et Bulatzoſpon vltra Dana- 24.

prim

o) Quae de morte Leonis Chazari narrat Conſtantinus, in iis reliquos ſcriptores Byz. conſentientes habet; fallitur autem, cum Leonem Chazariae Chagani filiam vxorem duxiſſe dicit: quippe quod potius de ipſius patre Conſtantino Copron. valet. vid. ſupra §. 12, 13.

24. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 37. p. 106. cf. *Patzinacica* §. 17.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

prim flumen ſitae ſunt, orientem Septemtrionemque ſpectantes verſus Vziam, Chazariam, Alaniam, Cherſonem et caeteras Regiones. — Diſtat autem Patzinacia ab Vzia et Chazaria itinere dierum quinque. —

25. [Patzinacia] ad ſeptemtrionem habet Danaprim fluuium, ex quo Ruſſi proficiſcuntur in nigram Bulgariam, Chazariam et Syriam.

Ad orientaliorem — Maeotidis paludis partem fluuii quamplurimi eam ingrediuntur, vt Tanais, qui a Sarcel venit, et Choracul. —

§. 28.

26. AD Chaganum Chazariae bulla mittitur aurea triſoldia cum hoc titulo: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, vnius et ſolius veri Dei noſtri. Conſtantinus et Romanus, fideles in eodem Deo imperatores Romanorum ad illum nobiliſſimum, illuſtriſſimum Chaganum Chazariae.

§. 29.

27. QVI cupit in Farganos, aut Chazaros p), recipi, ſoluit litras ſeptem: ſi nempe rogam q), duodecim numiſmatum habeat.

§. 30.

28. QVOD ſi — in quartam aut quintam ſeptimanae feriam incidit feſtum natiuitatis Chriſti, et ex ea incipiat conuiuium accubituum — celebrari, oportet — paratos habere, ad ſacram quidem menſam accubituros magiſtros, proconſules r) — . Ad reliquos autem accubitus euocare et ſternere oportet homines imperiales tantum peregrinos

25. Id. ibid. c. 42. p. 113.

26. CONSTANT. de caerim. Aulae Byz. L. II. c. 48. p. 398.

27. Id. ibid. c. 49. p. 400.

p) In hetaeriam, ſeu inter milites peregrinos, qui maximam partem e Farganis et Chazaris conſtabant.

q) *Stipendium* et quidem, vt videtur, menſtruum, non annuum.

28. Id. ibid. c. 52. p. 434.

r) ἐν δὲ τοῖς [illegible] μαγίστρους ἀνθυπάτους.

Imp. CONSTANTINO Porph.

a. C. 949.

grinos [s] [et comam alentes [t]], vt Ferganos, Chazaros, Agarenos, Francos, quotquot eorum eximiam regiam prouidentiam et pietatem rogarum perceptione experiuntur. Horum omnium vnamquamque gentem introducere oportet et rurſus educere in ſuo quamque gentili habitu, 'vt e. c. in ſic dicto Cabadio [v] [Ferganos et Agarenos].

SEPTIMO — die conuiuationis [Paſchalis] — ad inferiores — mensas inuitantur tribuni vicarii, gentiles, ſeu alienigenae, ex homeria, vt Turci, Chazares, alii, admodum quinquaginta quatuor. — Introducuntur — in ſuis Cabadiis. 29.

Sub
Romano Conſtantini F., Nicephoro II. et Ioanne Tzimiſce
nulla fit Chazarorum mentio.

§. 31.

Imp. BASILIO Porph. a. M. 6524.

Imp. BASILIO II. Porphyrogenneta.

a. C. 1016.

IMPERATOR [Baſilius] Conſtantinopolin [ab expeditione Bulgarica] reuerſus Ianuario menſe, anno mundi 6524. claſſem in Chazariam mittit, duce Mongo 'Andronici Ducae Lydi filio [x]. Is adiuuante Sphengo, fratre Bladimeri [y], eius, qui Baſilii imperatoris ſororem in matrimonio habebat, regionem eam ſubegit, principe eius Georgio Tzulo [z] in primo conflictu capto. 30.

§. 32.

s) βασιλικας ἀνθρωπας παντας.
t) Interpres addit.
v) ὅιονει το γαλ ἀυτων ἰνδαλμενον καβαδιν.
29. Id. ibid. p. 447.
30. CEDRENVS T. II. p. 710.
x) ὑιον Ανδρονικε Δεκος τε Λυδε. in interpretatione lat. fuit, *Andronici Ducae* cet.
y) Vid. *Tom. II. P. II. Ruſſica §. 74.*
z) Γεωργιε τε Τζελε.

§ 32.

Imp. IOANNE *Emman. Pal.*

Imp. IOANNE *Emanuele Palaeologo.*

a. C. 1421. [a]

31. QVARTVS [filiorum Io. Emmanuelis Palaeologi] Conſtantinus regiones ad Pontum ſitas Chazariae finitimas ſortitus eſt.

§ 33.

32. SECVNDVS [eſt] ſanctiſſimus Apoſtolicus thronus et Patriarchicus CPleos, primi inter Apoſtolos a Chriſto vocati Andreae, et magni Theologi Euangeliſtae atque Apoſtoli Ioannis, Europam et Aſiam ad Siciliam vſque quae ad occidentem eſt, ac Cycladas, indeque ad Cherſonem, Abergiamque et Chaldiam [b] et Chazariam [c] ad Cappadociam vſque borealia climata cuncta complectens.

31. DVCAS p. 74. 75.

a) Annus p. 69. in marg. adſcriptus, p. 78. adſcr. a. 1422.

32. CODINVS in Notitiis Graeco-Epiſcopp. p. 364.

b) Χολδίας in marg. Χαλδίας vel Χαλκιδίας.

c) Χαζαρίας in marg. Γαζαρίας.

VNGRICA

VNGRICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE VNGRIS.

Vngrorum Nomen et Genus.

Quos *Vngaros* et *Hungaros* ſcriptores Latini plerique, et Latini Graecorum interpretes tantum non omnes, eos Graeci ſatis conſtanter *Vngros* (Οὖγγρες, ſemel Οὔγγρες et Οὖγγρους) vocant. Terram eorum *Vngariam* (Οὐγγαρίαν) ſemel Ioannes Scylitzes nuncupat. Sed ſunt alia quoque nomina, quibus Vngri a Scriptoribus Byzantinis inſigniuntur. *Turci* enim vbique Conſtantino Porphyrogennetae, qui eos antiquitus *Sabartoeaſphaloi* (Σαβαρτοιασφαλους) dictos eſſe memorat, aliis *Vnni* (Οὖννοι), Cinnamo ſemel *Vnni occidentales* (Οὖννοι ἑσπέριοι), aliis *Paeones* (Παίονες), Annae Comnenae *Daci* (Δάκοι) audiunt, Codinus, eos olim Gepaedas dictos eſſe, ait.

De genere Vngrorum, ſi ab infirmo illo, quod e nomine ducitur, diſcedas argumento, quae ſcriptores Byzantini memoriae prodiderunt, ad haec fere redeunt. Conſtantinus Porph. eos eiusdem cum *Turcis*, veteribus illis, Perſis a ſeptemtrionibus finitimis, fuiſſe originis, contendit. Chalcocondylas ignorantiam ſuam in hac re ingenue fatetur: aliorum tamen profert ſententiam, qui, Vngros a *Getarum* ſtirpe ortos eſſe, aſſerebant.

Vngrorum tribus.

GENTES vel tribus Vngrorum olim ſeptem fuiſſe, id quod etiam de Turcis orientalibus Theophylactus memorat; Conſtantinus refert, eosque non principi, ſed Voëuodis [ſeu Ducibus] paruiſſe ait, donec Arpades a Chazarorum Chagano ad principis dignitatem euectus ſit.

Chazaricae gentis pars, a popularibus ſuis ſeceſſione facta, Vngris ſe adiunxit, eosque ſuam quoque linguam docuit, ita vt Conſtantini aetate et Chazarica, et ſua veteri lingua Vngri loquerentur. Tribus vero dictus auctor recenſet octo, *Cabarorum*, puta, *Nece*, *Megere*, *Curtygermati*, *Tariani*, *Genech*, *Care* et *Caſe*.

Praeter hos inter Vngros referuntur *Chaliſii*, qui, cum Vngri Chriſto nomen dediſſent, legibus Moſaicis, neque iis omnino genuinis, vixiſſe feruntur.

Vngrorum Sedes et Migrationes.

DE priſcis Vngrorum ſedibus pauca haec Conſtantinus Porph. prodit: terram eorum, prope Chazariam ſitam, a duce quodam ipſorum *Lebediam* dictam et fluuio *Chidma*, qui etiam *Chingylus* a) appellatus ſit, rigatam eſſe.

Hac antiqua patria eiecti a Patzinacitis Vngri regionem *Atelkuſu*, a Fluuiis ita dictam, occuparunt. Fluuii ibi a Conſtantino Porph. memorantur quinque, *Baruch*, *Cubu*, *Trullus*, *Brutus* et *Seretus*. Duo poſteriores hodie adhuc eodem nomine in Moldauia noti ſunt.

Hinc rurſus ab iisdem Patzinacitis pulſi, in *magna Morauia*, incolis penitus exſtirpatis, ſedes poſuerunt, et omnes iſtas regiones, quas Conſtantini Porph. aetate adhuc tenebant, occuparunt. Praeter Vngriam proprie ſic dictam *Pannodaciam* (Παιονοδακιαν), *Ardelium* et *Vngroblachiam* [hodie Tranſiluaniam] vocatam, ſubiectam habuerunt, ita vt regio iſta ab Vngrorum rege ducem acciperet, caeterum libera eſſet, et ſuis legibus vteretur.

Vngrorum Hiſtoria.

VNGRI olim Chazaris finitimi, cum his amicitiam coluerunt, eorum in bellis omnibus ſocii. Poſtea vero a Patzinacitis, bello ad-

a) Regionis Lebediae et Chingyli fluuii nomina, in nominibus vrbis *Lebedin* in Noua Ruſſia et fluuii *Ingul* ſupereſſe putant.

aduerſus Chazaros [Mazaros, potius] ſuſcepto victis, patriam deſerere coacti, eorum alii occidentem verſus duce LEBEDIA in terram Atelcuſu, alii orientem verſus in Perſiam commigrarunt. His omiſſis, quippe quorum res geſtae in Turcicis enarratae ſunt, de illis praecipua delibare animus eſt. Vngri itaque, vel, vt a Conſtantino Porph. vocantur, Turci, cum, nouas quaeſituri ſedes, occidentem verſus abirent, vni nondum paruerunt principi, ſed duces pro tribuum numero ſeptem habuerunt. Paulo vero poſt, Chazarorum Chagano auctore, ARPADEM ſibi principem praefecerunt; cuius poſteri Conſtantini Porph. temporibus rerum apud Vngros potiebantur.

Arpade genti imperante, Cabari, a Chazaris, popularibus ſuis, ſeiuncti ſe Vngris admiſcuerunt, ita, vt quae antea ſeptem, nunc octo numerarentur Vngrorum tribus.

Et haec quidem ante Theophili Auguſti aetatem geſta eſſe videntur. Hoc autem Conſtantinopoli imperante, a. C. 829 — 842. Vngri Romanis primum innotuerunt. Sub iſto enim imperatore Macedones, qui a Leonis Armeni temporibus inde in Bulgaria trans Iſtrum ſub Bulgaris vitam egerunt, per fluuium illum in patriam redire conati ſunt. Quod prohibituri cum Bulgari accederent, proelio commiſſo, Macedones ſuperiores diſceſſerunt. Bulgari, quibus Iſtrum traiicere, vt rem popularibus ſuis nunciarent, tunc liberum non erat, ad Vngros abierunt. Hi ſtatim cum ipſis reuerſi, Macedones, qui iam naues ab imperatore miſſas conſcendere parabant, adorti ſunt. Sed iteratis victi proeliis, reditum eorum prohibere fruſtra tentarunt.

A Leone Sapiente circa a. C. 888. contra Symeonem et Bulgaros aduocati, Arpade et CVRSANE (ſecundum Conſtantinum Porph. Arpadis filio LIVNTINE) ducibus Iſtro traiecto, Bulgariam euaſtarunt et Symeonem iſtum vicerunt proelio, quo is aegre fuga incolumis euaſit.

Non diu poſt Symeon, pace cum Romanis facta, Vngros vlciſcendi occaſionem captans, dum illi extra regni ſui fines bellum gerunt, adiunctis ſibi Patzinacitis, terram eorum late vaſtauit,

vxo-

vxores ac liberos eorum occidit. Quibus rebus factum eſt, vt Vngri, ab expeditione bellica reuerſi, alio ſedes transferre cogerentur.

Haec cum ita gererentur, Morauorum, qui Vngris meridiem et occidentem verſus ſi itimi erant, principes, Sphendoploci filii, bello ciuili inter ſe diſſidebant. Quod videntes Vngri, in eos impetu facto, cira a. C. 895. gentem funditus exſtirparunt, eorumque terra potiti ſunt, quae ex eo tempore *Vngria* vocata eſt.

Quadraginta circiter annis poſt ab a. C. 934. inde Vngri Romanos ſaepius bello tentarunt; donec tandem duo eorum principes BVLOSVDES, vel, vt ab aliis vocatur, *Bologudes* et GYLAS (quod poſterius tamen non proprium, ſed dignitatis nomen fuiſſe, Conſtantino Porph. credimus) a. C. 948. Conſtantinopolin venientes religionem Chriſtianam amplexi ſunt, et, pace cum Romanis facta, in terram ſuam redierunt. Gylas quidem foedera et amicitiam ſanctiſſime coluit, et Romanis captiuos ſine pretio reſtituit: Buloſudes autem, pactis reſciſſis, bella, vt prius, cum Romanis geſſit. qui Francos etiam armis aggreſſus, captus, et in crucem ſublatus eſt.

Sub finem imperii Conſtantini Porph., et filii eius Romani tempore circa a. C. 958—963 his in agrum Romanum irruptione facta, cladem acceperunt. Poſt id quoque tempus, Nicephoro Phoca Romanis imperante, ſaepius Romanas infeſtaſſe prouincias memorantur. A. C. 970. Ruſſorum principi Sphendoſthlauo aduerſus Ioannem Tzimiſcen militarunt. Iis, quae deinde ſecuta ſunt temporibus, admodum rara eſt vſque ad initium imperii Ioannis Comneni Vngrorum in Hiſtoria Byzantina memoria. aliquoties tantum eos nunc ſuis, nunc Patzinacarum auſpiciis cum Romanis bellum geſſiſſe legimus.

Poſt LADISTHLABI, quem primum regis nomine appellant ſcriptores Byzantini, obitum a. C. 1123. e filiis eius natu maior STEPHANVS regnum obtinuit, alter vero *Almuſes*, ne communem fratrum Vngriae regis ſortem experiretur, oculosque amitteret, ad imperatorem Ioannem Comnenum, generum Ladiſthlabi, confugit. Quem cum imperator finibus Romanis pellere, id quod Stephanus poſtu-

poſtulabat, abnueret: bellum Vngros inter et Romanos exortum eſt. quo Belegradum ab Vngris euerſum, Zeugminum in agro Sirmienſi conditum, Branizoua capta et incenſa eſt.

Sub Emmanuelis Comneni imperio a. C. 1154. GEIZA, qui tunc apud Vngros rerum potiebatur, Seruiis contra Romanos, qui fines eorum inuaſerant, auxilia ſubmiſit. Quod multorum bellorum, quae Vngri pluribus annis cum Romanis geſſerunt, cauſſa fuit. Geiza tandem, cum Romani circa a. C. 1157. iterum infeſti ad Iſtrum accederent, legatis miſſis pacem rogauit, quam imperator, captiuis et praeda receptis, amplexus eſt.

Non diu poſt fatis functo circa a. C. 1160. Geiza rege, fratres eius inter et filium ortae ſunt de ſucceſſione contentiones. Geiza enim cum contra legem, quae apud Vngros obtinebat, vt non filii, ſed fratres defuncti regis in regno ſuccederent, filium ſuum STEPHANVM regem deſignaſſet: fratres ipſius Ladiſthlabus et Stephanus Conſtantinopolin fugerunt. vbi alter fratrum, Stephanus, Mariam, Auguſti ex fratre neptem, vxorem duxit. Poſt Gezae demum obitum Vngri, legem patriam potius, quam defuncti regis voluntatem, reueriti, abrogatum Stephano, Geizae filio, imperium LADISTHLABO tradiderunt, fratre eius Stephano ſucceſſore declarato. Ladiſthlabus breui admodum tempore rerum potitus, obiit, et frater eius STEPHANVS ſuſcepit imperium. Qui cum ſe parum moderatum in imperio gereret, Vngri ſemel iterumque contra ipſum inſurrexere. His territus Stephanus, regno relicto, in fines Romanos conceſſit, eo maxime conſilio, vt imperatoris ope in regnum reſtitueretur. Imperator quidem ipſum ſaepius auxiliis iuuit, ſed irrito ſemper conatu. Stephanus itaque Vngria excedens cum in Sirmienſem agrum, qui tunc Romanorum ditionis erat, abiiſſet; Vngri eodem cum exercitu profecti ſunt; Sirmium ceperunt, et Zeugminum obſidione cinxerunt. Qua vrbe aliquamdiu fruſtra oppugnata, Vngri, vt his bellis compendio defungerentur, vnum de Stephani famulis pecunia induxerunt, vt eum veneno tolleret. quo facto, Vngri Zeugminum et totum Sirmienſem agrum occuparunt. His imperator cognitis ſtatim exercitum Zeugminum duxit, eamque vrbem non minus, quam agrum Sirmienſem recepit. Stephanus.

nus rex, Geizae filius, re inopinata territus, miſſis ad imperato-rem legatis, pacem compoſuit. Breue admodum tempus interceſſit, cum Vngrus, foederum ſecurus, Dionyſium, ducem cum numeroſo exercitu Sirmium miſit. Qui cum Romanos, contra ſe miſſos, leui proelio viciſſet: imperator ipſe in Vngros exercitum duxit, aliis praeterea a Ponto Euxino, vnde nemo adhuc eos inuaſerat, et regionibus Tauroſcythiae finitimis irruptionem in Vngriam facere iuſſis, terram eorum late vaſtauit. Tamen tunc quoque imperator, Henrico Auſtriae duce ſuam interponente auctoritatem, Vngris petentibus pacem dedit. Eo vix liberati metu Vngri, foedere violato, Dalmatiam inuaſerunt. vnde, nulla re geſta, capto tantum Nicephoro Caluphe Romanae militiae duce, abierunt. Hanc vlturus imperator Emanuel Comnenus Vngrorum perfidiam, bellum, quod fruſtra per legatos deprecabantur, ſuſcepit, idque breuiſſimo tempore, Vngris vno proelio in agro Sirmienſi occidione caeſis, confecit.

Exſtincto circa a. C. 1173. Stephano rege, cum res in Vngria mire perturbatae eſſent; imperator Emanuel Sardicam profectus eſt. Ibi eum conuenere Vngrorum legati, vt Belam, Geizae filium Stephanique fratrem, quippe ad quem regnum pertineret, in Vngriam mitteret, rogantes. Hic Bela, durantibus adhuc inter Stephanos, patruum et nepotem, diſcordiis, ab imperatore Conſtantinopolin arceſſitus, ſororem Auguſtae vxorem duxerat, ſimulque Caeſaris dignitate ornatus erat. BELA hoc pacto rex conſtitutus, non diu poſt Emanueli Comneno contra Turcos auxilia ſubmiſit; ſub Alexio vero et Andronico Comnenis imperatoribus Romanos fines infeſtauit; cum imperatore Iſaacio Angelo, filia ei in matrimonium data, affinitatem iunxit, eumque a. C. 1193. contra Blachos [ſeu Bulgaros] auxiliis iuuit.

Ab a. C. 1183. inde vſque ad a. C. 1389. non niſi pauca quaedam de rebus Vngricis memoriae prodiderunt ſcriptores Byzantini. Affinitates inter Theodorum Laſcarim et Michaelem Palaeologum Auguſtos et Vngrorum reges iunctas, et bella Vngrorum cum Seruiis ſub Andronici Iunioris et Ioannis Palaeologi imperio geſta breuiſſime attingunt. Ioanne Palaeologo Conſtantinopoli imperante a. C. 1389. Eleazarus, Seruiorum princeps, contra

Tur-

Turcas eorumque Sultanum rogaturus auxilia, ad Vngros conceſſit.

SIGISMVNDVS, Germanorum imperator, quem circa hoc ipſum tempus Vngri ſibi regem praefecerunt, collecto ex Vngris, Blachis, Germanis et Gallis numeroſo exercitu, circa a. C. 1391. contra Sultanum Baiazitem mouit. Iſtro traiecto, non procul ab hoc fluuio proelio cum Turcis congreſſus, maxima clade affectus eſt, et vix incolumis Conſtantinopolin aufugit. Baiazites victor Vngriam inuaſit, ipſam petens regiam Vngrorum ſedem, Budam; ſed ex pedibus tunc forte laborans, hoc omiſſo conſilio, exercitum domum reduxit.

Muhammedes, Baiazitis filius, cum Vngris bella geſſit; ſed multo grauiora Morates Sultanus. Is enim Vngriam iteratis irruptionibus non parum afflixit, Belgradum, quamquam fruſtra, oppugnauit; in Pannodacia ſeu Ardelio ad Sibinium metropolin Mezetem Europae ducem cum magna exercitus parte a. C. 1440. amiſit. His magis exacerbatus Sultanus, multo maiorem exercitum, Sabatine duce, in Pannodaciam ablegauit. Qui cum, hoſte nullo occurrente, maximam exercitus partem pabulatum miſiſſet; Ioannes Hunyades, vel, vt a Scriptoribus Byzantinis vocatur, Iangus Choniates, Pannodaciae praefectura, ob inſignia in bellis aduerſus Germanos et Boemos edita facinora, ab Vngrorum rege ornatus, ex improuiſo in caſtra Sabatinis impetum fecit, et Sabatinem cum ſuis in fugam coniecit, reliquos, qui cum praeda reuertebantur, ex inſidiis adortus, profligauit, ita vt pauci ad ſuos redierint. Et hac inprimis victoria factum eſt, vt Turci, qui a Baiazitis inde temporibus Vngriam ſaepius vaſtauerant, non modo Iſtrum traiicere non auderent, ſed Vngros etiam in finibus ſuis infeſtos paterentur.

Vngri circa id ipſum tempus cum Germanis et Boemis grauia gesſerunt bella, quibus vario plerumque marte certatum eſt. Blachos quoque armis adorti, eis Danum ducem praefecerunt.

Circa a. C. 1443. Georgius, Seruiae deſpota, tunc a Turcis principatu ſuo exutus, in Vngriam, vbi vrbes aliquot poſſidebat, conceſſit. Is Vngros magna pecuniae vi et ingentibus promiſſis ad

 bellum

bellum contra Moratem ſollicitabat, eodem tempore imperator Ioannes Emanuel Palaeologus eorum contra Turcos implorabat auxilium. His motus, qui tunc Vngris imperabat, LADISLAVS [Polonus] cum maximo exercitu, Dracule Blachorum, et Georgio Seruiorum, principibus in belli ſocietatem adhibitis, in terram Turcorum irruptione facta, agros late vaſtauit. Cum vero Turci proelium ſtudioſe vitarent, et anguſtias, per quas in Thraciam aditus patebat, ſollicite cuſtodirent, Vngri fame preſſi diſcedere coacti ſunt. Quibus Turci incautius inſtantes a Ioanne Hunyade ex inſidiis oppreſſi, maxima clade affecti ſunt. His ita geſtis, Georgius, cuius inprimis conſilio Vngri hoc bellum ſuſceperant, iisdem, vt pacem cum Turcis facerent, auctor fuit. quae in has leges conuenit, vt Georgius in regnum reſtitueretur, Turci aeque, atque Vngri ab Iſtro cum exercitu traiiciendo abſtinerent, Blachi Turcis, vt ante, tributum penderent, in reliquis vero Vngrorum ſubeſſent imperio.

Sequenti ſtatim anno a. C. 1444. bellum ex hac cauſa renouatum eſt. Imperator Ioannes Emanuel Palaeologus cum Vngros inter et Turcos pacem conciliatam eſſe cognouiſſet, ad Pontificem Maximum legatos miſit, qui, ſi claſſis in Helleſpontum mitteretur, vt nullae ex Aſia copiae in Europam traduci poſſent, Turcos facile debellari poſſe, oſtenderent, Vngros praeterea, Gallos et Burgundiae ducem in belli ſocietatem adiungerent. Omnibus ita conſtitutis, claſſis in Helleſpontum miſſa eſt, Vngri, Boemis et Blachis belli ſociis, ab Ardelio profecti, Iſtrum traiecerunt, Calliacren et Varnam, vrbes non procul a Ponto Euxino ſitas, occuparunt. Haec inter Morates, claſſe, quae Helleſpontum cuſtodiebat, tempeſtate diſſipata, nemine impediente in Europam traiecit, et in Vngros mouit. Qui cum Turcorum exercitum iam proxiximum eſſe viderent, proelio decernere ſtatuunt. Acie ab vtraque parte inſtructa, pugna committitur. Qua cum victoria iam ad Vngros inclinaret, et Morates fugae agitaret conſilia, Ladislaus rex, inimicis Ioannis Hunyadae ſuadentibus, loco, quem hic ipſi aſſignauerat, temere diſcedens in praetorianos Moratis milites cum ſuis impetum fecit, ibique equo vulnerato, in terram lapſus, a Turcis occiſus eſt. Rumore de morte regis per exercitum diuulgato, Vngri proelio exceſſerunt, et Ioannes Hunyades eos per Iſtrum

[illegible] omnesq; diſſipati, fuga [illegible]. Ioannes Hunyades a Dracule, Blachiae duce, quocum ei veteres inimicitiae erant, captus eſt, qui tamen eum, Vngrorum minus territus, breui poſt benigne habitum dimiſit. Tempore aliquo interpoſito Ioannes Hunyades in Blachiam mouens Draculem principatu ac vita ſpoliauit, Dano Blachorum principe conſtituto. Cum Boemis etiam et Germanis bella geſſit.

Quatuor poſt infelix Varnenſe proelium elapſis annis, Vngri Ioanne Hunyade duce, iterum in Turcorum fines irruptione facta, in Coſobe campo proelio decertarunt. Quo feruente cum Blachi, qui in Vngrorum caſtris militabant, ad Turcos tranſiiſſent, Ioannes Hunyades cum maxima exercitus parte ad Iſtrum fugit, reliqui hoſtium ferro perierunt. Ioannes Hunyades, vt tutius fugeret, ab exercitu diſcedens, dum per Seruiam iter facit, agnitus in Georgii deſpotae poteſtatem venit, qui eum aliquamdiu in cuſtodia habuit, tandemque in Vngriam dimiſit.

Circa a. C. 1451. Ioannes in tres annos cum Turcis inducias pactus eſt. Quibus nondum elapſis a. C. 1453. Vngri LADISLAVM Sigiſmundi ex filia nepotem, ab imperatore Friderico receperunt, eique Ioannes regnum, quod hucuſque adminiſtrarat, reſtituit. Hoc rege Vngri a. C. 1454. Turcorum terram iterum inuaſerunt, et praeda onuſti redierunt. Muhammedes Sultanus a. C. 1456. Belgradum oppugnauit; ſed Ioanne vrbi ſubſidio veniente, obſidionem ſoluere, multis ſuorum amiſſis, coactus eſt. Non diu poſt Ioannes Hunyades obiit, et Ladislaus breui admodum tempore imperio potitus, veneno ſublatus eſt. Ladislao defuncto, filius Ioannis Hunyadae [Matthias], poſt varia cum Vngrorum proceribus diſſidia regnum obtinuit. Qui cum Germanorum imperatore Friderico bellum geſſit, cum Turcis aliquamdiu pacem habuit, donec contra eos, a Venetis ſollicitatus, a. C. 1463. arma ſuſcepit.

Principes, Reges et viri inter Vngros illuſtres.

Saec. poſt C. N. IX.

Lebedias (Λεβεδίας), primus gentis dux ſeu Voëuodus.

Salmutzes (Σαλμουτζης vel Αλμουτζης) alius Vngrorum circa idem tempus Voëuodus; cuius filius

ARPADES (Ἀρπάδης), primus vniuerſae Vngrorum gentis princeps, adhuc ſuperſtes a. C. 895.

Cuſanes (Κυσάνης al. Κυρσάνης) *Liuntin* (Λιουντιν) Arpadis F. } duces exercitus Vngr. a. C. 888.

Buloſudes (Βουλοσουδής al. Βολογουδής) et *Gylas* (Γυλᾶς, ſecundum Conſtantinum nomen dignitatis) } principes Vngr. baptizantur a. C. 948.

Gylas et *Carchas* (Γυλᾶς, Καρχᾶν) nomina dignitatum, a. C. 949 quarum prior maior fuit.

Turcatzus, *Ielech*, *Iutotzas*, *Zaltan* (Τουρκατζοῦς. Ἰελέχ, Ζάλταν), filii Arpadis; eiuſdem vero nepotes fuerunt *Tebele*, *Ezelech*, *Phalitzis*, *Taxis*, *Phales*, Taſes (Τεβέλη, Ἐζελέχ, Φαλιτζίς, Ταξίς, Φάλης, Τάσης) pronepos Arpadis, *Termatzus* (Τερματζοῦς). Genealogia eorum haec eſt

Salmutzes
|
Arpades
Tarcatzus. Ielech. Iutotzas. Zaltan.
Tebele Ezelech. Phalitzis. Taxis.
Termatzus. Taſes. Phales.
a. C. 949.

Cales [illegible] ([illegible]) cuius filius

Bultzus (Βουλτζος), Carchas Vngriae a. C. 949.

SALOMON (Σαλομών), Vngrorum dux [rex] a. C. 1082.

Peres et *Simon* (Πέρης. Σίμων) Zupanii a. C. 1109.

LADISTHLABVS (Λαδισθλάβος) odex; cuius filia *Irene*, imperatoris Ioannis Comn. coniux, a. C. 1223. filii.

STEPHANVS (Στέφανος) rex, et *Almutzes* (Ἀλμουτζῆς vel Ἀλμοσοῦς), qui ad Romanos fugit. a. C. 1123.

Acuſes, *Celades* (Ἀκούσης, Κελάδης), viri inter Vngros illuſtres, a Romanis a. C. 1123. proelio capti.

GEITZA (Γεΐτζας al. Ἰατζας) rex a. C. 1154.

Beloſis (Βελοσὴς ὁ Μαυπανος) Banus a. C. 1154.

Boriſes (Βορισης), Geitzae regis cognatus, ſub ſignis Emanuelis Comn. militat a. C. 1154.

STEPHANVS, Geitzae F. patri ſuccedit a. C. 1156 —.

BLANDISLABVS (Βλανδισλάβος al. Βραδισθλάβος) Geitzae frater, pulſo Geitzae filio rex a. C. 1161 —

STEPHANVS, alter Geitzae frater, rex, regno exuitur poſt a. C. 1161. vxor Emanueli Comn. ex fratre neptis.

Stepha-

Stephanus, Geitzae F. iterum rex vſque ad a. C. 1173.

[illegible] (Ο'υρεμ), nomen dignitatis, qua regis ſucceſſor apud Vngros deſignatur.

BELA (Βελας), Geitzae F., vxor, ſoror Mariae Auguſtae, coniugis Emanuelis Comn., rex a. C. 1173 —.

Calamanus (Καλαμανος), *Conſtantinus* dictus [Boritii F.] Ciliciae praefectus.

N N. Stephani ſenioris ex fratre nepos a. C. 1161.

Baſacis (Βασακις) nobilis Vngrus, a. C. 1161 —.

Georgius Zupanus, vnus e ducibus Vngrorum, qui Zeugmini in praeſidio erant a. C. 1161 —.

Dionyſius (Διονυσιος), Vngrici exercitus dux a. C. 1161 —.

N N [ANDREAS] rex, gener Theodori Laſcaris I. a. C. 1204 —.

N N Vngra, vxor Ioannis Aſanis, Bulgarorum regis, cuius filia Theodoro Laſc. II. nubit.

Roſus Vrus (Ρ'ωσος Ο'υρος) gener Vngrorum regis a. C. 1257.

N N [STEPHANVS IV.] rex, cuius mater fuit filia Theodori Laſc. I. a. C. 1267. vxor, genere Comana; eius filia *Anna* filio Michaelis Pal. nubit a. C. 1267.

Iuas (Ιυας), Vngrus, Philippopoli a rege Bulg. Tertere praefectus a. C. [illegible] — [illegible].

N N [CAROLVS I.] rex a. C. 1333.

SIGISMVNDVS, German. imperator et Vngrorum rex a. C. 1387.

N N [*Eliſabetha*] vxor Sigiſmundi.

Iangus Chaniates (Ιαγγος al. Ιαγκος ὁ Χωνιατης) ex Ardelio oriundus, huic regioni praefectus et tandem Vngriae gubernator a. C. 1440 — 1456.

[LADISLAVS] Polonus genere, rex a. C. 1440 — 1444.

Secules, *Iloces*, *Megaluſes*, (Σεκελης, Ειλοκης, Μεγαλεσης) Iangi Choniatis patrueles, exercitus duces a. C. 1448.

[LADISLAVS] Sigiſmundi regis ex filia nepos, rex Vngr. a. C. 1456 — 1458.

Laurentius Chedrachabares (Λαυρεντιος Χεδραχαβαρης) Ladislaum regem veneno ſuſtuliſſe fertur a. C. 1458.

Orlichus (Ο'ρλιχος) vnus e proceribus Vngrorum a. C. 1458.

Iloces (Ιλοκης) vnus e proceribus Vngrorum.

N N (MATHIAS) filius Iangi Choniatis rex a. C. 1458 —.

Scripto

Scriptores de Vngris.

Res geſtas Vngrorum enarrarunt Leo Grammaticus, Conſtantinus Porphyrogenneta, Georgius Monachus, Incertus Continuator, Symeon Logotheta, Cedrenus, Zonaras, Ioannes Scylitzes, Anna Comnena, Michael Glycas, Ioannes Cinnamus, Nicetas Choniates, Georgius Acropolita, Georgius Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Cantacuzenus, Ducas et Chalcocondylas.

Quae de priſcis Vngrorum ſedibus, bellis cum Patzinacitis, migrationibus, primis eorum ducibus Arpade, eiusque filiis ac nepotibus, Cabarorum cum Vngris coniunctione et vniuerſe de antiquitate gentis nouimus, ea omnia Conſtantino Porphyrogennetae accepta ferimus. In quibus tamen non pauca, quod ad Chronologiam non minus, quam Geographiam attinet, incerta manent ac dubia.

Sub Theophilo imperatore iam eorum Leo Grammaticus et Georgius Monachus, iisdem quidem verbis vterque, meminerunt, cum fugam Macedonum e Bulgaria et ortum inde bellum enarrant.

De rebus eorum aduerſus Bulgaros ſub Leone Sapiente geſtis Leo Grammaticus, Conſtantinus Porph., Incertus Continuator, Symeon Logotheta, Georgius Monachus, Cedrenus et Zonaras memoriae prodiderunt. Vltimi vero Vngrorum belli cum Bulgaris et Patzinacitis geſti, quo terra ſua relicta in Morauiam commigrare coacti ſunt, vnicus Conſtantinus Porphyrogenneta conſeruauit memoriam.

Res Conſtantini Porph. aetate geſtas, bella aduerſus Romanos Leo Grammaticus, Cedrenus, Incertus Continuator, Symeon Logotheta et Georgius Monachus perſequuntur, eorum ad fidem Chriſtianam conuerſionem Cedrenus et Zonaras memorant. De rebus vero Vngrorum domeſticis et ciuilibus, Geographia, puta, coniunctione cum Patzinacitis, tribubus, imperii ratione vnicus memoriae prodidit Conſtantinus. Belli aduerſus Romanos ſub vltimos Conſtantini Porphyrogennetae annos geſti meminerunt Incertus Continuator et Symeon Logotheta.

Leo

Longo deinde CLXIV. annorum ſpatio ab a. C. 959. inde, vſque ad a. C. 1123. non niſi ſparſa quaedam et pauca, de bellis inprimis cum Romanis geſtis, Cedrenus, Zonaras, Incertus Continuator, Scylitzes, Anna Comnena et Glycas ab obliuionis iniuria vindicarunt.

Ab a. C. 1123. vſque ad a. 1193. res Vngrorum ſub regibus Ladislao, Stephano, Geitza, huius fratribus Ladislauo et Stephano, ac filiis Stephano et Bela geſtas, fuſe ſatis enarrant Cinnamus et Nicetas Choniates, fuſius tamen Cinnamus. de Bela quaedam etiam Georgius Acropolita attingit.

Ab a. C. 1193. vſque ad a. 1389. de affinitatibus inter Vngrorum reges, imperatores Conſtantinopolitanos et Bulgarorum reges iunctis, bellis Vngrorum cum Semiis pauciſſima quaedam Nicetas Choniates, Acropolita, Pachymeres, Nicephorus Gregoras et Cantacuzenus delibant.

Ea vero quae ſequuntur tempora Sigiſmundi, Ladiſlai [Poloni], Ladiſlai, Sigiſmundi nepotis, et [Mathiae] Ioannis Hunyadae imperiis diſtinguuntur. Et haec quidem ab a. C. 1389. inde vſque ad a. 1463. fuſe enarrata maximam partem Chalcocondylae, non pauca etiam Ducae debemus.

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Antiquiſſima Vngrorum memoria; bella cum Patzinacitis geſta; migrationes; initia principatus Arpadis; Cabarorum et Vngrorum coniunctio.*

§. 1. Antiquae Vngrorum ſedes, nomen, gentes, duces.

§. 2 Chazarorum Chaganus, Lebediam, unum e ducibus Vngr. ſibi affinitate iungit.

§ 3. Patzinacitae a Chazaris pulſi, Vngros pellunt, qui partim in Perſiam, partim verſus occidentem in loca Atelcuſu abeunt.

§. 4. Arpades a Chaz. Chagano princeps Turcorum renunciatur.

§. 5. Vngri a Patzinacitis profligati, in magna Morauia conſident; ad Turcos Perſiam incolentes negotiatores mittunt; terra, qua a Patzin. pulſi ſunt.

§. 6. Cabari a Chazaris profugi ſe Vngris adiungunt; tribus eorum.

CAPVT II. *Vngrorum bellum cum Macedonibus, e Bulgaria profugientibus; cum Bulgaris, in gratiam Romanorum; cum Patzinacitis, Bulgaris et Romanis, ducibus Arpade [Liuntine, Arpadis F.] et Cuſane geſta; Vngri Chriſtiani; terra Vngrorum, tribus, principes; ab a. C. 929–949.*

§. 7. Bulgari cum Macedonibus, in patriam redire parantibus, proelio conſerto, vincuntur; Vngros aduocant, quibus duobus proeliis victis, Macedones Iſtrum traiiciant.

§. 8.

§. 8. Leo Sap. Vngros contra Bulgaros aduocat; Vngri Bulgariam vaſtant, rex Symeon aegre fuga elabitur.
§. 9. Symeon Bulgarus cum Patzinacitis in terram Vngricam irruit, eamque vaſtat; Vngri ab expeditione bellica reduces, ea excedunt.
§. 10. Vngri filiis Sphendoploci, Morauiae princ., victis, terra eorum potiuntur.
§. 11. Petrus Seru. princeps a Romanis, vt vna cum Vngris Bulgaros inuadat, ſollicitatus.
§. 12. Vngri Thraciam ad CP. vſque vaſtant, pace compoſita diſcedunt.
§. 13. In exercitu Romano ſtipendia merent.
§. 14. Poſt Symeonis Bulg. obitum, bellum parant.
§. 15. Vngri iterum in terram Rom. irrumpunt, pacem in quinque annos faciunt.
§. 16. Duo Vngrorum principes fidem Chriſt. amplectuntur, donis et dignitate patricia ornantur; non pari fide agunt.
§. 17. 18. Vngri Patzinacitas magnopere reformidant. Exemplum huius rei et cauſae.
§. 19. Sedes Vngrorum tempore Conſtantini Porph.; populi finitimi.
§. 20. Vngrorum imperii ratio.
§. 21. Progenies Arpadis, Vngrorum principis.
§. 22 Conſtantinus Porph. Vngris coronas et veſtes imperiales et ignem Graecum mittere, et connubia cum illis iungere vetat.
§. 23. Inſcriptio litterarum ad principes Vngrorum.
§. 24. Vngri conuiuiis ſolemnibus CPli adhibiti.

CAPVT III. *Iteratae Vngrorum in terras imperii CPlitani irruptiones, nunc propriis, nunc alienis auſpiciis factae; ab a. C. 885–1109.*

§. 25. Vngri Thraciam CPlin vſque depraedantur; a Romanis clade affecti praedam omnem amittunt.
§. 26. Thraciam iterum incurſantes, clade affecti diſcedunt.

§. 27. *Nicephorus Aug. Petrum Bulgarum, vt Vngros Iſtri tranſitu prohibeat, fruſtra hortatur.*

§ 28. *Vngri Sphendoſthlabi Ruſſi contra Romanos ſocii.*

§. 29. *Morabum et Belegradi, caſtella Vngris vicina.*

§. 30. *Patzinacae capti aduerſus Vngros ſocii adhibendi.*

§. 31. *Vngri pacem violant, eam per legatos confirmant.*

§. 32. *Leo Meſembriae praefectus ſororis filiam Crali Vngariae deſpondet.*

§. 33. *Ioannes Caeſar Vngros [Turcos] forte obuios, partibus Comnenorum, defectionem facientium, adiungit.*

§. 34. *Alexius I. Comn. ſe Latinis, Baimundi ſociis, ſi partes eius relinquant, tutum iter per Vngriam daturum promittit.*

§ 35. *Vngri [Daci] Patzinacarum in terras Rom. irrumpentium ſocii.*

§. 36. *Occidentalium, Palaeſtinam petentium, exercitus per Vngriam CPlin venit.*

§. 37. *Legati Vngrorum Cralis, foederi Alexium I. Comn. inter et Baimundum percuſſo ſubſcribunt.*

CAPVT IV. *Vngrorum cum Romanis bella, ſub regibus illorum Stephano et Geiza, vſque ad huius obitum, geſta; ab a. C. 1123 – 1157.*

§. 38. *Poſt Ladislai regis obitum Stephanus regno potitur, Almus frater ad imperatorem Ioannem Comn., affinem ſuum, fugit.*

§. 39. *Stephanus Almum ſibi dedi poſtulat; quod renuente imperatore, Belegradum diruit, et Zeugmen in Sirmio condit; imperator ad Iſtrum mouet.*

§. 40. *Romani Iſtro ſuperato Vngros proelio vincunt, Chramam caſtrum expugnant.*

§. 41. *Vngri Branizouam vrbem capiunt, atque incendunt.*

§. 42. *Imperator Branizouam inſtaurat, conſilio Vngros adoriendi ob morbos et rerum neceſſariarum inopiam abiecto, exercitum reducit.*

§. 43.

§. 43. *Occidentis exercitus Palaeſtinam petentes, Vngrorum finibus proximi.*

§. 44. *Lechorum regio Vngris occidentalibus contermina.*

§. 45. *Alemani, Dalmatae et Vngri de impugnandis Romanis pacta inter ſe ineunt.*

§. 46. *Geiza Seruiis contra Romanos auxilia ſubmittit; Vngri proelio commiſſo, in fugam vertuntur.*

§. 47. *Vngri, inprimis Chaliſii, Seruiis adiuncti ad Taram fl. proelio a Romanis vincuntur.*

§. 48. *Imperator ob ſubmiſſa Seruiis auxilia Vngriam inuadit, eamque, Theodoro Batatze cum exercitu ad Zeugminum relicto, cum reliquis populatur.*

§. 49. *Captiuos innumeros abducunt Romani, Zeugminum deditione capiunt.*

§. 50. *Geiza e Galitza victor rediens aduerſus imperatorem proficiſcitur; hic cum exercitu ad Sauum fl. hoſtem opperitur.*

§. 51. *Beloſis Banus, dux exercitus Vngrorum, aduentare imperatorem certior factus, retrocedit.*

§. 52. *Imperator ad Branizouam caſtra ponit; Boriſem, Vngrum, ad montem Temiſem mittit, qui regionem populatus, rege aduentante, exercitum reducit.*

§. 53. *Imperatore Iſtrum rurſus traiicere parante, Geiza de pace legatos mittit; qua compoſita, imperator Byzantium redit.*

§. 54. *Geiza bellum reparante, imperator bellum occupans ad Iſtrum mouet; Vngro petenti pacem dat.*

§. 55. *Geiza bellum molitur, accedente cum exercitu imperatore, pacem petit.*

§. 56. *Andronicus Comn. imperium affectans, cum Vngro et aliis foedus iungit; in carcerem ab imperatore coniicitur.*

§. 57. *Geiza cum numeroſo exercitu, Tzechorum, Saxonum &c. auxiliis Branizouam contendit; Vngri terrore panico perculſi, Belegradum abeunt; Baſilius dux Vngros temere adortus, cladem accipit.*

§. 58. *Imperator, conſiliis ducum ſuorum tandem cedens, exercitum reducit.*

§. 59. Primo vere ad Iſtrum mouet imperator; Vngro pacem petente, captiuos et praedam reſtituente, domum redit.

CAPVT V. *Res Vngrorum ſub regibus Ladislao et Stephano, Geizae fratribus, eiusdemque filio Stephano geſtae; ab a. C. 1161—1173.*

§. 60. Poſt Geizae obitum Emanuel Comn. imperator Vngriam ſibi comparare cogitat; filius Geizae a patre rex renunciatus, ab Vngris regno ſpoliatur, quod patruo eius Ladiſlao tradunt.

§. 61. Beluſes ſe Seruiae principatu abdicans, in Vngria moritur.

§. 62. Stephanus fratri Ladiſlao in regno ſuccedit; quem ſuis moleſtum, defenſurus imperator, exercitum adducit, quo tamen Stephanus non vtitur.

§. 63. Stephanus, Vngris contra eum inſurgentibus, Sardicam fugit; imperator exercitum ei in auxilium adducit.

§. 64. Imperator Vngrorum legatos re infecta dimittit.

§. 65. Vngri Stephanum, Geizae filium, in regnum reſtituunt; iuniorem Geizae filium, Belam, Byzantium arceſſitum, ſibi generum adſciſcit imperator.

§. 66. Calamanus, Vngrus, Ciliciae praefectus, a Nuradino Damaſci principe capitur.

§. 67. Stephanus rex Belae poſſeſſiones inuadit, contra patruum res nouas molientem exercitum ducit; imperator cum exercitu Sauum transgreſſus ad Titelium caſtra ponit, regem cum vniuerſo exercitu petit.

§. 68. Imperator Petrikum veniens, ſe vt Belae ſua reſtituat et Stephanum ſen. periculo eximat, cum exercitu accedere, Vngro ſignificat.

§. 69. Rex Stephanus cum Tzechorum, Alamanorum, Tauroſcytharum auxiliis Romanis occurrit; multi ad imperatorem deficiunt, qui ad Pagatzi caſtra ponit.

§. 70.

§. 70. Imperator Tzechorum regi per legatos violati foederis iniuriam exprobrat; hoc intercedente, Stephanum inter et imperatorem pax reconciliatur.

§. 71. Imperator Stephanum Sen., vt ab Vngria abſtineat, fruſtra hortatus, exercitum ibi relinquens, diſcedit.

§. 72. Stephanum Sen. adhuc in Vngria morantem ſui deſerunt, in agrum Sirm. fugit; imperator eo exercitum mittit, qui Stephano Sen. auxilio, et regioni praeſidio eſſet.

§. 73. Rex Stephanus Sirmium capit, Zeugmino imminet; imperator iniuriam ei exprobrans, bellum parat.

§. 74. Emanuel Comn. ſibi Ruſſ. principes, imperatorem Germ. Fridericum et alios belli ſocios adiungit.

§. 75. Imperator copias nauibus Zeugminum mittit; Vngri id prohibere conati, pelluntur.

§. 76. Vngri Stephanum Sen. per famulum quendam eius veneno tollunt, Zeugmino et toto Sirmio potiuntur.

CAPVT VI. *Res Vngrorum bella inprimis aduerſus Romanos parum feliciter vſque ad Stephani regis obitum geſta; ab a. C. 1161–1173.*

§ 77. Emanuel Comn. cum exercitu Iſtrum tranſit, Zeugminum oppugnat.

§. 78. Stephano ſuis auxilio veniente, imperator duces de modo belli gerendi ſententias rogat.

§. 79. Zeugminum tandem expugnatur.

§. 80. 81. Stephanus de pace legatos mittit, quam imperator admittens, Byzantium redit; triumphat.

§. 82. Vngri bellum molientes, accedente imperatore, pacem ſeruant.

§. 83. Stephanus Dionyſium ducem contra Sirmium cum exercitu mittit; Romani eo ſubmiſſi, orta inter duces diſcordia vincuntur.

§. 84. Vngri in fuga paucos occidunt.

§. 85. Romani a diuerſis partibus in Vngriam miſſi, eam populantur.

§. 86.

§. 86. Henricus, Auſtriae dux, Vngros inter et Romanos pacem reconciliat.

§. 87. Stephanus, Ieroſlaui, Ruſſ. principis, filia remiſſa, filiam Henrici uxorem du.it; copias in Dalmatiam mittit, quae capto Nicephoro Chaluphe redeunt.

§. 88. Imperator bellum in Vngros parat, legatos re infecta dimittit, Nicephorum Chaluphem repetit; Sardicam progreditur.

§. 89. Vngri Sirmium veniunt, Andronicus contra eos mittitur.

§. 90. Andronicus exercitum caſtris educit; acies Romana.

§. 91. Proelio commiſſo, diu incerta victoria, Vngri inſigni clade affecti; fugiunt.

§. 92. Imperator CPlin redux, triumphat.

CAPVT VII. *Vngrorum ab initiis Belae vſque ad initia regni Sigiſmundi memoria; ab a. C. 1173 – 1389.*

§. 93. Bela poſt fratris Stephani obitum ab Vngris rex renunciatur, affinis Emanuelis Comn.

§. 94. Vngri Emanueli contra Clitziaſthlanem Sultanum auxilia ſubmittunt.

§. 95. Imp. Emanuelis vidua Belam ad Branizouam et Belgradum vaſtandum inſtigaſſe accuſatur.

§. 96. Bela Niſo et Branizouae finitima vaſtat.

§. 97. Iſaacius Ang. imperator, Belae filiam uxorem ducit.

§. 98. Iſaacius ad Sauum fl. ſocerum ſuum conuenit.

§. 99. Bela genero contra Blachos et Scythas auxilia pollicetur.

§. 100. Vngrorum principes enſes in cognatos ſuos ſtringunt.

§. 101. Latini Serras Ioanni Bulgaro dedunt, ea conditione, vt domum reuerſuris ad Vngriae fines duces attribuantur.

§. 102. Maria, Theodori Laſc. I. filia, Vngriae regis filio nubit.

§. 103. Ioannis Aſani, Bulg. regis, uxor Maria Vngara cum marito et filia Callipolin venit.

§. 104. Dum Ioannes Tzurulum obſidet, moritur Maria.

§. 105.

§. 105. *Auxilia a Balduino II. ex occidente accita, per Vngriam tranſeunt.*

§. 106. *Callimanus Ioannis Aſani ex Vngra filius.*

§. 107. *Roſus Vrus, Vngriae regis gener, de pace a Bulgaro ad Theodorum Laſc. II. miſſus.*

§. 108. *Michael Pal. filio Andronico Vngriae regis filiam deſpondet; Vngriae regis genus; nuptiae et coronatio ſponſorum.*

§. 109. *Regis Apuliae filia per auunculum, Caroli filium, materteram habuit filiam Vngriae regis.*

§. 110. *Inas Vngius, vnus e ducibus a Tertere Philippopoli relictis.*

§. 111. *Vngriae rex Stephano Seruiae Crali bellum infert, Andronico Iun. Seruio auxilia ſubmittente, diſcedit.*

§. 112. *Seruiae Crales Cantacuzenum ad ſe accerſit, Vngros res nouas moliri fingens.*

§. 113. *Seruiae Crales cum Vngris bellum gerit.*

§. 114. *Eleazarus Seru. Crales Vngros ad bellum contra Amuratem ſollicitat.*

CAPVT VIII. *Res Vngrorum ſub rege Sigiſmundo; generaliora quaedam de Vngrorum gente; bella aduerſus Turcos eorumque Sultanos, Baiazethem, Muhammedem et Amurathem II. geſta; ab a. C. 1391–1435.*

§. 115. *Vngri, allectis in ſocietatem Gallis, Germanis et Valachis, duce Sigiſmundo bellum contra Turcos parant; Sigiſmundus German. imperator et Vngriae rex.*

§. 116. *Vngriae ſitus, principes; Vngrorum mores, victus, cultus, fortitudo, lingua, genus, regia.*

§. 117. *Sigiſmundus, vndique auxilia cogit; per Iſtrum contra Baiazethem copias ducit.*

§. 118. *Baiazethes hoſti ad Sophiam occurrit; proelio commiſſo, Vngri eorumque ſocii inſigni clade afficiuntur, Sigiſmundus Byzantium fugit.*

§. 119. *Baiazethes Budam petens, morbo podagrae oppreſſus diſcedit.*

§. 120. *Turci Vngriam et Vngroblachiam [Pannodaciam] incurſant.*

§. 121. *Muchammedes, filio Amaſiae praefecto, ipſe aduerſus Romanos, Vngros, Valachos, Seruios et Bulgaros in armis eſt.*

§. 122. *Genitzeri e filiis Vngrorum, Bulgarorum &c. collecti.*

§. 123. *Dragules Vlachiae Veiuoda, ſe Amurathi, aduerſus Vngros moventi, tranſitum conceſſurum, promittit.*

CAPVT IX. *Vngrorum aduerſus Turcos eorumque Sultanum Amurathem bella, tempore regis Ladiſlai [Poloni], duce Iango Choniate [Io. Huniade] geſta, vſque ad pacem, Seruiae Crale interceſſore, iunctam; ab a. C. 1436–1443.*

§. 124. *Amurathes, Dragulio viae duce, Vngriam inuadit; ad Zipinum multis ſuorum amiſſis, per Iſtrum redit.*

§. 125. *Stephanus, Seru. princeps, ad Vngros, auxilia contra Turcos rogatum, abit.*

§. 126. *Amurathes iterum contra Vngros mouens, Belogradum fruſtra oppugnat.*

§. 127. *Mezetem cum exercitu in Ardelium [Tranſyluaniam], vt eam ſubigat, mittit; ſitus Ardelii, metropolis; incolarum lingua, mores. victus, imperii ratio.*

§. 128. *Mezetes Sibinium oppugnans occiditur, exercitus in reditu a regionis incolis laceſſitur.*

§. 129. *Amurathes Sabatinem in Ardelium mittit, qui, a praefecto Iango Choniate [Io. Hun.] in caſtris oppreſſus, fugit, reliquus exercitus a praedando reuerſus, a Ioanne Hun. interceptus maximam partem interit.*

§. 130. *Io. Huniadae genus, res apud Seruios, et Vngros inprimis in bello aduerſus Germanos, fortiter geſtae.*

§. 131.

§. 131. *Bella Vngrorum cum Germanis et Boemis; bellum gerendi ratio.*

§. 132. *Danus ab Io. Huniade in Valachiae principatu collocatus.*

§. 133. *Caramanus, ſpe ab Vngris auxilia impetrandi illectus, ab Amurathe deficit.*

§. 134. *Georgius Seru. princeps Vngros ad bellum contra Turcos ſollicitat.*

§. 135. *Ladiſlaus ab imp. Io. Eman. Pal. et Georgio, Seru. principe, ſollicitatus, contra Turcos ſuſcipit bellum, adhibitis in ſocietatem Valachis.*

§. 136. *Vngri cum ſociis Sophiam urbem incendunt, et omnia foede diripiunt; Amurathes exercitum mittit, eos aditu in Thraciam prohibiturum.*

§. 137. *Ducum Amurathis de bello gerendo ſententiae.*

§. 138. *Turci cunctando tempus terunt; Vngri fame coacti diſcedunt.*

§. 139. *Amurathes partem exercitus iis inſtare iubet; Chaſimes a Io. Huniade ex inſidiis oppreſſus, multos ſuorum perdit.*

§. 140. *Chaſimes Turachanem proditionis apud Amurathem accuſat; Turachanes vinctus in Aſiam mittitur.*

§. 141. *Georgius, Seru. princeps, pacem reconciliat; conditiones pacis.*

CAPVT X. *Vngrorum in terras Turcorum, foederibus perfide violatis, irruptio; proelium Varnenſe, regis Ladislai caedes, Vngrorum fuga; Ioannis Huniadae inter Valachos captiuitas: res ab eodem contra Valachos et Boemos geſtae; a. C. 1444.*

§. 142. *Io. Emanuel Pal. occidentales ad bellum contra Turcos ſollicitat.*

§. 143. *Fama de apparatu belli Vngrorum, Turcis terrorem iniicit.*

§. 144. *Legatus pontificis Iulianus Cardinalis Vngros ad bellum ſollicitat; pontificis mandato iuſiurandum ſoluit.*

§ 145. *Vngri, pace cum Boemis facta, eos ac Valachos ſibi belli adiungunt ſocios; Georgius Seru. princeps fruſtra ſollicitatus, bellum diſſuadet.*

§. 146. *Ladislaus Iſtrum tranſit, Varnam et Calliacram capit.*

§. 147. *Amurathes, triremibus pontificis, quae Helleſpontum cuſtodiebant, vento diſperſis, in Europam venit.*

§. 148. *Amurathes per quatriduum Vngrorum ſecutus exercitum, res eorum explorat.*

§. 149. *Vngri proelium committere decernunt; Amurathes e regione Vngrorum aciem inſtruit.*

§. 150. *Proelium Varnenſe, Ladiſlai, Turcos temere adorti; caedes, Vngrorum fuga.*

§. 151. *Io. Huniades cum Valachis Danubium tranſit, a Dragulio captus, Vngris eum repetentibus dimittitur. Io. Huniades Dragulium principatu et vita ſpoliat.*

§. 152. *Io. Huniades gubernator et dux ab Vngris renunciatus, cum Boemis bellum gerit.*

CAPVT XI. *Bellum ab Vngris Ioanne Huniade duce Turcis illatum; proelium in Coſſouienſi campo commiſſum; Ioannes Huniades a Seruiis captus; induciae trium annornm cum Turcis factae; ab a. C. 1448 -- 1451.*

§. 153. *Amurathes a Seruiorum principe de motu Vngrorum certior factus, exercitum educit, Vngri Iſtrum traiiciunt.*

§. 154. *Seruiorum princeps ab Vngris fruſtra ſollicitatur ad belli ſocietatem, Vngri in Coſſouo campo caſtra muniunt.*

§. 155. *Turcorum et Vngrorum acies.*

§. 156. *Singulare certamen.*

§. 157. *Proelium committitur, veſpera appetente vtrique in ſua caſtra redeunt.*

§. 158.

§. 158. Vngri noctem deliberando conſumunt; oratio Turci in caſtris Vngrorum militantis.

§. 159. Vngri noctu in Turcorum caſtra irruunt, diſcedunt; proelio poſtero die commiſſo, Valachi ad Turcos tranſeunt, trucidantur; Ioannes Hun. cum parte exercitus ad Iſtrum contendit.

§. 160. Vngri in caſtris relicti a Turcis occidione caeduntur.

§. 161. Amurathes fugientes perſequi renuit; caeſorum numerus.

§. 162. Io. Huniades ſolus fugiens a Seruiis captus, dimittitur.

§. 163. Muhammedes patri Amurathi ſuccedens, nouercam ad patrem Georgium remittit, metu Vngrorum.

§. 164. Io Huniades cum Mahammede in tres annos inducias paciſcitur.

CAPVT XII. *Turcorum aduerſus Belgradum expeditio irrita; obitus Ioannis Huniadae; ab a. C. 1452—1456.*

§. 165. Vngrus quidam, tormentorum aeneorum fuſor, a CPolitanis male habitus ad Muhammedem tranſit, eique mirae magnitudinis tormentum fundit.

§. 166. Legatus a Io. Huniade ad Muhammedem, CPlin oppugnantem miſſus, ei, qua ratione murum proſternere poſſit, oſtendit.

§. 167. Georgius, Seru. princeps, in Vngriam fugit; Vngri Turcorum terram populati, praeda onuſti redeunt.

§. 168.—173. Muhammedes Belgradum oppugnat, Ioannes Huniades cum exercitu accedens, eum obſidionem ſoluere cogit.

§. 174. Ioannes Huniades moritur; diuerſae de eius morte ſententiae.

CAPVT XIII. *Ladiſlai, Sigiſmundi ex filia nepotis, in Vngriam reditus, mors; ortae inter Ioannis Huniadae filios et quosdam Vngrorum proceres controuer-*

trouerſiae; res ſub rege [Mathia], Ioannis Huniadae filio, geſtae; ab a. C. 1456—1463.

§. 175. *Vngri Ladiſlaum aegre ab ipſius tutore imperatore Alberto [Friderico III.] recipiunt; qui non diu poſt res ad Belgradum geſtas veneno tollitur.*

§. 176. *Filiis Io. Huniadae cum Vngr. proceribus controuerſiae intercedunt: Orlichum quendam occidunt.*

§. 177. *Filius Ioannis [Mathias] in vincula coniicitur; rex renunciatur, bello cum Alberto [Friderico] victor, Boemiam ſubigit.*

§. 178. *Vngri imperatori, bellum contra Turcos molienti, tranſitum negant, eius legatos ex inſidiis necant; vnde nouum oritur bellum.*

§. 179. *Reges occidentis Vngros et Germanos conciliare fruſtra conantur.*

§. 180. *Machmutes a Muhammede ad Iſtrum miſſus, Vngros nihil innouare deprehendit.*

§. 181. *Vngri Iſtro tranſmiſſo, cum Machmute proelium conſerunt; abeunt.*

§. 182. *Eleazari Seru. principis vidua, Machmetis fratrem Michaelem, ab incolis Spenderouam aduocatum, dolo circumuentum capit, et ad Vngros mittit.*

§. 183. *Fama de bello ab Vngris moto falſa.*

§. 184. *Bladus, Valachorum princeps, Vngrorum multos occidit.*

§. 185. *Bladus cum Vngris ſocietatem coiiſſe, Muhammedi nunciatur.*

§. 186. *Bladus Vngros contra Turcos auxilia rogat.*

§. 187. *Valachis ad fratrem tranſeuntibus, in Vngriam fugit: vbi ob iniurias Vngris antea illatas occiditur.*

§. 188. *Illyricum [Boſnia] Vngriae finitimum.*

§. 189. *Iſaacus et Paulus Vngrorum contra Turcos ſocii.*

§. 190—192. *Veneti et Vngri de bello Turcis inferendo ſocietatem ineunt.*

VNGRI-

VNGRICORVM

CAPVT I.

Antiquiſſima Vngrorum memoria; Bella cum Patzinacitis geſta; migrationes; initia principatus Arpadis; Cabarorum et Vngrorum coniunctio.

§. 1.

a. C. *** a)

1. TVRCORVM b) gens olim prope Chazariam habitabat, in loco cui cognomen *Lebedias* c) a primo ipſorum Boë-

1. CONSTANTINVS de Adm. imp. cap. 38. p. 107, 108. caput hoc inſcribitur: *περι της γενεαλογιας του ἐθνους των Τȣρκων, και ὁθεν καταγονται.*

a) Annum, ad quem haec referenda ſint, nusquam inuenio. Ceterum ea ante Theophili Auguſti aetatem collocanda eſſe, e loco infra §. 7. allato, colligi poſſe, arbitror. Tunc enim non adeo procul ab Iſtro ſedes habuiſſe videntur: cum ad hunc fluuium Bulgaris aduerſus Macedones, qui e Bulgaria tranſiſtriana vel ſeptemtrionali, quo a Crumo rege olim abducti erant, fugere meditabantur, auxilio venerint. Chazari, quorum infra §. 2. mentio fit eodem Theophilo imperante, Tanai fluuio a Patzinacis ſeparabantur, quo, ab his pulſi, antiqua patria relicta, commigrarant: vt itaque eo tempore, de quo hic ſermo eſt, Chazari aeque atque Vngri magis verſus orientem incoluiſſe videantur. Id quod ex iis etiam, quae §. 3. leguntur, apparet.

b) Hoc nomine Vngri apud Conſtantinum Porphyrogennetam et alios ſaepiſſime veniunt. Quae itaque de his ſub Turcorum nomine a Scriptoribus Byzantinis narrantur, ea in *Turcicis* omiſi. Interim tamen cum Conſtantinus Turcos orientales et Vngros a communi quadam ſtirpe ortos eſſe, contendat: quae ſupra in *Turcicis* de Turcis veteribus relata leguntur, cum his conferri ac comparari poterunt.

c) *Λεβεδια.*

a. C. [illegible]

Boëbodo d); qui nomine quidem Lebedias appellabatur, dignitate vero, quemadmodum reliqui eius ſucceſſores, Boëbodus vocabatur. In hoc igitur loco, nimirum in praedicta Lebedia, fuit amnis *Chidmas*, qui etiam *Chingylus* cognominatur e).

Et quidem tunc temporis non Turci, ſed *Sabartoeaſphali* f) quadam de cauſa dicebantur: erantque gentes eorum ſeptem g), et principem vel indigenam, vel alienigenam habuerunt nunquam; ſed erant inter ipſos Boëbodi quidam, quorum primus *is*, cuius ſupra mentionem fecimus, Lebedias.

§. 2.

Habitarunt autem cum Chazaris annos tres, omnibus eorum in bellis adiutores: Chaganusque Chazariae princeps primo Turcorum Boëbodo Lebediae, fortitudinis eorum ac commilitii cauſa, vxorem dedit Chazaram nobilem, motus fortitudinis eius fama, et generis ſplendore, vt ex eo prolem tolleret: et tamen caſu factum eſt, vt ex Chazara illa liberos non ſuſciperet Lebedias.

§. 3.

a. C. 89[illegible]

Patzinaeitae vero, qui Cangar olim cognominabantur (nam hoc nomen Cangar apud ipſos nobilitatem ac fortitudinem ſignificat) armis contra Chazaros ſumtis victi: terram ſuam deſerere, et Turcorum regionem incolere coacti fuere h). Bello autem inter

d) ἀπο της του πρωτου Βοεβοδου ὀνοματος ἐπωνυμιας. Hoc vocabulo Slaui proprie ducem exercitus deſignant; eoque licet peregrino etiam Vngri aetate Conſtantini, cum Slauis permixti eſſent, vti potuerunt.

e) ποταμος — Χιδμας, ὁ και Χιγγυλας ἐπονομαζομενος.

f) Σαβαρτοιασφαλοι. Hoc nomen a Conſtantino per errorem ex *Sabiris* et *Ephthalitis* conflatum eſſe autumat PRAY in *Annalibus vet. Hunnorum, Auarum et Hungarorum* p. 306.

g) Princeps Turcorum orientalium in litteris ad imp. Mauricium datis ſe *Chaganum magnum deſpotam ſeptem gentium et dominum ſeptem mundi climatum* vocat. vid. *Turcica* §. 31.

h) Haec Conſtantinus de Adm. imp. c. 37. p. 105. vbi ipſi de Patzinacitis ſermo eſt, ita narrat: *Ante annos vero quinquaginta — Vzi —*

a. C. 89$\frac{4}{9}$.

ter Turcos et Patzinacitas, tunc temporis Cangar cognominatos, exorto, Turcorum exercitus deuictus fuit, atque in partes duas diuiſus; et earum vna quidem orientem verſus partem Perſiae incoluit [i]; et hi etiam in hodiernum diem de veteri Turcorum cognomine Sabartoeaſphali nuncupantur: altera vero pars occidentem verſus ſedes poſuit cum Boëbodo ſuo ac duce Lebedia in locis *Atelcuſu* [k]) nuncupatis, quae nunc Patzinacitarum gens incolit.

§. 4.

Paulo vero poſt Chaganus ille, Chazariae princeps, per legatos petiit a Turcis, vt ad ſe *Chelandiam* mittant primum eorum Boëbodum [l]). Itaque ad Chaganum Chazariae profectus Lebedias, interrogauit, quae ipſius vocandi cauſa eſſet? cui Chaganus: ideo ſe eum vocaſſe, vt, quandoquidem nobilis, prudens, ſtrenuus, primusque Turcorum eſſet, gentis ſuae principem faceret, eo pacto, vt ſibi ſubeſſet [m]). At ille reſpondit: „ Affectum tuum erga me

cum Chazaris conſpirantes, et coniunctis armis Patzinacitas aggreſſi, ſuperiores facti, ſedibus eos ſuis expulerunt, illasque tenuere in hodiernum vſque diem Vzi. At Patzinacitae, qui fuga euaſerant, circumeuntes quaerebant, vbinam ſedes ſuas collocarent: venientésque in terram, quam nunc incolunt, inuentis illic Turcis incolis, debellatos eiecerunt, ſedesque ipſi ſuas ibi poſuerunt, tenentque iam hodie annum quinquageſimum quintum, vt dictum eſt. cf. Patzinacica §. 3. Scripſit Conſtantinus librum de Adm. Imp. a. M. 6457. (a. C. 949.) Indict. 7. vid. Conſt. l. c. p. 98. vt itaque, quae hic de Patzinacitarum migratione narrantur, in annum Chr. 899. ſi anni 50. in annum vero 894. ſi 55. (quorum tamen numerorum alteruter falſus eſt) retronumerentur, incidant. cf. tamen ſupra §. 1. not. a.

i) Cf. infra §. 5.

k) εἰς τόπους τοὺς ἐπονομαζομένους Ἀτελκούζου. De ſedibus Patzinacitarum tempore Conſtantini Porph. vide *Patzinacica §. 8. 11. 12. 14. 17. ſeqq.*

l) πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλαν Χελάνδια τὸν πρῶτον αὐτῶν Βοέβοδον. Meurſius, quem Bandurius in Animaduerſionibus ad h. l. p. 124. reprehendit, verterat: *Paulo vero poſt — Chaganus per legatos mitti ſibi a primo Turcorum Boëbodo chelandia petiit.* Sed Χελάνδια vrbem hic eſſe circa Boſporum, non nauigii genus, Bandurius monet.

m) ὅτι διὰ τοῦτό σε προσεκαλεσάμεθα, ἵνα — ἄρχοντά σε τοῦ ἔθνους [Turcicae ſeu Vngricae itaque,

a. C. 89⅝.

me et voluntatem exoſculor, gratiasque dignas dico; quando vero tali principatui non ſufficio, parere non poſſum: ſed eſt alter a me Boëbodus, *Salmutzes* [n]) nomine, qui et filium habet *Arpadem* [o]) nuncupatum: horum ſiue ipſe Salmutzes, ſiue filius eius Arpades princeps fiat, tibique ſubiiciatur.

Placuit itaque haec oratio Chagano, viroſque cum ipſo ad Turcos miſit, qui vbi cum iis ſermonem communicaſſent, viſum potius illis fuit, Arpadem principem conſtituere, quam patrem Salmutzen, vtpote digniorem, et prudentia, conſilio ac fortitudine inſignem, talique principatui parem: quem etiam ſolemni Chazarorum more ac conſuetudine [p]) in ſcuto erectum principem fecerunt. Et ante hunc Arpadem Turci principem alium nullum vnquam habuerunt, ex cuius etiam poſteris ad hunc vſque diem princeps Turciae conſtituitur.

§. 5.

Poſt aliquot vero annos Turcos inuadentes Patzinacitae, eos cum principe Arpade perſecuti ſunt. Turci itaque profligati fugientes, et terram ad ſedes collocandas quaerentes, *magnam Morauiam* [q]) ingreſſi, incolas eius expulerunt, ibique ſedes ſuas poſuerunt, tenentque etiam in hodiernum vſque diem [r]): et ex eo tempore bellum cum Patzinacitis Turci non habuerunt.

Ad

non Chazaricae gentis principem conſtituere Lebediam Chaganus voluit. Poſterius interpres putaſſe videtur; prius vero verba Graeca, et quae infra de Arpade Turcorum principe conſtituto narrantur, requirunt] *προβαλωμεθα, και ἱνα ὑπακεης τῳ λογῳ και τῃ προςευξῃ ἡμων.*

n) *λεγομενος Σαλμουτζης.* Adnotat ad h. l. Bandurius l. c. „In Editis paulo infra hic *Αλμουτζης* vocatur, vnde Meurſius vtrobique *Αλμουτζης* ſcribendum ait: at in MS. codice vtrobique *Σαλμουτζης* legitur, recte, credo, Meurſius Σ vocis *λεγομενος* ad ſequentem vocem tractum eſſe, ſcribae errore, videtur.

o) *Αρπαδην.*

p) *κατα το των Χαζαρων ἐθος* [Editi alii hic perperam *ἐθνος* habent] *και ζακανον.* haec vox Slauica eſt, Slauis enim *Zakon*, littera *z* more Gallorum pronunciata, *legem* vel *conſuetudinem* ſignificat.

q) *την μεγαλην Μοραβιαν.* Cf. *Tom. II. Morauica* §. 2. vbi de Morauia a Turcis occupata ſimilia ex alio Conſtantini loco adferuntur.

r) Tempore, puta, Conſtantini Porph. et quidem circa a. C. 949. vid. ſupra §. 3. not. h.

a. C. 893.

Ad Turcos vero orientem verſus in Perſidis partibus habitantes, quorum ſupra s) mentionem fecimus, negotiatores ſuos mittunt etiamnum ii, qui occidentem incolunt praedicti Turci, inuiſantque illos, et reſponſa ſaepe ab ipſis per hos accipiunt.

Caeterum Patzinacitarum locus, quem tunc inhabitabant Turci, a fluuiis, qui illic ſunt, cognominatur. flumina autem iſthaec ſunt: primus fluuius *Baruch* appellatur, ſecundus *Cubu*, tertius *Trullus*, quartus *Brutus*, quintus denique *Seretus* t) nuncupatur.

§. 6.

CABARI v) a Chazarorum gente deſcendunt. Facta autem in- 2.
ter eos ſeceſſione, belloque orto ciuili, prior pars x) vicit: quique victi, pars occiſi ſunt, pars fugientes ad Turcos in Patzinacitarum terram ſe contulerant, ibique ſedes poſuerunt y), contractaque mutua amicitia Cabari appellati ſunt z); vnde et Chazarorum linguam ipſos Turcos docuerunt, habentque etiam hodie eandem dialectum; aliaque item Turcorum lingua vtuntur. Quia vero fortitudine bellica et ſtrenuitate octo aliis gentibus praeſtabant,

 iisque

s) Eo loco, quem §. 3. attuli.

t) Βαρὺχ, Κεβε, Τρεῦλος, Βρετος, Σερετος. *Pruth* et *Sereth*, duo Moldauiae fluuii, his nominibus noſtris adhuc temporibus vocantur.

2. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 39, 40. p. 108, 109. inſcribitur horum capitum prius περι τε ἔθνες των Καβαρων, poſterius vero περι των γενεων των Καβαρων κὴ Τερκων.

v) Καβαροι. An hi iidem ſunt, quorum meminit Cedrenus T. II. p. 501. *Thomas* contra Michaelem Balbum rebellans *manum militum validam coëgit tum ipſe, tum ab Agarenis accepit, non ex noſtris modo vicinis collectam, ſed etiam ex remotioribus — Iberis, Zichis, Cabiris* (Καβηρων), et in bello Togrulbegi aduerſus Saracenorum Perſidis principem Muchumetem p. 768. et 771. quae duo loca in *Turcicis* §. 52. *et* 57. attuli. Meurſius, vt Bandurius ad Conſtantinum adnotat, contra Codicum omnium fidem pro Καβαροι legendum putat Αβαροι.

x) ἡ πρωτη ἀρχη ἀυτων.

y) κὴ ἦλθον κὴ κατεσκηνωσαν μετα των Τερκων ἐς την των Πατζινακιτων γην.

z) κὴ Καβάροι τινες ὠνομασθησαν.

a. C. 895.

iisque in proeliis antecellebant [a], primum in tribubus locum obtinuerunt [b]; vnusque in illis tribus Cabarorum populis princeps eſt ad hodiernum vsque diem [c].

Prima a Chazaris auulſa haec Cabarorum gens eſt, quam dixi; ſecunda *Nece*; tertia *Megere*; quarta *Curtugermati*; quinta *Tariani*; ſexta *Genach*; ſeptima *Care*; octaua *Caſe* [d]. Atque ſic connexi inter ſe Cabari cum Turcis Patzinacitarum terram incoluerunt.

CAPVT

a) Δια δε το ὡς τας πολεμες ἰσχυροτερες και ἀνδρειοτερες δεικνυσθαι των ὀκτω γενεων. non *octo aliis*, ſed *ſeptem aliis*, vel potius *fort. bell. et ſtren. inter octo gentes praeſtabant*.

b) και προεξαρχειν τε πολεμε προκριθησαν πρωται γενεαι.

c) ὡς δε ἐςιν ἀρχων ἐν αὐτοις, ἤγεν ἐν ταις τρισι γενεαις των Καβαρων, ὅςις και μεχρι το σημερον ἐςι. Quid hic de tribus Cabarorum gentibus intelligi velit Conſtantinus, me neſcire, fateor.

d) δευτερα τε Νεκη, τριτη τε Μεγερη, τεταρτη τε Κερτυγερματε, πεμπτη τε Ταριανε, ἑκτη Γενακη, ἑβδομη Καρη, ὀγδοη Κασῃ.

CAPVT II.

Vngrorum bellum cum Macedonibus, e Bulgaria profugientibus; cum Bulgaris, in gratiam Romanorum; cum Patzinacitis, Bulgaris et Romanis; ducibus Arpade, Liuntine [Arpadis F.] *et Cuſane geſta; Vngri Chriſtiani; Vngrorum terra, tribus, principes, ab a. C. 829–949.*

§ 1.

Imp. THEOPHILO a. C. 829 – 842. a)

Imp. THEOPHILO.

MACEDONES a Crumo, Bulgarorum rege, olim e patria abducti et in Bulgariam trans Iſtrum deportati, cum, Baldimere Bulgarorum rege ad Theſſalonicam morante, Iſtrum traiicere pararent: Bulgarus, re audita, in aduerſam ripam transgreſſus, armis eos tranſitu prohibere conatus eſt b). Macedones, re deſperata, Tzantzem et Cordylem ſibi duces praeficiunt, conſerto praelio, quosdam occiderunt, quosdam etiam captiuos abduxerunt. Bulgari, qui traiicere non potuerunt c), res a Macedonibus geſtas anunti-

3. LEO GRAMMATICVS p. 450. Georgius Monachus [Scriptt. Poſt Theophanem] p. 531. qui iisdem fere verbis narrat omnia.

a) Sunt anni imperii Theophili.

b) Excerpta ſunt, locum integrum vide Tom. II. P. II. in Bulgaricis §. 73.

c) μη δυνηθεντες περασαι Βυλγαροι. Georg. Monachus: οἱ δε μη δυνηθεντες περασαι Βυλγαρικων. in Bulgariam cis [ſecundum Byzantinos] Iſtrum, credo, cladem enim trans Iſtrum acceperant.

Imp. THEOPHILO

a. C. 829 — 842.

nuntiaturi, ad Hungaros d) deflexerunt. Interim nauigia ab imperatore miſſa captiuosque e) ſuſceptura vt in vrbem deueherent, appulerunt, et vna pariter *Hunni* numero infiniti aduentare viſi ſunt. Macedones, iis conſpectis, cum lacrimis vociferabantur, dicentes: Deus ſancti Adriani ſuccurre nobis: et ad belli pugnam vna ſe praepararunt. Turci vero dicebant: Supellectilem omnem veſtram tradite, et, quo deſideratis, abite. Non conſenſerunt illi; verum diebus continuis tribus ad proelium parati conſiſtebant, quarto vero nauigia conſcenderunt. Eo cognito Turci ab hora diei quinta ad veſperam vſque proelium inierunt, eorumque gens fugantibus Macedonibus terga dedit.

Inſequenti die diſceſſum illis aggredientibus, Hunni rurſum ad proelium diſpoſiti apparuerunt. Macedonum vero quidam nomine Leo ex Gemoſtorum genere, qui deinde Hetaeriarches fuit, ſumtis animis ſe oppoſuit: adiunctique alii Macedonum praecipui aduerſarios in fugam verterunt, et impetum in eos fecerunt ac tandem reuerſi, naues imperatorem adituri repetierunt incolumes, et, humane ab eo recepti, in Macedoniam, patriam ſibi propriam, regreſſi ſunt.

§. 8.

Imp. LEONE a. 3. imperii f)

Imp. LEONE *Sapiente.*

a. C. 888.

4\. α) 'LEO Auguſtus cum aduerſus Symeonem, Bulgarorum regem, bellum gereret': ex Chazaris qui auxiliares Leoni aduenerant, com-

α) CONSTANTINVS: *Poſtea vero* [continuantur, quae ſupra §. 6. attuli] *a Leone illo Chriſti amante ac praeclaro imperatore arceſſiti traiecerunt, bellumque Symeoni inferentes, victo eo fu-*

d) τοῖς Οὔγγροις, iidem infra Οὖννοι et Τοῦρκοι vocantur. quibus nominibus ſaepe apud ſcriptores Byzantinos alios veniunt Vngri.

e) ἀυτοὺς, *Macedones*, puta. Ea ipſa enim de cauſa Cordyles e Bulgaria ante Conſtantinopolin venerat, vt imperatorem naues rogaret, quibus Macedones vſi in ſolum Romanum redirent.

f) Annum habent Cedrenus et Sym. Logotheta.

4\. LEO GRAMMATICVS p. 477, 478. Conſtantin. de Adm. Imp. c.

comprehenſi, naribusque praeciſi, in contemtum Romanorum ad vrbem [CPlin] a Symeone remiſſi ſunt. Quos imperator conſpicatus et accenſus ira, ducem nomine Sclerum ad Danubii fluminis ripas cum celocibus miſit, munera Turcis g) oblaturum, et ad arma contra Symeonem excitaturum. Profectus ille et auxilium nactus, cum *Arpade* et *Cuſane* h), Turcorum ducibus, foedere inito, ad imperatorem rediit.

Ille

gatoque Perſthlabum vſque peruenerunt; et cum in vrbe Mundagra eum incluſiſſent, domum redierunt. quo tempore Liuntica (Λιεντικα) *Arpadae filium principem habebant.* Quae his ſubiungit Conſtantinus, ea vide §pho ſequenti. reliquam lectionis varietatem dedi in *Bulgaricis* §. *85—87.*

40. p. 109. Incertus continuator in Leone Baſilii F. p. 220, 221. Georg. Monach. p. 551, 552. Symeon Logotheta p. 462. Cedrenus T. II. p. 595—597. Zonaras T. II. p. 176, 177. Huc etiam pertinent, quae Conſtantinus de Adm. Imp. c. 51. p. 141, 142. his verbis narrat: *Imperator* [Leo Sap.] *—protocarabos—dromonii ſui fecit Michaelem illum ſenem, qui tunc temporis protelates dromonii erat, — et Michaelem alterum, Barcalam cognominatum, qui ante protelates in claſſe erat ſub Euſtathio patricio et drungario, cum contra Turcos proficiſceretur* [perperam ita interpres: gr. enim ſic habent ὅτε ἐπεραισε τους Τουρκους, *cum Turcos* Danubium *transportaret* Romanis auxilio futuros.] *et Symeonem Bulgariae principem debellaret. Qui Symeon Bulgariae princeps, cognito, in flumen deductam eſſe claſſem et Turcos contra ſe transmiſſuram, funes fecit, ſiue catenas firmas ac duras admodum, quibus impediret, quominus in vlteriorem ripam Turci exſcendere poſſent; atque ita primum Turci exſcenſu cohibiti ſunt. Quod cum ita eſſet, Michael, quem dixi, Barcalas et cum eo duo alii nautae claſſiarii aſſumtis ſcutis et gladiis viriliter plane ac fortiter chelandio exſilientes, funes ſiue catenas diſciderunt, et tranſitum Turcis aperuerunt. Turci itaque vbi factum hoc egregium Barcalae vidiſſent, nimirum eum ſolum duobus nautis claſſiariis praeeuntem primum catenas diſcidiſſe, cum ſumma admiratione dixerunt, hunc dignum eſſe, qui patricius fieret, et rei nauali praeficeretur; quamobrem etiam imperator — dromonii ſui deuteroëlaten creauit — mox dromonii ſui protocarabum.*

g) Zonaras et Cedrenus: δια το Ιστρου προς τους Τουρκους το Ουγγρους καλουμενους ἀπεσταλη.

h) τους κεφαλους Αρπαδη και Κουσανη, Georg. Monachus Κουσανη. Conſtantinus hic non Arpadis, ſed filii eius Liuntinis meminit.

Imp. LEONE *Sap.*

a. C. 888.

. . Ille [Leo] ruſſum Euſtathium patricium et claſſis drungarium mari, terra vero Nicephorum patricium et Phocam et legionum domeſticum delegat, qui Bulgariam vſque penetrauerunt. Symeone itaque contra Phocae copias profecto i), Turci traiecto Danubio, totam Bulgariam captiuam fecere. His auditis, Symeon mouet aduerſus Turcos. Illi in contrariam ripam tranſeuntes, cum Bulgaris certamen ineunt, ipſeque Symeon in fugam vertitur, vix Diſtrae k) receptus incolumis. Turci autem petierunt ab imperatore, vt captiuos Bulgaros emeret: quod et fecit, miſſis ex Vrbe ciuibus, qui pretium rependerent.

§. 9.

a. C. 889. — 911. k)

5. POSTQVAM autem iterum cum Romanorum imperatore pacem Symeon feciſſet, foedere cum Patzinacitis inito, terram Turcorum, qui tunc extra regni ſui fines bellum gerebant, inuadens, familiis eorum deletis et qui ad cuſtodiam relicti erant, pulſis, late vaſtauit l). Itaque reuerſi Turci, regionem ſuam deſertam vaſtatamque inuenientes, in ea terra, quam ad hodiernum vſque diem incolunt, ſedes poſuerunt; in ea nimirum regione, quam a fluminibus cognominatam eſſe ſupra diximus m).

Locus autem, quem primitus Turci occupabant, a flumine interlabente nuncupatur *Etel* et *Cuzu* n), in quibus nunc Patzina-

cae

i) Locum integrum vide *Tom. II. P. II.* in *Bulgaricis* §. 87.

k) Alias *Driſtra* et *Doroſtolum* vocatur, non procul Perithlaua ſita vrbs; vnde Conſtantinus ad hanc vſque vrbem Turcos perueniſſe, dicere potuit.

h) CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 40. p. 109. qui haec iis, quae ex eodem ad §. 8. leguntur, ſtatim ſubiungit.

k) Sunt reliqui imperii Leonis Sap. anni.

l) Locum integrum vide in *Bulgaricis* §. 90.

m) Vid. §. 5. in fine.

n) ὀνομάζεται κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἐκεῖσε διερχομένων ποταμῶν Ἐτὲλ καὶ Κουζοῦ. cfr. ſupra §. 5.

Imp. LEONE *Sap.*

a. C. 889—911.

citae commorantur o), a quibus ſane pulſi Turci et profugientes ſedes poſuerunt illic, vbi nunc habitant p).

§. 10.

a. C. 895.

'SPHENDOPLOCO, Morauiae principe, mortuo, tres eius filii 6.
annum vnum in pace exegerunt'. Orto deinde diſſidio et bello ciuili, inuadentes Turci funditus eos exſtirparunt, regionemque eorum occuparunt, quam in hodiernum vſque diem incolunt—.

§. 11.

Imp. CONSTANTINO STANTINO *Porph.*

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 917.

POST imperium Leonis—Michael, Zachlumorum princeps, 7.
Symeoni, Bulgarorum principi, ſignificat, Romanum imperatorem Petrum [Seruiae] principem muneribus colere, quo Turcorum copiis adiutus Bulgariam inuadat: erat quippe id temporis bellum inter Romanos et Bulgaros ad Acheloum [fluuium].

Impp. CONSTANT. et ROMANO *Lacap.* Indict. 7.

§. 12.

a. C. 934.

β) TVRCORVM—aduerſus Romanos irruptio prima indicti- 8.
onis ſeptimae Aprili menſe contigit: qui ad Vrbem [CP.] vſque excur-

β) CEDRENVS: *Menſe Apr. Ind. ſept. Turci, facta impreſſione, occidunt omnia vsque ad Vrbem populantur. Miſſus patricius Theoph.*

o) De ſedibus Patzinacitarum tempore Conſtantini Porph. vid. *Patzinacica* locc. ſupra §. 3. not. *k.* citatis.

p) Quae his ſubiungit Conſtantinus, ea infra §. 19. adfero.

6. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 41. p. 110, 111. locum integrum vid. *Tom. II. P. I.* in *Morauicis.* cf. et ſupra §. 5. infra §. 19.

7. Id. ibid. c. 32. p. 101. cf. *Tom. II. P. I. Seruica* §. 9.

8. LEO GRAM. p. 506. Cedren. T. II. p. 629. Incertus Continuator in Romano Lacap. p. 262. Symeon Logoth. p. 489, 490. Georg. Monach. p. 588.

Impp. CONSTANTINO *Porph* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 917.

excurrentes, 'loca cuncta per Thraciam depopulati ſunt q). Aduerſus eos igitur patricius Theophanes, protoueſtiarius et imperii adminiſtrator miſſus eſt, laudem ab iis plurimam prudentiae et conſiliorum gratiam reportans r). Tunc temporis munificentiam et humanitatem plurimam Romanus [Lacapenus] imperator declarauit nullis parcens pecuniarum expenſis, 'cum captiui inſtarent liberandi s),

§. 13.

a. C. 935.

9. DE expeditis in Longobardiam tempore domini Romani [Lacapeni] imperatoris indictione octaua — milites erant peregrini — Turci 84.

§. 14.

a. C. 942.

Indict. 15.

10. [MAII menſis die 27. indictione 15. t)] Symeon in Bulgaria cordis

protou.. cum iis pacem componit, Romano (τῳ βασιλεως), *vt captiuos reciperet, nulli rei parcente.* INCERTVS CONTINVATOR: *Turcorum — cunctos per Thraciam obuios praeda abegerunt. Miſſus itaque Theophanes patr. protou. imperii adminiſter* (παραδυναστευων. interpres addit *ac princeps Senatus*), *vt cum eis pacem componeret, captiuosque reciperet* (haec in gr. duobus verbis ποιησαι ἀλλαγιον). *Porro Theophanes admiranda prudentia ac ſagacitate illis vſus, ex voto cuncta confecit, multamque — reportauit —.* reliqua vt Leo Gr. omnia. SYMEON LOGOTHETA: *Turcorum — Theophanes patric protou. resque cum illis compoſuit.* GEORG. MONACHVS vt Incertus Continuator omnia.

q) ἐληισατο πασαν Θρακην ψυχην. ita etiam Incert. Cont..

r) ἀπεσταλη ὀυν ὁ πατρικιος Θεοφ. — κατ᾽ ἀυτων πολλα παρ᾽ ἀυτων ἐπι τῃ φρονησει και ἐυβουλιᾳ ἐπαινεθεις. In his aliquid deeſſe videtur, quod in Notis ad Leonem Gr. ſupplet p. 676. Combefiſius. ἀπεσταλη — παραδυναστευων, μετ᾽ ἀυτων ποιησαι ἀλλαγιον, πολλα &c *Miſſus Theophanes — ad res cum eis componendas; ad commutandos et redimendos captiuos.* Vid. etiam Incertus Cont. in varietate narrationis, lit. β.

s) προς την ἀιχμαλωτων ἀναῤῥυσιν.

9. CONSTANTINVS de Cerim. Aulae Byz. Lib. 2. p. 381.

10. CEDRENVS Tom. II. p. 625. Incertus Cont. p. 255. Alii quoque plures horum meminerunt, ſed nihil de Turcis habent. Locum integrum cum varietate narrationis vide *Tom. II. P. II. in Bulgaricis* §. *125. ſeqq.*

t) Haec e Leone Grammatico adſcribo.

Impp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap.

a. C. 942.

cordis morbo interiit. — Vicinae igitur gentes Turci, Serui, Chrobatae atque alii, audita Symeonis morte, Bulgaros bello petere ſtatuebant. —

§. 15.

Indict. I.

a. C. 943.

11. γ) INDICTIONIS primae Aprili menſe rurſum irruperunt Turci cum magnis viribus: patricius autem Theophanes accubitor egreſſus pacis foedera in annos quinque ſeruanda cum eis compoſuit.

§. 16.

a. C. 948. v)

12. δ) TVRCI non ante finem fecerunt in Romanas ditiones graſſandi, quam *Buloſudes* x), eorum princeps, fidem ſe amplecti Chriſtianam ſimulans, Conſtantinopolin venit, baptizatusque ibi a Con-

Iiii 2

γ) CEDRENVS: *Prima indict. cum rurſus Turci impreſſionem in Rom. fines feciſſent, Theophanes cubicularius egreſſus pacem cum iis compoſuit, acceptisque obſidibus rediit.* INCERTVS CONTIN.: Indict. — *compoſuit, acceptis obſidibus ex illuſtrioribus. Hincque adeo contigit, in annos quinque pacem induciasque ſeruari* (τὴν εἰρήνην διαφυλαχθῆναι). SYMEON LOGOTHETA omnia vt Leo Gr. niſi quod pro *Theophanes patric.* tantum *accubitor* ponit. GEORG. MONACHVS omnia vt Incert. Cont.

δ) ZONARAS: *Turci, Vngaros* (Οὔγγρας) *autem ſic vocari, ſupra diximus, alias Romanas prouincias incurſare ſoliti, ad tempus*

11. LEO. GRAMMAT. p. 507. Cedren. T. II. p. 631. Incertus Cont. p. 267. Symeon Logoth. p. 491. Georg. Monachus p. 590.

12. CEDRENVS Tom. II. p. 636. Zonar. T. II. p. 194.

v) Stephanus patrem ſuum, imp. Romanum Lacapenum imperio deiecit d. 15. Decembr. indict. 3. a. M. 6453. [qui eſt annus poſt C. N. 945.] Cedren. T. II. p. 634. Idem p. 635. res indictione ſexta [quae incidit in a. C. 948.] geſtas narrat, hisque pag. ſeq. noſtra ſubiungit: *Caeterum Turci non ante &c.*

x) Βελοσουδης. ita etiam apud Scylitzem legebatur, vt in margine adnotat interpres; ſed aliter Zonaras. vide varietatem narrationis lit. δ.

Imp. CON-
STANTINO
Porph.

a. C. 948.

Conſtantino eſt exceptus, ab eoque patricii dignitate et magnis bonis ornatus ditatusque domum rediit.

Non multo poſt *Gylas* y), ipſe quoque Turcicus princeps, eodem ſe eiusdem rei cauſa confert: baptizatusque et eodem quo prior, modo tractatus z), monachum ſecum abduxit Hierotheum, pietatis fama celebrem, quem Turciae epiſcopum Theophylactus patriarcha deſignauit. iſque vt in Turciam venit, multos a barbarica fraude a) ad Chriſtianam religionem traduxit. Ac Gylas quidem in fide permanſit, et neque ipſe in Romanos impreſſiones fecit, et captiuos Chriſtianos emens curauit, libertatemque iis reddidit. Bulofudes autem pactis, quae cum Deo inierat, reſciſſis, ſaepe cum omnibus ſuis in Romanos expeditionem ſuſcepit. quod idem contra Francos conatus, captus et ab eorum rege Ioanne b) in palum ſuffixus eſt c).

§. 17.

a. C. 949.

13. TVRCORVM gens — Patzinacitas magnopere reformidat, quia frequenter in proeliis ab iis deuicti et ad internecionem fere caeſi ſunt

quieti fuerunt. Nam dux eorum Bologudes (Βολογουδης) *et partis cuiusdam princeps Gylas imperatorem conuenerunt, amboque ſacroſancto renouationis lauacro initiati, et arcanis noſtrae religionis imbuti, ac patricia dignitate ornati onuſtique pecuniis in ſuas ſedes redierunt, adducto pontifice* (ἀρχιερεα), *per quem multi ad Dei cognitionem peruenerunt. Ac Gylas quidem in f. perm. Alter pactis — reſciſſis, arma Romanis intulit: idemque in Fr. facere aggreſſus, captus et in crucem actus* (ἀνεσκολοπισθη).

y) Γυλας. hoc non proprium, ſed dignitatis nomen fuiſſe, Conſtantinus auctor eſt. vid. infra §. 20.

z) των ἰσων ἀξιωθεις και δωρεων ευεργεσιων και τιμων.

a) πλανης.

b) ὑπο Ιωαννη τε βασιλεως. Adnotat ad h. l. Goar. p. 53. „Ab Othone Imp. ſcribit Curopalates, cui veritas hiſtoriae ſubſcribit„.

c) ἀνεσκολοπισθη.

13. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 3. p. 56. De anno §phis ſequentibus ſuperſcripto vid. ſupra §. 3. not. k.

ſunt. Ideoque Turcis Patzinacitae ſemper formidoloſi ſunt, ab iisque coërcentur.

§. 18.

SIC vero d) cum illis [Patzinacitis] ineunda foedera, vt ex 14.
pacto teneantur operam praebere vbicumque vſus poſtulauerit, ſiue aduerſus Ruſſos, ſiue contra Bulgaros vel Turcos. Siquidem hos omnes bello adoriri poſſunt, ac ſaepe contra illos profecti, iam ipſis ſunt perquam formidabiles: quod vel hoc vno exemplo palam erit. Cum aliquando Gabriel clericus iuſſu imperatoris ad Turcos legatus eſſet, ſicque ipſos compellaret: „ Vobis imperator denunciat, vt admoto exercitu Patzinacitas ſedibus pellatis, eorumque regionem obtineatis (nam iſtic olim habitaſtis, e)), vt imperio meo finitimi ſitis, et, mittere cum velim, quam celerrime vos inueniam, omnes Turcorum principes vno ore clamarunt: „ Nos Patzinacitis bellum non inferimus: neque enim illis oppugnandis pares ſumus; ſiquidem illorum regio perampla, infi ita populi multitudo, et admodum pugnaces ſunt f)). Ne igitur nobis in poſterum tam ingrata verba facias: ‘ adde, quod Patzinacitae elapſo vere ab vlterioribus Danapris partibus venientes, traiectoque flumine, iſtic ſemper aeſtatem tranſigant g) „.

§. 19.

IN hoc autem loco [vbi nunc habitant Turci] antiqua quae- 15.
dam monumenta ſuperſunt; inter quae pons Traiani imperatoris

 ad

14. Id. ibid. c. 8. p. 58, 59. cf. et c. 4. p. 56. quem locum in *Patzinacicis* §. 10. adfero.

d) Quae his praemittuntur vid. in *Patzinacicis* §. 14.

e) Vide ſupra §. 9.

f) καὶ κακὰ παιδία εἰσί. quod Meurſius ad verbum: *et mali pueri ſunt.*

g) ὅτι καὶ οἱ Πατζινακῖται ἐκεῖθεν τοῦ Δανάπρεως ποταμοῦ μετὰ τὸ ἔαρ διέρχονται, καὶ ἀεὶ ἐκεῖσε καλοκαιρίζουσι.

15. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 40. p. 109. 110. Haec iis, quae ſupra §. 9. attuli, ſubiungit Conſtantinus.

Imp. CONSTANTINO Porph.

a. C. 949.

ad initia Turciae, et Belagrada h), quae duum dierum itinere ab ipſo ponte diſtat, vbi turris eſt ſancti ac magni Conſtantini imperatoris, et rurſus ad curſum fluminis exſtat Sirmium i), quod Belegrada abeſt duorum dierum itinere: inde magna Morauia, baptiſmo carens, quam Turci deuaſtarunt, cujusque princeps olim fuit Sphendoplocus k).

Atque haec quidem iuxta Iſtrum flumen monumenta ſunt, et cognomina. Vlteriora vero, quae omnia Turcis habitantur, cognomina nunc habent a fluminibus transcurrentibus. Eorum primum *Timeſes* eſt; alterum *Tutes*; tertium *Moreſes*; quartum *Criſus*; quintum *Titza* l).

Confines autem Turcis ſunt orientem verſus Bulgari, vbi eos Iſter fluuius, qui et Danubius dicitur, ſeparat; ſeptemtriones verſus Patzinacitae; ad occidentem Franci; ad meridiem Chrobati m).

§. 20.

h) ἐκεῖσε δὲ καὶ Βελάγραδα. Conſtantinus de Adm. Imp. c. 42. p. 111. haec habet: *A Theſſalonica vsque ad Danubium flumen, in quo vrbs Belegrada* (Βελέγραδα), *octo dierum iter eſt, ſi quis non feſtinanter, ſed interquieſcens proficiſcitur. Et habitant quidem trans Danubium Turci in terra Morauia, atque etiam vlterius inter Danubium et Sabam fluuios.*

i) κατὰ τὴν τοῦ ποταμοῦ ἐκδρομὴν ἐπὶ τὸ Σέρμιον ἐκεῖνο τὸ λεγόμενον. Bandurius in Animaduerſſ. ad L. I. de Thematibus p. 10. ex Codice Baluziano binos adfert catalogos vrbium, quae nomina mutarunt, vbi: Σύρμιον ἡ νῦν Οὐγγρία καὶ Στρίωμος, οἱ δὲ Οὔγγροι (p. 11. — οἱ δὲ Οὔγγροι) τὸ παλαιὸν ἐλέγοντο Γήπαιδες. Eadem, niſi quod Οὐγγρία et Οὔγγροι, vt eſt ap. Bandurium p. 11. ſcribit, habet Codinus in Notitiis Graecorum Epiſcopatuum p. 405. Idem in Explic. Offic. Sanctae Magnae Eccleſ. p. 321. Σίρμιον, ἡ νῦν Οὐγγρία, πρῶτον δὲ Γήπαιδον. Conſtantinus de Adm. Imp. c. 27. haec habet: *Tunc temporis* [cum Narſes Longobardos in Italiam euocaret] *Longobardi Pannoniam incolebant, quae nunc Turcorum ſedes eſt.* Id. ibid. c. 30. p. 94. *Ad illam — Danubii partem Abares tunc* [a. C. 449. p. 91, 92. Sed vid. *Tom. II. Slauica §. 1. n. a*] *commorabantur, vbi hodie Turci degunt, Nomadum inſtar viuentes.*

k) Haec aliquoties repetit Conſtantinus. Vid. ſupra *§. 10.*

l) Τιμησις — Τουτης — Μορησης — Κρησος — Τιτζα.

m) Haec aliis locis repetit Conſtantinus, et quidem c. 13. p. 62

a. C. 949.

§. 20.

Octo vero hae Turcorum gentes n) principibus ſuis ſubiectae non ſunt; ſed ſingulae pro fluminibus, quibus diſtinguuntur, mutuo inter ſe contractu ſtatuerunt; quamcunque partem bello infeſtari contigerit, ei communiter omni ſtudio et cura ſuppetias ferre. Habent autem primum ducem exercitus principem e proſapia Arpade, cum quo duo alii *Gylas et Carchan*, qui iudicum vicem obtinent p). Et habet quaeque gens peculiarem principem; ſuntque Gylas et Carchan non nomina propria, ſed *dignitates*.

§. 21.

Sciendum vero, Arpadem, magnum Turciae principem q), filios genuiſſe quatuor, quorum primus *Tarcatzus*; ſecundus *Ielech*; ter-

63. *Turcis hae gentes conterminae ſunt. Ad occidentem Francia* [ἡ Φραγγια]; *ad Septemtriones Patzinacitae; ad meridiem magna Moravia, ſiue Sphendoploci regio, quae omnino a Turcis vaſtata eſt, et ab ipſis iam obtinetur. Chrobati vero ad montes Turcis adiacent. Poſſunt autem Patzinacitae Turcos bello impetere, depopulari, magnamque praedam agere, ipſosque ingenti damno adficere, quemadmodum in eo, quod de Patzinacitis inſtituimus, capite declaratum eſt.* Id. c. 37. p. 106. *Inferius thema* [Patzinacitarum] *Gylae Turciae finitimum eſt. Diſtat autem Patzinacia — a Turcia itinere dierum quatuor. cf. Patzinacica §. 17.* Id. c. 30. p. 95. *Belochrobati ſiue Chrobati albi — parent Othoni M. regi Franciae — baptiſmique experti affinitatem cum Turcis et amicitiam contrahunt.* c. 31. p. 97. *Chrobati albi — vltra Turciam prope Franciam incolunt.* Ibid. p. 99. *Magna Chrobatia — frequentibus incurſionibus infeſtata Francorum, Turcorum, Patzinacitarum —.* cf. *Tom. II. P. I. Chrouatica §. 2.* et ibi not. *h.* init. §. 10.

n) Vide ſupra §. 6.

o) ἐχεσι δε κεφαλην πρωτην τον ἀρχοντα ἀπο της γενεας τε Ἀρπαδη κατα ἀκολεθιαν. Bandurius in Animadu. ad h. l. p. 125. „κεφαλη, *dux exercitus*, vel *ſpharitis*. Hac voce autem vtitur etiam Porphyrogenitus eadem notione cap. 6. et 51. Sed et plura alia exempla habes apud ſcriptores Byzantinos, nec non etiam apud Tacticos„.

p) τον τε Γυλαν και τον Καρχαν, οἱτινες ἐχεσι ταξιν κριτε.

q) ὁ μεγας Τερκιας ἀρχων.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

tertius *Iutotzas*; quartus *Zaltan.* Rurſus Arpade primogenitus Tarcatzus filium habuit *Tebele;* alter Ielech filium genuit *Ezelech;* tertius Iutotzas filium ſuſcepit *Phalitzin*, qui nunc principatum tenet; quartus Zaltas filium habuit *Taxin* r).

Et omnes quidem Arpade filii mortui ſunt, ſuperſtitibus tantum eorum nepotibus *Phale* et *Taſe* cum patrueli eorum Taxi s); Tebelesque moriens filium reliquit *Termatzum* t), qui nuper in gratiam rediit cum *Bultze* tertio principe, et Carcha Turciae v). Butzus autem hic Carchas, filius eſt *Cale Cartha* x): eſtque Cale nomen proprium, cum Carchas ſit dignitas, quemadmodum et Gylas, quae tamen maior eſt, quam Carchas.

§. 22.

16. SCITO [o fili] borealibus omnibus populis quaſi a natura inſitam eſſe diuitiarum cupidinem inſatiabilem, quamobrem omnia quaerunt, — ac pro exigua opera maximam mercedem referri poſtulant. Ideoque — ſi quando ſiue Chazari ſiue Turci, ſiue Ruſſi, ſiue aliae quaepiam boreales et Scythicae gentes, vt plerumque accidit, imperiales veſtes, coronas aut ſtolas, cuiusdam praebiti miniſterii cauſa, ſibi transmitti poſtulent, ita te excuſatum oportet: „Huiusmodi ſtolae et coronae, quae nos camelaucia vocamus, neque hominum opera confecta, neque humana induſtria excogitata ſunt: ſed a Deo per angelum Conſtantino M. miſſa, in magna ſancta Dei eccleſia deponenda, eorum vſu tantum in publico et magno Ieſu Chriſti feſto conceſſo; ita vt nemini eorum aliquid donare liceat. Eadem de ſiphonibus etiam et igni Graeco valent; neque denique cum hiſce gentibus connubia iungere fas eſt".

§. 23.

r) υἱοι — Ταρκατζουν — Ιελεχ — Ιουτοτζαν — Ζαλταν. — Τεβελη — Εζελεχ — Φαλιτζιν — Ταξιν.

s) οἱ δε ἐγγονοι αὐτῶ. [non eorum ſed eius, Arpadae videlicet] ὁ τε Φαλης και Τασης, και ὁ ἐξαδελφος αὐτων ζωσιν.

t) ὁ Τερματζου.

v) μετα Βουλτζε τε τριτε ἀρχοντος και Καρχα Τερκιας.

x) υἱος ἐστι τε Καλη τε Καρχα.

16. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 13. p. 63 — 67. cf. *Tom. II. P. II. Ruſſica. §. 42.*

§. 23.

AD archontes Turcorum mittitur bulla aurea biſoldia y) cum hoc titulo: Litterae Conſtantini et Romani, Chriſtum amantium imperatorum Romanorum, ad archontes Turcorum. 17.

§. 24.

SEPTIMO die — conuiuationis [paſchalis] — ad inferiores — 18.
menſas inuitantur tribuni vicarii gentiles ſeu alienigenae ex Hetaeria z): vt Turci, Chazares, alii, admodum quinquaginta quatuor.

17. Id. de Cerim. Aul. Byz. L. II. p. 399.

y) *βυλλα χρυση δισολδια.* litterae, quibus ſigillum aureum, pretio duorum ſolidorum, appenſum.

18. Id. ibid. p. 447. 448.

z) *της ἑταιρειας.* Ita milites peregrini, qui Conſtantinopoli ſtipendia merebant; et ad imperatoris inprimis et palatii cuſtodiam deſtinati erant, vocabantur.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

CAPVT III.

Iteratae Vngrorum in terras imperii CPlitani irruptiones, nunc propriis, nunc alienis auſpiciis factae; ab a. C. 958–1109.

§. 25.

a. C. 95 8/9.

49. α) TVRCIS — expeditione aduerſus Romanos ſuſcepta et ad ipſam vſque Vrbem per diem feſtum Paſchae excurrentibus, Thracesque, quotquot in eos incurrebant, captiuos ducentibus, multamque praedam abigentibus: mox imperator Pothum Argyrum, patricium ac excubitorum domeſticum cum ſua legione, ducisque Bucelariorum et Opſicii ac Thraceſiorum miſit, qui traiicientes e veſtigio eos inſequerentur. Quamobrem Deo acceptis Porphyro-

α) SYMEON LOGOTHETA: *Obſeruandum — anno quartodecimo imperii Conſtantini Porphyrogennetae (quindecim enim annis* [ſolus] *rerum potitus eſt) natum èſſe eius nepotem Baſilium imperatorem, Romani eius filii, filium. Turcis vero — qui e veſtigio eos inſequerentur: noctuque irruentes — dederunt, et contrucidarunt, praedamque — receperunt.*

89. INCERTVS CONTINVATOR in Conſtantino Porph. p. 288, 289. Symeon Logoth. p. 496. Annus §pho ſuperſcriptus eſt 14. imperii Conſtantini: ſolus enim imperauit a die 20. Decembr. Indict. 3. a. M. 6454. (Sym. Log. p. 494. et alii) a. C. 945. Baſilius vero, Romani Porph. filius natus eſt circa a. M. 6464. a. C. 956. vt ex Cedreno T. II. p. 684. colligitur: qui cum a. M. 6484. menſe Dec. imperium ſuſcepiſſe ait, anno aetatis viceſimo, mortuum vero [p. 719.] a. M 6534. anno aetatis ſeptuageſimo. Indict. 9. menſe Decembri. Secundum haec igitur bellum Vngricum ad a. C. 956. circiter referendum eſſet.

a. C. 95⅞.

Imp. CONSTANTINO Porph.

phyrogeniti communiti precibus, facta noctu in hoſtem impreſſione, ' eorum late ſtragem dederunt. Expugnatis illorum caſtris a), praeda recepta atque captiuis. ' Turci vero b) ingenti ea clade ac fuga confuſi, ad ſua reuerſi ſunt.

§. 26.

Imp. ROMANO II.

Imp. ROMANO II.

a. C. 959 — 963. c)

TVRCIS aduerſus Thraciam erumpentibus, Marianus patricius, Argyri filius, ſumma ducis poteſtate Macedonum legioni praefectus occidentique praepoſitus, in illos incurrens, ipſos proelio fudit, multisque captis reliquos cum dedecore ad ſua redire coëgit. 20.

§. 27.

Imp. NICEPHORO Phoca. a. 4. imp. indict. 10.

Imp. NICEPHORO *Phoca.*

a. C. 967.

β) ANNO imperii ſui quarto, indictione decima, menſe Iunio 21.
exiit [Nicephorus] Thraciae vrbes contemplatum. cumque vſque

β) ZONARAS: *Turcis — Vngaris* (Οὔγγρων) *ſcilicet, Thraciam vaſtantibus, Bulgariae principi ſcripſit, ne illos — infeſtare. Id ille recuſauit, quod imperator ipſi quoque auxilia negaſſet, cum ab iisdem inuaderetur. Nunc autem poſtquam pacem cum eis facere coactus ſit, poſtulare, vt foedus rumpat, et armis ſumtis bellum ſuſcipiat, cuius rationem reddere non poſſit. Ibi igitur repulſam paſſus Nicephorus —.*

a) κατεσφαξαν και κατεπολεμησαν.

b) αυτοι δε.

c) Sunt anni imperii Romani Iunioris.

20. INCERTVS CONTIN. in Romano Iuniore p. 300.

21. CEDRENVS T. II. p. 660. Zonar. T. II. p. 205, 206.

Imp. NICEPHORO *Phoca.*

a. C. 967.

ad magnam Sudam peruenisſet, Petrum, Bulgariae principem, hortatus eſt per litteras, ne ſineret Turcos Iſtrum traiicere et Romanorum ditionem infeſtare. Bulgaro no obtemperante, Nicephorus — Sphendoſth abum, Ruſſorum principem — munerum ac officiorum pollicitationibus ad inferendum Bulgaris bellum ſollicitat. — a)

§. 28.

Imp. IOANNE *Tzim.* a. I. *Imp.*

Imp. IOANNE *Tzimiſce.*

a. C. 970.

22. IOANNES Tzimiſces, cum Roſſi Bulgaria decedere nollent, expeditionem contra eos parauit. Sed Roſſi eorumque ductor Sphendoſthlabus, audito Romanas copias traieciſſe, coniunctis, quos iam in ſua habebant poteſtate, Bulgaris, adſcitis etiam ad belli ſocietatem Patzinacis et qui in Pannonia verſus occaſum habitabant, Turcis, exercitu bellicoſo congregato ad CCCVIII. virorum millia, Aemum egreſſi, vniuerſam Thraciam incendiis ac praedationibus vaſtarunt. —.

Erant barbari in tres diuiſi partes. in prima erant cum Roſſis Bulgari, ſeorſum Turci, ſeorſum etiam Patzinacae. —

Sub
Baſilio et Conſtantino Porphyrogennetis et Romano Argyro
nulla fit Vngrorum mentio.

Imp. MICHAELE *Paphl.* a. M. 6548. indict. 8.

§. 29.

Imp. MICHAELE *Paphlagone.*

a. C. 1040.

23. [ANNO Mundi 6548. indictione 8.] Petrus quidam Bulgarus, cognomento Deleanus, ſeruus cuiusdam Conſtantinopolitae, profugus

a) Excerpta ſunt, locum integrum vide *T. II. P. II.* in *Bulgaricis §. 135.* coll. *Ruſſicis §. 44.* Zonar. T. II. p. 210. cf. *Ruſſica §. 47—49.*

22. CEDREN. T. II. p. 666, 667. 23. CEDREN. T. II. p. 745. cf. *T. II. P. II. Bulgarica §. 177.*

a. C. 1040.

Imp. MICHAELE Paphl.

gus ex vrbe [CP.] ‘Bulgariam peruagando vſque ad *Morábum* et *Belegrados* peruenit, quae ſunt caſtella Pannoniae trans Iſtrum ſita, Turcicae vicina ditioni *e*): et filium ſe Romani, nepotem Samuelis iactando, gentem Bulgaricam concitauit. —

Imp. CONSTANTINO Monom. indict. 2. *f*)

§. 30.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1049.

‘PATZINACAE ſubito a Romanis oppreſſi, cum deditionem 24.
feciſſent, et Kegenes, eorum popularis, imperatori, vt eos ad vnum omnes occideret, auctor fuiſſet, Romani duces cenſebant, potius eos per deſertas Bulgariae planities diſpergendos, atque hinc inde diſſipatis tributum imponendum. hoc modo — cum imperator militibus opus eſſet habiturus, aduerſus Turcos *g*), aut alios barbaros, tunc eos armari poſſe. —

Sub Theodora et Michaele Calaphate nulla fit Vngrorum mentio.

§. 31.

Imp. ISAACIO Comn.

Imp. ISAACIO *Comneno.*

a. C. 1057, 1058. *h*)

γ) CVM — Vngari pacem violaſſent erga Romanos, et Pat- 25.
zinacae e luſtris, in quibus delituerant, erupiſſent, laederentque fini-

γ) ZONARAS: *Poſt haec* [Conſtantinum Lichuden patriarcham creatum dixerat] *Commenus expeditione contra Hungaros* (κατα

e) ἐπλανατο ἐν Βυλγαριᾳ και κατηντησεν ἀχρι Μοραβου και Βελεγραδων (Φρουρια δε ταυτα της Παννονιας κατα την περαν του Ιςρου διακειμενα, και γειτονουντα τῳ Κραλῃ Τουρκιας). — Adnotat ad h. l. in Notis poſterioribus Goar p. 66 „ τῳ Κραλῃ Xilander *ditioni*. Verius *regi*. Crales Bulgarica [Slauica vniuerſe] lingua *rex*„.

24. Id. ibid. p. 778. cf. *Patzinazica* §. 39.

f) Habet hanc Cedrenus T. II. p. 773. indictionem vero tertiam et a. M. 6558. p. 785.

g) Fieri etiam poteſt, vt Turci orientales intelligantur.

25. IO. SCYLITZES (Cedr. T. II. p. 809, 810.). Zonar. T. II. p. 270. Anna Comn. p. 89. Glycas p. 323.

h) a. M. 6566. indict. 11. Cal. Sept. Iſaacius coronatus eſt, Cedren.

Imp. ISAA-
CIO *Comn.*

a. C. 1057, 1058.

finitimam regionem, imperator paratis iis, quae ad profectionem exercitus vſui eſſent, cum omnibus viribus ſe Triaditzam confert, ibique ab Vngaris accepta legatione, cum pacem confirmaſſet, ac pro viribus ſtabiliſſet, in Patzinacas profectus eſt. — i)

Imp. NICE-
PHORO *Bot.*
Indict. 13.

§. 32.

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

a. C. 1080.

16. LEO — Diabatenus in Meſembriam miſſus, res illic moderabatur, et cum Patzinacis et Comanis percuſſo foedere conſenſit. Dedit item ſororis ſuae filiam Synadenen, Theodulo Synadeno genitam, Crali Vngariae k) vxorem, quo etiam mortuo, rurſus eſt Byzantium reuerſa.

§. 33.

των Ο'υγγρων) *et Scythas, qui Patzinacae dicuntur, ſuſcepta, Hungaris petentibus pacem conceſſit.* ANNA COMNENA: *Cum principes Dacorum* [Vngrorum] *iςti olim foederis pertaeſi, bellum in Romanos meditarentur, iamque aggredi coepiſſent: id animaduertentes Sauromatae* [Patzinacae], *Myſi a veteribus appellati, ne ipſi quidem continere ſe intra limites ac quieſcere volebant.* — reliqua in *Patzinacicis §. 54.* var. narrat. adfero. GLYCAS: *Secundum haec Vngricae Patzinacarumque nationes turbas dedere* (in Gr. *tantum*, ταρασσεται το Ο'υγγρικον), *contra quas egreſſo cum copiis imperatore, cunctisque pacem expetentibus, pars quaedam Patzinacicae gentis manus dare noluit* — cf. *Patzin.* l. c.

T. II. p. 805. et quae hic refert Scylitzes breui poſt ſuſceptum ab Iſaacio imperium geſta eſſe videntur, et quidem circa d. 24. Septembr. quo feſtum martyris Theclae, vt auctt. citt. narrant, celebrabatur.

i) Reliqua vide in *Patzin. §. 54.*

26. 10. SCYLITZES p. 867. Pro indictione 13. forte 3. reſcribenda eſt, rerum enim potitus eſt Nicephorus ab a. C. 1078 — 1081. indict. 1 — 4.

k) τῳ κραλῃ (in marg. Κραλῃ) Ο'υγγριας

Imp. NICEPHORO *Bot.*

§. 33.
a. C. 1081.

[IOANNES Caeſar, accepto de defectione Comnenorum nuncio, ipſe quoque, vt eorum ſe adiungeret partibus, inductus, Tzurulum, vbi iſti exercitum cogebant, abiit.] Forte autem contigit, vt pergens Caeſar Turcis occurreret, qui modo fluuium traiecerant Eurum *l*) appellatum. Inhibitis ergo habenis equam ſiſtens, poſtquam, vnde et quo irent, quaeſiuit, ſollicitare promiſſis et multae pecuniae et beneficiorum omnis generis barbaros inſtitit, vt ſecum ad Comnenum ſe conferre vellent. Aſſentiuntur, et iusiurandum a ductoribus eorum exigente Caeſare, nulla illi mora facta in verba Comneni alacriter iurant. Cum hoc opportuniſſimo ſupplemento ſociorum aduentantem Caeſarem mirati procul Comneni — incredibiliter laetati ſunt; [et iter CPlin verſus cum exercitu ingreſſi ſunt]. 27.

§. 34.
Imp. ALEXIO I. *Comneno.*
a. C. 1081 — 1083. *m*)

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

[ALEXIVS, vt Latinos a Baimundo abduceret, pollicetur,] ſi qui eorum Romanae militiae dare nomen vellent, ampliſſima ipſis ſtipendia ſe numeraturum; ſin redire in domos ſuas vellent, tutum illis iter per Hungariam *n*) daturum. 28.

§. 35.
a. C. 1083 — 1096.

[BELLO Patzinacico feruente] vere primo Tzelgu, dux ſupremae Scythicae militiae, transgreſſus anguſtias montium, qui Danubio ſuperiacent, cum mixto ex variis gentibus exercitu actoginta 29.

27. ANNA COMNENA p. 56, 57.

l) Εὖρον. Hebrum, Thraciae fluuium. Turcorum circa Achridas habitantium, tempore belli Baimundici in exercitu Alexii I. Comneni militantium meminit Anna p. 109. quem locum in *Turcicis* attuli ad §. 127. ſed ea forte ad Vngros pertinent.

28. ANNA COMN. p. 143.

m) Indictionem 5. d. 18. Octobr. Anna habet p. 114. indict. 7. cal. Dec. p. 166.

n) διὰ τῆς Οὐγγρίας.

29. ANNA COMN. p. 188. cf. *Patzinacica* §. 75.

Imp. ALE-
XIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096

ta fere millium, partim Sauromatarum ac Scytharum, partim etiam Dacorum o) (nam er huius generis haud parua manus, duſtore *Solomone* quodam p) Tzelgu ſequebatur) obiacentes Chariopolin ciuitates atque ipſam adeo Chariopolin latrociniis agebat, ferebatque. —

§. 36.

a. C. 1096. q)

30. PRIMVS expeditionis [cruciatae] promulgator, Petrus, primus quoque, vt par erat, expedito egreſſu e patria, Adriatico mari traiecto, cum peditum octoginta millibus ac centum millibus equitum per Hungariae fines r) Conſtantinopolin ſe contulit. —

a. M. 6617.
indict. 2.

§. 37.

a. C. 1109.

31. [INSTRVMENTO pacis Alexium I Comn. inter et Baimundum iunctae menſe Septembri indictione ſecunda, anno iam deſinente 6617. ſubſcripſere teſtes, praeter alios,] qui ex Dacis venerunt

o) Hoc nomine Vngros intelligi e loco Annae ad §. 31. allato apparet.

p) Du Freſne in Notis in Annae Comn. Alexiadem, p. 328. „Σολομων.' Salomon Hungariae rex, qui ea tempeſtate bellum gerebat cum Geiſa fratre, quocum foedus inierat Alexius. Thwrocz. in Chr. Hung. P. I. c. 50, 51, 52. et Bonfin. Dec. 2. Rer. Hung. lib. 3. 44.

30. ANNA COMN. 285, 286.

q) Ad hunc annum primam expeditionem cruciatam vulgo referunt.

r) δια των μερων της Ουγγριας. Anna Comn. p. 284. Latini cum in Palaeſtinam expeditiones ſuſciperent, *celebre illis ac frequens iter erat per Daciam venientibus ad nos* [Conſtantinopolin]. ad Vngros etiam pertinere videntur quae de Dacis refert Anna p. 434. (quem locum vide in *Comanicis* §. 23.) nec non quae p. 452. habet: *Vtrimque circa fluenta huius amnis* (ἑκατερωθεν δε των καταρρόων τ'αυτε [τε ὀρες Αιμε]. de monte Haemo, non de fluuio in ſuperioribus ſermo fuit) *multae eaedemque opulentiſſimae gentes habitant. Daci a ſeptemtrione.* —

31. ANNA COMN. p. 415, 416. Annus, quo haec narrat Anna eſt ϛχιζ, 6617. non 6517. vt interpres habet.

a. C. 1109.

runt apocriſiarii a Crale et conſocero regiae maieſtatis s), Zupanus *Peres* et *Simon* t).

CAPVT IV.

Vngrorum cum Romanis bella, ſub regibus illorum Stephano et Geiza, vſque ad huius obitum geſta; ab a. C. 1123–1157.

§. 38.

Imp. IOANNE II. *Comneno.*

Imp. IOANNE *Comn.*

a. C. 1123. a)

INTER Romanos — et qui trans Iſtrum regiones incolunt, 32. Hungaros b), bellum hac de cauſa exarſit. VLADISLAO, Hungariae regi c), filii duo erant, *Almus* et STEPHANVS

s) παρα τȢ Κραλι και συμπενθερȢ της βασιλειας, [f. leg. τȢ βασιλεως]. Du Freſne in Notis in Alexiadem p. 403. „ Rex Hungariae imperatoris συμπενθερος dicitur, quia paulo ante Hungariae regis filiam in vxorem duxerat Io. Comnenus, Alexii filius primogenitus, vti narrant Zonaras et Cinnamus [vid. infra §. 38.].

t) Ζȣπανος ὁ Περης και Σιμων.

32. CINNAMVS p. 4—6. Nicetas Choniates p. 12.

a) Annum hic et in ſequentibus e Tabula chronol. Nicetae praefixa adſcribo.

b) Οὔννοις. Hoc nomine Vngri a Cinnamo aliisque pluribus inſigniuntur.

c) Λαδισθλαβῳ τῳ Παννονιας ῥηγι. Adnotat ad h. l. Du Freſne in Notis ad Cinnamum p. 430. „ Ladislaus, ſeu Vladislaus, Hung. rex, non fuit Almi pater et Stephani, vti vult Cinnamus; vnicam quippe filiam ſuſtulit, Pyriſcam, Ioanni Co-

Imp. IOANNE *Comn.* a. C. 1123.

NVS d): horum alter Stephanus, exſtincto parente, vt natu maior, regnum accepit; alter, patria elapſus, adiit imperatorem. moris quippe eſt apud Hungaros, vt, cum princeps, ſuperſtitibus liberis, vita fungitur, quamdiu prolis maſculae exſors eſt, qui in imperium ſuccedit, conueniant inter ſe fratres, mutuamque beneuolentiam exerceant: ſimulac vero natus illi filius, non alias iis intra regni fines, niſi excaecatis oculis, habitare concedatur. Eapropter ad imperatorem confugit Almus, a quo et viſus libenter, et benigne exceptus. quippe iam vxorem duxerat Ioannes imperator Irenen, Vladiſlai filiam e), modeſtia ſingulari cumprimis feminam, et virtutibus decoratam. quidquid illa ex coniugis Auguſti liberalitate comparanit, ſiue ex imperii reditibus, non transmiſit in liberos, aut in ſuperfluos ſumtus luxumque immodicum expendit: ſed obſeruata ſemper eadem viuendi ratione famulis ſuis indigentioribus erogauit. Monaſterium Conſtantinopoli exſtruxit, dicauitque omnipotenti, opus ſtructurae elegantia et amplitudine nulli ſecundum. Huiusmodi quidem moribus fuit Auguſta.

§. 39.

...mneno imperatori nuptam, et a Graecis Irenes nomine donatam. Vladislao vero in regnum ſucceſſit ex illius teſtamento Almus, ex Geiſa fratre Vladislai nepos, qui aſſumto in regni conſortium Calamano fratre, ab eodem oculis priuatus et exactus, ad imperatorem Germaniae primum, deinde ad Ioannem Conſtantinopolitanum Auguſtum fuga elapſus eſt, auxilii expetendi gratia. Extincto demum Calamano, Stephanus filius regnum adeptus eſt; is nempe, de quo hic agit Cinnamus. qui proinde non fuit Almi frater, licet eodem in errore verſetur Nicetas (vide locum ad §. 39. allatum]. Conſulendi inprimis ad hoc firmandum ſtemma regum Hungaricorum, Otho Friſingenſis Lib. 7. Chr. cap. 13. et 21. et Thwroczius in Chr. Reg. Hung. c. 63. vbi Stephano bellum a Graecis illatum pluribus perſequitur. Adde Vſpergenſem et Albericum A. MCXXXV. et Notas ad Annae p. 416,,.

d) Αλμιτζης [infra Αλμισης] και Στεφανος.

e) Zonaras T. II. p. 302. Vxor Alexii I. Comn. — *id animo agitabat, vt poſt mariti deceſſum tota poteſtate — in ſe translata, filium* [Ioannem] *imperatorem dicto audientem haberet. cui iam adulto ac pridem marito, ducta Hungarorum principis* (τε ἔθνες των Οὐγγρων ἀρχηγε) *filia, procreatisque liberis, id ferendum non erat.*

§. 39.

a) Rex Hungariae *f*) interim, perceptis iis, quae de fratre ferebantur, per legatos imperatorem rogauit, vt finibus expelleretur Romanorum. renuente idque denegante Ioanne, tranſmiſſo Iſtro, Belegradam, ciuitatem fluuio adiacentem, expugnat, dirutaque illa a fundamentis ipſis, lapides inde nauigio auexit, et ex iis vrbem *Zeugmen* *g*) condidit in Sirmio *h*), quae exinde multis annis ſubſtitit: donec, imperante Manuele, a fundamentis perinde euerſa, tanquam viciſſitudine quadam, murorum Belegradenſium inſtaurationi tota inſeruiit. verum iſta deinceps commemorabimus *i*), cum ad ea tempora hiſtoria pertigerit.

Haec poſtquam comperit imperator, Iſtrum verſus cum vniuerſo exercitu profectus eſt. ex Ligurinis equitibus, quos noſtri Lombardos vulgo appellant, et Perſis *k*) aſcitis in ſocietatem copiis, ſedit aliquamdiu ad fluuii ripas *l*), ſeſe comparans ad proelium.

a) NICETAS CHONIATES: *Sub aeſtatem Hunni* (Οὖννοι), *ſuperato Iſtro, et Branizobam vaſtarunt, et, moenibus dirutis, ſaxa Zeugminum tranſtulerunt, et Sardicam ſpoliarunt, ſpreto et rupto foedere. Huius controuerſiae occulta et vera cauſa fuit, quod Almuzen* (Ἀλμουζην), *Stephani, Hunnorum principis, fratrem, ad ſe profugum imperator libentiſſime ſuſceperat. Id vero praetexebatur, et palam obiiciebatur, quod Braniſobani Hunnorum mercatores ſpoliarent, et peſſime tractarent. Quod malum cum praeter exſpectationem ingruiſſet; imperator prudenti conſilio Philippopoli ſe tenuit, Hunnis inde pulſis.*

f) των Οὔννων ῥηξ.

g) Ζευγμην. Nicetas Ζευγμινον vocat.

h) ἐν Σιρμιῳ in Sirmienſi agro, qui medius iacet inter Sauum et Danubium. Scriptores Byz. alias Sirmianam inſulam vocant.

i) Vid. infra *§. 49. 65.*

k) Hoc nomine Turci ſaepiſſime veniunt apud ſcriptores Byzantinos.

l) Du Freſne in Notis p. 431. „Ad Caraſum amnem proelium commiſſum refert Bonſinius Decad. 2. Lib. 6".

Imp. IOANNE *Comn.*

a. C. 1123.

§. 40.

β) Interea Stephanus, etſi corpore caeteroquin inualidus, in interioribus regni partibus aegritudine detineretur, nulla interpoſita mora, vires quam poteſt maximas contrahit, quibus imperatorem progredi vltra prohiberet, ſuis hoc dans in mandatis, vt in tranſiſtriana regione manerent. Iuſſis paruerunt Hungari.

Imperator vero, vt, quae negari videbantur, absque vi vlla exſequerentur, haec comminiſcitur. Separata ſociorum auxilia iubet retro a flumine veluti ad *Tempam* regionem m) progredi, et qua collis quidam ex Hungarorum terra exſurgens ad fluuium vſque protenditur, amnem ſuperare: dum ipſe cum reliqua parte exercitus ex aduerſo *Chrami* caſtelli conſiſtens, fingit, eo ſeſe confeſtim ſuos transmiſſurum. quo facto, nullo negotio Romani tranſiuerunt: ac ne primum quidem Hungari ſuſtinentes impetum, totis viribus fugam arripuere. Inſequentibus ad flumen vſque Romanis, vniuerſaque Hungarorum turba in pontem, qui Iſtrum iungit, confluente, pons ipſe diſruptus complures in amnem praecipitat, ac ex-

β) NIC. CHON.: *Succedenti vero tempore ad inſtructionem ſuorum et vltionem hoſtium vſus copias coëgit, et naues expeditas comparauit: iisque per Pontum in Iſtrum traiectis, terra et aqua aduerſarios eſt adortus. Fluuio triremi imperatoria traiecto, et exercitu in aduerſa ripa expoſito, colluuiem barbarorum* (το συνηλυδον Οὐννικον) *equeſtri pugna et haſtarum acie profligauit: et in hoſtili agro maiore, quam prius vnquam, tolerantia commoratus* (χρονισας δ' ἐν τῃ πολεμιᾳ, και καρτερικωτατος φανας ἑαυτα) *Francochorio potitus eſt, fertiliſſima terrae Hunnicae parte, quae decliuis in patentes campos intra Saum et Iſtrum fluuios extenditur: et Zeugminum deditione cepit, et ipſum Chramum aggreſſus, maxima praeda potitus eſt. Ac poſt alias dimicationes, pace cum hac gente facta, et vtiliter firmata, caeterisque barbaris, qui Romanis verſus occidentem finitimi ſunt* [an Seruios intelligit?] *vel inuitis in amicitiam ſuam pertractis: cum toties proſpere pugnaſſet, etiam remotiores gentes quocunque modo ſubigendas cenſuit* —.

m) χωριον Τεμπων, Nicetae Φραγγοχωριον eſſe videtur.

extinguit: plurimi in manus Romanorum veniunt, quos inter viri fuere magni apud Hungaros nominis, *Acuſes* et *Celades* n). His feliciter geſtis, imperator, Chraneoque caſtello primo impetu expugnato, confeſtim in Romanorum regionem rurſus transuolat, vrbeque Branizoua militari praeſidio, cui Curticium praepoſuit, munita, Conſtantinopolin reuertitur.

§. 41.

At non multo poſt obſeſſam Branizouam occuparunt Hungari, caeſis partim, qui in ea reperti ſunt, Romanis, captis aliis, aliquot etiam fuga elapſis. Id factum grauiter accipiens imperator, Curticium die indicta proditionis reum condemnat, tergumque illius flagris caedi imperat, licet ille non prius, quam hoſtes cum vniuerſo exercitu vrbem irrupiſſent, incendiſſentque aedificia, ceſſiſſet moenibus o).

§. 42

BRANIZOVAM deinde verſus expeditione iterum ſumta, inſtaurari vrbem quantocius curat. Diebus vero compluribus in eiusmodi operibus conſumtis, prae hieme et rerum neceſſariarum penuria exercitum vehementer laborare contigit. Quod vt comperit Hungariae rex p); ſtatuit, Iſtro quam citiſſime ſuperato, inopinantes ac nihil metuentes tale inuadere. Erat autem apud Hungaros mulier, natione Latina, quae diuitiis et generis nobilitate caeteris antiſtabat. Illa hoſtium conſilia per legatos aperuit imperatori. At ille cum viribus longe impar ſigna conferre cum hoſte non auderet, (morbi quippe et rerum neceſſariarum inopia, vti ante dictum eſt, exercitum illius non modice imminuerant) vrbe vtcunque munita, retro ceſſit: neue cum Hungarorum copiis congredi neceſſe 33.

n) Ακουσης και Κελαδης. Du Freſne l. c. „ Thwroczius cap. 71. et Bonfinius, de hac Hungarorum clade ſcribentes, comitem, neſcio quem, *Ciz* nomine, tradunt in eo proelio occubuiſſe, qui forte idem fuerit cum Ακουσῃ Cinnami „.

o) Sequuntur quaedam de Seruiis, quae vide *T. II.* in *Seruicis* §. 39. lit. a.

33. CINNAMVS p. 6, 7.

p) ὁ τῶν Παιόνων ῥήξ.

Imp. IOAN-NE *Comn.*

a. C. 1123.

haberet, per loca impedita ac praerupta iter inſtituit, vnde et *Mala ſcala* q) ab incolis locus iſte appellatur.

Ibi in nouiſſimi agminis cohortes de improuiſo irruentes Hungari, caetera quidem nihil Romanis nocuerunt: raptisque rantum aulaeorum, quibus inſterni ſolet imperatoris tabernaculum, fragmentis, quae inopia iumentorum relicta neglectaque erant, redierunt: ſicque Romanorum exercitus nullo periculo inde exceſſit.

§. 43.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1147. r)

34. [VBI occidentis exercitus, Palaeſtinam petentes] iam proximos eſſe Hungarorum finibus s), reſciuit princeps [Emanuel Comnenus]. Demetrium quemdam Maerembolitem — cum compluribus aliis — mittit: hoc dato in mandatis, vt eorum mentem diligentius explorarent.

§. 44.

35. 'LECHI, Scythica gens', quorum regio Hungaris occidentalibus t) contermina eſt.

§. 45.

a. C. 1153.

36. [EMANVEL Comnenus] vt — accepit, Alemannos, Dalmatas et Pannones v), aduerſus Siciliam bellum apparari, edoctos, de impugnandis ex occidente Romanis pacta inter ſe feciſſe: — ipſe in Dalmatas proficiſcitur. —

§. 46.

q) κακη σκαλα.

34. CINNAMVS p. 37, 38.

r) Ad hunc annum expeditionem contra Saracenos ſuſceptam vulgo referunt.

s) των Οὐννικων ὁριων.

35. Id p. 47. cf. *Tom. II. P. II. Polonica* §. 1.

t) Οὐννους — ἑσπεριας.

36. Id. p. 58. Locum integrum vide in *Seruicis* §. 40.

v) Παιονες.

§. 46.

a. C. 1154.

y) SEQVENTI — anno, ſub aeſtatis exitum, cum maxime 37.
peruia ſunt hoſtibus in Seruiam itinera — caſtra ad Naiſum tranſtulit. Sed vt ex Pannonia x) Dalmatis mitti auxiliares copias percepit, ſummo ſtudio annixus eſt, vt, traductis per regionem, Longomerem dictam, copiis, cum Pannonibus a dextra incedentibus Romani manus confererent. Cum ad Sauum proxime perueniſſet, ad aliud inde flumen deflexit, Drynam nomine, quod in ſuperiore ſeſe loco effundens, Boſſenam a reliqua Seruia diſterminat.—

Vnde vero cum Romanis ibi conflixerint Hungari, mox commemorabo. Erat apud Dalmatas quidam, cuius nomen quale fuerit, ignoro, fratrem autem habebat Belſim —. Cum vero vtroque oculo priuatus eſſet (quo caſu, plane mihi incompertum) in Pannoniam ſeſe recepit. Longo hic tempore commoratus, apud GEIZAM regem y) maximo in honore fuit, vt qui a puero cum illo nutritus fuerat et educatus. Ea propter, quo Geizae gratias rependeret, Dalmatiam illi beneficii iure obnoxiam facere eſt annixus: idque continuis conſiliis et adhortationibus homini tandem perſuaſit. Simulatque igitur accepit Geiza, in Dalmatiam irrupiſſe Romanos, copias auxilio Dalmatis ſubmiſit. Ea quidem ſimultatum aduerſus Hungaros cauſa Romanis fuit.

Vlterius itaque procedente Romanorum exercitu, qui pabulatum exierant cum Hungaris, qui et ipſi iter agebant, obuiam factis

v) NICET. CHON.: *Imperator cognitis Seruiae principis iniuriis, maioribus, quam ſuperiores fuerant, et conſpiratione cum finitimis Paeonibus contra Romanos inita: illos vt minime pares per contemtum aggreditur* (διασυρων κατ' αυτων, ως μη αξιομαχων αφροντιστων). *Illi vero praeter opinionem reſiſtentes, bellum non reformidarunt, maximis Hunnorum auxiliis aſcitis.* — reliqua vide in *Seruicis* §. 47. lit. ϑ.

37. CINNAMVS p. 59, 60. Nicetas Chon. p. 61. cf. *Seruica* §. 41. *ſeqq.*

x) *in* [illegible].

y) Γειτζᾳ τῳ ῥηγι. Du Freſne in Notis p. 448. „ Geiza II. Hungariae rex, Belae, cognom. Caeci, regis filius „.

Imp. EMANVELE Comn.

a. C. 1154.

factis, manus conſerunt. Quo cognito, imperator in auxilium cum copiis Ioannem protoſebaſtum mittit. Commiſſo proelio, Hungari a Romanis ſuperati, fuga ſe ad Strymonem fluuium receperunt, indeque, aliquot ex ſuis deſideratis, abſceſſerunt, a tergo inſtantibus ſemper Romanis. Vt ad flumen Taran peruenere, cum nullum aduerterent hoſtem, a quo impeterentur, rediere ad ſuos. —

§. 47.

38. IMPERATOR dum contra Seruiorum Archizupanum z) mouet, ex captiuis intelligit, exſpectare illum auxiliares copias ex Hungaria a), iam iam aduenturas, exercitum vlterius traduxit. Sed vſque ad Taran fluuium nulli adhuc viſi fuere hoſtes. Eo vero vt ventum eſt, Dalmatarum vis innumera armis inſtructa ante ſolis occaſum apparuit. — At imperator felici aſſecutus coniectura, copias, quae conſpiciebantur, eas eſſe, quas ab Hungaris exſpectabant Dalmatae, id firmante praeterea Churupo, quo ſpeculatore vſus erat. — Poſtera die cum delecta manu caſtris egreſſus imperator, paucos, qui hoſtes ſpecularentur, praemittit. Qui breui poſt reuerſi ad imperatorem — nunciarunt, innumerum in aduerſa ripa fluminis, inſtructa acie, ſtare exercitum; neque illum tantum ex indigenis, ſed immenſum etiam alium ex auxiliaribus copiis conflatum, praeſertim Hungaricis equitibus, et qui apud illos diuerſae ſunt religionis, *Chaliſiis*. Hungaris quippe Chriſtianam amplexis, iſti Moſaicis legibus, iisque non omnino genuinis etiamnum viuunt. Hos igitur, vt et Patzinacas, Dalmatis adiunctos eſſe referebant. Proelio commiſſo, victi ſunt Dalmatae, et Romani fugientibus ſemper inſtantes, eorum multos, vt et Pannonum, cecidere. —

§. 48.

38. CINNAMVS p. 60, 61. cf. *Servica* §. 42—45.

z) *Bacchinum*, vt infra vocatur. quem *Draghinam* Diocleatis eſſe Du Freſne coniicit.

a) ἐκ Παιόνων.

b) τῶν κατ' αὐτοὺς ἑτεροδοξούντων Χαλισίων.

Imp. EMA-
NVEL
Comn.

a. C. 1154.

§. 48.

b) [SERVIIS pacatis] in Hungariam c) perrexit princeps, belli 39.
cauſam obtendens, ſubmiſſa, vt dictum eſt, Dalmatis auxilia. Neque tamen indicto bello d) aggreſſus eſt Hungaros; ſed iis, quae in ſe deliquiſſent, per litteras primo expoſitis, proximum Romanorum aduentum illis indicauit.

Vbi itaque ad Iſtri ripam peruenit, cum nullae adeſſent naues, ex iis, quas Byzantii apparauerat, ne temporis occaſionem negligeret. quae in iis rebus, vt cuncta proſpere cedant, maximi momenti eſſe ſolet, lintrem, cuiusmodi ibi multae ad littus reperiuntur, vno ex ligno cauatae e), atque vna equum freno attrahens, in aduerſam ripam traiecit. Exinde eodem pariter modo in Hungarorum fines irrupit Romanorum exercitus: atque interiora petens obuia quaeuis effuſe depopulatus eſt. Erat in altera ſitum fluminis ripa caſtrum Zeugminum nomine, murorum caeterarumque munitionum robore ſatis validum. Atque illud cum primo impetu

b) NICET. CHON.: *Poſteaquam ibi* [in Seruia vid. locum ad §. 47. *Seruicorum* allatum, quibus haec ſubiiciuntur.] *quoque Romanis victoriae ſerenitas affulſit, barbaris inſtar nubium diſſipatis, et malum pugnae principium finis auſpicatiſſimus eſt ſecutus:* imperator *Hungaris* (κατα των Οὐγγρων) *miſſa Seruiis auxilia cauſatus, ſuperioris proelii puluere nondum deterſo, ſed calido adhuc ſudore manans, captata defenſoris abſentia, bellum infert. Hungarorum enim rex peregre aberat, cum finitimis Roſſis depugnans. Itaque Sauuo fluuio ſuperato* (τον Σαυβον διαβας), *factaque in Franchocorium* (Φραγγοχωριῳ) *impreſſione (ea non minima Hungariae* (τ. Οὐγγριας) *pars eſt, ſed habitatoribus frequens, inter Iſtrum et Sauum fluuios patens, in qua caſtellum Zeugminum* [Ζευμινον], *quod nunc Sirmium vocant, ſitum eſt) prouinciam illam peſſime tractat. Tum Paeon quidam*

39. CINNAMVS p. 65—68. Nicetas Chon. p. 62.

c) ἐπι την Οὐννικην. ita et infra aliquoties.

d) Οὐ μην ἀκηρυκτι.

e) αὐτοξυλα.

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

a. C. 1154.

petu expugnare haud poſſet. Theodorum Batatzem ſororium ſuum reliquit cum exercitu: ipſe regionis illius vicos circumiens, plurimos in poteſtatem recepit.

§. 49.

Hungarorum interea proceſſit exercitus, Romanos excepturus. At cum viribus longe ſe vidit imparem, dedidit ſeſe pariter imperatori, qui deinceps rapuit, ſuſtulitque pro lubitu omnia. Videre itaque erat omnis aetatis multitudinem bello captam agi, gentemque totam -liam in ſedem transferri: quamque Sauus et Iſter, fluuii ex Alpibus profluentes, in Hungariae finibus efficiunt inſulam (ſuperius enim diuiſi a ſe inuicem, poſt multum circuitum in vnum demum coëunt) vacua illa omnino nulloque culta habitatore. Tum quoque euerterunt Romani domum eorum regiam f): res ſane quae inter maximos Romanorum fortunae ſucceſſus referri mereatur.

His ita proſpere geſtis, ad Zeugminum rediit imperator, vbi Batatzes, qui relictus ibi fuerat, obſidionem vrgebat. Sed qui loci praeſidium tenebant, quamdiu ſpes erat, breui cum auxiliis regem adfuturum, defendebant ſeſe acriter. Verum vt intellexere, nequaquam illum adeſſe, ac iam iam moenia acrius inpugnantibus

ingenti corpore, et animum fortiſſimum prae ſe ferens, relictis caeteris, in ipſum imperatorem impetu fertur. Is vero gladio inter vtrumque oculum traiecto, barbarum occidit: multisque captis, et opibus non paucis potitus, in vrbem imperatricem regreditur: ac triumpho quam maxime extento, ſplendiſſimam pompam per vrbis circuitus duxit. cuius elegantiam Hungarorum et Seruiorum captiui illuſtrarunt, veſtibus ſplendidioribus quam pro ſua conditione ab ipſo exornati, vt ea quoque re victoria glorioſior et ciuibus atque exteris admirabilior eſſet: quippe captis eo bello viris nobilibus et ſpectatu dignis. Illud etiam pompae eius admirationem auxit, quod captiui non omnes vna ibant, ſed in claſſes diſtributi atque interuallis diſtincti, vt ſpectantium oculi decepti maiorem eſſe numerum arbitrarentur.

[illegible] την [illegible] ita et paulo inferius τον ἔργω et [f. 50.] [illegible] [illegible] ἔργω, et alibi.

Imp. EMANVELE *Comn.*

bus Romanis, periculo imminente conterriti, rogauere principem [Emanuelem Aug.], vt, tradita arce, ſaluis inde corporibus liceret iis excedere. Quam rem cum abnueret, funibus collo appenſis, abiectisque capitum operculis, per ſummum dedecus ſeſe ipſos imperatori dedidere. Tum ille, ne eorum quisquam a Romanis interficeretur, prohibuit; arcem vero, graui refertam praeda, iis diripiendam conceſſit.

§. 50.

His confectis, Romani verſus Sauum, velut fluuium traiecturi, pergunt, 'numero maiorem captiuorum adducentes multitudinem, quam eſſet exercitus g): ſed necdum flumen tranſierant, cum nunciatur, Pannonum regem cum ingentibus iſtic adeſſe copiis, 'ſummo animi ardore cum Romanis pugnare geſtientem h), rebus iam in Galitza, regione Tauroſcythicae, praeclare feliciterque peractis. Huius quippe rei potiſſimum cauſa imperator bellum iſtud aggreſſus erat, qud ſe inuito, Bladimerum (id nomen erat Galitzae principi, virum Romanis foederatum, inuaſiſſet.

Quo cognito, imperator reliquam aciem, impedimenta, ingentemque et innumeram captiuorum multitudinem in aduerſam transferri ripam iubet, ibique conſidere: ipſe cum delectis militibus, etſi conſilium haud probarent ducum plerique, ſumma celeritate in hoſtem contendit, „ Luporum eſſe, non leonum, dictitans, pecorum gregem inceſſere; caeterum, paſtoribus aut canibus conſpectis, ſine pudore vllo fugere, eo ſolo ſi captam praedam retineant, aegre licet ac vix contentos. „ Illud etiam de eo fertur, quod quidem, ſi id egit ex animi conſilio, laudare vix poſſum: ſi autem, quia tum quidpiam praeuiderit, quod reor, aut tutari ac defendere voluerit, qui circa ſe erant, Romanos, militaris prorſus prouidentiae facinus memoratu dignum eſſe arbitror. Cum enim ab Sauo ſtatueret diſcedere, quo Hungaris occurreret, vaſaque iam colle-

g) πολλῷ 'στρατοπεδου του αυτων πλειω την ἀνδραποδισθεισαν των Οὐννων ἀγοντες ἡλικιαν.

h) θυμῷ πολλῷ κατα Ῥωμαιων ἤιεν.

Imp. EMANVELIS Comn.

colligiſſet, imperauit nauium praefecto, vt in alteram fluuii ripam traiiceret, ibique conſiſteret cum nauibus: ac ſi quis ex Romanis fugam meditatus ſe traiici poſtularet, quaſi non videret hominem nihil moraretur.„ Vel ſi ipſe, ait, imperator adero, aliaque, ac modo videantur, in animum induxero, quae iuſſero, negligas neceſſe eſt. Sin ſecus feceris, continuo palo affixus ſupplicium non effugies„. Ea quidem ille ſic tum ordinauit, vt ad audaciam et magnanimitatem aditum, quemadmodum diximus, militibus quodammodo faceret. Vbi enim nullum ex metu compendium eſt, tum ab audacia neceſſario petendum eſt auxilium.

§. 51.

Abitum itaque paranti quidam a Romanis captiuis, qui ab Hungaris euaſerat, iam iam aduenturum regem indicat. Hoc accepto nuntio, imperator vix ſeſe continere potuit, veritus, ne, cum prior adueniret, fugientes Romanos aggredi videretur Hungarorum exercitus. Ordinata igitur acie retro ceſſit. Vt vero conſtitit, non ipſum adeſſe regem, ſed *Beloſim* [i], qui primas apud eum obtinebat (*Banum* [k]) vocant eiusmodi dignitatem Hungari [l]) appropinquare cum exercitu, in eum citato impetu fertur. Verum cum nox

i) Βελοσις.

k) Μαπανον. Adnotat ad h. l. Du Freſne p. 449. „ Legendum Μπανον h. e. *Banum*. Solent quippe Graeci *B* Latinum per ΜΠ. efferre, vt ex exemplis, quae profert Meurſius in Gloſſario, plus ſatis patet. De Banorum dignitate dixi ad Annam [vid. *Tom. II. P. I.* in *Slauicis* §. *115.* not. *e.*] Hac tum fungebatur in Hungaria Bela, qui Cinnamo Βελοσις h. l. dicitur, Geizae regis auunculus. quo imperante, rerum ſummam tenuit, Vri, Seruiae comitis, cuius filium Helenam Bela, cognomento Caecus, rex duxerat, frater. Ioannes Thwroczius cap. 65. *Tunc auunculus Domini Regis Belae Ban nominatus, glorioſus in millibus ſuis irruens ſuper agmina Teutonicorum, percuſſit eos ex aduerſo grauiter, et magnam ſtragem fecit in illis.* Belae Bani, quo ductore Henricum Bauariae ducem fudit Geiza, meminere praeterea Otho Friſing. lib. 1. de Geſtis Frid. cap. 22. et Radeuicus lib. 3. cap. 12. Guntherus lib. 6. Ligurini de Bela: *Hic placido cultu puerum nutriuerat, vt qui Vir bonus et prudens et auunculus eſſet vtrique*„.

nox ingrueret, equo desiliens, totus armatus, ſuper inuerſo et ſupino clypeo ſomnum capit, idemque vt milites facerent, imperauit.

Poſtero autem die Beloſis, aduentare principem certior factus, cum vniuerſo exercitu receſſit, neſcio quos haud ſanae mentis ſimulans praetextus. Quo enim fugae captaret occaſionem, mandatum ſibi aiebat a rege, vt ab hac regione abſcederet, iterque intenderet ad Branizobam, vt inde facilius Romanos adoriretur.

§. 52.

At imperator, cum necdum fugientes inſequi ceſſaret, ſuperato fluuio, Branizobam peruenit, ibique caſtra poſuit. Paulo poſt in aliam Hungariae partem, vbi mons eſt, *Temiſes* ab incolis dictus, quo vaſtaret adiacentes agros, mittit cum exerciru *Boriſem* [l]).

 Ex

l) Βορισιν. Du Freſne ad. h. l. p. 449, 450. „Fuit, inquit, is Boritius, Calamani regis Hungariae ex regis Ruſſiae filia (quam in adulterio deprehenſam Calamanus repudiauerat) filius, ob idque pro ſpurio habitus. Exſtincto Stephano rege, fratre, cum fruſtra paternum regnum repetiiſſet, CPlin profectus, conſanguineam Ioannis imp. duxit in vxorem, Graecorum exinde et Polonorum fultus auxilio, et ab aliquot euocatus proceribus, Hungariam cum valido exercitu ingreſſus, a Bela Caeco rege et Alberto Leopoldi, Marchionis Auſtriae, filio, Belae ſororio, fuſus ac fugatus eſt, vt pluribus narrant Otho Friſing. lib. 7. Chron. cap. 21. Thwroczius et Bonfinius. Hac accepta clade, Boritius rurſum Graecos in ſui auxilium, et Labeſlai, Bohemiae ducis, interuentu, regem Fridericum induxit A. MCXLVI. mox percepto Ludouici, Franciae regis per Hungariam tranſitu, in illius caſtra conceſſit, quorumdam Hungarorum conſiliis accitus. qui, facile fore, vt multi in Hungaria non ignobiles a Geiza rege ad eum deficerent, polliciti fuerant. Quod cum ad Geizam perlatum fuiſſet, ſtatim a Ludouico rege per legatos Boritium vinctum ſibi tradi poſtulauit, cui reſponſum — dedit Ludouicus: *Domum regis eſſe quaſi eccleſiam, pedes eius — quaſi altare, ideoque non poſſe ſe reddere vinctum eum, qui ad domum regalem, quaſi ad eccleſiam et ad pedes regis, quaſi ad altare, ſe proſtrauit.* Ita Thwroczius et Bonfinius Dec. 2. lib. 6. Odo vero et Diogilo lib. 2. extr. ait, re inconſilium adducta, *Epiſcopos et optimates diſcuſſa ratione iudicaſſe*, vt

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

a. C. 1154.

Ex eadem ille, qua Geiza m), familia dicebatur eſſe: propter au- tem neſcio quam ſimultatem ad Ioannem [Comnenum] imperatorem profugerat, a quo et magnis fuerat auctus honoribus, vnamque e conſanguineis obtinuerat in vxorem. Eum in locum poſtquam venit Boriſes, maiores vicos, incolarum frequentia late extenſos omnibusque refertos bonis circumeundo depopulatur. Ad haec cum tribus Hungaricis phalangibus conſertis manibus, hoſtes plane fudit, qui adeſſe principem putauerant, rediitque in caſtra praeda grauis.

Rex autem vbi intellexit, Boriſem, non Romanorum imperatorem, haec intuliſſe Hungariae n) damna, totus proelium ſpirans, a tergo inſequitur. Sed enim non potuit aſſequi Boriſem, qui ſub noctem exceſſerat, praelucentibus facibus, quas crebras princeps accenſas ſubmiſerat e caſtris. Tum etiam in aduerſa ripa relicti adhuc duo e pedeſtribus numeris, vitatis huc aduenientium Hungarorum inſidiis, ſoſpites euaſere.

§. 53.

His fortunate geſtis, imperator, expugnatisque, quantum ſtatuit, Tranſiſtrianis oppidis, ibi aliquamdiu moratus, Iſtrum ſuperare rurſum et cum rege, qui in altera fluuii ripa caſtra habebat, proelium conſerere ſtatuit. Quod poſtquam ille aduertit, veritus fortunae exitum, et ſi male res cederent, ne Hungari internecione delerentur, legatos ad petendam pacem ad imperatorem miſit, qui

rex regi pacem ſeruaret, et viro nobili, licet capto, vitam ſeruaret, quia ſcelus eſſet vtrumque, et morti hominem reddere, et amici ſine ratione foedera rumpere. — Tandem Boritius, a Manuele cum validis copiis aduerſus Hungaros miſſus, deleto ab hoſtibus exercitu, ipſe a quodam Cumano domeſtico, ſagitta transfixus occubuit, A. MCLVI. vt habent Otho Friſing. lib. 7. Chron. cap. 34. lib. 1. de Geſt. Frider. cap. 30. lib. 2. cap. 31. Ex Boritio natus Calamanus, Ciliciae praefectus, de quo infra Cinnamus [p. 125. vid. infra *§. 65.*]„

m) τῳ Ιατζᾳ. ſupra Γεϊζαν vocabat *§. 46.*

n) Παιονιαν. Quos interpres vbique Hungaros, eos nunc Paeones, nunc Hunnos vocat Cinnamus.

a. C. 1154.

qui tandem Byzantium redux, acto triumpho, praeclaras Deo gratias retulit. —

§. 54.

a. C. 1156.

n) VT vero accepit imperator, Geizam, Hungariae regem o), 40. praeteritis irritatum calamitatibus, Tranſiſtriana oppida ex improuiſo aggredi velle, praeuertere hominis conatus occupat. Itaque ad Iſtri ripam quanta potuit celeritate reuerſus, Hungaricis copiis in altera fluuii ripa conſidentibus ſe obiecit. Aliquamdiu pars vtraque a proelio ceſſauit, quod neutra vellet incipere: ac Romanorum praeſertim, quorum naues nondum aduenerant. Sed vbi aliquot poſt diebus confectas ex ea, quae occurrebat materia, nauiculas complures deduxere in flumen: tum, quae gererentur, edoctus Hungariae rex, veritusque, vt dixi, ne rurſum belli fortuna inclinante, principatum ipſum diſcrimini exponeret, iterum ſe ad pacis conditiones contulit. Miſſis igitur legatis, petiit, vt decem non amplius millibus Hungarorum multatis, reliquam captiuorum multitudinem reciperet p): his conditionibus amicum ſe, quamdiu viueret, Romanorum et foederatum ſemper fore pollicitus.

His

b) NICETAS CHONIATES: Expeditione contra Siciliam partim proſpere finita, Emanuel Comnenus *expeditione contra Paeones, qui et Hungari* (Οὕγγροι) *et Hunni appellantur, indicta, occidentales legiones currus in caſtra adducere iubet, quibus et ſibi ipſis commeatum adueherent, et caeteris, qui vehiculis carerent, ſuppeditarent. Cum exercitus conueniſſent, ipſe quoque Sardicam, quae nunc Trimditza vocatur, venit. Vbi non diu commoratus, cum Paeones per legatos pacem feciſſent, iter contra Seruiorum ſatrapam conuertit*, — cui perſuaſit, vt, *omiſſo foedere Hunnico, ſolum imperatorem agnoſceret, et formidaret.*

n) CINNAMVS p. 68. Nicetas Chon. p. 67.

o) Γεϊτζαν, τον Παιονων ῥηγα.

p) ἐννεα χιλιαδων ἐν πλειω δεκα ζημιωθεν το Οὐννικον, την ἀλλην των αἰχμαλωτων πληθυν ἀπολαμβανειν ἀνδρας.

Imp. EMANVELE Comn.

a. C. 1156.

His ergo conditionibus ſancita pace, Romanae copiae redierunt.

§. 55.

41\. IMPERATOR — vt accepit, rurſum nouare Hungarorum regem q), cum eam ferre iniuriam nequaquam poſſet, iter denuo verſus Iſtrum capeſſit. Sed ille, audito principis aduentu, de pace rurſum per legatum agit: ſolutoque tandem bello, pacis apparuit ſerenitas. Nec multo poſt, cauſam praebente Andronico, principis patruele, bellum iterum aduerſus Romanos conciuit.

§. 56.

42\. q) [ANDRONICVS Comnenus res nouas moliens] cum in Cilicia bellum proxime gereret, Palaeſtinae regem et Perſarum Sultanum in ſuas traxit partes: ducatumque adeptus Naeſi et Branitzobae, vt modo dictum eſt r), per litteras Hungarorum regi pollicitus eſt, ſi ad inuadendam tyrannidem ſibi adeſſe vellet, tum demum

q) NICET. CHON.: *Siculo bello — non plane ſopito, et Hungarorum* (των Oὐννων) *princeps, vt facta eius declararunt, bellum moliebatur. Poſtquam enim Andronicus Comnenus, qui poſt Romanorum tyrannidem inuaſit, ducatu Branitzobae et Belegradi ademto, quod cum Hunnis contra Romanos conſpiraſſet, et imperium, Manuele deiecto, auxilio principis Hunnorum ſibi vindicare velle ferebatur, Pelagoniam arceſſitus, et inſidiarum, quas Imperatori et conſobrino ſuo ſirueret, conuictus et in cuſtodiam quandam magni palatii datus fuit: Hunnorum princeps, bello Romanis ſtatim illato, Branitzobam obſidet, et late omnia incurſionibus pro ſua libidine vaſtat. Quare imperator chartula-*

41\. CINNAMVS p. 69. Nicet. Chon. p. 67, 68.

q) των Παιονάρχων.

42\. CINNAM. p. 72. Nicet. Chon. l. c.

r) Cinnam. p. 71. Andronicum Antiochia Byzantinm reuerſum Manuel Aug. *propalam — ſplendidis donabat muneribus, ac prae caeteris honorabat. Denique et Naeſſi* (Nαισσ) *et Branitzobae ducem conſtituit.*

Imp. EMANVELE Comn.

demum, cum imperium eſſet adeptus, Branitzobam et Naeſum continuo ſe ei ceſſurum. Sed veritus, ne, ſi haec vulgarentur, reum ſe proderet, alio deflexit. Igitur ſignificauit principi, 'iam ſibi quosdam e magnatibus Hungaricis conciliaſſe, iſtius modi circumuentos dolo in ſua poteſtate haud difficulter ſeſe habiturum [s].' Sed enim iam antea fraudem perceperat imperator ex litteris ad ſe delatis Andronici, quibus ſupra dicta cum rege Hungarico depactus fuerat. Cum autem conuincere eum vellet manifeſtius, vt ea, quae coeperat, perficeret, illius permiſit arbitrio. Ille itaque omnem ſuſpicionis occaſionem ſublatam ratus, confidenter ad Hungaros et ad Alemannorum regem miſſa legatione, vt auxilium in tempore ferrent, ſollicitauit. His perfide et nequiter actis, Byzantium venit Andronicus, foedere, vti apparebat, Romanos inter et Hungaros iam ſancito. Imperator etiam tunc facinoroſum tolerauit: 43.
tandem vero a conſortio ſuo remotum in palatio includendum curauit'.

§. 57.

Rex autem Hungariae, nihil dum edoctus eorum, quae Andronico euenerant, contracto 'ex Tzechis, et Saxonibus [t]', et 44.
aliis

rium, Baſilium Tzintzilucem, ducem contra eos mittit. Is, milite in cohortes et phalanges deſcripto, cum ſe inuictum exercitum habere putaret, Hungaros adortus, victoriam non diuturnam eſt adeptus. Nam hoſtes in Romanos, temere perſequentes, conuerſi, acceptam cladem illuſtriore victoria penſarunt. Quo [cf. *§. 57.*] *imperator audito, iter eodem intendit. vt Paeones, ſuo aduentu territi, prouinciis illis cederent. Quod cum feciſſent, iis conditionibus bello compoſito, quas tempus ferebat, Branitzobae et Belgradi rebus conſtitutis, domum redit.*

s) *βȣλεσϑαι των κατα* Παιονιαν *τινας δυνατων, φιλιως ἀυτῳ προσφερεσϑαι ἀρξαμενȣς, δολῳ ὑπελϑων ὑπο την ἑαυτȣ ῥαδιως ϑεσϑαι παλαμην.*

43. CINNAM. p. 72—75.

44. Id. p. 75—77. Nicet. Chon. p. 67, 68.

t) *ἐκ τε* Τζεχων *και* Σαζωνων. ſub illis Bohemos, ſub his Alemannos, quorum ſupra meminerat, intelligit Cinnamus.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1156.

aliis gentibus compluribus exercitu, Branitzobam vrbem oppugnare contendit, pactis forte confidens, quae cum Andronico pepigerat.

Eius rei nuncio obſtupefactus princeps, miratus eſt perfidiam Hungarorum, quod, quae ſacramentis haud pridem ſanciuerant, nulla de cauſa poſthaberent. Celeritate igitur egere rem opinatus, verſus Iſtrum continuo iter intendit. At cum ſciret, ſuos nequaquam eſſe Hungaris v) pares (quippe Romanorum vires, nemine tum obſiſtente, in prouinciis diſperſae conſidebant,) talia excogitat. Quidam locus eſt arduus ſatis, nomine *Smeles* x). Hunc occupare inſtituit, vt eſſet ſedes, vnde excurreret in Hungaros. Vt vero ciuitatem ſibi conſeruarent Branitzobitae, litteras, quibus, ſe iam iam aduenturum, illis ſignificabat, militi cuidam tradit, imperatque, vt telo alligatas in vrbem coniiceret. Quod ille, vti iuſſum erat, fecit. Sed enim litterae, longius, quam oportebat, proiectae, in manus venere Hungarorum. Continuo igitur inuaſit illos metus, machinisque et rebus aliis, quae ad vrbis oppugnationem apparatae erant, incenſis, ad Iſtrum, tranſituri, contenderunt. Sed exundantem inuenientes fluuium (quippe venti imbresque coelo effuſi ruebant) verſus Belegradam iter vertere. His cognitis imperator, acceptoque, Boritzen, Boſſinae, regionis Dalmaticae, principem y), qui auxilio venerat Hungariae regi, in ſuum redire principatum; fortiſſimos militum delectos, qui manus cum Boritze conſererent, dimittit. 'Verum Baſilius, qui copias iſtas ducebat', oblitus, opinor, cuius gratia et quo cum hoſte pugnaturum ſe emiſiſſet princeps, maturato itinere, ad Hungaros quam proxime ſucceſſit. Cumque in praecurſores quosdam incidiſſet, fugatis iis, 'in medium irruit hoſtium phalangem z), egregium ſe facinus editurum, credens, ſi, eo conterritos metu aggreſſus, ordines perturbaſſet. Neque illa eum omnino ſpes fruſtrata eſt. Namque Hungari, primo quidem, ipſum copiis iſtis praeeſſe imperatorem, rati, nullo ordine

v) τῃ Οὐννων ϛρατιᾳ.

x) Σμηλης.

y) Cf. Tom. II. P. I. *Boſnica* §. 3. not. *d*.

z) ἐς μεσην των Οὐννων φαλαγγα ἐμπεσοντα.

ne fugam arripiunt: eorumque multi, dum in ſcaphas conferti incidunt, flumine abſorbentur. At vbi cognouere, retro quidem ſubſequi principem, aciem vero iſtam regere Baſilium; ſuſtulere animos, et, conuerſo agmine, Romanos excepere: qui, etſi bellatorum numero hoſtibus longe inferiores, ſuſtinuere tamen eos. Magna vtrimque facta eſt caedes: donec Hungari, qui cum *Stephano*, Geitzae filio [a]), Romanis militabant, primi fugam cepere. Mutata demum atque ab altera parte facta inſecutione, Hungari, qui cum Stephano erant, fere omnes, ex Romenis vero multi cecidere: alii fuga euaſere incolumes, atque in iis dux ipſe Baſilius.

§. 58.

Haec imperatori, inſuper etiam, Belegradam a fide defeciſſe, nunciata, valde eius animum conſternarunt. Ioannem igitur Cantacuzenum mittit, tum vt vrbem, in defectionis, vt dixi, propoſito fluctuantem, firmaret, tum vt humo mandaret Romanorum cadauera, et fugientes, quocunque laterent loco, reuocaret, eo caſu maxime irritatus, Hungaros a tergo inſequi prorſus geſtiebat: nequaquam vero id conſilii probantibus Romanis: „ At plane, inquit, viri, mihi inglorium videtur, nullo accepto vulnere decedere, dum pro fortuna decerto Romanorum.

 Vbi

a) οἱ περὶ Στεφανον τον Ιατζα παιδα. Adnotat ad h. l. Du Freſne p. 453. „ Perperam hoc loco Cinnamus Stephanum, qui tum Graecis et Manueli militabat, Geizae filium fuiſſe ſcribit, cum illius frater fuerit, vt ipſemet agnoſcit lib. 4. [p. 118. vid. infra §. 60.] et teſtantur diſerte Radeuicus lib. 3. cap. 12. et Guntherus lib. 6. Ligur. Ex quibus docemur, Stephanum, cum a fratre, ex affectati regni ſuſpicione, ad Fridericum imperatorem profectus eſſet, ab eo per Venetias in Graeciam tranſmiſſum, cum litem inter fratres dirimere non potuiſſet. Guntherus:

At rex huic finem nequiens imponere liti,
Cum maiora premant priuatae pondera curae;
Diſtulit, et iuuenem Veneti per ſtagna profundi
Prouidus Argolicam ſeruandum miſit ad vrbem.

His conſentit Nicetas Lib. 4. N. 1. [p. 83. vid. infra §. 60. lit. α] „.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1156.

Vbi autem longius iam progreſſos Hungaros accepit, impetum remiſit. Interea Cantacuzenus, confectis, ob quas miſſus erat, rebus, rediit, vinctosque adduxit ex Belegradenſibus eos, qui defectionem fuerant moliti: Igitur motis inde caſtris, haud procul Berrhoea ciuitate hyemauit.

§. 59.

a. C. 1157.

PRIMO autem vere contracto vndique exercitu, iterum in Hungariam profectus eſt b), quo in medios vſque fines penetraret. Iamque poſitis ad Iſtri ripam caſtris cum vniuerſo conſidebat exercitu: aderantque plurimae, quae Byzantio venerant, naues, vt copias transmitteret c). At vbi vndique ſe anguſtiis premi vidit Pannoniae rex, de mittendis tandem legatis cogitauit. Miſſis igitur ad imperatorem viris illuſtribus, captiuos Romanos continuo ſe redditurum, inſuper etiam, quaecumque imperaret, ſuppeditaturum pollicitus eſt. At princeps quidem etſi primo renuenti ſimilis, verba ſermonesque de pace reieciſſet, admiſit tandem ſupplices, et cum legatis in ſupra dictas conditiones conceſſit. Redierunt itaque in caſtra Romana, qui ſuperiore, vt memorauimus, proelio capti fuerant, et arma, et equi, et caetera belli praeda. Ad haec pro iumentis equisque, qui perierant, viui et in ipſa Hungaria geniti equi ſunt reſtituti. Ita ſoluto bello, domum rediere.

b) ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν αὖθις ἐχώρει. c) ἀναβῆναι μετ' αὐτῆς τὸ ὁπλιτικόν.

CAPVT

CAPVT V.

Res Vngrorum ſub regibus Ladiſlao et Stephano, Geizae fratribus, eiusdemque filio Stephano, geſtae; ab a. C. 1161–1173.

§. 60.

a. C. 1161 — 1173.

α) [CVM fama percrebeſceret, regem Alemannorum Fridericum totis viribus in Romanorum agros irrumpere, et] Geiza a), Hungarorum rex, vita conceſſiſſet, [Manuel Comnenus] 45 Sar-

α) NICETAS CHONIATES: *Priusquam ... tem ad res Pannonicas redeam, perſpicuitatis gratia quaedam praemittenda ſunt. Hunnorum princeps* ·*atzas duos fratres habuit, Stephanum et Bladiſthlabum* (Βλαδισθλαβον): *totidemque filios, Stephanum et Belam. Stephanus euitatis inſidiis, quae a fratre ſibi parabantur, Conſtantinopolin profectus, et a Manuele imperatore humaniter ſuſceptus, praeter alia plurima beneficia, etiam Mariam vxorem accepit. Paulo poſt alter quoque frater Bladiſthlabus, Stephanum imitatus, ad Manuelem ſe contulit, non tam quod a fratre minus, quam par eſſet, amaretur, aut inſidias timeret, quam fama rerum ſecundarum fratris Stephani impulſus. Neque vero ſpe ſua fruſtratus eſt, aut aliter ab imperatore ſuſceptus, quam genus eius decebat, ſed omnia ex ſententia confecit. Ac vxorem, quam vellet, vel ex imperatoria ſtirpe ducere ei licuiſſet. verum coniugio abſtinuit, ne illius blanditiis irretitus, neglecto reditu in patriam; rebus ſuis minus conſuleret.*

45. CINNAMVS p. 118. Nicetas Chon. p. 83. Annos paragrapho ſuperſcriptos, ſecundum Thwroczium, regnauit Stephanus, Geizae filius: Patruis, Ladiſlao et Stephano regnum affectantibus. Caeterum in Tabula Chronol. Nicetae praefixa, quae hic vſque ad §. 76. leguntur, ad a. C. 1160. referuntur.

a) ὁ των Ουννων ἐηξ Ιατζας.

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

a. C. 1161—1173.

Sardicam venit: vbi aliquamdiu moratus, quo pacto Hungariae regnum ſibi aſſereret, animo voluebat. Nam quae de Alemannis ferebantur, haud plane conſtabant, Quo vero iure Hungariam ſibi comparare decreuerit imperator, iam commemorabimus,

Geizae huic b) fratres erant *Vladiſlaus* c) et *Stephanus.* At quibus ex offenſis vterque illi odio fuerit, plane ignoro. Itaque, poſt multam huc illuc fugam, tandem principem [Emanuelem Comn.] adiere, illiusque ſeſe ſubdidere poteſtati. Et Stephanus quidem [imperatoris d)] ex fratre neptem duxit, Mariam, Iſaacii ſebaſtocratoris filiam, virginem — formoſiſſimam: alter vero caelebs permanſit. Itaque cum, mortuo Geiza, alterum fratrem ad regnum iuris ratio euocaret (lex enim eſt apud Hungaros, vt ſemper

Sed quid fit! Hunnorum regi, Iatzae, placida morte defuncto, Stephanus, filius, in principatu ſuccedit. At imperator eo caſu delectatus, initaque ratione, ſi Hunnornm ſatrapia ad Stephanum, affinem ſuum, cui iure deberetur, tranſiret, primum id

b) Ιατζᾳ δη τουτῳ. Adnotat ad h. l. Du Freſne p. 465, 466. „ Geiza II. Hungariae rege, Belae, cognomento Caeci, regis filio, — mortuo, Stephanus filius, qui ſupremo parentis elogio rex dictus fuerat, omnium etiam calculis, plenis comitiis, approbatus eſt, A. MCLXI. Vladiſlaus, Geizae frater, vſurpata interim regia poteſtate, per ſex menſes ea potitur, quo extincto Kal. Febr. A. MCLXXII. Stephanus, Vladiſlai regis frater, regnum inuadit: ſed a Stephano, nepote, victus et fuſus, ſtatim poſtea in caſtello Zemlen Id. April. diem obiit, cuius funus ſubſecuta mox eſt Stephani nepotis mors ſub IV. Non Mart. A. MCLXXIII. Duxerat Stephanus, Geizae frater, in vxorem Mariam Comnenam: Vladiſlaus oblatum ſibi ſimile connubium abnuerat, ne aditum ſibi ad regnum, cui inhiabat, praecluderet. Stephanus denique Senior propinato ab Hungaris veneno interiit, vt auctor eſt Nicetas [p. 84. vide ad ſ. 6[illegible].]. Iunior pariter veneno vitam finiuit, quod a fratre, quem de terra eiecerat, datum ſcribit Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 3. Conſulendi praeterea ad hanc hiſtoriam Thwroczius et Bonfinius, Radeuicus lib. 3. c. 12. Guntherus lib. 6. Stero A. MCLX. et Autor Chronicae Auſtral. A. MCLXV „.

c) Βλαδισλαβος.

d) Omiſit interpres.

per ad fratres ſuperſtites diadema transmittatur e)) in patriam eos reducere pro viribus nitebatur imperator. Quippe Geiza, poſthabita patria conſuetudine, regnum filio ſuo tradiderat, Quapropter Hungari, cum eiusmodi legem colerent, et imperatoris vererentur aduentum. STEPHANVM, Geizae filium, abdicantes imperio, alteri fratrum, *Vladiſlao* f), illud tradiderunt: Stephano vero (ſeniorem dico) *Wrumi* dignitatem g) conceſſerunt, quo nomine ita apud Hungaros regni ſucceſſor indicatur. Eum finem habuit fratrum iſtorum de regni ſucceſſione controuerſia.

§. 61.

ſibi gloriae fore, deinde Romano imperio forſitan aliquid tributi acceſſurum: Zeugmino certe et Francochorio citra controuerſiam potiturum, rei conficiendae intendit animum. Legati ſtatim ad Hunnos mittuntur: qui cum eis de regno ad Stephanum transferendo agerent: paulo poſt ipſe Sardicam venit. Hunni vero ad primum auditum a Stephano abhorruerunt, et nomen eius aegre tulerunt: eum ſe cum ob alia repudiare afferentes, tum quod Romanam vxorem duxiſſet. Minime enim e re ſua eſſe, virum admittere, Rom. imperatori affinitate iunctum. Vereri ſe, ne Hunni ſuo regi, rex vero imperatori Romanorum pareret. His de cauſis nec Stephano illuc profecto ſtuduerunt: et legatos imperatoris rebus infectis, dimiſerunt. Vnde Stephano maioribus viribus opitulandum ratus, Sardica ad Iſtri ripas, Branitzouam et Belegradam, proficiſcitur, et nepotem Alexium Contoſtephanum cum copiis adiungit Stephano. Qui cum Chramum tenuiſſent, pro virili egerunt ea, quae ad regnum obtinendum pertinebant. Quamuis autem Pannonum proceres et largitionibus ac adulationibus corrumperent, et maximis pollicitationibus inflarent; nihil tamen proficiebant, niſi vt Hunni Bladiſthlabo, Stephani fratri, principatum deferrent. Quo [vid. *§.* 52] *paulo poſt defuncto, rurſus ad Iatzae filium, Stephanum, Hunni inclinarunt. Quod factum neque imperator aequo animo tulit: et, eo adiuuante, Iatzae frater* (κασιγνητος) *nihil non agebat, ſi quo modo regno potiretur. Ea de cauſa multis bel-*

e) Du Freſne ad h. l. p. 466. Immo ea lex in deſignando rege apud Hungaros vigebat, vt non filius patri ſuccederet, ſed qui e regia familia ad regnum ab vniuerſo nobilium coetu in comitiis euocaretur. Ita Bonfinius A. MCLXV. „.

f) Βραδισθλαβῳ.

g) τῃν Ο'ρεμ — τυχην.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1161 — 1173.

§. 61.

46. [CIRCA id tempus imperator Primiſlauo Seruiorum principatum ademit, cui eius fratrem Beluſen praefecit.] Verum Beluſes non diu multum principatu potitus, illius inſignia depoſuit, patrioque excedens ſolo, venit in Hungariam, vbi cum multos exegiſſet annos, mortem tandem obiit.

§. 62.

47. STEPHANVS autem, defuncto Vladiſlao [h], principatum jam adeptus, grauis moleſtusque adeo ſubiectis eſſe coepit, vt paſſim illum probris inſectarentur Hungari, et regno viderentur ſtatim depoſituri: quibus Stephanus conterritus, opem rurſum principis implorauit. Motis igitur circa aequinoctium caſtris, Philippopolin venit imperator, ibique cum maiori exercitus Romani parte manens, Alexium, Contoſtephani filium, ex ſorore nepotem, cum caeteris copiis in Hungariam miſit [i].

Sed

lis conflatis, cum imperator. Iatzae filio, Belae, quem imperii ſucceſſorem deſignare in animo habebat, Mariam filiam deſpondiſſet; Hunni, [vid. *ſ. 76.*] *vt omnibus moleſtiis et periculis compendio defungerentur, inuiſum Stephanum dolo necare inſtituunt. quam ad rem venenum aptiſſimum viſum quod per quemdam miniſtrum eius, Thomam, largitionibus corruptum, illi propinaretur. Is vero veneficii inſignis artifex, e ſuo ingenio alia ratione depromta, cum forte Stephanus venam incidiſſet, veneno ictum inunxit. quod in totum corpus diffuſum, correptis vitalibus, hominem celeriter confecit. cuius interitus aperte declarat, hominum cogitationes incertas ac fallaces eſſe —. Cadauer eius ludibrio habitum ſepulturae honore caruit. Zeugminum Hunnis deditionem fecit. His imperator auditis Hunnis bellum indicit.*

46. CINNAMVS p. 119. Locum integrum vid. *Tom. II. P. I.* in *Seruicis ſ. 51, 52.*

47. CINNAM. p. 123. Nicet, Chon. p. 83, 84.

h) τȣ Βλαδιϑλαβȣ. aliter hoc nomen ſcripſit p. 118. vid. §. 60. not. c. §. 61. not. f.

i) Du Freſne ad h. l. p. 465. „Cadit haec Manuelis expeditio in A. MCLXXIII. Nam et hoc anno rex dictus fuit Stephanus, et interiit, ſi Hungaricos ſcriptores audimus„.

Sed enim Stephanus, interea reconciliatum ſe iam cum Hungaris ratus, eius operam non adhibuit; quapropter domum rediit Romanus exercitus.

§. 63.

Verum mox in Stephanum rurſum inſurgentes Hungari, tum alia ei multa, tum et ſub illo perditas eſſe res Hungarorum exprobrarunt. Stephanus autem, diſcrimen veritus, fugit primum, et in quandam e vicinis Iſtro ciuitatibus, quae iampridem imperatori obnoxiae fuerant, venit: inde in Sardicam tranſiens, ibi cum imperatore congreſſus eſt. Ille eo caſu admodum perculſus, et hominis vicem miſeratus, pecuniis eum et idoneis viribus donat; ad recuperandum paternum regnum. Iis praefuit copiis Alexius Contoſtéphanus, cuius modo meminimus. imperator autem a tergo paululum ſubſequebatur. Vbi ad Naeſum vrbem peruenit, animum ſubiit cogitatio, interim dum illic caſtra haberet, res etiam Seruicas expediendi. In vtramque enim regionem, Pannoniam et Seruiam, ducit locus iſte, indeque, cum oportuerit, vtramque ingredi licet ac laceſſere, Deſe enim 'Seruiorum princeps k), quicquid Romanis diſpliceret, omnino faciebat. Etiam tum, cum a principe euocaretur, vt aduerſus Hungaros bellum gerenti ſibi adeſſet, difficilis ac peruicax videbatur, magnarum rerum ſpem animo voluens, ac in diem prolato aduentu. —

§. 64.

'Deſe, timore perculſus, ſponte ad imperatorem accedens, 48.
cum beneuole ab imperatore exciperetur' ſuſtulit animos, ac maiora, quam antea, damna Romanis inferre decreuit. — Venere — paulo poſt ex Hungarorum gente ad imperatorem legati, quibus ille forte fortuna obuius factus, rogatus eſt ab iis, vti moris eſt,
„Quem-

k) Excerpta ſunt, locum integrum vid. *Tom. II. P. I.* in *Seruicis* §. 53.

48. CINNAM. p. 124, 125. Nicet. Chon. Cf. *Seruica* p. 83, 84.

„Quemadmodum res ſuae ſeſe haberent„. illis haud diſſimulanter reſpondit, „Optime, et prout regis eorum erga ſe beneuolentia mereretur„; dominum illum palam nominans. His igitur cogniti imperator, ‘Seruium’ Byzantium miſit, et in palatio includi praecepit. Haec quidem ibi acta.

Et princeps auditis Hungarorum, qui aduenerant, legatis, vbi nihil eos ſani adferre cognouit, caſtris excedere Romanis et recta domum abire iuſſit.

§. 65.

Iis [legatis] abeuntibus, ipſe [imperator] ad Belegrada vrbem venit, ibique caſtra poſuit. Hanc, vti ſupra commemorauimus [l], diruto Zeugmino, Romanus exſtruxerat exercitus, compluribus Hungaris in laboris partem adſcitis. — Cum igitur eo perueniſſet imperator, fierique haud poſſe agnouiſſet, vt Stephanus Hungariae regnum adipiſceretur (STEPHANVM quippe, Geizae filium, iterum reſtituerant Hungari): alio ſe conuertit. Hungariam enim, vt dictum eſt, in medio occidentalium nationum poſitam, ſibi comparare totis viribus ſatagebat. Quapropter ‘*Belam*’, qui poſt Stephanum Geizae filius erat [m], Mariae, filiae ſuae, matrimonio iungere conſtituit.

Georgium igitur, cohortis imperatoriae tunc temporis praefectum, gente Palaeologum, atque Sebaſti auctum dignitate, in Hungariam miſit, quo de hac ineunda affinitate ſermones ingereret: ipſe vero Byzantium rurſus rediit.

Hungari, colloquio cum Palaeologo habito, et Belam ipſi tradiderunt, et regionem, quam ſuperſtes adhuc pater illi aſſignauerit, libenter in heredii ſortem conceſſerunt. Eo itaque accepto Palaeologus, quibus dictum eſt conditionibus, Byzantium reuerſus eſt. Deinceps autem, quae ad affinitatem iſtam conficiendam neceſſaria erant, curauit imperator. Atque puero inprimis, mutato nomi-

l) Vid. §. 39.

m) Βελαν, — ὃς μετα Στεφανον τῳ Ιατζῃ παιδ[illegible] ſupra §. 60. lit. a.

nomine, Alexii nomen indidit, eumque deſpotae dignitate donauit. Tale quidem Belae in vrbem aduentus initium habuit.

§. 66.

[NVRADINVS Berrhoeae et Damaſci in Syria aliarumqua vrbium circa Euphratem princeps; pluribus ſatrapis deuictis,] manus etiam conſeruit cum Conſtantino, Ciliciae duce, quem *Calamanum* Iuniorem vocabant n), egregiae formae viro et in re militari admodum ſtrenuo. Verum ille cum ab adoleſcente primum omnino fuiſſet ſuperatus, in grauiſſimas calamitates incidit. Deinde ſorte aliqua [ipſum et]o) Renaldum, Antiochiae principem, nec non et Tripolitanum in Phoenicia comitem cepit. Sed enim Conſtantinus, hac adepta victoria, continere ſe non potuit, et, inconſiderata quadam abreptus audacia, victosque temere inſecutus et ipſe captus eſt, reſque Romanas perdidit. Nuradinus vero, vt Toroſum [Armeniae principem] perinde ſuperauit, Antiochiae mox inuadendae ſpem animo voluebat. 49.

§. 67.

EA igitur propter imperator — in Aſiam ſtatuit tranſire — Sed obſtitere allati rurſum ex occidente rumores: nouus quippe Hunga- 50.

 riae

49. CINNAMVS p. 125.

n) ὃν Καλαμανον ἐπεκαλεν νεανιαν. Du Freſne ad h. l. p. 469. „Redacto in ordinem a Manuele regulo, captisque Tarſo, Mamiſtra, Longiniade, caeterisque Ciliciae oppidis, ab imperatore iis praefectus eſt Calamanus, qui Boritii [vid. ſupra §. 52. not. l.] filius diſerte dicitur a Thwroczio lib. 2. cap. 61. Hinc *Mamiſtrenſis dux* appellatur in Epiſtolis Ludouici Franc. Regis et Gaufredi Fulcherii Hieroſolymitanae domus praeceptoris in Geſt. Dei per Francos p. 1179. et 1182. et *Ciliciae praeſes*, *domini imperatoris conſanguineus*, et *imperialium in illa prouincia procurator negotiorum*, apud Wilh. Tyrium lib. 19. c. 9. quibus in locis refertur proelium Noradinum inter et noſtros initum IV. Id. Aug. A. MCLXV. in quo caeſus et delctus Chriſtianorum exercitus, ipſeque captus Calamanus, quod et hic narratur a Cinnamo.

o) Hoc ſupplendum et ad Calamanum referendum videtur. Gr. ſic habent: ἐτα τυχῃ τινι αὐτον τε και Ρεναλδον τον Αντιοχ. Πριγκιπα εἷλεν.

50. Id. p. 126, 127.

Imp. EMANVELE Comn.

riae rex hereditarias Belae poſſeſſiones iterum inuaſit, foederibus aperte violatis. Quin et Stephanus, quem paulo ante regno eiecerant Hungari, per Anchialum ciuitatem Hungariam ingreſſus, illud recuperare meditabatur. Verum temeritate potius, quam prudentia, rem aggreſſus, a propoſito aberrauit. Statim enim atque, eum nonnullos Hungaros in ſuas partes adduxiſſe, accepit Stephanus, cum vniuerſis copiis in illum profectus eſt. Quamobrem imperator in Ciliciam ad oppidorum praeſidia idoneo miſſo exercitu, ipſe verſus Iſtrum denuo contendit: Sauoque transmiſſo, caſtra poſuit ad *Titelium* p), tum vt Belae paternam hereditatem reciperet, tum vt Stephanum praeſenti eriperet diſcrimine. Quippe iam illius imminutae erant vires, ſummisque premebatur anguſtiis, Hungaris, qui cum eo erant, ad regem vndique deficientibus. Itaque Andronico, Contoſtephani filio, qui magni ducis dignitatem breui tempore obtinuit, cum copiis miſſo, Stephanum quidem periculo exemit; ipſe vero, motis ab Titelio caſtris, cum vniuerſo exercitu vlterius perrexit. Regni enim inuaſor Stephanus, cum viribus longe impar cum imperatore congredi non auderet, primum quidem cum iis, quae aderant, copiis in vltimos Hungariae fines conceſſit, atque ibi, nouis coactis auxiliis, acie cum Romanis decertare ſtatuit.

§. 68.

Imperator vero vt ad locum quemdam peruenit, quem *Petricum* vocant q), caſtra ibi poſuit. Eſt vero locus iſte aditus in interiorem Hungariam primus terminus. quo cum perueniſſet, hunc in modum Stephano reſcripſit. „ Non ad inferendum Hungaris bellum, fili mi, venimus; ſed vt Belae, fratri tuo, poſſeſſionem reſtituamus, quam a dominatione tua minime abſtulimus, ſed quam tu ipſe paterque veſter iam pridem conceſſiſtis: atque adeo etiam, vt

p) ἀντικρυ Τιτελια. Du Freſne ad h. l. p. 469. „ Hodie *Titul*, [ſeu *Titel*] prope confluentes Tiſſae et Danubii „.

q) ἐπι τινα χωρον, Πετρικον καλουμενον. Adnotat ad h. l. Du Freſne l. c. „ Forte *Petrowàr*, ſeu *Pietre—Vardin*; oppidum Sclauoniae Sauianae validum, ad Iſtrum fluuium: ſic enim dictum volunt, quaſi caſtrum ex petris ſeu lapidibus confectum „.

vt patruum tuum Stephanum, maieſtatis noſtrae affinem, periculo eximamus. Si igitur, te etiam volente, Belam generum noſtrum eſſe, contigit, quod et tu pactis ipſis firmaſti, cur non, reddita ei ſua poſſeſſione, noſtra potius frueris ſocietate et beneuolentia? Si vero neceſſitudinem et affinitatem reſpuis, aliaque modo de iis tibi mens eſt; ſcias, longe nos amplius ab eo abeſſe, vt vim nobis inferri patiamur r) „. Iſtius epiſtolae ſententia haec fuit.

§. 69.

Imperator s) autem, vti dictum eſt, alias auxiliares copias, ex Alamanis et Taurum accolentibus Scythis t) conflatas, adduxit: Tzechorum v) praeterea ſibi adiunxit nationem, quorum princeps ad eum venit cum vniuerſo exercitu. —

Stephanus itaque, rebus omnibus apparatis, in Romanos profectus eſt. Vbi vero in Hungariam peruenit imperator, ad eum excipiendum vniuerſi confluxere incolae, atque in iis ſacerdotali ordine conſpicui, ſacris induti veſtibus et diuina manibus ferentes euangelia, vna cum promiſcua plebe, eiusmodi canticum, a ſcriptoribus noſtris concinnatum, ſuauiſſime praecinentes, „ Qui auxilium, Domine, tuliſti manſuetiſſimo Dauid „, et quae ſequuntur. 51.

Ille autem loca iſta praetergreſſus, Iſtrum transmittere properat, et ſuperata, quae hic adiacet, inſula, in interiora pergere conſtituit. Aiunt, Romanis copiis eo loco traiicientibus, vnam ex nauibus, ſarcinis armisque et militibus cummaxime refertam, cum haud procul abeſſet a littore, in alterum inclinaſſe latus, ita, vt in eam aqua influeret. Ibi tum alius Romanorum exercitus, tum

 qui

r) ἰδὲ ὡς τεθειῶσθαι ἐν πόλει ... ἀνεχόμεθα μᾶλλον.

s) Non *imperator*, ſed *rex Vngrorum Stephanus*. βασιλεὺς μὲν ταῦτα ἔγραφεν, ὁ δὲ ἄλλην cet. id quod diſerte dicit Cinnamus p. 129. vid. infra §. 70.

t) Hoc nomine Ruſſi apud Cinnamum veniunt.

v) τὸ Τζέχων ἔθνος, *Bohemos*. Paulo inferius omiſſa vide *Tom. II. P. II.* in *Boëmicis* §. 4.

51. Id. p. 128—132.

qui naues ingreſſi flumine vehebantur, aut qui adhuc in continente ſtabant, periculi metu, vel ignauia, de re haud erant ſolliciti: iamque nauis propemodum vna cum ipſis hominibus aquis abſorbenda erat, niſi imperator, in aquam deſiliens longiusque pedes progreſſus, magna licet vi impellente fluctu, et limum hoc loco aegre peruium faciente, humeris nauem ſuſtinuiſſet, et, inhibito tantisper periculo, facultatem caeteris auxiliandi praebuiſſet. Cuius alacritatem ſuſpicientes, periclitantibus ſuccurrerunt, eosque a diſcrimine omnino liberarunt; qua ex re magnam ſibi humanitatis famam comparauit imperator. Itaque ſuperiori e parte Iſtrum traiiciens, ad ciuitatem nomine *Pagatzi* x) peruenit. Eſt vero illa Sirmienſis agri metropolis. Hic habitabat gentis iſtius antiſtes y), et ex ea incolarum multitudo innumera ac ſupra quam dici poteſt, egreſſa eſt, quo illius comitatui ſeſe adiungeret. Hic igitur caſtris poſitis conſedit.

§. 70.

Inde poſtquam accepit, Stephanum iam prope eſſe, ad bellum ſe confeſtim comparat. Gnarum vero Tzechorum linguae Romanum quemdam ad ſe vocat, eique imperat, vt mutatis veſtibus ad caſtra hoſtium ſubiret, et Tzechorum regi Bladiſthlabo iniuriam exprobraret, cum is contra imperatorem, qui Hungaros, vt Belae modo iniuſto erepta reſtituant, cogere inſtituerit, arma ceperit: ſimul ei in memoriam reuocaret, quae quondam, cum in Aſiam vna cum Conrado expeditionem ſuſciperet, pactus ſit. Quibus a conſilio daductus Bladiſthlabus, imperatorem rogat, vt regem Stephanum Iuniorem contra patruum tueatur, hac tamen lege, vt ille terram, Belae ereptam, reſtituat z). Paulo poſt et Stephanus, miſſis ad imperatorem legatis, regionem reſtituit, ſimulque deprecatus eſt, ne vnquam Stephanum patruum bello Hungariam infeſtare permitteret. His acceptis conditionibus, princeps, bello diremto, in Romanos prope rediit fines.

§. 71:

x) Παγκτζι. Du Freſne ad h. l. p. 478. Forte vrbs, quae *Poſega* [Poſcheg] dicitur, epiſcopatu inſignis, in Slauonia Sauiana".

y) Αρχιερευς.

z) Locum integrum vid. *Tom. II. P. II.* in *Boëmicis* §. 4.

§. 71.

Stephanum [Seniorem] autem hortatus eſt imperator, vt ipſe ab Hungaria excederet, vt qui reuera odium erga ſe indignationemque contribulium eſſet expertus. Sed cum id homini perſuadere haud potuiſſet, „ Ego quidem, inquit, nunc recedo; Bela quippe in integrum reſtituto, nulla mihi amplius belli, niſi iniuſti, ratio relinquitur. Tu vero pro certo ſcias, te breui inimicis tuis prodendum eſſe; et, ſi videtur, quomodo id futurum ſit, oſtendam. Eſt tibi ex fratre nepos, Stephanus [a]), adeo vultu et lineamentis tibi ſimilis, vt, niſi attente admodum vos intuentibus, haud facile ſit, alterum ab altero diſcernere. Hunc tuis indutum armis iube tuo cum exercitu in hoſtem ire: tu vero interea te in occulto tene, et noſces continuo, qualis ſit erga te Hungarorum affectus „. Ille igitur ſcapham ingreſſus, clam circa Iſtri ripas obnauigat: interea dum illius ex fratre nepos, Stephanus, cum Hungaricis, quas habebat, copiis cum rege Stephano proelium initurus deproperat. Sed nondum coiuerat vterque exercitus, cum, qui Stephanum comitabantur, Hungari manus in illum iniiciunt, et, tanquam eſſet Stephanus ille ſenior, coram rege eum ſiſtunt. In iis quidem Hungarorum error deſiit.

Poſtquam ea princeps intellexit, iterum admonuit Stephanum, „Nunc tandem, inquiens, ſufficit, mi homo. Vt enim, rebus ſe intricare non neceſſariis, periculoſum, ita, intempeſtiua aggredi, ſtultum eſt. Ecce iam bis diciciſti, quanta tibi vnumquodque ex iis arceſſiuit mala: ne et tertio, bone vir, facere periculum velis: fortaſſis enim emendandae culpae facultas non daretur „. Haec qui-

a) ἀδελφιδοῦς Στέφανος. Du Freſne l. c., „ An Vladiſlai [cf. ſupra §. 60. 62.] regis filius? Certe de Vladiſlai, Stephani fratris, connubio ſilent Scriptores. Sed nec ſimile videtur vero, filium Vladiſlai, cuius nuptias, ſi quas iniit, poſt Stephani fratris cum Maria Comnena connubium factas conſtat, ipſum Stephanum vultu et ore adeo expreſſiſſe, qui aetate multo inferior erat. Malim igitur per ἀδελφιδοῦν quempiam alium e ſtirpe regia, Stephani ſenioris conſanguineum, intellexiſſe Cinnamum, quisquis ille fuerit „.

quidem imperator. „ At nunc multo magis, inquit ille, me reuerebuntur Hungari, quia perperam egiſſe deprehenſi ſunt „. Ita victus ſemel cupiditatibus animus, omnes eo transfert, rapitque cogitationes. Imperator igitur homini perſuadendi ſpem omnem abiiciens, Nicephorum Chaluphem ibi cum exercitu relinquit, vt Stephano adeſſet, et, prout res poſtularent, negotia vna cum eo expediret. Ipſe interim in fines Romanorum venit.

§. 72.

Non multo poſt vbi accepit Hungarorum rex, Stephanum adhuc in Hungaria morari, maioribus contractis copiis, rem totam bello decernere ſtatuit. Interea multis de Stephani exercitu ad regem deficientibus, minuebantur vndique illius vires; quo cognito, Chaluphes conſilium ei dedit, vt, relicta Hungaria, in Sirmienſem agrum concederet: in iſta enim regione, imperatori ſubdita, poſſe illum aiebat pro arbitrio, quae vellet, moliri. Sed illo pertinacius renuente, tale quid comminiſcitur. Litteras imperatoris fingens ſibi eſſe allatas, verſus Iſtrum profectus eſt, vt eos, qui illas attulerant, ibique prae Hungarorum metu ſubſtiterant, conueniret. Poſtquam eo peruenit, in Sirmienſem regionem traiecit. Nec multo poſt Stephanus, cum prope fuiſſet captus ab hoſtibus, fugiens ad illum acceſſit.

Vbi haec reſciuit princeps, idoneum exercitum Sirmium mittit, tum vt conſeruaret ſibi regionem iſtam (verebatur enim maxime, ne Hungari iterum res innouarent), tum vt ſubditorum ſecuritati et Stephani ſaluti conſuleret. Praeerat iſtis copiis Michael cognomento Gabras, qui et ipſe ex fratre Manuelis neptem vxorem duxerat, et ſebaſti honore cum Chaluphe fuerat donatus. Princeps vero Procopii martyris manum, quam ex Sirmio forte abſtulerat, in Naeſi templum adlatam, reliquo roddidit corpori, cum ea de cauſa ab eo olim fuiſſet auulſa.

Hungarorum gens ſaepe Romanorum fines incurſauit, et paulo ante quam imperator Alexius Comnenus Sirmium cepit, multisque Tranſiſtrianis vrbibus expugnatis Naeſum vſque peruenit. Ibi in

ſancti

ſancti martyris incidentes feretrum, totum quidem inde corpus auferre, inhumanum, vt arbitror, exiſtimantes, ſola manu ablata receſſere: et Sirmium reuerſi, eam depoſuere in templo Demetrii martyris *b*), quod pridem exſtruxerat is, qui Illyricum praefectus regebat. Eam igitur illic inuentam ſuſtulit inde imperator, et reliquo, vt diximus, reddidit corpori. Atque haec fere ſunt, quae eo anno contra Hungaros geſſit princeps.

§. 73.

INTEREA dum haec gererentur [imperator nimirum Emanuel[52] Comn. Venetos ſibi contra Fredericum Alamanorum regem adiungere ſocios niteretur] Hungarorum rex Sirmium iterum Romanis abſtulerat, ipſique imminebat Zeugmino. Quod vbi accepit princeps, ſcriptas in hanc ſententiam litteras ad illum miſit. „Non iuſte agis, vir nobiliſſime, dum ſacramenta, quae nuper de Sirmio aliisque locis maieſtati noſtrae dediſti, infringis. Scias igitur (longiori enim te detinere oratione prohibent, quae a te acta ſunt), quod niſi primo quoque tempore ab iis, quae tui non ſunt iuris, decedas, non tanta te effecturum, Sirmium eripiendo, quanta paſſurus es, cum tuos viciſſim fines ferro et incurſionibus vaſtabunt Romani. An te fugit, quot olim millium iacturam primum fecerit Hungaria, cum pater tuus Romanum imperium offendiſſet? Sed enim horum delictorum poenitentia ſalutaris ipſi fuit. Tu vero vide, ne et poenitere perinde tibi inutile ſit et infructuoſum. Iuſtitiae quippe gladius, quamuis iamdudum exacutus, hoc vno maxime

b) Du Freſne ad h. l. p. 478. „Quod hic habetur templum D. Demetrii, videtur illud eſſe, a quo oppidum D. Demetrii ad Sauum amnem ſitum nomen accepit, hodie *S. Demeter* [*Mitrowiz* vel *Demitrowiz*] dictum, haud procul ab antiquo Sirmio. Quod vero templum illud in Sirmio exſtare ait Cinnamus, id accipiendum puto pro Sirmienſi agro: nam Σιρμιον non ſemel is dicitur eidem ſcriptori. oppidi vero S. Demetrii meminit Bonfinius Decad. 5. lib. 4. extremo.“

52. CINNAMVS p. 134.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1161 — 1173.

xime modo quandoque ad hebetudinem ſolet redire. Secus haud ſcio, an quisquam omnium eius aciem effugerit „.

Talis erant argumenti principis litterae: quibus neglectis, Stephanus prioribus rurſum inſiſtebat conſiliis. Quapropter ad bellum illi inferendum totus incubuit imperator, et, quod prius noluerat, Stephanum patruum iterum in regnum reſtituere decreuit.

§. 74.

53. SVB id tempus imperator Manuelem et ipſum e gente Comnenorum ortum, ad Primiſthlabum, Ieroſthlabum et Roſiſthlabum Tauroſcythiae, ſeu Ruſſiae, principes, legatum miſit, vt hos contra Stephanum regem auxilia rogaret, et ſimul Ieroſthlabum, Galitzae principem, reprehenderet, quod filiam ſuam Stephano, homini maligno et foedifrago, deſponderit. Hi omnes et praeter eos Kiouiae princeps, legato benigne excepto, ſocia promiſerunt contra Stephanum arma c).

54. Dum haec geruntur, Fredericus, Alamanorum rex, vbi, in occidente ſtrenue ſe gerere imperatorem, reſciuit, diremtis ſimultatibus, et pace cum Romanis inita, ſe quoque belli aduerſus Stephanum ſocium fore principi paciſcitur. Neque abfuturus ab hoc bello erat Henricus, qui — Theodoram, imperatoris ex fratre neptem, vxorem duxerat: ad haec Scytharum d) innumerabilis exercitus et Seruiorum, Romanis obnoxiorum; ipſeque Sultanus, ſecundum initorum pactorum leges, copias auxiliares ſubmiſſurus erat: et aliae vndecunque validae copiae cogebantur. —

§. 75.

55. IMPERATOR rebus omnibus nondum ſatis ad praeſens bellum apparatis, metuens ciuitati Zeugmino, quam Stephanus arctiſſima obſi-

53. Id. p. 134. 136.

c) Excerpta ſunt, loca integra vide *Tom. II. P. II.* in *Ruſſicis* §. 80—91.

54. CINNAMVS p. 137.

d) *Patzinacarum*, credo.

55. CINNAM. p. 138, 139.

obſidione premebat, priusquam de ſumma rerum bellum arriperet, idoneas aliquot copias in auxilium eo miſit, ducibus Michaele Gabra et Ioſepho Bryennio, ſub quibus militabant alii inter Romanos illuſtriores, Ioannes, cognomento Angelus, vir militiae peritiſſimus, et Ioannes Iſes, natione quidem Perſa, caeterum inter Romanos nutritus et educatus. Cumque plurimum vrbi auxilium ferre vellet, naues complures militibus rebusque aliis neceſſariis oneratas, ſuperare Iſtrum et obſeſſis commeatum praebere iuſſit, donec ipſe cum vniuerſo exercitu in Hungariam deſcenderet.

Hungari vero cum, diu circa vrbis moenia morati, ea ſaepius nequicquam tentaſſent, rem ſupra vires aggredi ſtatuerunt. Claſſis enim Romana in alterum fluuii latus aduecta, tum et magna Romanis, qui in vrbe erant, commoda praeſtabat, tum etiam iis, qui inter pugnandum vulnera acceperant, receptis, alios corporibus integros in eorum locum ſubſtituebant. Nauigiis igitur et ipſi collectis, priusquam Gabrae et Bryennii in Hungariam adueniſſent copiae, per flumen in Romanas naues delati ſunt, easque ſubmerſiſſent, aut citra laborem proelio ſuperaſſent, niſi curſu et velificatione fuiſſent inferiores. Eorum quippe naues minus apte fabricatae, et in immodicam extenſae latitudinem, eoque inhabiles, velocitate Romanorum ſuperabantur. Et iam in flumen deductae erant, cum Romani, nauibus ſuis in aciem ordinatis, illas excipiunt, crebrisque iaculationibus infeſtant: quibus illi fatigati, naues inhibuere. Earum pars, alteri appulſa littori, diſcrimen euaſit: vna vero, ducum militarium plena, in Romanorum poteſtatem venit, arteque confecto igne abſumta eſt.

§. 76.

Hungari itaque, poſtquam et hic irritus conatus fuit, aliud ſunt moliti. Nonnullos enim ex ſua gente, qui Stephano famulabantur, pecuniis corrumpunt, iisque perſuadent, vt propinato veneno hominem necarent e). Ita et vrbs capta eſt, et totum Sirmium

e) Haec paulo vberius narrat Nicetas; locum ipſum ſupra ad §. 60. et ſeqq. attuli.

mium f) in ius venit Hungarorum. At qui in ciuitate pro Stephano ſtabant, Romani perinde ac Hungari, incolumes et illaeſi manſere, vtpote qui his conditionibus vrbem tradiderant. Stephani vero cadaueri illudentes Hungari, primum quidem illud nullis ſacris proſecuti ſunt honoribus, neque aliis, quae mortuis debentur, officiis: ſed expoſitum proiectumque ante vrbis portas inhumatum reliquerunt. Verum ipſis naturae affectibus permoti, illud tandem in Stephani protomartyris intulere templum, ibique humo mandauere.

f) Σιρμιον ἅπαν. *totus Sirmienſis ager.*

CAPVT

Imp. EMANVELE Comn.

CAPVT VI.

Res Vngrorum, bella inprimis aduerſus Romanos parum feliciter vſque ad Stephani regis obitum geſta; ab a. C. 1161 -- 1173.

§. 77.

a. C. 1161 — 1173.

*) POSTQVAM haec [Stephanum veneno ſublatum, Zeugminum 56.
et totum Sirmium ab Hungaris captum] accepit princeps, Auguſta licet grauiori morbo iis diebus conflictaretur, ipſe mirabili quodam, vti ſolebat, accenſus ardore, totus in bellum incubuit. Sardicam ergo cum perueniſſet, Illyriorum metropolin, copias ibi contrahit. Inde Iunio menſe exacto, motis caſtris ad Iſtrum contendit: cumque illum traiecturus eſſet, id potiſſimum comminiſcitur. quotquot erant in exercitu potiore armatura aut robore conſpicui

*) NICETAS CHONIATES: *Quo tempore* [imperator Andronicum Comnenum, Galitzam profugum, reuocauit] *vt dixi* [p. 84. vid. ad *§. 60. ſeqq.* ſub finem.], *ruptis Pannonii foederibus, Romanas ad Iſtrum prouincias populabantur, Michaele vtroque, Gabra et Brana, acie victo, et praeda ingenti abacta. Is Gabras nuper admodum cum Eudocia Comnenia, Andronici amica, cuius ante meminimus, nuptias celebrarat. Quem Eudociae cognati vt imperatori commendarent, magno applauſu et laudibus proſequebantur, et in pugna Hunnica fortiter ſe geſſiſſe affirmabant. Quod vt credibilius eſſet, Michaelem Branam, collegam eius, teſtem citabant. Qui cum in imperatoris caput iurare iuberetur, an aliquod forte Gabrae facinus vidiſſet: dilato*

56. CINNAMVS p. 139 — 144. Nicetas Chon. p. 87 — 89. Haec ad a. C. 1161. referuntur in Tab. Chronol. Nicetae praefixa.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C 1161 — 1173.

ſpicui, e regione Chrami, Hungariae oppidi, collocauit, eo loci extemplo transmiſſurum ſe Iſtrum ſimulans: cum autem videret aduerſa conſiſtentes ripa Hungarorum copias, ad Belegrada progreſſus, vbi illuxit, confeſtim inde exceſſit. Ita hoſtium illic vires diſtrahi ac diuelli contigit, dum vtrique obſiſtere parti connituntur. Neque tamen minor ad traiiciendum Romanorum animos occupauit pauor. Quod ſtatim atque aduertit imperator, ipſe ante alios, qualia ſaepe auſus eſt, ſcapham ingreſſus, in aduerſam ripam tranſiit: atque inde reliquus Romanorum exercitus, imperatoris ardorem reueritus, naues conſcendit. Hungari vero, poſtquam imperatorem transmiſiſſe viderunt, ruptis ſtatim ordinibus, retroceſſere. Quo tum tempore accidit, vt dum imperator ad terram hoſtilem appellens, longius, quam par erat, proſiliret (obſtabat quippe limus, quominus propius ad littus poſſet nauis applicari) pes alter grauius offenderit, atque inde male haberet. Neque tamen ideo a priori remiſit ardore: ſed dum fluminis curſum diuertere conatur, totoque die huic operi intereſt, tumeſcere pars laeſa pedis coepit. Plurimi vero ex barbaris, qui Zeugmen tuebantur, extra moe-

reſponſo, Gabram prius interrogat, an ipſe quoque aliquid laude dignum feciſſet, ac boni et ſtrenui ducis officiis in pugna cum Dionyſio, Hungarorum (Οὔγγρων) duce, functus eſſet? Gabra vero affirmante, eum fortiſſime ſe in illo proelio geſſiſſe: ſubiicit, ſe coram imperatore, in cuius caput iurare coactus ſit, veritatem diſſimulare non poſſe. Gabram hoſtium impetum nequaquam toleraſſe; ſed primo congreſſu territum, fugam cepiſſe, quamuis ipſe eum ſaepius reuocaſſet, et magna voce hortatus eſſet, vt reſiſteret. Caeterum imperator, Zeugmini recuperandi et necis Stephani vlciſcendae cupidus, exercitum in illas partes adduxit. Sed barbari acie in Iſtri ripis inſtructa, omni telorum genere traiicere noſtros prohibebant, aditu omni interclusſo: ſed fruſtra. Romani enim ſagittari et grauis armatura a ripis eos depulerunt; et imperator cum omnibus legionibus ad Zeugminum caſtra locat. Id oppidum alto tumulo impoſitum, et praeterfluente infra flumine munitum, a meridie adiri non poteſt. Rebatur autem, ſe id primo impetu capturum, defenſoribus ſolo conſpectu ſui territis et portas aperientibus. Sed cum omni aditu excluderetur, et moenia omni armorum et tor-

moenia procurrentes, opponere ſe Romanis parant. Verum ſimulatque imperatorem vident, dum ſeſe inuicem praeuertere nituntur, ingenti tumultu et trepidatione in vrbem irruunt, nec ea amplius audent egredi.

Romani poſt haec, omnibus, quae ad oppugnationem neceſſaria erant, apparatis, tertio poſt die rem aggrediuntur. Barbari autem e turribus propugnantes, clamoribusque et vociferationibus implentes aërem, tela continuo iaciebant, teliſque viciſſim impetebantur. Atque in eo certaminis genere dies iſte et ſequens conſumtus eſt, Romanis perinde ac Hungaris nihil proficientibus. Tum et

mentorum genere firmarentur, et hoſtes de pinnaculis non modo letalia tela, ſed et obſcoena dicteria et venenata probra iacularentur: Romani non amplius vacuis manibus accedebant; ſed, omiſſis maledictis, quibus feminae pugnare ſolent, ferro rem gerebant. Et imperator, vt ſui aemulatione milites accenderet, primus equo inuectus, haſtam in media porta defigit. Deinde, quia ſaxa non ſuppetebant, foſſa humo et ſordibus impleta [vid. §. 79.] *et quatuor tormentis in circuitu collocatis, moenia proſterni iuſſit. Quae cum in officio eſſent omnia, et ſaxa talenti pondere iacularentur, moenium compagem labefactabant: vnum potiſſimum, ab ipſo Andronico ita directum, vt murus, inter duas turres conquaſſatus et vectibus ſuffoſſus, penderet, ruinam minitans. Quadam autem nocte aliquot Hungarici proceres podium e trabibus contextum, foras prominens, ingreſſi et ſtrictis gladiis aërem diuerberantes, Romanis atrociſſima quaeque cum ingenti clamore minitabantur. Sed vindicta eos e veſtigio conſecuta eſt. Nam Andronicus, tormento ſolerter directo, munitionem, in qua ſtabant, ita perculit, vt proſtrata illos miſerabiliter opprimeret, nec multo poſt ipſo quoque muro collapſo, ſcalis admotis Romani tranſcenderunt. Tum multi ſunt occiſi, multi, victoribus ſupplices, conſeruati: nonulli etiam fuga ſalutem quaeſiuerunt. Sed quidam illius vrbis vir nobilis et diues, cum vxorem ſuam, excellenti forma mulierem, ad ſtuprum a milite ravi videret, nec eius pudicitiam aliter tueri poſſet, acinace miſeram confodit. — Ad expugnationem Zeugmini non parum contulerunt quidam ex ciuibus, Romanorum ſtudioſi, qui ſchedas ſagittis ſine ferro appenſas noctu in caſtra eiaculantes et barbarorum vires et conſilia detegebant, et Romanorum animi-*

et alia demirari ſubit in ea obſidione facta, praeſertim vero imperatoris audaciam: quam, niſi tunc temporis adfuiſſem praeſens, et eorum, quae hic geſta ſunt, inſpector ipſe exſtitiſſem, aliis narrantibus vix ac ne quidem crederem. Romani enim, lignea exſtructa turri, tranſcendere in vrbem, et cominus cum barbaris, moenia defenſantibus manus conſerere ſtatuerunt. Ipſe autem primus omnium conſcendere voluit. „ Iſtud prae caeteris, inquiens, viri Romani, erit mihi beneuolentiae veſtrae argumentum, ſi me aſcendere non prohibueritis „. Neque tamen, quod animo voluerat, perfecit, quia ducum praecipui, qui eum circumſtabant, pertinacius obnixi ſunt. Ille itaque vrbis moenia obequitans, et, qua parte expugnatu facillima viderentur, explorans, foſſas vrbem ambientes, profundas ſatis et latas, faſcium et virgultorum penuria, lapidibus compleri, ſicque transportari machinas imperauit. Sed neque ea res quidquam momenti ad capiendam vrbem attulit. Hungari quippe, quamuis a Romanis militibus grauia eſſent paſſi, maiores, quam antea, clamores edebant ſpeque alebantur proxime venturi in eorum auxilium alterius Hungarorum exercitus.

§. 78.

Dum in eo eſſent rerum ſtatu, Romanorum ſpeculatores, magnum hoſtibus auxilio exercitum aduenire, nunciant: puluerem enim ſe in aërem altius elatum aduertiſſe aiebant. Sed et Hungarus

mos confirmabant. Pannonius vero quidam captiuus, pileo et reliquo habitu more patrio ornatus. a praetereunte milite occiditur. Is cum interfecti pileo capiti impoſito pergeret, vindicta, tacito pede illum conſecuta, effecit, vt ab alio ſequente Romano pro captiuo Pannonio iugularetur: dignum e veſtigio factis ſuis praemium conſecutus. Zeugmino ad hunc modum capto, imperator in fines Romanorum diſcedit: auunculo ſuo, Conſtantino Angelo Philadelphienſi, et Baſilio Tripſycho, ad oppidi inſtaurationem relictis: qui non proſtratas modo turres caeteraque aedificia refecerunt, ac praeſidiis munierunt: ſed et oppida Belegradenſia magno ſtudio curauerunt, ac ipſum Niſum moenibus circumdederunt, et Branizobam ducta colonia, caeterisque rebus conſtitutis, ad imperatorem abierunt.

garus quidam ex illuſtrioribus, nomine *Baſakis* [a]), qui Romanorum partes amplexus erat, non longe abeſſe Hungarorum regem, affirmabat, et, praeter infinitum bellatorum numerum, tum et Scytharum ſimul et Tauroſcytharum aciem, inſuper etiam Tzechorum principem cum vniuerſis viribus rurſum cum ipſo venire.

Poſtquam haec principi comperta ſunt, magnatum concilium cogit, deque modo rerum agendarum ſententias eorum rogat: "Non illud ſolum, viri Romani, inquiens, rerum exigit natura, vt quis modo audaciam prae ſe ferat, ſed vt audaciae minus conſentanea non arripiat aggrediaturue opera, maxime equidem, vel leuiter prudenti, attendendum, arbitror. Ne igitur, quia gens iſta, ſic nempe diuina ordinante prouidentia, rebus elata proſperis in Romanum imperium terribiliter ingruit, propterea ſatis nobis eſſe arbitremur, ſi in eorum tantummodo ſolo bellum geramus. Verum, quid temporibus quibusque conueniat, inſpiciendum eſt, et facienda, quae praeſens hic ſtatus poſtulauerit. Neque enim quisquam, vt arbitror, proſpere habentibus et aduerſa vtentibus fortuna, res easdem vnquam aptauerit. Romanorum itaque imperium, etſi priſtinam nondum felicitatem conſecutum fuerit, ſed quod, Deo iuuante, multo melius, nobis nunc defenſoribus, habet, dedecori erit, ſi vniuerſi Hungarorum regi cedant, qui cum ingenti, vt aiunt, indigenarum exercitu accedit, et maioribus adhuc ſociorum copiis auctus eſt ac inſtructus. Quapropter maxime proſpicere quisque debet, qua ratione vtraque illi conſeruentur, et gloria; quae iam in melius ire coepit, et potentia, quae inde tota ab ipſo recederet". In hunc modum diſſeruit imperator. Quidam autem ex Romanis, qui concilio illi intererant, transferenda inde ad Sauum caſtra cenſebant, vt tutius ex eo loco hoſtibus poſſet obſiſti. Aliis id minime placuit: ſed, relicta obſidione, cum omnibus viribus imminentem hoſtem ſuſtineri debere exiſtimabant. At princeps, vtrumque reſpuens conſilium, illud metus, id e contra temeritatis damnauit: „Nobis enim, aiebat, obſidionem omittentibus,

a) Βασάκης

bus, integrum erit Hungaris, qui praeſidio vrbi ſunt, maiores copias cogere, et commeatui largius prouidere „. Cenſuit igitur, vt imbellis exercitus pars lixaeque ac calones armarentur, et ibi circa vrbem, ſub aliquot ducibus, haud admodum nobilibus, manerent; reliquus autem exercitus ſecum in Hungaros alios pugnaturus exiret.

§. 79.

Haec vbi ſententia ſtetit, ad iter ſe in proximum diem praeparant. Cum vero nihil certi ipſis eſſet nunciatum, ſumtis prima luce armis, tertium in vrbem impetum faciunt. Pugna itaque rurſum conſeritur, ac Hungari quidem, qui moenia defenſabant, lapidibus ſagittisque, rebusque aliis quibuscunque obuiis ſubeuntes arcebant Romanos. Hi vero longe, quam antea, vehementius fundamenta ſuffodiebant, machinisque petrariis admotis, murorum loricas diffringebant. Crebrae vtrimque adhortationes et incitamenta, vocesque et vlulatus, diſſonuſque ac incertus clamor exaudiebantur. Statim igitur atque Hungari a Romanis fundamenta viderunt commoueri, id moliuntur. Saxum erat intra moenia ingentis magnitudinis: id, trabibus ſuppoſitis alligatisque funibus, in ligneum educunt propugnaculum, quod ipſi fabricauerunt, muris ipſis longe excelſius, vt inde in Romanos illud deuoluerent. Sublato igitur in turrim lapide, cum tantum pondus ſuſtinere illa non poſſet (erat enim immenſae molis) repente cum ipſis Hungaris, quorum nemo diſcrimen euaſit, delapſa in terram corruit. Inde iterum clamor oriri coepit, et pugna multo acrior facta. Tum etiam, imperatorem, aiunt, cum, Romanum quemdam certo ictu ab hoſtibus percutiendum et haud dubie periturum, vidiſſet, accurriſſe, protenſo clypeo, a vibratis telis hominem ſeruaſſe.

Hungari vero, vt, anguſtiis ſe vndique premi, aduerterunt, miſſis legatis, principem rogauere, vt, dedentes ciuitatem ſalui et incolumes poſſent excedere. At ille, non ſe prius id facturum, reſpondit, quam *Gregorius* et, qui cum iis erant, Zupani, adſtricto funibus collo, pedibus capitibusque nudis veniſſent. Quibus cum hoc reſponſo remiſſis, Romani longe acrius vrbem adorti,

eam per vim expugnant. Qua capta, Gregorius et caeteri Hungarorum duces cum ignominia, ad eum, quem diximus, modum, miſerabili habitu, nec ſine eiulatu ad principem acceſſere. Verum ille aliquamdiu ne adſpectu quidem eos dignatus eſt: ſed tandem, Bela intercedente, mortem condonauit, eosque in cuſtodiam extemplo coniici iuſſit.

Romani autem, ſummo animi ardore vrbem ſubeuntes, homines ibi velut agnos trucidarunt. Vnde mihi oboriuntur lacrimae, cum vitam humanam intueor, et quantis vltro ſe malis miſerum hoc hominum genus inuoluat. Auferebantur theſauri, et veſtes, et vaſa argentea, omniaque adeo eorum bona diripiebantur b). Quin et inuenta eſt infelix muliercula, cui pars, qua ſedemus, telo transfixa erat. Id ei quomodo acciderit, commemorabo. Haec, nondum capta ciuitate, ſupra muros ſtans cinerem vel puluerem excutiebat c), et ſublatis nullo pudore veſtibus, faciem auertens, nates inſpiciendas praebebat Romano exercitui, multa intercinens ac iterans, quibus arte quadam daemoniaca Romanos faſcinare ac praeſtigiis irretire arbitrabatur. Sed miles quidam, immiſſo in illam telo, miſeram eo percutit loco, quem eiiciendis natura excrementis fecit. Repertus eſt et Romanus aliquis, in ſordidum ac tenebroſum carcerem miſer coniectus ex hacce cauſa. Cum eum captiuum feciſſent Hungari, ſcirentque iaculandi peritiſſimum eſſe, vt Romanos e muro ſagittis impeteret, cogebant. Ille vero crebra quidem vibrabat tela, ſed ita, vt omnia praeteruolarent. Quod vbi aduertere Hungari, virgis caeſum hominem arctisque conſtrictum compedibus in cuſtodiam condunt.

Ita rurſum capta eſt Zeugme. Quo quidem tempore multi praeclara et praedicanda fortitudinis edidere facinora, atque in iis Andronicus Ducas. Cum enim Romanos admotis ſcalis moenia ſubire ac ſcandere cerneret, accedens ad Andronicum, imperatoris

b) ὅπλοις τοῖς ἐχθρῶν ἠμπίσχετο ἕκαστος, καὶ τῶν φίλων τούτων καὶ ἀνόπλων μαχητῶν. omiſit interpres.

c) σποδὸν τε κατέσειε. De τεφρομαντεία vel σποδομαντεία, ad quam haec pertinere ſuſpicatur Du Freſne, plura apud eum vide in Notis ad nam. p. 480, 481.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

ris agnatum, ſub quo, a Tauroſcythis iam reduce, et veniam delictorum ab imperatore conſecuto, militabat, eum rogauit, vt ſibi quoque aſcendendi poteſtatem faceret: eoque permittente, ſummo animi ardore in id incubuit. Latinis vero quibusdam pone ipſum ſequentibus, ac priores rem aggredi annitentibus, ipſe e contra obſtitit maxime, neque quicquam de gloria concedere voluit. Interea autem, dum haec fierent, ſcala in terram repente delapſa fracta eſt. Sed Andronicus conſuetam audaciam reſumſit: et ſimul atque alia erecta ſcala vidit nonnullos aſcendere, et ipſe etiam accurrit, aſcenditque.

Haec quidem ibi proſpere ceſſere.

§. 80.

Stephanus autem rex, ſiſus ingenio et [d]) fortitudini ciuitatis (praeter caetera enim riuus ex Iſtro deductus vndis eam rigabat: qui primo quidem apertus et ſub dio poſitus, deinde, imperatore Stephano bellum inferente, per ſubterraneum canalem in vrbem procurrebat) ſibi id perſuadere minime poterat, ita a Romanis poſſe expugnari. Inde itaque digreſſus princeps, aliud caſtellum exſtruxit, quod Hungaris plurimis, quos Sirmio transtulerat, habitandum conceſſit. *Chaliſii* vulgo ab ipſis appellantur, ſuntque diuerſae, vt ſupra memoratum eſt [e]), religionis, et easdem ac Perſae opiniones habent.

Tum vero certo edoctus Stephanus, quae Zeugmae vrbi accidiſſent, legatos ad imperatorem miſit, viros dignitate conſpicuos, quos inter exſtitit is, qui epiſcopali munere ibi fungebatur, Sirmium ſe Romanis, inſuper etiam Dalmatiam reſtituturum pollicitus eſt. Vt venere in conſpectum imperatoris, mandata expoſuere, rogauereque, vt has conditiones admitteret. Id ille primo negauit, „ Rem certe magnam, inquiens, confecturus ille eſſet, legatis, quae iam ablata ſunt, rurſum donare vellet. Habemus Sirmium, cepi-

d) Addit interpres. Gr. ſic habent: Στεφανος δε ὁ Ρηξ τῃ της πολεως πεποιθως ασφαλειᾳ.

e) Cf. ſupra §. 47.

Imp. EMANVELE Comn.

cepimus Zeugmen, Dalmatas tenemus, eorumque omnino domini facti ſumus, quae, vobis erepta, etiam concedere nunc vultis. Eſtne ergo alterum apud vos Sirmium, et altera Zeugme, Dalmatiaque alia, quae nobis tradituri ſitis? Si habetis, ea nobis oſtendite, vt haec apertis continuo manibus excipiamus: quae quidem etſi haud tuto nos poſſeſſuros ſciamus (quippe contra ius faſque agere nulla vobis eſt cura) iisdem tamen noſtris viribus, Deo iuuante, vt et iſta tuebimur. Si ergo haec noſtra ſunt, nihilque vobis amplius in iis iuris eſt, quae, vos daturos, dicitis, quibus conditionibus pacta fient, aut quid illud erit, quod vos nobis reconciliet?„ Iis quidem ſermonibus legatos primum eſt allocutus: inde commutata oratione, „Sed vt ſciatis, ait, quam libenter vobiscum, qui Chriſtiani eſtis, velimus paciſci, agedum, ſacramenta fiant„. Hactenus imperator. Illi vero, omnia iureiurando firmantes, receſſere: ipſe autem princeps Byzantium eſt reuerſus f).

§. 81.

Imperator autem, Byzantium, vti diximus, reuerſus, ab Acro- 57.
poli vſque ad aedem S. Sophiae triumphum egit: vbi Deo gratiis perſolutis et ſacerdotibus auro donatis, quod ex tributis Sirmii contraxerat, in palatio quieti ſe dedit. Sed me fere praeterierat, currum, quo imperator veheretur iſto in triumpho, ex auro ſolido confectum fuiſſe: non conſcendiſſe illum tamen, tum quod vereretur, ne arrogantiae incuſaretur et faſtus, tum etiam quod currui adiuncti equi tunc primum domiti et iugo preſſi, ſic crebro natiua ferocia ſuccuſſiſſent, iactaſſentque, vt parum abfuerit, quin totus ſubuerteretur.

f) Quae de Dalmatia Belae in hereditatis ſortem ab Hungaris aſſignata habet Cinnamus p. 145. et notas Du Freſne ad h. l. vide Tom. II. P. I. in Seruicis ſ. 57.

57. CINNAMVS p. 148.

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

a. C. 1161 — 1173.

§. 82.

NEC longum interceſſit tempus, cum Seruios et Pannones g) noua iterum moliri edoctus, eorum conatus praeuertere ſtatuit. Sed ſtatim atque illum accedere perceperunt, omiſſo incepto, pacta ſeruauere.

§. 83.

58. INTEREA h) Hungarorum rex, ruptis rurſum foederibus, *Dionyſium* i) quemdam ex aulae primatibus, verum qui multis iam in bellis inclaruerat, cum ingenti exercitu ad Sirmium iterum occupandum mittit. Quod ſtatim atque percepere Romani duces, quid in eo rerum ſtatu eſſet agendum, deliberant. Sed non in Romanorum commodum proceſſit eiusmodi conſilium, vtpote in id interitis conſiliariis, vt alius alium deciperet: vtroque in primis Michaele, Gabra nimirum, qui dux erat regionis et Branas, qui et ipſe exercitui praeerat, ſibi inuicem infenſiſſimis. Verum praeualuit Branas.

Cum igitur Dionyſium noctu adoriri vellent, quandoquidem ita inter ſe decreuerant, motis inde caſtris, cum omnibus viribus vlterius ſunt progreſſi. Vbi ad eum peruenere locum, in quo ſua Dionyſius caſtra poſuerat, nullumque omnino in iis inuenere exercitum, tum eos occupauit pauor. Si quid enim aliud, locus certe deſertus et incognitus in hoſtium ſolo, ad commouendos militum animos plurimum valet. Nihilo minus iter agebant, eorum ſub-

g) *Παιόνων τὸ ἔθνος.* ſaepius alias *Παίονας* vocat.

58. CINNAMVS p. 150 — 151.

h) Dum nempe Demetrius quidam de gloria Chriſti controuerſiam excitat: qua ventilata, Lucas Patriarcha CP. in ſede ſua permanſit. Natus eſſe ſub idem tempus Manueli filius dicitur. Natus vero eſt, vt aduotat ad h. l. Du Freſne p. 483. Alexius, Manuelis F. A. MCLXVII. ſi Alberico fides, vel potius a. 10. Sept. A. MCLXX. vt eſt apud Codinum de Origg. CPl.

i) Dionyſii etiam meminit Nicetas Choniates. vid. ſupra §. 77. lit. a. vbi et iis, quae infra de Gabra et Brano narrantur, ſimilia occurrunt.

ſubinde obſeruantes veſtigia; et forte confeciſſent quidpiam, ſi maturius adorti fuiſſent Hungaros. Tum enim clara iam luce, vt id illi aduertere, equis, qui in paſcuis erant, in caſtra abactis, et caeteris, qui ante tentoria ſtare de more ſolent, conſcenſis, in turmas ordinantur; mox, vt Romanos negligenter et incompoſite ferri vident, illos inuadunt. Plurimi enim ex iis, dum Hungaros, qui equos in caſtra agebant, adoriuntur, ſeſe huc illuc effuderant; fuſisque iis, caeteros, qui Romanam phalangem a tergo ſequebantur, propulere etiam. Ex quibus perculſi Romani, receptum primo cogitarunt, ac deinde, longe maiorem ſuo inſtare exercitum rati, in fugam ſeſe coniecere. Veritatem enim cognoſcere, aut diiudicare iis in momentis pauci admodum mortales ſciunt. Protinus itaque omnibus diſcedentibus, aliquamdiu cum ſignis et paucis ex ſuis reſiſtere dux vterque, aliquot adhuc ſecum permanſuros Romanos, rati. Sed vbi nemo vsquam cum iis ſtetit, terga et ipſi tandem dederunt. Branas interea conuerſus, vnum de hoſtibus haſta percuſſit. Tum demum, quod in conſilio prius inter eos diſſidium interceſſerat, innotuit: poſtquam enim fugientem Gabram iterum aſſecutus eſt Branas, irridens ac illudens, „ Num, inquit, vidiſti, o Sebaſte, vt iterum reſtiterim hoſtibus, eosque haſta inuaſerim „. Illo annuente, „ Enimuero, ait, per caput imperatoris, nusquam vidi te niſi fugientem „. Sic igitur nunc aetatis Romanorum quisque, ſi de communi agatur commodo ac publica vtilitate, egregium nihil conficit: contra vero, vt manu ſtrenuus fortisque omnibus appareat, nulli labori parcit.

§. 84.

At Hungari, qui a tergo fugientibus inſtabant, paucos e Romanis cecidere, nec plures admodum cepere, cum eſſent et ipſi pauore haud minimo conturbati: quod inde colligere quiuis poteſt. Quidam enim ex pedeſtribus numeris ad Zeugmen vſque fuga delatus, in nullum Romanorum incidit, adeo oſcitanter illi iter faciebant. Tum quidem Dionyſius, in immenſum attollere rem geſtam cogitans, paucis in vnum collectis interemtorum cadaueribus, humum iis iniecit, aggeremque altius eduxit, futurum ratus, vt

Imp. EMANVELE *Comn.*

caeſorum inde numerus deprehenderetur, In hunc modum res ibi peractae ſunt.

§. 85.

At imperator ex iis non modice indignatus, ipſe iterum in Hungariam mouere inſtituit: atque vt Romanae fortitudinis hoſtibus daret argumentum, id potiſſimum comminiſcitur. Alexium quidem, cui deſponderat filiam k), cum multis copiis, quibus Alexius protoſtrator l) praefuerat, verſus Iſtrum miſit, quo Hungaris fucum faceret, quaſi ex conſuetis rurſum locis in eos impetum eſſet facturus. Leonem autem, Batatzem nomine, aliunde cum exercitu perinde magno, maxime vero Valachorum ingenti multitudine, qui Italorum coloni quondam fuiſſe perhibentur, ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Hungariam facere iubet, qua ex parte nemo adhuc a primis ſaeculis eos inuaſerat, Alexius itaque et alius Romanorum exercitus, cum ad Iſtrum perueniſſent, metum Hungaris fecere, quaſi continuo inde traiecturi. Batatzes autem ab iis, quae diximus, locis irrumpens, omnia depopulatus, obuia quaeque proſternit, hominum ingentem caedem edit, nec pauciores captiuos ducit. Ad haec pecorum equorumque et aliorum inde animalium greges agens, ad imperatorem reuertitur.

Sed ille alteram quoque iis inferre plagam volens, nouas in eos rurſum copias miſit: iuſſitque, vt ſuperiora adirent loca, et Hungaros, qui Tauroſcythicam accolunt, aggrederentur. Iis copiis praeerant Andronicus Lampardas et Nicephorus Petralipha aliique non pauci. Summa autem rerum penes Ioannem Ducam — fuit. Nec diu cunctati, loca longa atque inacceſſa, terrasqua hominibus prorſus vacuas emenſi, Hungariam inuadunt: et in vicos incidentes

k) Cf. ſupra §. 65.

l) De hoc Cinnamus p. 156. „ *Alexium Caſianus cum praeter decorum ſegniter remiſſeque admodum bello incumbentem Hungarico aduerteret, quo tempore cum Bela in Hungaria militabat, illum conueniens, adhortationibus incitare ad id animum eius voluit. At is in ſecretum hominem abducens, Quaeris, ait, quam ob rem a proeliis vt plurimum abſtineam? quia me generis nimirum humani cum maxime miſeret —.*

cidentes frequentiſſimos compluresque, ingenti praeda potiuntur, homines multos caedunt, plurimos captiuos faciunt: cumque inde eſſent exceſſuri, confectam ex aere crucem iſthic loci ſtatuunt, cum huiusmodi inſcriptione:

Pannonicae quondam numeroſa hic germina ſtirpis
  Mars et dura manus ſuſtulit Auſonium.
Imperium Manuel Romae cum diuus habebat,
  Comnenûm Auguſtae gloria prima domus.

§. 86.

Interea dum haec gererentur, Auſtriae dux, Henricus [m]) cum vxore, Theodora, imperatoris agnata, Sardicam venit: tum vt Fredericum, Alemanorum regem, imperatori reconciliaret, tum etiam vt belli inducias pro Hungaris expeteret. Fredericus enim —, obnitente ei Manuele, parum abfuit, quin Romano nudaretur principatu. — Quapropter paulo ante, cum in arcto res eius eſſent, placare volens imperatorem, per legatos amicitiam eius expetiit, ſeque belli contra Hungaros ſocium fore, pollicitus eſt [n]). — Poſtea irruptionem in terras Romanorum parans, vbi — conficere nihil potuit, ad alia verſus conſilia, legationem huius Henrici et Bladiſgratzi inſtituit: vt hac arte, ſub amicitiae et beneuolentiae praetextu, a conatibus auocato imperatore, facilius ad bellum Romanis inferendum ſeſe deinceps accingeret. Sed vbi id imperatori compertum eſt, Henricum quidem multa comitate excepit, induciasque pro Hungaris expetenti indulſit: eorum vero, quae ad Fredericum ſpectabant, nihil eſt exſecutus. 59.

§. 87.

Henricus autem domum rediens, cum in Hungariam peruenisset

59. Id. p. 152, 153.

m) Ἐῤῥικος Ὀςριχιων Δυξ. Primus Auſtriae dux, Leopoldi Marchionis filius. vid. Du Freſne ad h. l. p. 484. cf. et ſupra §. 74.

n) Vid. ſupra §. 74.

Imp. EMA-NVELE Comn.

a. C. 1161 — 1173.

veniſſet, Stephano perſuaſit, vt, remiſſa ac pulſa Thauroſcythica puella o), filiam ſuam in matrimonium duceret.

Quo facto, Hungari non multo poſt occupare iterum Dalmatiam ſtatuerunt, aliaeque eo miſſae copiae, et ipſe etiam, qui Zupani dignitate inter illos fungebatur (quod nomen proximam a rege in ea gente poteſtatem ſignificat): ſed cum bello iſto nihil eſſent conſecuti, ſolo capto Chaluphe, redierunt. Quomodo vero id Nicephoro acciderit, commemorabimus. Cum ille accepiſſet, veniſſe in regionem iſtam Hungarorum exercitum, paucis militum ſuorum aſſumtis, Spalatho egreditur: dumque iter facit, plerisque ex iis, qui ſubſequebantur, ſenſim ſemper diffluentibus, ac recedentibus, haud aegre ab hoſtibus captus eſt. Circumſtantes igitur illum, fortia manu edentem facinora, captiuum tandem abducunt.

§. 88.

60. β) Poſtquam ea reſciuit princeps, Byzantium venit, vere primo maiori cum appartu ipſos ſtatuens inuadere. Neque tamen opportuno militiae tempore adeſſe ibi potuit. Is enim tunc cum eques pila luderet, equusque in terram totus corrueret, femur manum

p) NICETAS CHONIATES: *Cum — Pannonii foedera denuo rupiſſent, bellum contra eos ſuſcipitur: et aliquamdiu intermiſſum maiori vi repetitur. Imperator, vbi primum per anni tempus licuit, Sardicam iter intendit, quo legiones conuenire iuſſerat. Dum autem copiae contrahuntur, audit, duarum muliebrium aenearum ſtatuarum, quae in occidentali fornice fori Conſtantini ſitae*

o) τὴν Ταυροσκυθίδα κόρην. *Primiſlaui ſeu Ieroſlaui* (nam eundem virum hoc nomine deſignare videtur Cinnamus) *filia*. vid. ſupra §. 74. Caeterum Henricus a Friderico I. miſſus eſt, ſi Thwroczio et Bonfinio fides, dum inter vtrumque Stephanum bellum exardeſceret a. MCLXXII. vel proxime ſequenti. Auctor vero Chronicae Auſtralis Stephani Hung. regis nuptias cum Agnete Henrici filia coniicit in a. MCLXV. Arnoldus Lubec. denique vxorem Stephani non filiam, ſed ſororem Henrici fuiſſe, auctor eſt. Haec fere Du Fresne ad h. l.

60. CINNAMVS p. 153 — 155. Nicet. Chon. p. 98, 99. Haec in Tab. Chronol. Nicetae praefixa ad a. C. 1165. referuntur.

[illegible]mque grauiter laeſit. Quapropter in vrbe Selybria diebus paſchalibus tranſactis, vt melius ſe habere ſenſit, ad Philippopolin contendit: vbi cum Pannonum legatis congreſſus, cum nihil eos ſani adferre cognouiſſet, ſed belli tantum inducias omni modo ſollicitare: rebus infectis dimiſit: iisque adiunxit Romanum quemdam, qui et Chaluphen repeteret, et, niſi mox imperata facerent, imperatorem rurſum Romanorumque exercitum praeſto fore, minaretur. Ipſe autem Sardicam progreſſus, copias contrahit. —

§. 89.

γ) Imperator autem, Hungarico exercitu ad Sirmium tranſeunte, copias eo miſit, quibus praefuere tum alii Romani duces, tum Andronicus, ſororis ſuae filius, cognomento Contoſtephanus, bello

Rrrr 2

ſunt, alteram, quae Hungariſſa (Οὐγγρισσα) dicatur, erectam ſtare: alteram, nomine Romanam, vetuſtate collapſam eſſe. Quo intellecto, ſtatim illam deiecit, hanc repoſuit: ea ſtatuarum mutatione ſe fortunam etiam gentis vtriusque mutaturum ratus, et rem Romanorum erecturum, Hungaricam depreſſurum.

γ) NICET. CHON.: *Legionibus in vnum conductis, deliberandum proponit, utrum ipſe quoque bello Hungarico intereſſe, an ſummam rerum duci alicui committere debeat? Vbi omnibus placuit, ut ipſe Sardicae maneret, et generales belli duces crearet, vt, abſente imperatore, incerti bellorum euentus, acceptaeque cladis dedecus mitiora eſſent, et victoria plus laudis haberet: ſumma belli Andronico Contoſtephano, claſſis praefecto mandatur. Exercitu Sardica moto, imperator praeclara concione Contoſtephanum exhortatur: nec rationes tantum, ſed tempus etiam gerendi belli edocet, armorumque et aciei inſtruendae rationem monſtrat. Legatos item eius, tribunos caeterosque milites ad pugnam acuit, commemoratis prioribus eorum facinoribus et exemplis ad feſtinandum, et imminentia pericula ſubeunda, quibus, Deo adiutore, fortiter ſuperatis illuſtrem victoriam reportaturi ſint, incitat.* His et aliis deliniti milites *imperatorem, laetis acclamationibus celebrabant, et, ſe vltra vires etiam dimicaturos, pollicebantur: petebantque, vt a duce ſine mora com-*

a. CINNAM. p. 157 — 160. Nicet. Chon. p. 99 — 102.

Imp. EMANVELE *Comn.*

bello iſti ſummo cum imperio praefectus. Huic potiſſimum, quomodo acies inſtruenda foret, praeſcripſit, et qua ratione bellum iſtud conficiendum, tamquam in tabella delineauit.

Andronicus ergo cum traieciſſet *Sauum* p), caſtrisque Hungarorum appropinquaſſet, talia facere inſtituit. Cum ſpeculatores quidem et exploratores, vti vulgo ſolet fieri, in hoſtium mittere exercitum, haud conſultum putaret, Romanorum aliquot praemiſit, qui ante caſtra procederent, iisque imperauit, vt captiuum aliquem hoſtium incurſione abducerent. Illi igitur, vt iuſſum fuerat, capto hoſte, rediere. Tum vero ab eo ſciſcitatur, cum quantis copiis ad Sirmium acceſſiſſent Hungari, et quid demum ii facere conſtituiſſent. Omnia itaque nude vereque ille enarrans, „ Praeſunt, inquit, huic exercitui ſeptem et triginta militiae apud nos duces; ſed omnibus ſupremo iure imperat Dionyſius. Totus vero exercitus quindecim ad ſummum bellatorum millibus conſtat, partim equitum cataphractorum, partim ſagittariorum et peltaſtarum. Tanta vero iis ineſt audacia, vt, ne primum quidem illorum impetum ſuſtinere poſſe Romanos, ſibi perſuadeant „. His auditis, dimitti-

tra hoſtem ducerentur. Ita incitatis exercitibus, ſtatim confuſus clamor in caſtris tollitur: quod quidam ex gente Pannonica, dum concitato equo ac toto impetu fertur, pronus in faciem prolapſus erat. Quo imperator audito et ipſe exhilaratus eſt, et omnes bono animo eſſe iuſſit, bonum id omen interpretatus, belli feliciter euenturi, et Deum ſeruatorem, vt ductor eſſet exercitus, inuocauit. Andronicus vero cum omnibus copiis digreſſus poſt aliquot dies Sauo et Danubio ſuperatis, Zeugminum ingreditur. Pannonii vero ea re nihil territi, ſed ſuis cohortibus inſtructis et non paruis auxiliis a finitimis populis atque ipſis Alamanis, vt ferebatur, conductis, ſummaque rerum Dionyſio, viro ſtrenuo et victoriis inclyto, mandata, pleni animorum et iactabundi incedebant. Is Dionyſius, vt primum audiit, Romanum exercitum Iſtrum tranſiiſſe, victoriis prioribus inflatus, inſolenter gloriatus eſt, ſe, vt pridem, ita nunc etiam occiſorum Romanorum oſſibus in tumulum aggeſtis pro tropaeo vſurum. Id enim barbarica feritate victo Gabra et Brano, vt iam memini, fecerat.

p) Σαον. *Saum.*

mittitur ab Andronico, nunciaturus Dionyſio, imperatorem, cum ferre amplius non poſſit illius in Romanos delicta, praeſto eſſe, quo poenam ab ipſo congruam repoſceret.

§. 90.

d) Inde milites, arma capere iuſſos, caſtris educit, aciemque hac ratione inſtruit. Scythas et maximam Perſarum partem, cum paucis equitibus, qui haſtis decertant, praecedere iubet. Inde a lateribus Romanorum ſequebantur phalanges, quibus praeerant Coccobaſilius et Philocales, praetereaque Taticius et quem Aſpietem vocabant. Horum a tergo ibant grauioris armaturae milites, ſagittariis intermixti, et Perſarum turma grauis armaturae. Poſt iſtos vtroque a latere Ioſephus Bryennius et Georgius Branas incedebant. Item Demetrius, eius frater, et Conſtantinus Aſpietes, vir ſebaſti dignitate auctus: inde Andronicus, principis chartularius, cognomento Lampardas, cum delectis ſimul Romanis et Alamanis, necnon et Perſis. In poſtrema denique acie erat Andronicus, ſupremus dux, cum aliis multis inclyti nominis viris (quales imperatori in bellum eunti ſemper adeſſe moris eſt) et Italis ſtipen-

 diariis.

d) NICET. CHON.: *Contoſtephanus vero in feſto Procopii martyris armatas phalanges in aciem educit. Frontem exercitus ipſe occupat: cornu dextrum Andronico Lapardae, ſiniſtrum aliis tribunis mandat. Diſpoſuit et alias phalanges paulum ab vtroque cornu ſemotas, vt per tempus laborantibus legionibus ſubuenirent. Interea litterae imperatoris illi afferuntur, quibus pugnam in alium commodiorem diem, in litteris declaratum, differre iubebatur. At ille, libello in ſinu condito, iuſſa negligit: et apud proceres aliarum rerum mentione interiecta, callide diſſimulat. Is autem dies vt ater et infauſtus ad pugnam, improbabatur. — Caeterum Contoſtephanus iis litteris plane contemtis, non ignarus, ſaepe modicam cohortationem ad certamen pugili profuiſſe:* orationem ad eos habet, qua imprimis, ſe, vt hoſtes, aere munitos velocibus equis inſidere, nec fortitudine iis concedere, ſolertia vero et diſciplina militari iis etiam ſuperiores eſſe, idque victoriis, quas antehac de iiſdem reportauerint, patere, oſtendit.

diariis, itemque Seruiis, qui pone ſequebantur, haſtis armati, et longioribus clypeis inſtructi.

Hunc in modum ordinato exercitu, Romani iter inſtituunt.

§. 91.

a) Vbi vero ad locum venere, in quo Dionyſius occiſorum militum tumulum erexerat, equis deſilientes, grauiter ingemuere, fidemque ſibi inuicem obſtrinxere, pro contribulibus ac conſanguineis ſe quemque moriturum. Dionyſius vero vbi aduentare Romanos audiuit, fiducia quadam praetumidus, cum multa irriſione vinum ebibere Hungaros iuſſit, et vt pocula ad Romanorum ſanitatem et incolumitatem propinarent. Illi ſurgentes confeſtim ea hauſere, ſumtisque armis, conſuetum ordinem reſumſere. Mos enim ſemper apud eos obtinet, vt praecipui optimique in prima phalange locentur. Quod iam pridem edoctus imperator, contrario, aciem modo inſtituere Andronico praeceperat.

Poſt

a) NICET. CHON.: *Haec locutus, ſuas copias in patentem campum educit. Idem contra et Dionyſius facit, hilari vultu, cum plauſu et laetitia, quaſi ad ludum iret. Vnde, quid agendum eſſet, in praeſentia ignarus, ſuas copias neque in dextrum ſiniſtrumue cornu diſtribuit, neque in diſtinctas turmas et phalanges deſcripſit: ſed tantum exercitum, in vnam quaſi turrim globatum ac denſatum, atrae nubis inſtar adduxit, cum ſummo et acerbiſſimo noſtrorum contemtu. Vexillum eius in craſſa et alta trabe, quam rotis impoſitam quatuor iuga boum trahebant, ſublime a ventis agitabatur. Erat ea acies omnino horrenda viſu, tota equeſtris et haſtata. Nec viri tantum armis egregiis ad pedes vſque muniti, ſed et equorum pectora, et frontes ferro contra ictus armabantur. Ad haec equorum hinnitus, armorumque fulgor ſolis radiis euerberatus, vt propius ventum eſt, vtrique exercitui maiorem admirationem terroremque afferebat. Sub meridiem in medium proceſſere: Conteſtephanus, vbi tempus viſum eſt, dextri et ſiniſtri cornu milites proximos, extremum barbarorum agmen iuſſit caedere: ſagittarios vero equites in primis crebras ſagittas vt coniicerent, hortatus eſt, eo conſilio, vt Pannoniorum continua phalanx diſſolueretur. — Iuncta equi capita habebant, atrox pugna haſtis horrebat, inſtar draconis,*

Poſtquam igitur ſibi inuicem proximi fuere exercitus, iis, qui in fronte ſtabant, praecepit Andronicus, vt Hungaros telis impeterent: et ſimul ac in ſe illos irruere cernerent, terga darent, non recta quidem ad Romanorum exercitum, ſed oblique magis in latera, vt ſic, in vtramque partem diſtracti, Hungari medium phalangis locum vacuum relinquerent. Sed illi, facta ab hoſtibus irruptione, ſtatim effuſe fugiunt, vſque dum ad Sauuni peruenere. Perſtitere vero Romanorum integrae duae in ſiniſtra acie cohortes, quas Coccobaſilius et Taticius regebant; caeterae omnes iam inclinatae. At Demetrius Branas, ſuis diſſipatis, cum octoginta relictus, hoſtibus ſeſe intulit; et fortiſſime dimicans, accepto in capite letali vulnere, concidit captusque ab Hungaris in eorum caſtra relatus eſt. Frater autem illius Georgius, hoſtium multitudine conterritus, proelium conſerere non auſus eſt. Sic quidem ſiniſtra Romanorum acies in fugam inclinauit: dextra vero ſiniſtram Hungarorum inuadens, omnino hanc fudit. At Dionyſius, vbi haec aduertit, eos, qui Andronicum ducem circumſtabant, adoriri ſtatuit. Sed ex ſuis complures conterriti, ad ſe equitatum continuo reuocarunt. Quae vt reſciuit Dionyſius, timiditatem ipſis exprobrat, ſimulque obteſtatur, vt ibi conſiſtant, ne pauorem ſuum Romanis pro-

ſquamas attollentis, vndabant exercitus. Dionyſius vero velut turris firmiſſima procedens, haſtam in Contoſtephanum et eius exercitum vibrabat. Vbi ad manus ventum eſt, primo haſtis rem gerunt, vrgent, vrgentur aliquamdiu. Haſtis fractis et tanquam ſepes in medio exaggeratis, praelongos enſes ſtrinxerunt, ac denuo congreſſi pugnauerunt. Quibus hebetatis (nam tota acies vtrinque ferrea erat et aerea) Pannonii aeſtuabant, quippe qui Romanos ſuum impetum minime toleraturos, putarunt. Romani ferreis clauis, quas in bellum ferre ſolent, arreptis, Pannoniorum capita et facies opportune caedebant. Vnde multi, oborta caligine, equis deuoluebantur, multi ſanguinis profluuio exanimabantur. Ita firmiſſima illa acie perrupta, Romanorum nemo erat, qui non Pannonium feriret ac deiiceret, proſtratumque ſpoliaret, nec aliam panopliam indueret, equumque conſcenderet, cuius ſeſſorem occiderat. Veſperi receptui canebatur, ſublimi illo Dionyſii vexillo ſublato, et exercitus, nauibus impoſiti Iſtrum traiiciebant. Fama enim per Romanos

Imp. EMANVELE *Comn.*

a, C. 1161 — 1173.

proderant. Andronicus autem Lampardas, quae parabantur, videns, veritus, ne, ſi alio abiret, Dionyſii copiae Andronicum ducem opprimerent, neceſſarium duxit cum ipſo primum Dionyſio manus conſerere. Cumque inuicem concurrerent, ſublatus continuo eſt clamor, tumultusque paſſim factus, impactaeque iam in clypeos haſtae fruſtatim diſciſſae decidebant in terram. Romani autem, etſi, qui ſub altero Brana Georgio erant, iam acceſſiſſent, fatiſcebant tamen. Vt id percepit dux Andronicus, ne, iis, qui cum Lamparda dimicabant, omnino fuſis ac deuictis, tota in ſe belli moles incumberet, cum hoſtibus pugnare inſtituit: adeoque atrox concitatur proelium, vt primo conflictu Romanorum quidem octoginta, barbarorum autem multo plures ceciderint. Sed enim Romani incredibili conſtantia ſuſtinentes certamen, tandem eos propria virtute in fugam verterunt.

Tanta vero barbarorum exſtitit caedes, vt contecta prope occiſorum cadaueribus camporum planities fuerit. Haſtis namque ſuis in fruſta conſciſſis, fractisque gladiis, miſerorum capita clauis contundebantur. Tum etiam captum in eo proelio vexillum, quod propter ſui magnitudinem curru a barbaris vehebatur, vt et Dionyſii equus cum omni armatura, cum ipſe vix, neſcio qua ratione, periculum effugiſſet. Quotquot etiam barbarorum fugam inire potuerunt, vbi ad flumen peruenere, a claſſe Romana capti ſunt. Viui ergo in manus venerunt, ex ducibus quidem, quos ipſi Zupanos vocant, quinque: milites octingenti, atque in iis complures nobili loco nati, aliique illuſtres viri: aliquot autem millia in hoc proelio cecidere. Nemo fuit Romanorum, qui non fortia ſuapte manu ediderit facinora, prae caeteris tamen Ioannes Contoſtephanus et Andronicus Lampardas.

His ſtrenue confectis rebus, quoniam adulta nox erat, in caſtra conceſſit Romanus exercitus, adductis eo captiuis Hungaris, alia-

rum caſtra vagabatur, Pannonios poſtridie auxilia firma exſpectare, ducem ſollicitum reddebat. ob eam igitur famam, quae non prorſus inanis eſſe putabatur, poſt felicem pugnae euentum, inde diſceſſit Andronicus. Pannoniis —. reliqua vide *ſ. 92.*

allatiſque ſecum loricis ad duo millia. Galeas autem et clypeos et enſes haud facile quis numeraſſet. eam quidem noctem poſt haec ibi tranſegere. At vbi illuxit, arma iterum induti, in hoſtium caſtra ire pergunt. Verum cum ea hominibus vacua inueniſſent, direptis iis, reuerſi ſunt.

Ita quidem bellum aduerſus Hungaros confectum eſt.

§. 92.

Pannoniis hoc modo ſuperatis, imperator tanta victoria laetus et exſultans, Deo gratiis actis, ſtatim rei bene geſtae nuncios in vrbem mittit: ac poſt dies aliquot et ipſe Conſtantinopolin ingreſſus, triumphum ducit ab orientali porta, quae ad arcem patet, eumque ob inſignem et incruentam victoriam quam ſplendidiſſime et magnificentiſſime adornat. Expanſae ſunt omnes purpureae et auratae veſtes: et ciues alii aliunde ad pompam illam confluentes, inſtar torrentis ex monte decurrentis, fora, templa, officinas et loca omnia vrbis ampliſſimae deſeruerunt. Sunt et captiui in triumpho ducti. Platea illa vtrimque ſuggeſta habuit ad binas et ternas contignationes educta, tecta quoque omnia ſpectatoribus referta fuerunt. Imperatorem quadrigae argenteae auratae cum equis niue candidioribus praecedebant: quibus impoſita erat imago inuictae adiutricis et inſuperabilis commilitonis matris Dei. — Eum currum imperatoris propinqui atque amici, ſenatus, viri magiſtratibus et dignitatibus inſignes, pone ſequebantur. Deinde ipſe imperator prodiit, equo feroci inſidens, vir inclytus et maximus, ornamentis illuſtribus inſignis, comitante Contoſtephano, triumphi auctore, qui ob victoriam et rem bene geſtam celebrabatur. Magnum templum ingreſſus, Deoque coram omni populo laudato, in palatium pergit: laxataque nimia bellorum contentione, ludis equeſtribus recreatur. 62.

62. NICETAS CHON. p. 102, 103. qui haec iis, quae ſupra ad *§. 91.* ex ipſo attuli, ſubiungit.

Imp. EMA-
NVELE
Comn.

CAPVT VII.

Vngrorum ab initiis Belae vſque ad initia regni Sigiſmundi memoria; ab a. C. 1173–1389.

§. 93.

a. C. 1173.

63. α) STEPHANO, qui Hungariae imperauerat, exſtincto, cuncta ibi perturbata ac confuſa ſunt. Quibus permotus imperator verſus Sardicam proficiſcitur. Illic morantem conuenere Hungarorum legati, BELAM ſibi mitti in regem poſtulantes. Stephano quippe defuncto, ad eum regni ius ſpectabat.

Caete-

α) NICETAS CHON.: Imperator Manuel Comnenus, nato ipſi filio, Alexio, *iusiurandum de imperii ſucceſſione a Maria filia et eius marito, Alexio Pannonio in filium transferre inſtituit. Proin-*

63. CINNAMVS p. 167, 168. Nicet. Chon. p. 110. Anno ſpho ſuperſcripto obiit Stephanus ſecundum ſcriptores Hungaricos. Tab. Chron. Nicet. habet a. 1168. Iurisiurandi de imperii ſucceſſone praeterea meminit Nicetas Chon. p. 74. Dromi logotheta *magis — contra Stypiotam inflammatus, quod imperator illi aurea bulla cum radiantibus gemmis data, mandarat, vt in magna Blachernia eccleſia iuriiurando praeeſſet, quo imperii ſucceſſio Alexio Hungaro et filiae Mariae confirmaretur, quod munus ad logothetae potius munus pertinebat.* et p. 60. *Imperator — nondum ſuſcepto filio, omnes iureiurando adegit, ſe poſt ipſius obitum Mariae filiae, ex Alamana procreata, eiusque marito Alexio Hungaro, vt Romanis imperatoribus, cum ſumma obſeruantia obtemperaturos. Hinc edicto paruerunt caeteri praeter Andronicum: qui — dicebat — ira numinis impulſum videri imperatorem, qui, omnibus Romanis repudiatis, alienigenam et aſcititium iſtum filiae maritum et imperii ſucceſſorem, cum Romanorum omnium contumelia, delegerit.*

a. C. 1173.

Caeterum Bela is in generum imperatoris primo delectus, quemadmodum in ſuperioribus a me narratum eſt, poſtea, cognationis lege obſtante, ſororem Auguſtae duxerat, ideoque Caeſar fuerat renunciatus, iſtius dignitatis praerogatiua caeteris praelatus in vrbe Byzantina proceribus. Regem igitur illum renuncians, cum vxore in Hungariam miſit, cum iureiurando prius eum obſtrinxiſſet, quae imperatori et Romanis profutura eſſent, per omnem ſe vitam ſeruaturum. Illum vero comitabantur, a quibus in regnum deduceretur, Ioannes protoſebaſtus aliique illuſtres viri.

Imperator itaque, Bela in principatu conſtituto, in Seruiorum gentem iter inſtituit.

§. 94.

IMPERATOR, repudiata [Clitziaſthlanis, Turcorum Sultani]64. legatione, ipſum [Gabram legatum] dimiſit: accitisque e Seruia et Hungaria ingentibus copiis, bellum maiori cura apparauit —. Vere primo traiecit in Aſiam, et, vt ſolebat, copias ad Rhyndacum collegit. Sed auxiliares Hungari Seruiique Romanis obnoxii haud tempeſtiue aduenientes, extraxerunt in aeſtatem bellum, ex quo res maxime labefactari contigit.

de cum filia et ciuibus in ampliſſimo templo genitricis Dei conuenit, et per iusiurandum ſucceſſione in filium, vt putabat, translata, paulo poſt filiam ab Alexio ſeiungit: eique vxoris ſuae ſororem recens cum Balduino fratre Antiochia profectam, deſpondet. Vt autem ſub id tempus Hungariae rex [ὁ τῆς Οὐγγρίας ῥήξ] *obiit, Manuel, eius mortem peropportunam ratus, Alexium ſtatim cum ſplendido comitatu et maximo apparatu regio ad Pannoniae dominatum accipiendum ablegat. Eo ſine labore diademate ornato, et totius Hungariae rege citra controuerſiam declarato; imperator ſtudioſe maritum alterum filiae quaerit.*

64. CINNAM. p. 174, 175. cf. *Tom. III. Turcica §. 320. et 321.* in Narrat. varietate. Bellum Turcicum in Tab. Chronol. Nicetae praefixa ad a. 1172. refertur.

§. 95.

Imp. ALEXIO II.

Imp. ALEXIO II.

a. C. 1181.

65. [ANDRONICVS imperatricem, imperatoris Manuelis Comneni viduam,] concilio ſuorum et eorum iudicum coacto, qui non iudicaturi, ſed damnaturi erant, proditionis accuſat: eam ad Belam, Hungariae regem a), ſororis maritum, crebrius dediſſe litteras, et magnis pollicitationibus eum impuliſſe, vt Branizobam et Belagrada vaſtaret.

§. 96.

Imp. ANDRONICO I.

Imp. ANDRONICO I.

a. C. 1182.

66. VT Andronici deſignatio et Alexii imperatoris ſuffocatio Alexio Branae et Andronico Lapardae, legionum ducibus, qui ad Niſum et Branizobam Hungariae regi Belae reſiſtebant, loca illa omnia ferro et igni vaſtanti, ſignificata eſt: 'Lapardas in orientem fugit, Branas ſe adiungit Andronico'.

§. 97.

Imp. ISAACIO *Angelo.*

Imp. ISAACIO *Angelo.*

a. C. 1185.

67. β) [ISAACIVS Angelus,] vxore defuncta, alienigenam ducere ſtatuit: et per legatos Belae, Hungariae regis, filiam b), non-

β) ACROPOLITA: *Cum imperator Iſaacius rem gereret Conſtantinopolitanam, vxore demortua, quam ſupra* [p. 5. 7.] *diximus, Vngaram* (ἐξ Οὐγγρίας ὡρμημένην), *Vngarorum* (Οὐγγρων) *principis filiam vxorem duxit.* cf. *Tom. II. P. II. Bulgarica §. 214. lit. α.*

65. NICETAS CHON. p. 172. Annum habet Tab. Chr. Nicet.

a) τον ῥῆγα Οὐγγρίας τον Βελαν. ita et infra loco *§. 96.* allato, ſcribitur.

66. Id. p. 179. Annum e Tab. Chron. Nicet. adſcribo, hic et *§. 96—101.*

67. Id. p. 236. Georg. Acropolita p. 10. et p. 113.

b) De eadem Acropolita p. 7. et p. 110. haec habet: *Appulerat*

a. C. 1185.

nondum decem annos natam, ambit. Sed dum ex tenacitate nuptias ex fiſci pecunia celebrare reformidat, et ſumtus illos ab vrbibus et prouinciis affatim exigit: cum alias vrbes, praeſertim Anchialo finitimas, afflixit, tum barbaros, Haemi montis accolas, ſibi et Romano imperio infeſtiſſimos reddidit, qui olim Myſi, nunc Blachi nominantur. — c)

§. 98.

a. C. 1191.

[ISAACIVS, Serbis ad Morabam fluuium victis d)] Niſum 68.
quoque praetergreſſus, et ad Sauum fluuium profectus, ſocerum ſuum Belam, Hungariae regem, adiit: et, complures ibi dies commoratus, Philippopolin reuertitur, atque inde in magnam vrbem redit.

§. 99.

a. C. 1193.

[IMPERATOR] cum Blachorum cum Scythis incurſiones et 69.
latrocinia ferre non poſſet, — denuo ductu ſuo ſuisque auſpiciis arma

[CPli a Latinis capta] *Alexius* [Ducas Murzuflus] *imperator* — *Theſſalonicam, exceptusque eſt a nuru, genere quidem Vngara* (ἡ ἐξ Οὐγγρων), *ſed imperatori Iſaacio poſt vxoris obitum deſponſata, muliere ſpecie nimium egregia et decora, vt, qui illam viderant, faſſi ſunt.* Et paulo inferius: *Cum Marchio* [Montisferrati, Bonifacius] *non parum in ſuppetiis afferendis adiuuiſſet, a Flandro* [imperatore Balduino] *rex Theſſalonicae fit, et ſibi Mariam, Vngaram prius* (την ἐξ Οὐγγριας προτερον), *vt iam diximus* [vid. et p. 5.], *imperatori Iſaacio deſponſatam matrimonio iungit. Ab hac Alexius imperator excipitur.* Et Nicetas Chon: p. 386. Balduinus *verſus Theſſalonicae metropolin abiit, Bonifacio marchione comitante, qui Mariam Pannoniam ſecum ducebat, Iſaacio Angelo pridem nuptam, ſed poſt illius obitum et vrbem captam legitimo ſibi matrimonio iunctam.*

c) Locum integrum vide *Tom. II. P. II.* in *Bulgaricis §. 214.*

68. NICETAS CHONIATES p. 278. Secundum Scriptores Hungaricos obitus Belae incidit iam in a. C. 1190.

d) Cf. *Tom. II. P. I. Sequita §. 64.*

69. Id. p. 286. Vid. *Tom. II. P. II. Bulgarica §. 231.*

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1193.

arma hoſtibus inferre ſtatuit. — Implorat et ſoceri ſui, Hungariae regis, opem: et facile impetrat, vt is ſe per Bidynam auxiliares turmas miſſurum polliceatur.

§. 100.

Imp. ALEXIO *Ang. Comn.*

Imp. ALEXIO III. *Angelo Comneno.*

a. C. 1200.

70. CVM fraternae caedis e) exemplum ex vrbe imperatrice promanaſſet et extremos orbis terrarum fines peruagatum eſſet, non Perſae tantum er Tauroſcythae et hi Dalmatae f), et poſtea Pannonii, ſed et alii plures caeterarum gentium principes, enſibus in cognatos ſuos ſtrictis, ſeditionum et caedium patrias ſuas compleuerunt.

§. 101.

Imp. BALDVINO *Flandro.*

Imp. BALDVINO *Flandro.*

a. C. 1203.

71. LATINI — ea conditione deditionem [Serrarum vrbis Ioanni Bulgarorum principi] facere voluerunt, ſi ſibi cum armis et equis tuto diſcedere liceret. Quam illo prorſus repudiante, poſtulant duces ſibi domum reuerſuris attribui vſque ad Pannoniae fines. Sic foedere icto, ille arcem occupauit, hi citra diſcrimen abierunt.

§. 102.

Imp. THEODORO *Laſc.* I.

Imp. THEODORO *Laſcari* I.

a. C. 1204 — 1221.

72. [THEODORO Laſcari] ex Anna vxore — filiae natae ſunt tres, Irene, Maria et Eudocia. Mariam, ſecundam, Vngariae regis, Hiero-

70. Id. p. 342.

e) Haec iis, quae de diſcordia Volci et Stephani, fratrum, principum Seruiae dixerat, ſubiungit Nicetas p. 343. Cf. *Seruica* §. 66.

f) Volcus et Stephanus.

71. NICET. CHON. p. 398. Cf. *Tom. II. P. II. Bulgarica* §. 262.

72. ACROPOLITA p. 14. et p. 116. Anni adſcripti ſunt anni imperii Theodori Laſcaris I. alii expeditionem Andreae regis Hung. ſub a. C. 1217. referunt.

Hieroſolymis per illius ditionem reuertentis, filio nuptum dederat.

§. 103.

Imp. IOANNE Duca.

Imp. IOANNE Duca.

a. C. 1233.

[IOANNES Aſanus Bulgarorum rex] filiolam habuit, Helenam nomine, ab Vngara ortam, nouennem. — Cum — ambo, Ioannes Ducas imperator et Aſanus Ioannes, Bulgarorum rex, in vnum foedere [de matrimonio inter filium imperatoris Theodorum et Bulgari filiam iungendo] icto conueniſſent, — Aſanus cum vxore Maria, Vngara et filia Helena Callinpolin, [vbi tunc imperator commorabatur] venit. — g) 73.

§. 104.

a. C. 1237.

DVM obſidetur [a Bulgaris] Tzuruli caſtrum, Aſano derepente nunciatur, vxorem Vngaram in viuis eſſe deſiiſſe. 74.

§. 105.

a. C. 1239.

[AVXILIARES copiae a Balduino II. ex occidente accitae] per radices Alpium Oſtricium proficiſcuntur, et per Hungariam commigrantes, Iſtrum tranant, et Bulgaris immiſcentur, omnibus tanquam amicis et affinibus vſi, qui et propter ſemet ipſos, nec minus in nos odium amiciſſime a locorum dominis excipiebantur. 75.

§. 106.

73. Id. p. 26, 27. et p. 155. Loca integra vide in *Bulgaricis* §. 286.

g) Locum integrum vide in *Bulgaricis* §. 283.

74. Id. p. 30. et p. 127. p. 32.

75. ACROPOLITA p. 31. et p. 128. cf. *Bulg.* §. 288.

Imp. IOANNE *Ducâ.*

§. 106.

a. C. 1245.

76. [ASANO, Bulgarorum rege,] vita functo, ex Vngara filius, in dominatu ſuccedit. Callimac Thamari nomen.

§. 107.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

Imp. THEODORO *Laſcari* II.

a. C. 1257.

77. BVLGARORVM — princeps, vbi aduerſum Romanos — cere quicquam non poſſet, amicitiam et foedus petiit, et *Vrum*, ſocerum, Vngariae regis generum *b*), cuius arbit munibus negotiis conſuleretur, deſtinat.

§. 108.

Imp. MICHAELE *Pal.*

Imp, MICHAELE *Palaeologo.*

Poſt a. C. 1267.

78. *γ*)] MICHAEL Palaeologus, Andronico filio idoneam cir ſpiciens coniugem,] 'animum et ſpes vertit in Pannoniam, legatos decreuit mittere *i*). Rex ibi dominabatur partem Re generis ex matre trahens, ſenioris Laſcaris filia. Huic enim

γ) NICEPHOR. GREG.: *Poſt haec* [eclipſeos ſolis, qu d. 25. Maii contigit, meminerat] *longo tempore* tor *Andronico filio vxorem dat Annam Paeoni* των), *ſimulque inſignibus imperii ornat.*

76. Id. p. 35. cf. *Tom. II. P. II. Bulgarica* §. 290.

77. Id. p. 69. et p. 141. cf. *Bulgarica* §. 313.

b) τον πενθερον αυτε τον Ρωσον Ο'υρον τε ρηγος Ο'υγ τρι τελευτα γαμβρον.

78. PACHYMERES 215. Niceph. Greg. T

i) προς Παιονας τ λογ.

Imp. MICHAELI *Pal.*

fuerunt, quarum vna regi
, genitrix exſtitit k); altera l)
iſſum ſecum attulit; tertia de-
domeſtico elocata eſt. Ex
annonia m), filius et heres regis
n olim, ſed inſignis, vt aiunt,
am euectam, habuit: ex eaque
Laſcaricae gentis praenobilem ſan-
iam filio et deſignato ſucceſſori
illam poſtulandam illuc deſti-
na … expatriarcham Germanum,
ſimu … eritae iam licet ac parum
aptae g … lum eximie ad hanc qui-
dem … conſanguinitas, quae in
regem … tatem ei quaſi aui tri-
bue … enitoris eius matris n).

… perlati, negotio e ſen-
te … i regis ſponſam ad-
duc … rticipi. Virgini Au-
guſtu … illuſtri pompa et
magni-

k) *Gr.* … s, *Mi-*
qua nemp … —. *At*
l) καὶ … *pote-*
cet. … *ſpe*
m) ὁ τῆς … s *ip-*
nus V. puta … *un-*
n) ἐξ … *ſli-*
ἐκεῖνον … *on*
τον … m
ἀδελφ … ri
o) … p.
Pachym …]
[Andro …
gara (
Memor.

Imp. IOANNE *Duca.*

§. 106.

a. C. 1245.

76. [ASANO , Bulgarorum rege ,] vita functo, Callimanus , eius ex Vngara filius , in dominatu ſuccedit. Callimano ſoror erat , cui Thamari nomen.

§. 107.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

Imp. THEODORO *Laſcari* II.

a. C. 1257.

77. BVLGARORVM — princeps , vbi aduerſum Romanos — proficere quicquam non poſſet, amicitiam et foedus petiit, et *Roſum Vrum* , ſocerum , Vngariae regis generum b), cuius arbitratu communibus negotiis conſuleretur , deſtinat.

§. 108.

Imp. MICHAELE *Pal.*

Imp, MICHAELE *Palaeologo.*

Poſt a. C. 1267.

78. γ)] MICHAEL Palaeologus , Andronico filio idoneam circumſpiciens coniugem ,] 'animum et ſpes vertit in Pannoniam , eoque legatos decreuit mittere i). Rex ibi dominabatur partem Romani generis ex matre trahens , ſenioris Laſcaris filia. Huic enim apud nos

γ) NICEPHOR. GREG. : *Poſt haec* [eclipſeos ſolis , quae a. M. 6775. d. 25. Maii contigit , meminerat] *longo tempore elapſo , imperator Andronico filio vxorem dat Annam Paeoniam* (την ἐκ Παιονων), *ſimulque inſignibus imperii ornat.*

76. Id. p. 35. cf. *Tom. II. P. II. Bulgarica* §. 290.

77. Id. p. 69. et p. 141. cf. *Bulgarica* §. 313.

b) τον πενθερον αυτα τον Ρωσον Ο'υρον τα ρηγος Ο'υγκριας επι θυγατρι τελευτα γαμβρον.

78. PACHYMERES T. I. p. 214, 215. Niceph. Greg. T. I. p. 65.

i) προς Παιονας την πρεσβειαν στειλαι.

nos imperanti tres tantummodo filiae fuerunt, 'quarum vna regi Pannoniae, ipſius filii, nunc regnantis, genitrix exſtitit [k]; altera [l] Ioanni viro imperium a ſocero transmiſſum ſecum attulit; tertia denique, Eudocia, magno apud vrbem domeſtico elocata eſt. Ex prima ortus, 'qui nunc regnabat in Pannonia [m], filius et heres regis patris, vxorem e Comanis, captiuam olim, ſed inſignis, vt aiunt, formae, merito e ſeruitute in regnum euectam, habuit: ex eaque genuit filiam, quam, vt Romano Laſcaricae gentis praenobilem ſanguine, dignam imperator duxit, quam filio et deſignato ſucceſſori deſponderet ſuo. Legatos igitur ad illam poſtulandam illuc deſtinans, idoneos ad tale negotium putauit expatriarcham Germanum, ſimulque magnum ducem Laſcarim, 'emeritae iam licet ac parum aptae gerendis rebus aetatis virum; ſed illum eximie ad hanc quidem tractationem commendauit nomen et conſanguinitas, quae in regem, virginis poſcendae patrem, auctoritatem ei quaſi aui tribuebat, vtpote germano Auguſti Laſcaris, genitoris eius matris [n].

Hi, terreſtri itinere, quo deſtinabantur, perlati, negotio e ſententia confecto, breui reduces, filiam memorati regis ſponſam adducunt filio imperatoris, iam et ipſi imperii participi. Virgini Auguſtus ſenior Annae [o] nomen impoſuit. Tum illuſtri pompa et magni-

k) Gr. nihil praeter: αὐτη [de qua nempe ante dixerat] μια.

l) και θαυμαστη Ειρηνη δευτερα ect.

m) ὁ της Παιονιας ῥηξ. Stephanus V. puta.

n) ἐξωρον ἠδη ὀντα, δια το προς ἐκεινον αὐτȣ συγγενες· τȣ γαρ παππȣ τον τοπον τῳ ῥηγι ἐπληρȣ ὁσα και ἀδελφος τȣ Λασκαρι βασιλεως.

o) Eius praeterea meminerunt, Pachymeres T. II. p. 55. *Imperator* [Andronicus] *cum ex Anna Vngara* (ἐξ Αννης της ἐξ Οὐγγρων) *duos ſuperſtites haberet filios, Michaelem et Conſtantinum, —. At Michaelis quidem ſupremae poteſtatis participatione cum certa ſpe ſucceſſionis ornandi auctor auus ipſius Michael fuerat, qui poſt nunciatam Annae nurus mortem afflictiſſimum eo caſu Andronicum non parum recreauerat*, cum paruulum eius filium imperatorem ſalutari iuberet. Niceph. Gregoras T. I. p. 102. *Cum imperator* [Andronicus] *tunc* [p. 99. margini adſcribitur a. 1283.] *coniugem non haberet*

a. C. 1267.

magnificentia praecipua nuptias eius cum ſuo filio celebrauit apud magnum templum ſancti diuini verbi Sapientiae, bene precante nouis ſponſis Ioſepho patriarcha. Anno inde ſecuto, die octaua menſis Nouembris regie ambos ipſe pater, praeſente ac ſacris operante patriarcha, coronauit.

§. 109.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1290.

79. [ANDRONICVS Senior] incubuit in curam conficiendarum nuptiarum Michaelis filii, cui ſponſam legerat regis Appuliae filiam, ex Balduini filio et filia Caroli natam. Haec Aecaterine nuncupata, per auunculum, filium Caroli, materteram habebat filiam regis Hungariae p), quae matertera item erat Michaelis eiusdem Augusti Iunioris, ex huius ſorore geniti. quare illa coniugium iſtud duorum ſibi e ſororibus nepotum, pro ſe, quantum poterat, vrgebat.

§. 110.

a. C. 1322 — 1324.

80. QVO tempore Andronicus Iunior Philippopolin obſidione premebat, Bulgaris, qui eam tenebant, praeter alios ibi a Tertere rege relictos duces, praefuit *Inas* ex Hungaris oriundus q).

§. 111.

(nam prior uxor, quae ex Hungaria (ἐξ Οὐγγρίας) venerat, duobus filiis Michaele imperatore et Conſtantino deſpota relictis deceſſerat), legatos ad Hiſpaniae regem mittit —. Idem repetit p. 143. et p. 150. eadem vide apud Cantacuzenum. T. I. p. 5.

79. PACHYMERES T. II. p. 103.

p) ϑειαν ἀχε την τε της Ουγγριας ῥηγος ϑυγατερα.

80. CANTACVZENVS T. I. p. 107.

q) Locum integrum vide *T. II. P. II.* in *Bulgaricis §. 398.*

Imp. ANDRONICO Iun.

§. III.

Imp. ANDRONICO *Iuniore*.

a. C. 1333.

SVB idem tempus [quo Seruiae Crales Stephanus poſt Syrgiannis caedem Theſſalonica diſceſſit r)] etiam Vngrorum princeps s), quem Latina lingua regem nominat, magno cum exercitu Cralem, quicum ei de finibus erat controuerſia, appetiuit. Formidans Crales, ne ſe aduerſus illum tueri non poſſet, imperatorem ſubſidium per legatos rogauit. Qua petitione delectatus imperator, delectu confecto, ingens et animoſum agmen confecit, eique auxilio miſit. Vngriae autem rex, cum in confiniis regni ſui ac Triballorum tenderet, priusquam in hoſtilem regionem irrueret, propter ſubmiſſas Triballo ab imperatore copias, vt fama fuit, conuerſo itinere, domum rediit. — 81.

§. 112.

Impp. IOANNE *Palaeologo* et IOANNE *Cantacuzeno*.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantacuz.*

a. C. 1343.

SERVIAE Crales Cantacuzeno inſidias ſtruens, eum t)), velut de quibusdam magni momenti cum eo diſquiſiturus, ad ſe in propinquum arceſſit. Dicebat enim, Paeonas res nouas molitos, inde ſe magnopere turbari. — 82.

§. 113.

a. C. 1348 — 1357.

CANTACVZENVS, bello contra Seruios ſuſcepto, cum Seruia 83.
vrbem capiendi ſpe abiecta Berrhoeam rediiſſet, e multis Seruiorum

 vrbi-

81. Id. ibid. p. 279, 280.

r) Vid. *Tom. II. P. I. Seruica* §. 127. *lit* γ. et §. 128.

s) ὁ των Οὐγκρων ἄρχων.

82. CANTACVZENVS T. II. p. 557.

t) Locum integrum vide *Tom. II. P. I. in Seruicis* §. 189.

83. Id. T. III. p. 779. cf. *Seruica* §. 230.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantacuz.*

a. C. 1348 — 1357.

vrbibus, et ex ipſa Scopia, quae Cralis regia putatur, — legati palam vrbis nomine venerunt, eum ad ſe in deditionem accipiendos inuitantes. Nam Crales, qui tunc in Paeonas mouerat, vt imperatorem aduentaſſe audiuit, quamquam haberet copias ingentes; non ſe illi audebat opponere. —

§. 114.

Imp. IOANNE *Pal.*

Imp. IOANNE *Palaeologo.*

a. C. 1389.

84. AMVRATES [Orchanis filius, Turcorum princeps] bellum Trybalis intulit, ipſorumque duci Eleazaro, qui ad Pannonios v) ſe contulerat, eosque incitabat, vt contra Amuratem arma arriperent.

84. CHALCOCONDYLAS p. 26; 27. cf. *Seruica* §. 281. lit. *a*.

v) πρὸς τοὺς Παίονας.

CAPVT

CAPVT VIII.

Res Vngrorum ſub rege Sigiſmundo; generaliora quaedam de Vngrorum gente; bella aduerſus Turcos eorumque Sultanos, Baiazethem, Muhammedem et Amurathem II. geſta ab a. C. 1391–1435.

§. 113.

Imp. EMANVELE II. *Palaeologo.*

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

a. C. 1391. a)

α) INTERIM [dum capta Theſſalonica exercitum in Peloponneſum ducere parat] nunciatum eſt Paiaziti, Pannones, duce SIGISMVNDO, Romanorum Caeſare et imperatore, et Gallos Germanosque non paucos in vnum collectos, bellum ipſi inferre decreuiſſe: iamque Iſtrum tranſire parare, allectis et Dacis b), hominum 85.

α) DVCAS: Cum Baiazites copias in Peloponneſum mitteret, ipſe vero CPlin obſideret *imperator — ad Papam, regem Franciae et Hungariae Cralem* (πρὸς τὸν Κράλην Οὐγγρίας) *ſcribit, monetque, Conſtantinopolin obſidione cingi, et in ea concluſum ſe eſſe ad rerum omnium penuriam redactum: et niſi promte auxilium opemque ipſi tulerint, in hoſtium fidei Chriſtianae manus vrbem conceſſuram. His permoti occiduarum regionum principes ad reſiſtendum crucis hoſtibus armantur.* reliqua vide ad §. 117.

85. CHALCOCONDYLAS p. 36. Ducas p. 26.

a) Apud Ducam margini adſcribitur: Anno Hegirae 793. Ziumaſiu, lachir 19. Chriſti 1391. Maii 25. Theſſalonica capta a Baiazite.

b) Hoc nomine Valachi veniunt apud Chalcocondylam.

genere non ignobili, qui viae ſint duces, exercitumque ducant in hoſtilem regionem.

Sigiſmundus ille, qui copias aduerſus Paiazitem ductauit, primo Germanorum fuit imperator, et plerumque moratus eſt Viennae, imperitans ibi Germanorum regioni, haudquaquam malae. Poſtea allectis Pannonibus, horum rex Germanorumque regionis dux creatus eſt c). —

§. 116.

86. Pannonia d), ‘quae et Vngaria e), incipit a Vienna, Germanorum oppido et verſus orientem, ſecundum Iſtrum procedens, attingit Dacos et Trybalos. Verſus ſeptemtriones excurrit ad Boemos, quos Tzechios f) nuncupant. Habet Pannonia et principes: verum ſinguli patrias regunt regiones, ſubiecti tamen regi ſuo certis quibusdam legibus et conditionibus g). Regem de ſuo corpore admodum raro conſtituunt: verum plerumque arceſſitur ex Boemorum regia familia, aut petitur a Germanis, aut Polonis, aut ab aliis gentibus finitimis.

Romanos moribus armorumque cultu referunt: caeterum ſequuntur victus rationem intemperantiorem, quemadmodum Germani et Galli. Religionem ſectantur Romanorum.

Hoc hominum genus eximiae fortitudinis eſt: mirumque dictu, quanta audacia et animoſitate bella gerant. ‘Creant de ſua gente quendam de numero principum, qui reliquorum primus in regiam aſcenderit: eumque oeconomum, ſiue procuratorem, aut adminiſtratorem, nec principem nominant b).

Lin-

c) Sequitur Germaniae breuis deſcriptio.

86. CHALCOCONDYLAS p. 37, 38.

d) Παιονια.

e) Addit haec interpres.

f) Ita recte in margine reſcribitur pro *Cephios*, quod in textu erat. Gr. ſic habent: ἐπὶ Βοεμας τους Κεχιους καλουμενους.

g) ἐς ὅσον νομιζεται σφισι. νομιζεται ἐπὶ ῥητοις.

h) ποιουνται δε και ἐπιχωριον τινα των ἀρχοντων τα πρωτα, ἐς την βασιλειαν ἀνηκοντα, και οἰκονομον δε ὀντα, και μηδε ἀρχοντα ὀνομαζουσι

a. C. 1391 — 1396.

Lingua vtuntur quaſi peculiari, quae nihil commercii cum lingua Germanorum et Boemorum Polonorumque i) habere deprehenditur.

Quidam tradunt, eos antiquitus Getas exſtitiſſe, ſedesque habuiſſe, quas inſederint, ſub monte Haemo. Tandemque pulſos a Scythis k), conceſſiſſe in eam regionem, quam nunc tenent. Quidam putant, eos quondam Dacos fuiſſe. Ego autem, quaenam eorum origo ſit, dicere non poſſum. Praeterea cum ſibi dederint iſtud nomen, vt Pannones vocentur, ſicque appellentur ab Italis, non decorum fore ratus ſum, ſi aliud iis impoſuero nomen.

Regia eorum eſt *Buda* l), vrbs florentiſſima, Iſtro adiacens. Sigiſmundum autem, Germanorum imperatorem, agentem Viennae, vocantes Pannones declarauerunt regem: eique tradiderunt regnum vniuerſum, et quae ad regni curam pertinent, vt omnia ſic ordinaret, quemadmodum putaret ea fore commodiſſima.

§. 117.

β) [Sigiſmundus a pontifice maximo imperator ſalutatur] 87
rogauit pontificem maximum auxilium, quo adiutus expeditionem contra barbaros ſuſceptam conficere poſſet. Flagitabat autem pecuniam viroſque. Pontifex legatione miſſa ad Gallorum regem, Burgundiae

β) DVCAS: *Ineunteque* [continuantur, quae ſupra ad §. 115. ex cod. attuli] *vere in Hungariam accedunt Flandriae comes, Anglorumque* (Ἰγγλήνων) *manus magna, Franciae quoque proceres, et Italorum non pauci; perque ſidus caniculae ad Danubii ripam caſtra metati ſunt; quibus Hungariae Crales Sigiſmundus ſe adiunxerat: Romanorum imperator is erat, et ita appellabatur. et cum Nicopoli in alteram oppoſitamque Danubii ripam traiecissent, ad proelium contra Baiazitem ſtrenue capeſſendum ſeſe comparauere.*

i) καὶ Πολωνῶν. in textu Lat. erat *Pom[?]norumque.*

k) Patzinacas fuiſſe Scythas iſtos, e Conſtantino Porph. diſcimus, cf. ſupra §. 5. 9.

l) ἐν Πεσθ.

87. CHALCOCONDYLAS p. [illegible] — 40. Ducas p. 26, 27.

gundiaeque ducem, effecit, vt ſibi darentur octo millia militum: belli autem ducem accepit Burgundiae ducis fratrem. Sigiſmundus quoque ſe ad bellum parabat, conſcribens exercitum ex Germanis, quoscunque potuit mercede conducens.

Cum iam ad bellum ſatis foret inſtructus, aſſumtisque Pannonibus et Dacis (qui et Valachi), qui itinera monſtrarent, rectaque per Iſtrum contra Paiazitem copias duxit. Legatos quoque miſit, conſulente id pontifice maximo, ad Hiſpanorum Italorumque principes, petens ad iſtam expeditionem milites et pecuniam. Pontifex quoque milites miſit, et pecuniam ſuppeditauit.

§. 118.

y) Paiazites, quamprimum didicit, Sigiſmundum, Romanorum imperatorem, magnis copiis ſtipatum, aduerſum ſe pergere, accepto Europae Aſiaeque exercitu, ſumma celeritate obuiam profectus eſt hoſti vſque ad Iſtrum: caſtraque communiuit ab Iſtro, ſtadiis quaſi quadraginta.

Galli

y) DVCAS: *Ante multum tempus certior factus erat Baiazites, gentes occidentales exercitum conſcribere: quapropter orientis atque occidentis copias in vnum coëgit: quibus adiunxit eas, quae vrbem obſidebant, et in occurſum occidentalium educit; praetergreſſusque Philippopolin, montesque altiſſimos ad paludes, quae Sophiae vicinae ſunt, acceſſit, illicque exſpectans ſubſtitit. Poſtridie Chriſtiani acie inſtructa in conſpectum Turcici exercitus procedunt, et, teſtudine facta primo impetu mediam hoſtium phalangem perrumpunt, et ſtrenue admodum pugnant: et donec ad poſtremam aciem hoſtium penetraſſent, omnes, qui reſtiterunt, concidunt. Iterumque globo conferto rem ita ſtrenue geſſerunt, vt Turcorum funditorum et ſagittariorum operam inutilem redderent. Vbi demum Flandricae cohortes pugnam aduerſus Turcos feliciter cedere animaduerterunt, et horum pleroſque fugae ſe committere, effuſo curſu turbatisque ordinibus tergo inſtant; et in medios Turcicae aciei ordines penetrant, occiſorumque cruore coenoſas lacunas camporum complent, inque ordines eosdem remeando impetu ruunt. Tum demum principis Baiazitis ſatellites, qui porta (πόρτα) vocantur, veluti ad aulae palatinae ianuam ſtantes, pecunia emti omnes, exque variis*

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

Galli autem, vt ſunt audaces, plerumque vero imprudentes, cum cuperent victoriam ſuam facere, arma capiunt, barbaroſque aggrediuntur, quaſi eos primo impetu domituri. Tandem cum proelium vtrimque maxima virtute ferueret, Galli fugam ineunt: incitatiſſimoque curſu cum agerentur ad ſuos, inſequentibus Turcis et Sigiſmundi militibus admixtis, atrox proelium coortum eſt. Cum acriter inſtarent Turci, etiam Pannones et Germani fugae Gallorum ſe ſociant. Feſtinantibus autem iis Iſtrum tranſire, maxima pars exercitus flumine abſumta eſt. Facta eſt caedes magna Gallorum et Pannonum pereuntium. Dux Burgundionum, qui totius belli imperator electus erat, ab hoſtibus captus eſt: capti ſunt et alii Pannones Gallique plurimi. At Sigiſmundus in maximum vitae diſcrimen adductus, vixque hoſtis manus, quominus caperetur, effugiens, triremem, quae in flumine erat, conſcendit, Byzantiumque ad Graecorum regem nauigauit m).

§. 119.

Chriſtianis gentibus ſupra decem millia coacti, in inſidiis deliteſcentes, vno impetu ac clamore in Francos ac Hungaros (Οὔγγρων) *impreſſionem faciunt, eosque vndique circumdatos, conſertis manibus, partim ferro caedunt, partim in fugam vertunt. Flandri vero a proelio ſe recipientes vbi fugatos Hungaros fuſosque vident, Turcosque laetitiae vocibus ac clamoribus aërem complere et a tergo inſtare, fugam capeſſunt: partimque ab hoſtibus cum clamore et tubarum clangore inſequentibus profligantur, partim equis deturbantur, repugnantesque neci dederunt Turci, caeterosque ad Danubii ripam perſecuti ſunt, quorum plurimi in fluuium praecipites ruerunt, et aquis abſorpti ſunt. Multos itaque principes viros ac magnates viuos ceperunt, ducem Burgundiae, qui et Flandriae comes erat, aliosque Francos et illuſtres Barones* (Μπαρωνίδας), *quos Pruſam miſit Baiazites, et illic captiuos vinctosque detinuit: multisque deinde pecuniis vendidit, ſponſore vadeque accepto Mytilenes principe, Franciſci Gateluzi filio —.*

m) Ad ſupra citatum Ducae locum in margine adſcribitur: Clades a Chriſtianis accepta a. 1392. Septembr. 28. Hegirae 794. ad finem decumbente iuxta Annal. Turc. iuxta omnes hiſtoricos occidentales a. C. 1396. apud Chalcocond. p. 39. margini adſcribitur a. C. 1395.

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

a. C. 1391 — 1396.

§. 119.

Paiazites, Amuratis filius, Gallis Pannonibusque fuſis atque fugatis, regionem eorum iam maiore ſecuritate populabatur. Quin etiam contra hos exercitus ductabat, mancipiaque plurima capiebat. Proficiſcens autem hoſtili animo contra Budam, Pannonum regni ſedem, podagra laborauit: nec tamen admodum eo morbo afflictus eſt. Haud tamen aſſequi queo, quid ei impedimento fore potuiſſet, cum feſtinaret aduerſus Budam, quomi us eam vrbem ſuae ditionis faceret, regionemque vniuerſam ſubiiceret. Verum peropportune podagra tum laborans, reuerſus eſt domum: etiam copias in ſuam regionem abduxit.

Poſtea Pannoniam et Pannodaciam n) vaſtabat. —

§. 120.

a. C. 1415 — 1421.

88. [MECHMETES, Baiazitis filius,] cum copias miſiſſet in Daciam, eam diripiebat, 'nec a Pannodacia manus abſtinuit, Chotza, Therizis miniſtro, exercitum ductante contra Pannones et Pannodaciam Illyricosque o).

Brenezis, qui arma inferebat Illyricis et Pannonibus et Peloponneſo, exſtant in Europa deſignata opera plurima memoratu digna.

§. 121.

n) Παννοδακιαν, al. Παιονοδακιαν. vt et paulo inferius ſcribitur. Cantacuzenus T. I. p. 108. Ο'υγκροβλαχων meminit, vid. *T. II. P. II. Bulgarica §. 399.* Pannonum Ardelii et Pannodaciae paulo inferius meminit Chalcocondylas. Locum ipſum vid. *T. II. P. II.* in *Valachicis §. 4.* Chalcocondylas p. 81. haec habet: Paiazites ſuos ad fortiter aduerſus Temyrem pugnandum hortans, *Gallos*, inquit, *et Pannones, gentes earum, quas orbis habet, generoſiſſimas, in fugam coniecimus.*

88. CHALCOCONDYLAS p. 115.

o) και Παιονοδακιαν [ἐλῄιζετο], Βρενεζεω. τε Χατζα. Θεριζεω θεραποντος ἡγυμενα τε και ἐργα μεγαλα ἀποδεικνυμενα. his ſubiuncta προς δε και Μιχαηλεω τε της Ευρωπης ἀντιστρατηγυ omiſit interpres, στρατιαν τε ἀγοντες ἐπι τας Παιονας και Παιοδακιαν και δη και Ιλλυριας.

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

§. 121.

a. C. 1421.

[MECHEMET filium Moratem Amaſiae praefecit] quo pacto 89.
ipſe Adrianopoli imperii ſede collocata ad coërcendos Romaeos, Hunnos, Valachos, Seruios et Bulgaros in armis ſemper erat. —

§. 122.

[INTER Genitzeros] non Turcus aut Arabs reperitur: verum 90.
omnes Chriſtianorum filii, Romaeorum ſcilicet, Seruiorum, Albanorum, Bulgarorum, Valachorum et Hunnorum. —

§. 123.

Imp. IOANNE *Emanuele Palaeologo.*

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1435.

DRAGVLIVS Veiuoda Vlachiae — Pruſam ad Ameram Moratem 91.
acceſſit, — fidemque dedit, ſe Morati, quandocumque in Hungariam mouere voluerit, tranſitum conceſſurum. —

89. DVCAS p. 69. Idem p. 72. 73. 76. Hunnos Turcis tributarios fuiſſe memorat. Loca ipſa *Tom. II. P. II.* in *Valachicis* §. 15. et notis ad eundem §phum attuli.

90. Id. p. 77. cf. *Tom. II. P. I. Seruica* §. 301.

91. Id. p. 114. cf. *Valachica* §. 25.

CAPVT

CAPVT IX.

Vngrorum aduerſus Turcos eorumque Sultanum Amurathem bella, tempore regis Ladiſlai [Poloni] *duce Iango Choniate* [Io. Huniade] *geſta, vſque ad pacem, Seruiae Crale interceſſore, iunctam; ab a. C. 1436–1443.*

§. 124.

a. C. 1436. a)

92. INGRVENTE deinde [poſt affinitatem cum Seruiae deſpota Georgio iunctam b)] aeſtate in Hungariam c) Morates mouit, Danubioque ad Nicopolin traiecto ei occurrit Dragulius d), qui, laetitia exſultans, eum ſalutat: et coniunctis copiis, quas ducebat, Morati viae comitem ſe adiungit. Cumque quatridui itinere intra fines Hungariae e) eum duxiſſet, ſolitudinem inuenerunt. Comperta enim Moratis expeditione, e vicis, pagis caſtrisque minoribus incolas alio tranſportauerant Hungari; quamobrem Turci, per regionem deſertam incedebant, nulla re praeter caſtellum quoddam paruum, parta; quod praeter ſpem etiam occuparunt. Cum enim praeſidiarii ad neceſſaria vſibus ſuis quaerenda exiuiſſent, mane caſu

92. DVCAS p. 115.

a) In margine adſcribitur. Ad annum Hegirae 840. qui coepit a 1436. Iulii 14. fer. 7. hiſtor. Turcicae referunt. Huius praeterea expeditionis meminit Ducas p. 117. locum ipſum vide *Tom. II. P. II* in *Valachicis* §. 27.

b) Vid. *Tom. II. P. I. Seruica* §. 307. quibus haec noſtra ſubiunguntur.

c) Οὐγγρίαν. ita fere ſemper Ducas.

d) Idem, cuius §. 123. facta eſt mentio.

e) Supplet interpres.

Imp. IOANNE, Eman. Pal.

caſu curſim praeteruecti, Turci portas patentes inuenerunt, nulloque renitente ingreſſi ſunt; et, cuncta depraedati exceſſerunt.

At Zipinum vſque profecti ex Hungariae vrbibus inſignibus vnam, propius ipſam admouere auſi non ſunt. Cum itaque illius incolae Turcos inuadentes indignabundi aſpicerent, portis vrbis patentibus pugnam cum eis ineunt, multosque caedunt. Quare Turci retrocedunt, viae ſemper ductore Dragulio, a quo Morates inſidias ſibi ſtrui metuebat. Ad fluuii ripam vbi deuenerunt, iterum eum traiiciunt.

Hocce tempore Hungariae rex infans adhuc erat, nec, qui rem bellicam adminiſtraret vicarium habebat. Quapropter cognita Turcorum audacia, quendam ex nobilibus praefectum generalem exercitibus regina conſtituit, virum equidem audacem, animoſum, alterumque in re bellica Achillem vel Hectorem f). —

§. 125.

a. C. 1437, 1438.

e) [CVM Morates, vt Spenderobum caperet, in Seruiam 93.
expeditionem pararet, Georgius, Seruiorum g)] princeps, relicto filio Gurguro, vt tutaretur vrbem, et defenderet moenia, ſi aduentaret hoſtis, ipſe abibat in Pannoniam, auxilium oraturus. Erat enim huic etiam in Pannonia regio haud contemnenda: praeterea vrbes multae et opulentae, quas permutatione facta cum Sigiſmun-

 do

e) DVCAS: *Quo tempore — Smedrouum Morates obſidebat, vltra Iſtrum deſpota, cui Turci admodum infenſi erant, tranſierat, et in ditionis ſuae vrbibus, Hungarorum agmine ad ſui cuſtodiam cinctus, degebat.*

f) Sequitur expeditio Amuratis contra Seruios, quam vide *Tom. II. P. I.* in *Seruicis §. 308.*

93. CHALCOCONDYLAS p. 131. Ducas p. 117. qui haec iis, quae *§. 126.* ex ipſo affero *vere tuendam concedit* ſubiungit *Quo autem tempore* cet.

g) Cf. *Seruica §. 308—312.*

Imp. IOANNES Emm. Pal.

a. C. 1437 — 1438.

ſto pro Belógrado Eleazarus h) acceperat. Haec enim vrbs mire placebat regi, quaſi regio admodum eſſet opportuna propter portus commoditatem. —

§. 126.

a. C. 1439. i)

94. β) VERE deinde inchoante, validum exercitum conſcribit Morates, in vnum copiis, tam Aſiae, quam Europae k), collectis, et ad oppugnandum Belogradum l) (Albam Graecam m)) expeditionem ſuſcipit. Haec porro Seruiae vrbs eſt, ſitu tuta, et facili expugnationi haud expoſita. Ad confluentem duorum fluuiorum, Danubii ſcilicet et Saui, condita. Hanc equidem Hungariae rex n) ſibi permitti popoſcerat; veritusque deſpota Georgius, ne Turci illam occuparent, et, in oppoſitam ripam traiecti, Hungarorum ſuasque vrbes, quas in Hungaria multas poſſidebat, caperent, Hungaris, vt potentioribus et magis bellicoſis, illam vrbem tuendam concedit. — o)

Belo-

β) CHALCOCONDYLAS: *Spenderobo, Tryballorumque regione occupata, oppido praeſidium validum impoſuit; et continuo copias contra Belogradum (Μπελογραδον), Pannoniae vrbem, mouit. Vrbs iſta duobus circumfluitur fluuiis: ab vno Iſter, ab altero latere Sauus (Σαβος) fluit, qui in Iſtrum eo loci iuxta vrbem eam effunditur. Spenderobus et haec* * * * *Vt acceſſit Mechmetis filius Amurates; vrbem obſedit, bombardasque expediens orbis partem haud paruam ſtrauit. At exercitus Amuratis interim intoleranda patiebatur ab oppidanis, qui bombardis, baliſtis aliisque machinis bellicis grauiſſime affligebant hoſtes, vrbi*

h) Secundum Ducam [vid. *§. 126.*] Georgius, cui etiam aſſentitur Thwroczius, qui hanc permutationem a. C. 1425. factam eſſe docet. 94. DVCAS p. 117, 118. Chalcocondylas p. 131, 132. Ducas haec iis, quae de filiis Georgii et Dragulio in Aſiam abductis narrauit, ſubiungit. Cf. *Tom. II. P. I. Seruica §. 311.* et *P. II. Valachica §. 27.*

i) Apud Ducam margini adſcribitur: Anno Hegirae 843. qui coepit Chriſti 1439. Iun. 14. fer. 1.

k) Θρακην.

l) Πελογραδω.

m) Addit interpres.

n) ὁ Κραλης Οὐγγριας.

o) Hic omiſſa ad *§. 125.* attuli.

a. C. 1439.

Belogradum ergo vbi acceſſit Morates, caſtra per ambitum metatus eſt, machinas plurimas, quibus lapides iacularetur, cum magnas, tum paruas fabricauit, aggeres congeſſit; triremesque vltra centum, quibus fluuius nauigaretur, apparauit. In totos deinde ſex menſes obſidio protrahitur, fruſtra cum terra, tum fluuio tentata expugnatione. Quin etiam multorum procerum famulorumque domeſticorum iacturam fecit; quos peſtis miſſiliaque, vrbis machinis excuſſa, abſumſerunt. In ipſos enim globulos plumbeos, nuci Ponticae magnitudine pares, machina aenea, cui recta ſerie imponebantur, quinque vel decem expulſos mittebant. Poſt aeneum autem tubum (fiſtulae enim, ſeu arundinis, formam oblongam machina imitatur p)) receptaculum erat puluere repletum, qui nitro, ſulphure et carbone ſaligno contritis ac commixtis conficitur. — q)

§. 127.

a. C. 1440.

AMVRATES reuerſus ab expeditione, quam contra Caramanum r) ſumſerat, e regia ſua Mezetem, quem Europae ducem 95
declararat, accipere iuſſit copias equitum et peditum, quantas vellet, et proficiſci contra Pannodaciam s), vt eam ſuo imperio iungeret. Qui accipiens Europaeum exercitum et Europae Azapides equi-

aſſidentes. Sagittis aliisque iaculis pene obruebantur tum viri cum caſtra. Ibi tum Halies, Brenezis filius, cuius fama per caſtra erat celebris, primus cum ſuis ſuccedit muro oppugnando: qui, foſſa iuxta vrbem facta et communita, ibi tentoria ſua tetendit. Vbi murus deiectus eſt, per loca patentia ruinis peregrini irruunt, et vrbis partem maximam capiunt. Colliguntur in vnum oppidani, et manus cum peregrinis fortiter conſerunt. quos impulſos magna vi in fugam vertunt, et de moenibus deturbant, exactos vrbe. Hac igitur ſpe capiendae vrbis fruſtrati, quia peregrini fortiter expulſi erant, Amurates cum exercitibus abſceſſit, et domum ire contendit.

p) Addit haec interpres.

q) Hic quaedam de modo agendi et vi pulueris pyrii addit Ducas.

95. CHALCOCONDYLAS p. 134—137.

r) Cilciae et Cariae principem.

s) [illegible]

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1440.

equitatumque regis omnem, qui in Europa agebat, peruenit ad Iſtrum: quo traiecto, ingreſſus eſt Pannodaciae regionem, quae *Ardeliam* t) nominatur.

Ardelium a *Praſobo* monte v) in Pannoniam vſque excurrit. Regio iſta cingitur quercetis glandiferis, vrbesque habet non paucas. Metropolis *Sibinium* vocatur. Lingua vtuntur partim Dacorum et partim Pannonum. Victu et moribus Pannones imitantur. Haec regio ſubiecta eſt Pannonum regi, a quo ducem accipit de Pannonum genere. Vrbes habet liberas, quae proprio iure propriisque legibus ab metropoli Sibinio reguntur. Iuſſi proficiſci in militiam, regi parent, tributum ferentes, quandocumque is imperauerit: ſolummodo petentes, vt ſibi proprio iure ſuisque legibus rempublicam adminiſtrare liceat.

§. 128.

Contra hanc igitur metropolin, vbi Iſtrum tranſierat, Mezetes vniuerſam belli molem vertit, et, cum quam proxime ad eam acceſſiſſet, ibi caſtra communiuit. Hic cum vrbis oppugnationi ſumma ope incumberet, ictus bombarda occubuit. Poſtea cum exercitus hoſtilis maturaret abitum, et feſtinaret ad Iſtrum traiiciendum, congregati regionis viri, cum praeuenire hoſtes in ſua regione poſſent, plurimos eorum clade maxima ſtrauerunt. Reliquos in fugam effuſos vſque ad Iſtrum inſecuti ſunt. Mezetes profectus in Ardelii regionem, amiſſis non paucis de ſuo exercitu, huiusmodi vitae exitum habuit.

§. 129.

Rex maximam ſuam eſſe calamitatem duxit mortem Mezetis: Parabat igitur ipſe expeditionem ſuſcipere contra Pannodacos: miſſisque

t) Ἀρδέλιον. In marg. *Erdelia*, alias *Tranſſyluania*, ſiue *Septemcaſtrenſis regio.*

v) ἀπὸ Πρασόβου ὄρους.

x) τὸ Σιβίνιον. In interpretatione Lat. articulo ad nomen tracto ſcribitur Toſibinium, quod in marg. emendatur, vbi adſcribitur, nunc *Hermanſtat.*

risque per ſuum regnum praeconibus, edicebat, vt primo vere adeſſent omnes. Poſtea mutata voluntate, Sabatini eunucho, viro rei militaris peritiſſimo, belli iſtius curam omnem mandauit, cum eunuchus, id conſilium optimum et tutiſſimum fore, cenſeret. Iuſſit quoque rex, vt non prius bello deſiſteret, quam deuiciſſet Pannodacos, ſiue Tranſſyluanos y).

Hic igitur, accipiens regis exercitum et peregrinorum de Ianuis regis quaſi quatuor millia, Iſtrum tranſiuit; et copias omnes in Ardelii regionem induxit. Dehinc aliquot diebus iter fecit per Pannoniae regionem.

Iangus autem *Choniates* z), quem Ioannem Huniadem vocant a), vir ea tempeſtate inter Pannones excellens, cui Ardelii regio commiſſa erat ab Pannonum concilio, exercitum quam potuit maximum comparauit ab Ardelio et Pannonia. Hoc inſtructus, ſequebatur per montium ſaltus Sabatinem. Sabatines cum iam in hoſtili regione foret, putabat, res ſuas praeclare habituras, ſi hoſtium agros euaſtaret. Emittens itaque equitatum omnem et maximam exercitus partem in hoſtium regionem, praedas agere volebat, quaſi hinc plurimum ſuis opibus accedere poſſet. pauciſſimi vero manebant cum Sabatine in caſtris. Iangus vt comperit, caſtra hoſtium pene eſſe deſerta, praeclarum facinus putabat, ſi accedens inopinatus caſtra oppvimeret. Deſcendens itaque cum ſuis ex monte, impetu inuadit Sabatinis caſtra, defenſoribus vacua. Sabatines exire caſtris, vt proelii poteſtatem faceret, non poterat. Proinde ad caſtra defendenda conuertitur: quae tamen retinere nequiuit, cum violenter Iangus cum Pannonibus irrumperet. Ad fugam itaque inclinat animo toto, feſtinabatque, maxima vſus celeritate, tranſire Iſtrum, antequam tranſitu ab hoſtibus intercluderetur. Iangus, captis caſtris, quosdam in inſidiis locat, quibus exciperet hoſtes aduenientes, mancipiorum aliarumque rerum praeda onuſtos

y) Addit haec interpres.

z) Ιαγγος ὁ Χωνιατης. al. hic et infra Ιαγκος.

a) Addit haec interpres.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1440.

onuſtos, omnesque conficeret. Et in hunc modum maxima hoſtilis exercitus pars miſerabiliter interiit: Iangusque victoriam ſibi peperit celebriorem: quam vllam vnquam eius anteceſſores inuenerint.

§. 130.

Iangus genere natus erat non admodum obſcuro. Patria fuit Choniatae ſiue Huniadi Ardelii oppidum [b], vnde profectus venit ad Trybalorum ducem. Mercede autem conductus, longo admodum tempore apud hunc ducem verſatus eſt, vbique, quocumque mitteretur, fortitudinem et diligentiam memorabilem oſtendens. Quondam cum venatum abiiſſet Trybalorum dux, eique appareret lupus, confeſtim Iangum vocat, vt lupum caperet [c]. Qui vt acceſſit, ducisque voluntatem intellexit, continuo lupum inſectatus eſt perniciſſime. Lupus ingreditur flumen, quod obuiam erat, et natare incipiebat, ſi praeſens periculum ſubterfugere poſſet. Nec tamen Iangus a perſecutione ceſſauit, verum inſidens equo, flumen tranauit. Vbi natando flumen ſuperatum eſt, lupi veſtigiis haud abſceſſit. Poſtremo lupum aſſecutus eſt, et confecit, pellemque diripuit, tranatoque fluuio iterum ad ducem reuerſus eſt: praetendensque manibus lupi pellem, exclamat: o domine, factum eſt, vt imperaſti: lupum peremi: pellem cape: ea, vt voles, vtere. Hoc faciniore dux admodum delectatus, in haec verba linguam ſoluit: Certe non poteſt fieri, quin non aliquando vir ille ad maximam promoueatur potentiam. Haec tum temporis locutus, virum deinceps pecunia opibusque coluit. Cum tempore multo apud ducem iſtum moras traxiſſet, tandem ad Pannones rediit [d].

Sunt, qui tradunt, Iangum, antequam perueniret ad Trybalorum ducem, fuiſſe famulum Aliis, Brenezis filii, eique mercede ſeruiiſſe, cum fungeretur equorum curatoris partibus. Neſcio autem, vnde coniecturam facere poſſim, vt id verum eſſe credam, nam linguam Turcicam eo modo didiciſſet.

Reuer-

b) *οντος — απο Χωνιατης πολεως Αρδελιου ωρμημενος.*

c) *ως επι τῳ λυκῳ γενοιτο.*

d) *αφικετο.* non *rediit*, ſed *venit*; Huniades quidem prima vice, e Seruia, quo e patria ſua Tranſyluania ſeu Pannodacia conceſſerat, in Vngriam ſeu Pannoniam venit.

a. C. 1440.

Reuerſus autem ad Pannones [e], aſſumtis aliquot aliis, procedebat in regiam, ‘dicens, ſe aduenire, vt ſibi ſuisque mercedem accipiat [f]: nec repulſam paſſus eſt.

Cum autem bellum arderet inter Germanos et Pannones, magna militaria edebat opera, praeſens ſemper exſiſtens. vbicumque eius opera deſiderabatur, ſtatim approperans, fortiſſime proeliabatur. Poſtea, congregatis ad eum aliis plurimis, vbique illuſtris apparebat. Quapropter Ardelii regionis principatus concilio Pannonum ei decretus eſt. Cui regioni cum imperaret, Sabatinem interfecit, eiusque exercitum in fugam coniecit, victoriam ſuis nuncians longe pulcherrimam. Haec victoria Pannonum res erexit in priſtinum ſtatum. Ex quo enim tempore Paiazitis auſpiciis ductuque Turci regem Sigiſmundum in fugam verterunt, haud ceſſarunt Turci in Pannoniam excurſiones facere, plurimaque inde abduxerunt mancipia, quibus Aſiam et Europam repleuere. Vbi autem Iangus aduenit in Ardelii regionem, princeps declaratus communi Pannonum concilio, Sabatinem et Turcos terga dare coëgit. Hinc animis reſumtis, Pannones praeclaris operibus editis, Turcos vbique vincebant. Nam Iſtrum ſaepius transgreſſi, interfecerunt pauci plurimos Turcos, qui, antequam ad manus ventum foret, non ſuſtinentes impetum Pannonum, fugam praecipites inibant.

§. 131.

Ea tempeſtate ad maximam potentiam promotus eſt Iangus. Deinde creatus dux vnanimi conſenſu totius Pannonum concilii, ‘bellum contra Turcos et Germanos ſuſcepit [g], fortiſſime ſemper rem gerens. Pannones gerebant bellum cum Germanis, ‘cuius haec cauſſa perhibetur [h] * * * Poſtea bellum indixere Tzechis [i],

 qui

e) ὡς μὲν οὖν ἐτράπετο ἐπὶ τοὺς Παίονας.

f) μισθὸν φάσκων ἥκειν αὐτοῖς συντρὶς ἀμφ' ἑαυτὸν ληψόμενος.

g) πρὸς τοὺς Τούρκους τε καὶ Γερμανοὺς τὸν πόλεμον διεφθάρε. in margine: forte legendum διεφέρε. ſic in vno, in al. vt in textu.

h) ἀπὸ αἰτίας τῆς δὲ ἐς διαφορὰν ἀλλήλοις ἀφικόμενοι. hic lacunam eſſe, in Graeco non adnotatur.

i) Τζέχους, in marg. in vno Κιέχους.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1440.

qui Boemi dicuntur. Id bellum diu durauit, plurimis vltro citro-
que cladibus illatis. Pannones iſto bello permoti, accedunt Polo-
nos: et inde adducentes regis patruelem, eum ſibi ducem crearunt.
Cum igitur Poloni ſocia Pannonibus iungerent arma, contigit, vt
Pannones Germanos et Boemos grauiter affligerent: agros enim
euaſtarunt, vrbesque non paucas incenderunt. Praeterea interdum
ex acie dimicarunt, collatis ſignis. Verum incerto marte nunc vi-
ctores, nunc victi, proeliis excedebant. Deinde vbi paululum re-
ſpiraſſent, et collegiſſent vires, bellum inſtaurabant. nam populi iſti
vi omnia agunt, et in proeliis nemini parcunt. Haſtis impetunt
hoſtes, bombardis vtuntur, ferreas habent equites baliſtas, nec non
aliis telis rem gerunt inter ſe pugnantes. Quando autem fuga ini-
tur, in fugientes nec caede, nec perſecutione admodum ſaeuitur.
Verum, ſi quis ſe ipſum dedat, et victum ſemet confiteatur, abit
intactus et inuiolatus: hac tamen conditione, ne ſe poſtmodum
96. proelio committat, contra victores proeliaturus. Hunc morem belli
tempore ſeruant: proinde in fuga non multi cadunt.

§. 132.

Pannones duce Choniate profecti ſunt in Daciam, et ducem Danum nomine regioni praefecerunt, Dacosque ei obtemperare iuſſerunt. — Danus ea tempeſtate a Pannonibus in Daeorum principatu collocatus, Daciam tenuit, et deinceps Pannones arctiſſime coluit k).

§. 133.

a. C. 1441.

97. EGRESSVS [contra Dacos Amurates] accepit, Caramanum, nouarum rerum cupidum, defectionem animo agitare: ad idque negotium adhibere ducem Candelori, et alios Aſiae principes cumque

96. CHALCOCONDYLAS p. 138.

k) Locum integrum vide *Tom. II. P. II.* in *Valachicis ſ.* 28 a 29.

97. Id. p. 149.

que ſperaret, Pannones breui magna manu ſubſidio venturos, ſpe externi auxilii illectus, reliquos Aſiae principes ad defectionem ſollicitabat.

§. 134.

a. C. 1443.

γ) EA tempeſtate [qua contra Caramanum exercitum ducta- 98.
bat, et ſecundo eius regionem euaſtatam ſubigebat] Georgius, Trybalorum princeps in colloquium venit cum Iango et cum Pannonum

γ) DVCAS: Georgius Seruiae deſpota, cum nihil ſibi pareter pauca in Hungaria caſtra ſupereſſe cerneret, in Hungariam venit. tandem multis pecuniis numeratis et maioribus promiſſis a regina et Iango praefecto, qui, rege admodum iuuene, imperium moderabantur, copias impetrauit. Cum quibus [excerpta ſunt, locum integrum vid. *Tom. II. P. I.* in *Seruicis §. 314.*] fluuium *traiicit. Celeri profectione Sophiam vſque vrbem perueniunt, igneque ſuppoſito eam aliaque in circuitu oppida et pagos, nihil integrum relinquentes, comburunt. Vniuerſa vero praeda in flumen merſa illud traiecerunt, et viam, quae Philippopolin ducit, pergunt. Verum Morates in occidente copias contractas Philippopolin adducit, cum temporis anguſtia preſſus ex Anatolia vires ad ſe accerſere haud potuiſſet. Hungari vſque ad vicum quemdam, quem Bulgari Iſlati* (Ἰζλατη) *id eſt, aureum, appellant, proceſſere. Is inter Sophiam et Philippopolin aequali ab vtraque diſtantia ſitus erat. Et quae has vrbes interiacet via, difficilis atque ardua montibus ac ſaltibus ad Philippopolin fere porrectis, redditur. Montes ſuperare Hungaris propoſitum erat, viamque ſibi lignatorum opera ſternere deincepsque ingredi. Turci vero, viis illis arduis et ſalebroſis, ſuperatis, progrediuntur, donec ipſis Hungarorum caſtra conſpecta ſunt: metu repreſſi ex monte in campum non deſcenderunt. Quare Hungari audacia maiori montem ad dimidiam acclinitatem ſubierunt, a Turcis perpetuis miſſilibus, nullo tamen damno accepto, petiti. Tandem, cum vtrique cernerent, ſe loci anguſtia prohiberi, quominus egregium aliquod facinus ederent, in ſuum quisque, vnde venerant, locum reuertuntur.* reliqua vide infra ad *§. 141.*

98. Id. p. 150. Ducas p. 121. Cf. *Tom. II. P. I. Seruica §. 314.*

nonum rege: prehenſansque ſingulos Pannoniae proceres, perſuaſit, vt contra Amuratem arma caperent. 'Magna pecuniae vi et promiſſis eos ingentibus ſollicitans'.

§. 135.

99. REX [Graecorum, Ioannes Emanuel Palaeologus] foedere inito cum Amurate Mechmetis filio, haud ceſſabat conſilia agere cum Eugenio, Romano pontifice [l], mittens ad hunc legationem: necnon ad Pannonum regem, VLADISLAVM [m], qui nuper admodum ad regni gubernacula acceſſerat. Incitabat eum vel inprimis ad iſta conſilia Georgius Bucus, qui, regno ſiue principatu ſuo deturbatus, magnam pecuniae vim in eam expeditionem conferebat. Videtur etiam Ioannes Choniates 'ſiue Huniades [n], ea tempeſtate plurimum potentia pollens et militari gloria excellens, quia feliciter aduerſus Turcos proeliari conſueuerat, inſtigaſſe Pannonum regem, vt arma contra Amuratem, Mechmetis filium caperet.

Com-

99. CHALCOCONDYLAS p. 162 — 168. Ducas p. 121, 122.

l) Chalcocond. p. 155. *Rex Graecorum cum praeſidium ad retinendum Byzantium peteret* [ab Eugenio pontifice], *pontifex reſpondit, ſibi in poſterum et regnum illud et Graecos curae fore: praeterea ſe non ceſſaturum, Pannones et Germanos incitare, vt arma contra Turcos capiant, quatenus Graecis et aliis bonum videatur.*

m) Λαδισλαον. Polonus hic fuit, magnus dux Lithuaniae, frater regis Caſimiri, non poſtumus ille Alberti Auſtriaci ex Eliſabetha, Sigiſmundi filia, filius vt Ducas innuit, quippe quem mater ſub Poloni, a proceribus Hungariae aduocati, aduentum ſecum, in Auſtriam ad Fridericum III. imperatorem confugiens, abduxerat. Ladiſlaus Polonus die 17. Iulii a. 1440. Hungariae rex coronatus eſt; et regno vſque ad cladem Varnenſem a. C. 1444. a Turcis acceptam praefuit. eoque interfecto Ladiſlaus poſtumus, cuius mater Eliſabetha a. 1441. obierat, Hungariae rex iterum a. 1445. proclamatus eſt; regnum vero Ioannes Huniades Coruinus interrex vſque ad a. 1453. quo demum Ladiſlaus ex Auſtria reuertit, adminiſtrauit. Plura vide apud Bullialdum in Notis ad Ducam p. 259, 260. et praeter alios Thwroczium in Chron. Hungar. c. 27 — 29. 31. 42. 51. 53. Bonfinium Dec. 3. lib. 4. 5. et 6.

n) Addit haec interpres.

a. C. 1443.

Comparauit itaque quam potuit exercitum maximum, et in belli ſocietatem adhibuit Draculem, Dacorum principem et Tryballorum principem Georgium, qui itineris dux erat.

§. 136.

Poſtquam autem, traiecto Iſtro, in regis regionem ventum eſt, quocunque ſe vertiſſent, omnia in ditionem acceperunt, vicos incendebant, etiam Sophiae vrbi ignem inicientes, omnia foede diripiebant.

Amurates vt accepit, Pannones magna manu accedere populabundos, vniuerſos Aſiae et Europae exercitus contrahens, obuiam, vt qui ex acie eſſet dimicaturus, hoſti procedebat. Amurates vt venit in regionem, quae Baſiliza o) vocatur, Pannones in ea caſtra poſuiſſe; deprehendit. Praemiſit quoque ſuorum manum haud exiguam, quos iuſſit obſeruare Pannonum exercitum, et explorare, vbi ſe teneat, et deinde explorata ad ſe referre. Iiſdem praecepit, vt montis anguſtias, quae in regis regione ſunt, praeoccuparent: et arboribus caeſis eas obſtruerent, quo minus hoſtes eas ſuperare poſſent. Qui, iuſſa facientes, ſtrenue hoſtem aditu prohibebant. Et ſane Pannones conabantur irrumpere per Thraciam. verum Amurates caſtra locauerat in monte, qui pertingit vſque ad praedictas anguſtias, et congregauit optimates ſuos, quorum gloria in re militari erat maxima, Thezerem p), Brenezis filium, Turachanem, Theſſaliae praefectum, Cumulien, Chaſanem q), Europae ducem (qui et Baſſa Europae et Romaniae Baſſa r)) et Scopiorum principem Iſaac.

§. 137.

Hos, cum exciti voce praeconis veniſſent, et conſediſſent, in hunc modum allocutus eſt: „Viri Muſulmani videtis, in quam neceſ-

o) ἐς Βασιλιτζαν. Cod. reg. Βασιλικιαν. Bonfinius, ad flumen *Slavitzam.*

p) Ισα.

q) Χασεμης. quem interpres vbique *Chaſanem* vocat.

r) Addit haec interpres.

neceſſitatem res noſtrae deuenerint. Pannones enim hi, adhibitis Dacis et Trybalis, contra nos bellum mouent. Nunc tempus eſt, ſi quis quid nouit, quod belli victoriam largiatur, expromere, nec id nos in praeſentiarum celare. Mihi enim, vt ſententiam meam proferam, pugnandum eſſe videtur, et, omni mora poſita, celerrime proelium inire. Nam, facile nos victoria potituros, arbitror, cum hoſtes nobis ſint numero pauciores. Sic igitur agendum cenſeo: videlicet vt continuo arma arripiamus, manusque cum hoſte conſerere nihil cunctemur „.

Cum rex dicendi in hunc modum finem feciſſet, Chaſanes, Europae dux, quo magis regem ad capeſſendum proelium accenderet, huiuscemodi orationem habuit: „ O rex, non eſt, qui non laudibus vehat orationem tuam, quam modo in medium adduxiſti. Eſt enim rege magno et Otomanide digna, qui hoſtibus viliſſimis nihil ſit ceſſurus, verum regionem ſuam ſeruare ſumma ope conetur. Niſi enim pugnare inſtituerimus, fortitudo noſtra peribit, impedita timore regis; hoſtibus vero fortitudo creſcet, eorumque res vſque incrementa ſument. Ex mora vereor vt nihil vtilitatis, verum plurimum periculi capiamus. Etiam proxima pugnae mora, quae mihi admodum diſplicuit, cum decerneretur, vt montis anguſtiae arboribus caeſis clauderentur, nonnihil incommodi nobis attulit, dum, nos, timore perculſos, proelio abſtinere, hoſtes crederent. Talis fama nequaquam per noſtrum exercitum eſt ſpargenda: nec volo, vt timiditatis vllo modo ab hoſte argui poſſimus: verum cenſeo, confeſtim proelium eſſe accipiendum, et proeliando regionem defendendam. Hoſtine cedamus, quaeſo? etiam ipſe proelium capeſſe, ſi hoſtium populationes vlciſci velis. Sin autem ipſe diſcrimen ſubire nolueris, tu hic ſede: ego eos victos dabo, et ſic affligam, vt nec Pannones, nec occidentales alii in poſterum te bello laceſſere auſint „. Haec dixit Chazanes, Mazalis filius f).

Tacentibus autem reliquis, vt qui non auderent, contrariam regi ſententiam proferre, metu ſubacti, Turachanes, Theſſaliae dux, in

f) Χασίμης ὁ Μαζάνου υἱός.

in hunc modum locutus eſt: „ Oportet quidem, o rex, ſingulos, quid ſentiant, nihil tuam ſententiam reueritos, dicere: et tanto magis, quanto maiora pericula oſtentare res videntur. Multo igitur magis aequum eſt, vt nos quae ſapimus, in praeſenti exponamus domino noſtro, in primis, cum etiam nos idem periculum attingat. 'Ego ſane, tua volucri ſimilia eſſe, aſſeuero t). Si volucri alam vnam ademeris, haud poteris ea ad quamcumque rem commode vti, ſi quando neceſſitas poſtularet: ſin et alteram abſtuleris, corpus ſolum relinquis, nec amplius volare, verum tantum incedere nouerit. Quid igitur faciet auis, ſi ad victum quaerendum, aut ad aliud quippiam conuertitur? Huic ſimilitudini res tuas confero. Ianuas corpus eſſe, autumo, et in his refugium et receptaculum relinqui nobis tutiſſimum. Aſiae exercitum alae aſſimilo, ſimiliter et Europae exercitum. Si proelium auſpicati fuerimus, neuter exercitus ad proelii finem ſtabit. Aſianus enim exercitus refugiet dimicare cum armatis et haſtatis. Europae exercitus quidem proelium non detrectabit: verum, ſi viderit, abire Aſianum exercitum, nec ipſe ad proelii finem manebit, ſed ſibi fuga conſulet. Reliqui igitur tibi ſoli erunt Ianuae milites et peregrini. Nequeo itaque coniicere, quo pacto praeſentibus commode vtaris, cum proeliando nihil efficere poſſis. 'Sed enim meum conſilium depromam. Cenſeo, pugnandum eſſe: verum vt paulatim retrocedamus, domantes omne, quicquid obſtiterit. Nec volo, vt deſinamus retrocedere tamdiu, donec et ipſi fame preſſi, perſequi deſierint, et retro, vnde venerunt, ire perrexerint. Cedentes deinde perſequemur, et in anguſtiis conſtitutos adoriemur totis viribus. In hunc modum cum hoſtibus iuxta animi ſententiam agere poterimus. Huic ſententiae, quae praedicta melior et tutior erat, etiam reliqui, qui praeſto erant, calculum addidere.

Ieſſe

t) Haec in Graeco mutila, ſic habent: ἐγω γαρ, ὦ βασιλευ, διοικημ', ἂν τα πραγματα ἦν.

v) ἀλλα δοκει μεν ἐμοι, συμβολην μεν μη ποιεισθαι, ἀλλ' ἀναχωρουντες ἐς τοὐπισω ἰεσθαι ἐπι ὅ, τι ἂν ἡμιν ἐμπροδων γιγνηται [Cod. Reg. γιγνεσθαι].

Imp. IOANNE Eman. Pal.

a. C. 1443.

Ieſſe autem, Brenezis filius, huiuscemodi orationem exorſus eſt: „ Ego quidem, o rex, exiſtimo, parum vtilitatis nos capturos, imo nihil, etiam ſi deuicerimus hoſtes. Nam nullum emolumentum inde affulgere video. Etenim Paiazites Laélaps x), auus tuus, quondam Gallos, Burgundiones et Pannones y) fudit, verum nihil incommodi inde percepit. Nam in ſuam regionem contendentes, ſemet ipſos et regionem ſeruarunt. Verum ſi contrarium, abſit omen, accidat, et vincamur, quibus pericula immineant, omnibus perſpectum eſſe, arbitror. Satius autem eſſe reor, ſemper eligere tutiora conſilia, ne in terrorem aliquem incidamus et vincamur: verum vt victoriam hoſtibus extorqueamus, niſi res non ex animi ſententia ſuccedet. Cum igitur duplex electio ſit propoſita, vna periculoſa et altera magis tuta; arripiendam tutiorem quis ambigit? Quis ſanae mentis compos non tutiora magis ſequeretur conſilia? Proinde retro pergere et cedere hoſti, nec te decet, rex, nec etiam ſuaſerim. Fugere enim videremur, animique hoſtibus creſcerent, nobis vero minuerentur: nec etiam amplius Aſianos et pedeſtrem exercitum retinere poſſemus. Sed nec pugnae ſummam rerum committendam conſulo. Verum conſultius exiſtimo, vt anguſtias diligenter praecludamus: et tamdiu ſedeamus, hic tempus terentes, donec hoſti retrocedendi neceſſitas iniiciatur. Deinde cedentibus inſtandum eſſe iudico, vniuerſum equitatum in eos immittentes, eosque, quam maxime poſſumus, affligentes „. Huic ſententiae, quae praecedente tutior et melior erat, etiam reliqui, qui aderant, conſenſum praeſtare haud ſunt cunctati.

§. 138.

Decretum igitur eſt, neque pugnare, neque cedere velle: magis placebat, tempus cunctando trahere, deinde hoſtibus abeuntibus inhaerere. Europae itaque exercitum miſerunt, vt aditu hoſtes quam acerrime prohiberet z). Haec vbi viſa ſunt, ſumma vi angu-

x) Λαιλαψ i. e. *turbo*.

y) In Gr. tantum, τους Κελτας τε Παιονας.

z) ἐδοκει — ἀποχωρησαι τοις πολεμιοις ἐπιτιθεσθαι το της Ευρωπης στρατευμα ἐπικειμενοντας, και τουτο ἀσφαλως φυλαττειν, ὡς δεδυνηται τα μαλιστα ἀμυνομενας ἐδοκετο.

anguſtias defenderunt, 'ne [hoſtis] intrare poſſet [a]. Conabantur ſaepius Pannones irrumpere, et Turcos ex cuſtodia deturbare: verum nihil promouebant: nam eo loci, vbi perrumpere nitebantur, fortiter reſiſtebant Turci, et vtrinque pellebantur. Verum Turci, pulſis Pannonibus, quam fortiſſime obſiſtebant.

Cum multum temporis tandem intercesſiſſet, nec quicquam Pannones efficerent, fame coacti, neceſſario retro, qua venerant, pedem ferre compellebantur. Nocte igitur, collectis impedimentis, ex caſtris proficiſcuntur.

§. 139.

Vt aurora illuxit, hoſtes abſceſſiſſe noctu, cognoſcentes Turci, pauliſper ſubſtiterunt. Rex deinde eligens de ſuo exercitu omnes, quotquot manſerant, et ad proelium inſtructi erant, eos 'Europae duci [b] tradidit, vt perſequeretur hoſtes. Turachanem vero ſubſequi iuſſit cum Theſſaliae exercitu. Hic igitur aſſumtis iis, quos rex dederat, citatiſſimo curſu hoſtes inſequitur.

Ioannes autem Huniades [c], cum praenouiſſet, Turcos cedentibus inhaeſuros, delegit et ipſe Pannonum robuſtiſſimos, quos in inſidiis locauit, quaſi repugnaturus fortiſſime venientibus Turcis. Europae dux [d] cum per patentes campos iter accelerarct, inſequens hoſtes [e], Turachanes, eius frater, occurrens, fratrem ſic compellat: „ 'Tune [f] per patentes campos proficiſceris, ducens tantum exercitum, ſcito, tuam profectionem haud ſatis tutam eſſe. Nam Pannones non ferent, ſuos a noſtris perſecutionem pati. Nec ſane a proelio abſtinebunt, fuga ſibi conſulentes, cum tanto tempore nos prouocauerint, vt cum ipſis proelium iniremus. Et quidem, vt apparet, pugnae ſunt cupidiſſimi. Et iamdudum, vt opinor, frendebant, quod nolebamus in planitiem deſcendere, et decernere ferro. Suadeo igitur, vt per radices montis huius hoſtes

a) ὡς κρατιϛα ἀμυνόμενοι.

b) Χασιμη τῷ Ευρωπης ϛρατηγῳ.

c) Interpres addit.

d) τȣ Χασιμεω.

e) τȣς Παιονας.

f) Χασιμη, συ ce[illegible]

ſtes, quantum ſatis eſt, perſequamur: et ſic, quae opportuna viſa fuerint, iis dare poterimus. Haec dicens Chaſani non perſuaſit. Ipſe autem cum Theſſaliae exercitu auertebatur; inſtructoque agmine per montis radicem profectionem faciebat.

'Chaſanes cum exercitu Europae per campum feſtinabat, et Pannones, qui fugam ſimulabant, perſequebatur. Cum autem tractus eſſet ad locum inſidiarum, et Choniates tempus eſſe ratus, incurrere in hoſtem, ex inſidiis Turcos inuadit cum ſuis g): barbaros multos necarunt et multos viuos ceperunt. Plurimi Turci in hoc proelio deſiderati ſunt, 'Chatitis frater, Carambes, Priami filius h), a Pannonibus captus eſt. Reliqui Turci in fuga capiebantur, Chaſanes fugit in regis caſtra, paucos de ſuo exercitu ſecum habens.

§. 140.

Veniens autem in conſpectum regis [Chaſanes], talia dixiſſe fertur: o rex, qualia perpeſſi ſumus a viro, quem nouimus eſſe ſceleratiſſimum, qui tuos hoſti prodidit planiſſime, nam vere proditor eſt. 'Hoſti noſtra conſilia enunciauit, et acie inſtructus ire mecum noluit i). Georgio autem Buco k), amico ſuo, ſingula indicauit, quomodo eſſemus ipſos oppreſſuri. In hunc ſane modum res tuae periere, et pauci incolumes fuga euaſimus. Ibi tum Chatites, filius Priami l), infeſtus viro propter fratrem, regem exaſperauit contra Turachanem. Rex cum graue eſſe iudicaret, Turachanem non eſſe profectum cum Europae duce: verum auerſum aliud iter ingreſſum, prodentem Europae exercitum, eum cepit.

g) πορευομενῳ δε δια τε πεδιε τῳ Χασιμῃ, συν τῳ Ευρωπης ϛρατῳ, ὡς ἐν καιρῳ [in marg. Reg. ἐγενετο] τῳ Χωνιατῃ, ἐνεδρευσαντι το ϛρατευμα ὁιτε ἀμφι βασιλεα Φευγοντες, ἐπιΦανεντος ἐκ της ἐνεδρας τε Ιωαννε, ἐπελαυνεσι τοις βαρβαροις, και τρεψαμενος ἐς Φυγην ὁ Χωνιατης τετας, τας μεν caet.

h) In marg. adſcribitur: *Chalites frater Carambi, qui et Carambeius filius.* Graeca ſic habent: ὁ τε Χαλιλεω ἀδελΦος, Πριαμεω (Cod. Reg. Πραΐμεω, vt infra) παις.

i) ὁυτω γαρ ἐποιησεν ᾗ ἐπηγγελατο, ὁυτω κατα ταὐτο ἰεναι ἠθελησε.

k) Βεκῳ al. Βελκῳ, vt infra.

l) Χαλιλης ὁ Πραΐμεω.

pit, et vinctum in Asiam, vt asseruaretur in vinculis in vrbe Tochata, misit. — m).

§. 141.

δ) Georgius, Trybalorum dux, cum parum auxilii ſentiret ab Pannonibus in recuperando principatu, legatis ad Amuratem miſſis, ſe, ſibi ſi reſtituatur principatus, ipſi tributarium fore, et ſimul Pannonibus, vt pacem componant, perſuaſurum, promiſit. Qua conditione ab Amurate accepta, Ladiſlaum facile, vt pacem amplecteretur, induxit n). Amurates igitur legatos ire iubebat, quorum auctoritate foedera fiebant, quibus cauebatur, vt Georgius regionem ſuam teneret, et eius regionis tributi partem dimidiam regi quotannis ſolueret. Iusiurandum quoque exigebatur, ne Pannones dein-

δ) DVCAS: *Metu* [continuantur, quae ſupra ad §. *134—136.* ex eodem attuli] *Morates tunc perculſus, animo reuoluebat, non viſas prius Hungarorum copias fluuium tranſiiſſe: nunc deſpotam eas adduxiſſe: quare legatos ad deſpotam deſtinat: omnes vrbes, quas ipſi eripuerat, ipſumque Smedrouum reſtituit. Filios etiam excaecatos ei remiſit, Draculio etiam ſuos, quos carcere clauſos tenebat, reddidit; pacemque fide data ac iureiurando ſanciuit, quam reginae Hungariae* [ſed vide ad §. *135.* adnotata] *et regni totius proregi et gubernatori* (τῳ τοποτηρητῃ της βασιλειας) *ſignificat: Iangus enim praefectus exercituum* (πρωτοστρατωρ) *erat: regnum vero prorex et adminiſtrator procurabat Saxonum regulus, quem Hungari curatorem regni conſtituerant* (ὁ δε τοποτηρητης τε Κραλη Ουγγριας, ἠν ὁ ῥηξ των Σαξων, μετεκαλεσαντο γαρ ἀυτον, και ἐποιησαν ἐπιτροπον, [quae hic ſequuntur δια το ἐιναι νεον τον καθολικον Κραλην· ἠν γαρ τοτε πεντεκαιδεκατον ἀγων ἐτος omiſit interpres]. *Turci itaque legati accedunt, cumque Saxonum regulo pacem ineunt; amicitiam mutuam inter ipſos interceſſuram, iurati pollicentur: in eam conditionem quoque deſcenſum, Hungaros fluuium non tranſituros, vt Morati bellum inferant: nec Turcos pariter, vt in Hungaros moueant.*

m) Hic omiſſa vid. *Tom. II. P. I.* in *Seruicis* §. *314.* in narrationis varietate p. 370. a verbis *Challiges non ceſſabat* cet.

n) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Seruicis* l. c. a verbis *legatum miſit* cet.

deinceps popularentur regis regionem, neue Turci tranſirent ad Iſtrum ad vaſtandam Pannonum regionem: verum fides iureiurando vtrinque accepta eſt, vt ex eo tempore ſint inter ſe hoſpites et amici: quod tamen absque dolo fraudeque vtrorumque fiat. Daeis imperatur, vt ſint regis tributarii, quemadmodum regio foedere, quod iam ante interceſſerat, continebatur. Praeterea vt pertinerent, quemadmodum hactenus, ad Pannones o).

Iangus his pactis non ſubſcripſit, nec iusiurandum praeſtitit, ſubditum ſe eſſe allegans, non vero dominum (ὁ δε Ιαγγος ουκ ώμοσεν, λεγων, έγω δεσποζομαι, ου δεσποζω). *Pace his conditionibus inter Turcos, Hungaros et Seruios compoſita, Morates aduerſus Caramanum belli expeditioni ſe accingit. — Caramanus equidem, quo tempore deſpota et Iangus Morati bellum intulerant, occaſionem nactus, eum inuadit, vrbesque ſibi a Morate ereptas recuperat.*

o) Addit. Chalcocondylas: *His ita compoſitis, Amurates continuo expeditionem contra Caramanum ſumſit. Nam hic, vbi primum cognouerat, Pannones bellum inferre Amurati, traiectoque Iſtro regis regionem euaſtare, haud incommodum ſibi fore ſuisque rebus ratus, ſi regis in Aſia regionem ſubigeret, cum impetu in eam irruebat —. Caramanus namque cum audiſſet, Pannones petere bello Amuratem, et ipſe hoſtili animo contra ipſum profectus eſt. — Cum igitur maximum impenderet Amurati bellum, ſibi vtile fore ratus, foedus cum Pannonibus pepigit, omnemque belli tempeſtatem in Caramanum auertit.*

Quae ad ſupra allatum Ducae locum adnotat Bullialdus p. 260. ad haec fere redeunt: Eliſabetha regina cum a. 1440. in Auſtriam tranſierit et obierit a. 1441. rebus a. 1443. geſtis intereſſe non potuit. Praeterea Ladiſlaus Polonus Hungariae non tutorio, ſed regio, nomine praefuit, [Quae vero de Saxonum regulo dicit Ducas, ea ex ipſius ſententia non ad hunc ipſum Ladiſlaum, vt Bullialdus putat, ſed ad Rom. imperatorem Fridericum referenda eſſe arbitror]. De Ioanne Huniade denique quae hic habet, non bene cum iis, quae initio capitis [vid. ſupra §. 134. lit. γ.] dixit, *omnia nimirum in Hungaria per Ioannem et reginam geſta fuiſſe*, conueniunt.

CAPVT X.

Vngrorum in terras Turcorum, foederibus perfide violatis, irruptio; proelium Varnenſe, regis Ladiſlai caedes, Vngrorum fuga; Ioannis Huniadae captiuitas inter Valachos. res ab eodem contra Valachos et Boemos geſtae; a. C. 1444.

§. 142.

a. C. 1444. a)

[REX Conſtantinopolitanus] vt acceepit, Pannones abiiſſe, et 160. foedera, impulſu Georgii, cum Amurate ſanxiſſe, legatos miſit ad Romanum pontificem, conſulentes, quod ſi triremes et naues aduentarent in Helleſpontum, quibus praecluderetur Amurati in Europam tranſitus, Amuratem facile debellari poſſe. Si enim Europae exercitus ſolus apud Amuratem relictus fuerit, haud pugnare aduerſus Pannones volet. Legati ire iuſſi ſunt ad Gallos et Burgundiae ducem, in memoriam reuocantes cladem, quam perpeſſi ſunt ſub Paiazite, imprudentia Sigiſmundi. eam cladem, ſi modo velint, Turcis reddi poſſe. Adiuerunt itaque Romanum pontificem, et triremes impleuere decem, quas in Helleſpontum miſere. Etiam pontifex decem triremes inſtruxit, et militibus compleuit, et ad regem Ioannem miſit, quaſi facturus, quae rex imperaſſet. Venientes igitur in Helleſpontum, prohibuerunt Europae acceſſu

IIO. CHALCOCONDYLAS p. 170—173. Ducas p. 123.

a) Apud Ducam in marg. adſcribitur a. 1444. ſub finem anni Hegirae 847.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1444.

acceſſu Amuratem. Haec autem acciderunt iuxta maritimam Macedoniae regionem, verſus Ionium.

§. 143.

a) Cum fama volaret, Pannones in armis eſſe, et aduenire in Europam, vt inde eiicerent Turcos et Amuratem, iamque omnes bellum exſpectarent haud dubie imminens, quia longe lateque rumor increbreſcebat, Pannones exercitum conſcribere, et Helleſpontum iam ab occidentalibus eſſe occupatum: ſinguli animum intendebant ad recuperandam patriam regionem. *b*) — Turcos magna inceſſerat formido, putantes, ſe perituros Pannonum et finitimarum

a) DVCAS: *Appetente deinde vere ab Hungariae finibus ſpeculatores venerunt, qui nouo imperatori* [Mechemeti, quem, licet admodum puerum, Morates principem deſignauerat] *eiusque conſiliariis, res imperii procurantibus, Halili, Saritziae, et Zagano, nunciant, Hungarorum et Valachorum* (Οὐγγρων καὶ Βλαχων) *ingens agmen ad Danubii ripam conuenire: quem nuncium patri ſuo Mechemetes mittit. Morates de violatis iureiurando ac fide attonitus, quid acturus eſſet, deliberabat. Aeſtate deinde inchoata, ſub ortum caniculae cunctas orientis copias contraxit. At ex Aegeo mari viginti quinque triremes venerunt, et Callipolin vſque progreſſae, tranſitum impedierunt. Pars illarum etiam vſque ad oſtium ſacrum proceſſerat, illac quoque traiectum prohibiturae. Hungari vero poſtquam Danubium tranſierunt, iter ſecuri pergunt, omnia obſtacula remouentes, et deditione caſtra accipientes, et Varnam vſque progrediuntur. Cumque Morates traiectu arceretur, taedio affectus moerebat: quique Mechemeti aderant, in ancipiti ſtantes animo deſpondebant. Progreſſus tandem Morates ad oſtium ſuperius, ſacro vicinum, tutus et liber a triremium inſecutione cum ſuis transfretauit. Sub Mechemete qui militabant, Byglis occupatis, Moratisque tranſitu cognito, vnius diei itinere ei ſe coniunxerunt, alterisque caſtris Varnam perueniunt.* reliqua vide infra ad §. 150.

b) Plures hic recenſentur harum regionum principes, qui tunc temporis res nouas moliebantur. E quibus Zenempiſas cum Albanis a Macedonia erumpit, Therizes Berrhoeae princeps colligens Azatinis *Scythas*, nec non Turcos regis, eum oppreſſit. Chalcocond. p. 171.

rum gentium marte. Vbicumque igitur poterant, moenia et muros firmabant, exſpectantes, quemnam praeſens tumultus exitum eſſet habiturus.

§. 144.

Legatus, qui venerat a pontifice Romano, Iulianus nomine, caeterum cardinalis, et vir bonus, et Romanae eruditionis admodum peritus, Pannones ad bellum ſuſcipiendum aduerſus Turcos cohortabatur: et iusiurandum, quod maximum erat in foedere, ex pontificis mandato ſoluebat, quod et coram omnibus legebatur. Deinde impetu quodam ferebantur aduerſus Europam, putantes, ſe ipſam, deſtitutam auxilio, Amurate abſente et in Aſia moras nectente, occupaturos. Pontificis namque triremes in Helleſponto erant, nec ſinebant Amuratem in Europam tranſire. Praeterea Graecorum rex nunciabat, Amuratem non poſſe traiicere in Europam, etiamſi omnia conaretur, omnemque lapidem moueret.

§. 145.

'Pannones etiam pacem fecere cum Boemis, propter eam diſſenſionem, qua moti foedus cum Amurate inierant [c].' Boemi igitur et ipſi accingebantur ad praeſens bellum. Nam propterea pax conuenerat, quia pulchrum videbatur, vt in praeſentiarum diſcordias ponerent, et ſimul iunctis copiis bellum Europae inferrent. Adhibuerunt in belli ſocietatem Dacos et Draculem, Myrxis, 'ſiue Marci [d]', filium, qui et ipſe aderat promtus, et auxiliares ad id bellum offerens decem millia equitum.

Georgium, Trybalorum ducem, ad belli ſocietatem incitabant: verum monitionibus non acquieuit; dicens, eos impia et nefanda

c) τας τε Βοεμας ἐν σπονδαῖς σφισι ποιησαμενοι κατα την διαφοραν, δι' ἅ μοι δοκει και τας Αμερατεω σπονδας ποιησασθαι, πραγματα σφισι παρεχοντων, και ὡς πυρετομενου αυτοις ἀπο των Βοεμων χωρας πολεμε, ἐδεξαντο την βασιλεως Αμερατεω ἀρχην.

d) Interpres addit.

Imp IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1444.

fanda patrare, foederum religionem violantes et priores iniuriari incipientes. Sperabat, ſe ſatisfacturum regi Pannonum, quod non in belli ſocietatem veniſſet, pecuniaria mulcta. Indicauit tamen regi, eumque diligenter monuit, ne be'lum moueret contra Turcos, quorum magna potentia eſſet; eos haud facile a Pannonibus ſubigi poſſe. Cernebat namque Georgius, non eum eſſe belli apparatum, vt Europam obtinere poſſent. Plurimi namque in ea agebant Turci, in caſtris tantum non educati, quique plerumque non aliunde, quam ex bellis victum pararent. Genus autem hoc, cum ad deſperationem adactum fuerit, virtutem memorabilem vbique oſtendere ſolet Praeterea oſtendit 'Vladiſlao [e]), Turcos plurimum rebus bellicis reliquas gentes excellere.

§. 146.

'Vladiſlaus [f]) [g]) his nihil perſuaſus, ab Ardelio [h]), ſiue Tranſiluania [i]), profectus, Iſtrum traiecit, et copias omnes transportauit in regis regionem, et ibi caſtra metatus eſt iuxta Euxini maritimam 'Dobroditiam, Bulgarorum regionem [k]). Hinc caſtra mouentes, Calliacren et Barnem, 'ſiue Varnam [l]), vrbes obſidere et oppugnare aggreſſi ſunt. Barne pactionibus in ditionem accepta eſt. Calliacre vero vi capta eſt, Pannonibus aſcendentibus impigre murum et impetu in eam irruentibus. Hunc vbi occupaſſent, et diruiſſent, nec non foede diripuiſſent, plurimis abductis mancipiis, profecti ſunt recta ad Byzantii et Oreſtiadis regionem. Haec quidem egerunt Pannones.

§. 147.

Caramanus '[circa id tempus ab Amurate victus] cum pacem peteret forte aduenit ad regem nuncius, ab Trybalorum duce

e) Addit interpres.

f) Λαδισλαος.

g) ὁ των Παιονων βασιλευς omiſit interpres.

h) ἀπο τε Ερδελιε, in vno, vt in marg. additur, fuit Αρδελιε.

i) Hoc addit interpres.

k) Δοβρετικην τε μισε (μισην χωραν.

l) Addit interpres.]

ce miſſus, referens, Pannones transgreſſos eſſe Iſtrum. Hoc igitur nuncio nonnihil territus, poſitionem Caramani admiſit, et cum eo foedus iniit: acceptisque obſidibus et filio, exercitum abduxit, — [et] cum hoſtium triremes non amplius adeſſent, [vento aduerſo repulſae] per otium ipſe ſimul cum vniuerſis copiis in Europam transportatus eſt. —

Graecorum rex, vt audiuit, quae adferebat nuncius Amuratis, dolebat animo, quod eum tranſitu prohibere nequiuiſſet, —. Deliberabat, quid in praeſenti rerum ſtatu potiſſimum ageret, bellumne ſiue pacem Amurati nunciaret. Nam, ſi pacem cum Amurate retinere inſtituiſſet, fore, vt ei, per Ponti regionem exercitus ducanti, cogeretur commeatum et neceſſaria praeſtare. qua re ſe maxime offenſurum Pannones iudicabat: et hinc maximum ſibi imminere periculum a Pannonibus, ſi Amuratem deuiciſſent. 'Videbatur igitur eo tempore conſultiſſimum m) fore, ſequi Pannonum partes, et bellum Amurati inferre. — 101.

§. 148.

Amurates n) igitur, cum contra ipſum recta pergerent hoſtes, arma bene inſtructus capiebat: et exercitum Europae vniuerſum congregatum accipiens, ſingulos ad bellum fortiter ſuſcipiendum cohortabatur. Secutus igitur Pannonum exercitum, noctu eo loci caſtra muniebat, vbi hoſtes praeterita die caſtra poſuerant. Similiter cum dies illuxiſſet, haud longe ab Pannonum caſtris et ſua locabat. Hoc faciebat per dies quatuor, vt poſſet contemplari hoſtium multitudinem, necnon 'quis eorum eſſet ad id bellum animorum habitus o): an eſſent formidoloſi et proinde cito omiſſuri eam expeditionem: an audacia freti, nihil metuentes profectionem face-

101. CHALCOCONDYLAS p. 174—180. Ducas p. 124, 125.

m) ἄδεια τε ὂν.

n) Apud Chalcocondylam margini adſcribitur: Pugna ad Varnam decimo Nouembris a. 1444. apud Ducam Nou. 10. a. C. 1444. Heg. 848. qui coepit 19. Apr. die dominica Nou. 10. erat Regeb vel Regiab menſis dies 29. feria tertia.

o) ὡς ἔχοιεν διαθέσεως ἐς αὐτόν.

facerent: ‘ praeterea an omnia in caſtris eorum ordine gererentur: abundarentne commeatuum copia, vel ſecus p). Haec omnia quis facile explorare poteſt, ſi ſubinde hoſtilem ſequatur exercitum. Exactiſſime etiam cognoſcat hoc modo, audaceſne, an timidi ſint: ‘ praeterea an inter ſe conſentiant q), ſi agmen ſit iter ingreſſurum, aut ingrediatur. Haec quidem per quatriduum explorare haud ceſſabat Amurates.

§. 149.

Quinto autem die Ioannes Choniates, vt ſenſit, ſubſequi regis exercitum, ‘ deliberat, adhibito in conſilium et Pannonum rege r), num ibi velint praelii aleam experiri, et ſic vlterius proficiſci: aut, proelium detrectantes, vlterius progredi, hoſtilem regionem occupantes. Decreto igitur facto, pugnandum eſſe, ‘ hoſtium aduentum exſpectarunt s).

Amurates igitur adueniens, caſtra in eodem communiit campo. Peregrinos primo locauit, qui per circuitum ferramenta magna defigebant: et in hunc modum ab Ianuis quaſi circulo ambiebatur rex. Ferramenta illa, quocunque cum exercitu proficiſcitur rex, portant cameli, nec non peregrinorum arma. Si proelium occipiendum eſt, arma inter milites diſtribuit. Poſt hos ſcuta collocauit, et ante ſcuta camelos ſuos conſtituit. Hic ordo Ianuarum eſt. In medio autem conſiſtunt ipſe rex et aulae eius duces, nec non quotquot ſibi de Ianuis in exercitu praeſto ſunt. In proximo ſtatuitur Europae exercitus: cui praeeſt dux inſignis nomine Carazies. Is autem exercitus diſtribuebatur per manipulos, qui paruis interſtitiis dirimebantur. Aſiae quoque exercitus in aciem educebatur, et a fronte locabatur in manipulos ſegregatus, vt ſe mutuo adiu-

p) και ὡς ἔχοιεν τι ἐπιτηδειων ἐν τῳ ςρατοπεδῳ.

q) και ὡς ἔχοιεν ἐπιτηδειων και πληθυως.

r) ἐς βελην τε καθιςατο συν τῳ Παιονων βασιλει και ἐβελευοντες [ἐβελευοντο] cet.

s) ὡς ἂν μη ἐπισπωμενοι ἐνοχλοιεν, και πραγματα ἔχοιεν, ὡς τε κωλυεσθαι, ἤν τι ἐπιχειροῖεν ἐς την χωραν αὐτε. ὡς ὀυν ἐδεδοκτο, και ἐπεμενον.

adiuuare poſſint, ſi quid periculi ab hoſte ingruiſſet. Nam equeſtres copiae non niſi in turmas ſeparatae, hoſti opponi poſſunt, cum interim pedeſtres pulchre in cornua aptari poſſunt, equites vero minime.

§. 151.

β) Pannones interim haud otio torpebant: verum *t*) et ipſi aciem exornabant per turmas et tribus ſuas. Pannones in dextro, Daci in ſiniſtro curabant cornu. Ioannes Choniates habens Phazen, id eſt eos, qui Bitaxides vocantur *v*), proficiſcebatur contra Aſiae ducem. Plurimi Aſiani haud ſuſtinentes Pannonum impetum, antequam ad manus ventum eſſet, fugam arripiebant. Fugientesque perſequebantur Pannones: tandemque diſperſi fugientibus inhaerentes, Aſiae exercitum terga dare coëgerunt. Regi relinquebatur Europaeus exercitus, qui adhuc ſtabat, nec quoquam fugerat, exſpectans hoſtem. Manifeſtum enim eſſe reor, quantiſper manſerit rex, tantisper etiam Europae exercitum conſiſtere. Qui etſi hoſtibus non reſtiterit, verum in fugam abierit, attamen in regia caſtra reuertitar. Nam iſtud hominum genus nouimns poſt Scythas paſto-

β) DVCAS: *Poſtridie* [continuantur, quae ſupra ad *§. 143.* ſeqq. attuli] *proelium horrendum ac cruentum a diluculo ad horam diei nonam commiſſum. Chriſtiani, nulli parcentes, Turcos occiderunt. verum circa horam decimam Saxonum regulus ſolus, ſuorum quingentis praeter propter ſtipatus, in Turcos equum impellit. Hoc ne committeret, dehortabatur Iangus, cui tamen haud paruit; et, propius cum acceſſiſſet, letale vulnus equus accipit, ſeſſoremque regulum in caput pronum excutit, cui caput Turci illico amputarunt. Caſum ſtatim cognouit Iangus. caput enim haſtae praefixum ſublime conſpiciebatur, clamoresque et vociferationes excitatae erant, qui fugit, fugiat. Magnam itaque ſtragem Turci edunt: et, nocte ſuperueniente, vix ſuperato fluuio Iangus ſaluus euaſit. Turci, parta victoria fugatisque hoſtibus, ſe receperunt: et Morates proſpera fortuna vſus, in oppoſitam Europae Aſiam iterum tranſiuit, Magneſiamque petit, habitationemque ſibi illic eligit.*

t) Addit haec interpres.

v) την Φαχζην τȣς βιταξιδας καλȣμενȣς.

paſtores maxime fugere, ſeque in fuga faciliime colligere et proelium redintegrare. 'In fugam vero verſi facile ſeruantur x).

Daci inter pugnae tumultum cum cernerent Albanos y) in fugam effuſos, nec ſibi temperarunt: verum in regios theſauros conuerſi, eos et regni opes diripuerunt, nec non regum cubiculum, interfectis camelis, cum ſeſe mutuo ad iſtam rem vſque cohortarentur Occupati iſto opere cum forent, praedandique iam obrepſiſſet ſatietas, haud in proelium redibant, nec vlli parere volebant, ſed in caſtra ſua reuertebantur.

Ioannes cum fugaſſet Aſianum exercitum, accedebat ad regem Vladiſlaum z), eumque diligenter monebat, vt eo loci cum ſuis militibus ſubſiſteret, 'nec eos quoquam abire pateretur a), vt ſibi, redeunti in pugnam contra Amuratem, ſi quid periculoſius ingruiſſet, refugium tutiſſimum, quo ſe reciperet, eſſet. Praecepit quoque Vladiſlao, vt obteſtaretur milites, qui ſecum erant, ne ſe loco mouerent: verum in iisdem veſtigiis haerentes, exſpectarent, donec, fuſo, fugato victoque Europae exercitu, victor reuerteretur, et donec proelium, quod nunc ſolum cum Ianuis reliquum ſit, conficiat. Haec cum dixiſſet, confeſtim accingebatur, vt proelium committeret cum Europae exercitu, qui ad ſiniſtram regis inſtructus ſtabat: et manus conferens, aliquamdiu pugnabat.

Pugnae autem haec facies erat. Cum ventum eſſet ad manus, Pannones Turcos fugabant, eosque vſque ad caſtra perſequebantur. Turci conuerſi, deinde Pannones perſequebantur; nec a perſecutione ceſſarunt prius, quam et eosdem ad caſtra compuliſſent. Si quando Pannones victoria fruebantur, Turcos perſequebantur acerrime, plurimique peribant, obtriti a Pannonibus. Etiam Pan-

x) και τρεπομενον ευπετως, όπως αν αυτω λυσιτελοιη.

y) Αλβανας. in ora Αρικνας, in al. Αλανας.

z) Λαδισλαον. ita ſemper in Graeco.

a) μηδε προϊεναι ποι συμβαλοντα τοις πολεμιοις.

b) και τοτε επι τας θυρας άμα, ὑπολαμβανομενα τα ἀγωνος τατε ἀλλων μετα ταυτα, και ἐξειργασαντα και τουτον τελευταιον ἀγωνα.

Pannones aliquando, quamuis plurimi forent, cum rubore gradum retro ferebant. Cecidit ibidem Carazies, Europae dux, Pannonico gladio transfixus. Solent enim Pannonici gladii vulnera dare, quae, nihil differunt ab iſtis, quae facere conſueuerunt haſtae c). Gladii namque Pannonum et Germanorum d) longi ſunt et acuti, nec librato ictu feriunt, quemadmodum barbarici et Italici. Barbarici gladii (et eiusmodi vtuntur Turci) ponderoſi ſunt admodum vnaque tantum parte ſcindunt. Nec ſcio gladios, quorum acies altius in corpora penetret. His comparantur gladii Italici, qui quondam Graecis in vſu fuere. Germanici et Pannonici gladii longi et rotundi, nec non interdum quadrati ſunt, aciem habent acutam et in mucronem oblongum deſinunt. Vulnera infligunt, ſiquis iis vtatur inſidens equo, talia, qualia haſta dari ſolent. Pannonico gladio transfoſſus exſpirauit Carazies.

Nunc, quid penes Vladiſlaum, regem Pannonum acciderit, dicetur. Erant apud hunc regem viri complures, qui inuidebant Ioanni Huniadi e), eiusque virtutem aegris ferebant animis. Videntes igitur, eum pulchre et decenter bellum adminiſtrare, et in fugam egiſſe Aſiae exercitum vniuerſum, nec non generoſiſſime dimicare contra Europae exercitum, cuius ducem Caraziem nomine peremerat, ſic allocuti ſunt regem: „O rex, quid hic conſiſtimus et exſpectamus Ioannem, eique, quaſi ſolus vir ſit, permittimus hoſtes vincere, et reliqua omnia perficere? Infamiam maximam nobis importat, dum hic otioſi tempus terimus: ſeruum vero tuum ſinimus feſtinare et pugnare contra hoſtes. Oportebat ſane regem nobis adiunctum militaria facta edere, quae plurimum laudis merentur apud vxores noſtras et apud eos, qui vrbes noſtras inhabitant, nec non apud Turcos. Verum ille, in fugam vertens tantam hominum multitudinem, gloria potitur immortali: tibi autem, hic ſtanti et ſingula ſpectanti, ignominia relinquitur, quam etiam ad poſteros transmittes. Nec enim eſt, vt vereare, Iannitzarum milites nos accedentes fortiter ſuſcepturos, cum ab Ioanne adeo

c) ξιφη Παιονικῳ βληθεις, κατα το ςηθος δορατιῳ τραυματι.

d) και τα της Γερμανιας ἀκινακης.

e) Interpres addit hic et alibi.

adeo facile Aſianus exercitus fugatus ſit f) : verum fugam, ne dubites, inibunt. Age igitur, contra Ianuas regis pergamus. Cum enim ſis rex, vt cum rege congrediaris, honeſtum eſt „. Haec cum andiuiſſet rex adoleſcens (magna enim iſta oratio pollicebatur), quam citatiſſimo agmine contendit ad Ianuas, vbi Amurates ſtabat, paratus ad proelium, et, foſſa munitus, exſpectabat, quis proelii euentus eſſet futurus. Pannones adorti ſunt peregrinorum coronam, qui et ipſi fortiter inter caſtra proelium pro Amurate ciebant. Ibi equus, quo vehebatur Pannonum rex, ſecuri feritur, et, pedes vulneratus, corruit vna cum ſeſſore. At qui proxime ſteterant (tantus proelii tumultus erat), non ſenſerunt caſum regis. Peregrini victoria potiuntur, caputque Pannonum regis retulerunt ad Amuratem. Nomen autem peregrini, qui id facinus memorabile ediderat, erat Therizes, qui inſigne virtutis praemium apud regem conſecutus eſt, eumque in maximo honore habuit.

Ferunt, Amuratem, cum Pannones irruerent, et fortiter dimicarent, fugam inire ſtatuiſſe. Antequam fugam iniret, viſum eſſe a viro, id moliri regem; qui, regem conuiciis lacerans, vt qui nequaquam honeſte ageret, ſi fuga ſibi conſuleret, eum retinuit. Nec multo poſt caput regis Pannonum abſciſſum, allatum eſt in caſtra ad regem Muſulmanorum.

Pannones cum cederent, regem ſuum quaeritabant, cum autem comperiſſent, eum in acie cecidiſſe et obtruncatum eſſe, in proelium redeunt, volentes mortui corpus tollere: nec tamen Turcos vincere quiuerunt g). Hic rumor vt deuenit ad Choniatem et ad reliquos, qui hunc comitabantur, exceſſerunt proelio.

§. 151.

Cum autem retro cederent, et palantes nulla ornatu iter facerent, omnia exacte expiſcabantur. Rebus omnibus cognitis, non

ad-

f) ἐπειδὰν τρέψηται τὸ στράτευμα.

g) οἱ μέντοι περιγενόμενοι ἐπυνθάνοντο γὰρ τοῦ ῥηγὸς τὰς ... καὶ ἐμάχοντο μεγάλως. Μετὰ δὲ ὡς οὐκ ἠδύναντο ἀνελέσθαι τὸν νεκρὸν, ἀπήλαυνον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

ad caſtra properabant, verum recta ad Iſtrum contendebant Choniates et Daci. Etiam Pannones, qui regem ſecuti fuerant, fugam arripuere, cedentes nullo ordine. In hoc diſceſſu interfectus eſt ab Turcis Iulianus cardinalis, vir optimus. Ceciderunt ibidem et alii boni viri complures. Daci etiam aliquot deſiderati ſunt.

Ioannes Huniades cum ad Iſtrum veniſſet, exercitusque traduxiſſet, diſperſi ſunt milites. Cum ipſe ſtipatus paucis incederet, captus eſt ab ſuo hoſte Dracule, Dacorum principe. Nam Choniates antea huic inter Pannones aduerſatus erat, in conſpectu regis Vladiſlai: et iter faciens ex Dacia et Iſtrum tranſiens cum copiis, vrbes eius diripiebat. Praeterea detulit eum 'apud regem Vladiſlaum h), quaſi faueret Turcis, et res Amuratis ſedulo adiuuaret, ſubinde Pannonum conſilia iis ſignificando. Verum 'Dracules i) in eum irruit ira percitus, quaſi eum interfecturus. Sed pecunia tantum effecit, vt incolumis dimitteretur et inuiolatus k). Cum autem iret per Daciam l), captus eſt 'ab Dracule m), a quo in carcerem coniectus eſt, eum vlciſci in animum cum induxiſſet.

Pannones in patriam reuerſi, cum accepiſſent, Ioannem eſſe captum, id graue et intolerandum iudicabant. Haud enim ferendum cenſebant, vt vir Pannonius et in dignitate collocatus, ab Dracule caperetur. Quapropter miſerunt legatos, qui iuberent, vt dimitterent Ioannem. Sin minus, ſciat, nos eum pro hoſte habituros, et cum vniuerſis copiis noſtris contra ipſum profecturos. Haec cum nunciarentur a Pannonibus, ſibi ſuisque metuens Dracules, 'ne quid furioſius conſultarent n), et hoſtiliter accedentes virum vi eriperent, 'Choniatem dimittere decreuit o). Benigneque eum

h) προς βασιλεα Παιονων.

i) Addit interpres.

k) Haec de priori Huniadae per Valachiam tranſitu, cum aduerſus Turcos proficiſceretur, intelligenda eſſe videntur.

l) Poſt proelium Varnenſe.

m) Nomen interpres ſupplet.

n) μη νεωτερον τι βουληθεντες, περι τον ανδρα.

o) απελυσε τε αυτον.

Imp. IOANNE Eman. Pal.

a. C. 1444.

eum tractans, haud ceſſauit eum comitari per Praſobum, Ardelium vſque ad Pannones.

Draculem autem haud multo poſt Choniates, 'cum expeditionem pro Dano, Daciae principe ſuſcepit p), vna cum filio peremit. — r)

§. 152.

In hunc modum rebus geſtis, [Choniates] redibat domum. Nec multo poſt eum ducem et rerum gubernatorem crearunt, cum bello peterentur a Germanis et Boemis, eique res adminiſtrare pro ſuo arbitrio permiſere. Comparans igitur exercitum, profectus eſt contra Boemos, et longo tempore cum his bellum geſſit. Tandem collatis ſignis pugnans 'cum Iſcra s), viro in re militari conſpicuo, victus eſt. Verum cum denuo cum iſto congrederetur, victoriam recepit t).

p) κατaγων Δανον ἡγεμονα ʽτης Δακιας εκπεπτωκοτα,

r) Reliqua vide *Tom. II. P. II.* in *Valachicis* §. 35.

s) προς Ισκραν. in marg. adſcribitur: „ Giſcra Boemo, qui alias Ioannes de Braudis [Brandis]. Bonfin. dec. 3. lib. 5. Vid. et Thwrocius cap. 34. et alii.

t) Addit Chalcocondylas: *Amurates caput Vladiſlai haſtae praefixum cum hinc inde miſiſſet, et exercitibus ſuis oſtentaſſet, collectis omnibus domum reuerſus eſt. In eo proelio Turcorum, quemadmodum ab his accepimus, ceciderunt ſex millia. Verum Pannones aliquanto caeſi ſunt plures. In diſceſſu etiam plurimi Daci amiſſi ſunt. Hunc finem Turcica expeditio ſortita eſt. Rerum ſumma rediit ad Amuratem, cum eos, qui in Europa erant, coeptorum admodum puderet. Therizen, qui Vladiſlaum obtruncauerat, eiusque caput in caſtra attulerat, Amurates regionibus et opibus plurimis donauit, eumque praefectum conſtituit.* Idem p. 186. haec habet: *Cum pugnaret* [Amurates] *aduerſus Pannones Varnae, et exercitus ſuos ad fugam inclinare cerneret, valde timuit, putans, ſe mox cum ſuis periturum. In hac grauiſſima neceſſitate conſtitutus, vouit, ſi incolumis euaderet praeſens periculum, et victoria potiretur ſe ceſſurum regno, et id commiſſurum filio, et abiturum in Aſiam, vt ibi vitam traducat, admixtus ſacerdotibus et Nazaraeis —. Cum igitur Pannonibus victoriam exterſiſſet, rege eorum peremto, domum rediit, filiumque iuniorem arceſſiuit ad regni gubernacula.*

CAPVT

CAPVT XI.

Bellum ab Vngris, Ioanne Huniade duce, Turcis illatum; proelium ad Coſouam commiſſum; Ioannes Huniades a Seruiis captus; induciae trium annorum cum Turcis factae; ab a. C. 1448–1451.

§. 153.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1448. a)

a) INTEREA [dum, expeditione contra Scenderem ſuſcepta, Cruam oppugnat Amurates] nuncius venit ab Georgio, Trybalorum duce, qui nunciabat, Ioannem Choniatem, congregatis Pannonibus plurimis, traiicere Iſtrum, et contra ipſum hoſtili animo pergere. His auditis, Amurates 'continuo' omnibus impedi- 102.

 mentis

a) DVCAS: *Halil —, artium, quibus imperium regi debet, peritus, et, adoleſcentulum Mehemetem nunquam fortunatum fore, ſuſpicatus, Moratem iterum in palatium Adrianopoleos reducit, imperatoremque ſalutat. Iunior vero princeps, Mehemetes, a patre Magneſiam miſſus eſt, vt res imperii illis in partibus adminiſtraret. Hoc cum reſciuiſſet Iangus, Iſtrum alia via transiit, omnibusque anguſtiis ſuperatis, Niſim accedit, quae ad Coſouam ſita eſt.* reliqua vide infra ad *§. 157.*

102. CHALCOCONDYLAS p. 188 — 197. Ducas p. 124, 125.

a. Apud Ducam in margine: a. 1448. Octob. 18. pugnatum.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1448.

mentis et ſarcinis collectis, vrbe, quam obſidebat, digreſſus eſt, obuiamque hoſti proceſſit, qua eum venturum cognouerat b) Miſit quoque Amurates praeconem in Europam, qui ediceret, vt Turci omnes ad regem conuenirent. Qui vbi primum regis voluntatem intellexere, citiſſime aduenerunt, cum ſinguli conarentur in tempore adeſſe, vt pro rege certarent. Hinc cum vniuerſo exercitu profectus eſt in quandam Myſiae regionem, per regionem Trybalorum. Ea autem regio eſt, quam alluit Morabas c) fluuius, et in Iſtrum effunditur. Hinc ſe fundit regis regio ad octingenta ſtadia, vſque ad Neſium d), vrbem regis: ad dextram procedenti 'Nobopyrum, ſiue Bopyrum e), vſque ad montem magnum Trybalorum principis colitur.

Huc cum veniſſet Amurates, inuenit, Ioannem Choniatem cum Pannonum exercitu hoſtili animo aduerſum ſe pergere. In caſtris Choniatis erant quadraginta millia peditum, tam ab Pannonibus, quam ab Dacis allecti. Septem millia equitum erant, et curribus vehebantur alii, quorum numerus erat bis mille. In his arma et neceſſaria ad expeditionem ſubuehebantur. In ſingulis duo viri ſtabant, ſcutifer et 'bombardarius f). In iisdem vehebantur 'bombardae plurimae, quas Zarobotanas nominant g). In hunc modum armati et inſtructi, Iſtrum transgreſſi ſunt h).

§. 154.

At Trybalorum dux cernens Pannonum exercitum non adeo eſſe validum, vt copias regis vincere poſſet, magisque metuens Amuratem, quam Pannones alienigenas, a quibus multa mala eſſet perpeſſus — expeditionem — prorſus recuſauit. 'Tamen Choniates, grauibus

b) τὴν ταχίστην συσκευασάμενος, ᾔει ἐνταῦθα, ᾗ ἐπιόντα ἐπυνθάνετο.

c) Μοραβας, interpres in margine: qui et Schitnize.

d) Νησιον, Ducas Νησιν.

e) In Gr. tantum Νοβοπυρον. In marg. Νοβοπυρδον.

f) Τηλεβολιστης.

g) τηλεβολας Ζαροβοτανας καλουμενας, πολυ το πληθος.

h) πρόυκαλεντο δε σφισι και τον Τρυβαλων ἡγεμονα omiſit interpres.

grauibus minis in Trybalorum ducem iactatis, progreſſus Ariſtinum vſque, caſtra in Coſobo campo communiuit. — i)

Cauſa, quae Ioannem ad iſtud bellum traxerat, haec erat. Cum vidiſſet in eo certamine, quod Varnae commiſſum erat, Turcos facile vinci potuiſſe, niſi obſtitiſſet Vladiſlai regis imprudentia. Nec nunc quidem difficile et laborioſum dicebat Turcos bello domare. Animo igitur agitabat maiorem comparare exercitum, vt Amuratem, copiis perterritum, vinceret. Haec adeo procliuia et facilia factu putabat, vt ne quidem dubitaret, quin, quemadmodum animo concepiſſet, omnia eſſent euentura. Miſſis legatis ad Scenderem k) et Arianitem l), vtrumque in Europam progredi et ſibi coniungi volebat. His ſic praeceptum eſt.

§. 155.

Amurates m) vt in campum Coſobum n) venit, ibi caſtra metatos eſſe cognouit Pannones. Proinde et ipſe caſtra munit. Amurates autem dicitur in armis habuiſſe quindecim mille nn) myriades hominum. Poſtero die confeſtim accingebatur ad proelium. Iuxta eum inſtruebatur acies. In dextrum cornu aptabatur exercitus Aſianus, cui praeerat dux nomine Scuras. Siniſtrum cornu tenebat exercitus ab Europa conſcriptus, quem regebat dux Carazies. Iuxta vtrosque ponebantur equites cum ſuis ducibus. Mediam aciem occupabat rex. Quando autem Amurates caſtra metatur, primo caſtra vallo firmat: deinde camelos locat: dein ſcuta defigit: deinceps peregrinos cum bombardariis o) nec non reliquis collocat.

i) Hic omiſſa vide *Tom. II. P. I. in Serbicis §. 320.*

k) *Σκενδερη.* Georgius Caſtriotus, *Scanderbegi* i. e. Domini Alexandri nomine ab Amurate Sultano, cum eius iuſſu eſt circumciſus, appellatus, Albaniae et Epiri rex.

l) *Αριανιτης.*

m) *Αμουρατης ὁ Μαχουμετου.*

n) *ἐν Κοσοβῳ πεδιῳ*, in marg. *Ambsfeld.* Thwroczius *campum Merulae* et Hungarico idiomate *Rigomezeye* vocat.

nn) Perperam hanc vocem interpres addit, Gr. habent *ἐς πεντεκαιδεκα μυριαδας.*

o) *συν τοις τηλεβολοις και τηλεβολισταις.*

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1448.

rimi Turci trucidabantur a Pannonibus. Per totum iſtum diem aequo vtrimque marte pugnatum eſt. Veſpera autem appetente, relinquentes proelium, vterque exercitus in ſua caſtra colligebatur, quietique ſe dabant.

Pannones putabant, Turcos noctu abituros, nec amplius in caſtris manſuros. Et equites quidem non pauci iam diſceſſerant. Vbi autem Trybalos inuenere exſpectantes in anguſtiis hoſtem abeuntem [z]), in caſtra redierunt. Pannones quidem arbitrabantur, ſe die craſtino cum parua hoſtilis exercitus manu congreſſuros, quaſi caeteri diffugiſſent, non exſpectantes hoſtem: et ſic victoria facile potituros, regisque Iannas debellaturos. Rex vero Amurates et Turci, ſe ipſos confirmantes, haud amplius metuebant Pannones. Animis igitur receptis et plurimum exhilarati accingebantur ad proelium, quaſi eo die, qui ſequeretur, proeliaturi cum hoſtibus, eosque in fugam coniecturi. Eo die, quae modo memorauimus, contigere.

§. 158.

Iſtam noctem Pannones deliberando conſumſere [a]): et cum conſultarent, ſinguli ſuam ſententiam, quemadmodum ſibi conſultum videretur auſpicari proelium, in medium adducebant. Varii multique habebantur ſermones. Ibi tum conſultantibus Pannonibus, Tautes, Sauzis filius, natus ex genere Otomanidarum, qui tum caſtra Vngarorum ſequebantur, Amuratis primi ex Sauze filio nepos [b]), progreſſus in medium, huiusmodi orationem exorſus eſt: „Nobis iam ſatis ſuperque in Aſia et Europa pugnatum eſt. Nec dum etiam animum aduertimus, vt pugnandum ſit contra Amuratem, vt res eius contundamus. Niſi enim peremerimus viros iſtos non facile poterimus Amuratem vincere. At mihi videtur, ſi quis certamen ſubeat cum hoſte, eique infligat letalem ictum, hoſtem deie-

z) Addit haec interpres.

a) ἐκεινῃ τῃ ὑστεραιᾳ την μαχην [illegible] omiſit interpres.

b) Ταυτης ὁ Σαυζου υἱδους τε Αμυρατου, γενος ὢν των Οτομανιδων.

deiecit, et reliquo exercitu pro arbitrio vti poterit. Vbi autem magis quis letale infligat vulnus, quam ſi caput feriat? Tum enim corpus totum dolet. In capite enim quaſi vrbs et regimen totius humani corporis ſitum eſt. Sin autem haud dederis letale vulnus, difficile admodum et laborioſum erit, ſuperare hoſtem. 'Et, vt meam capiatis ſententiam, ſic audite c). Vidiſtis, vt Ianuae regis ſteterint neutro inclinatae ad pugnam. Nec etiam periclitari volunt, quaſi ſalus regis atque adeo totius exercitus in ipſis ſita ſit: nec prius, quam neceſſitas poſtulauerit, pugnam capeſſunt. Agite igitur, hunc regis exercitum inuadamus: qui ſi in fugam abierit, nullus nos exſpectare ſuſtinebit. Cenſeo autem, 'vt regem aggrediamur cum vniuerſo exercitu d), cum curribus quoque, in quibus bombardae et bombardarii ſunt: et vt pergamus adhuc hac nocte confeſtim contra Ianuas, nec cunctemur. Et accedentes, bombardarum globis ſagittisque petamus Ianuae milites, iisque terrorem maximum inferamus. Satis certo ſcio, eos non manſuros, vſque dum illuceſcat dies; ſed hac adhuc nocte lubenti ac cupido animo fugam arripient. Quod ſi fuerit factum, facile nos rerum potiemur.

§. 159.

'His dictis omnes conſenſum praeſtitere, et vno ore ſic faciendum eſſe pronunciarunt e). Continuo igitur curribus in regis exercitum inuecti ſunt, ſub prima adhuc noctis vigilia. Cum appropinquaſſent Ianuae militibus, terrorem fecere maximum, bombardarum globis et iaculis ferientes peregrinos. Et quidem vim faciebant caſtris Amuratis. Verum peregrini, vbi rem cognorunt, magno animo Pannonibus reſtitere. Nam bombardas expediebant bombardariosque euocabant, et non ceſſabant iaculari Pannones: plurimi in ea nocte vtrimque cadebant, icti bombardarum globis. poſt-

c) καὶ νυν δε ὀυτω δοκει.

d) κινησαι το ϛρατοπεδον ἡμιν ἁπαν.

e) ταυτα λεγων ὁ Ταστης, ἐπαθε τε και ἐπιουν [ἐποιει] ὀυτω.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1448.

Poſtquam dies aduenit, et Pannones videbant regis caſtra, in ea regione locata, fortiter pugnare; conſilium cepere redeundi, vnde egreſſi erant, in caſtra: nec exſpectandum eſſe, donec circumducerentur ab regis militibus, ſtantes prope Ianuas. Haec ſententia vbi placuiſſet, cedebant feſtinantes in eum locum, vbi caſtra metati erant.

Die exorto, 'iterum ad proelium praeparabatur Choniates *f*), periculum facturus, ſi felicem rerum ſortiretur euentum. Pugnans itaque impetum dabat in Aſianum exercitum, et fortiter congrediebatur cum hoſtibus. Europae dux cum accepiſſet, Pannones congreſſos eſſe cum Aſiano exercitu, Turachanem, Theſſaliae praefectum, mittit cum ſuo exercitu, vt a tergo adoriretur Pannones, et quam fortiſſime contra eos proeliaretur. Turachanes imperata impigre faciens, Pannonum plurimos, cum in terga eorum irruiſſet, in eo proelio ſtrauit. Quidam enim perſequebantur Albanos *g*), a quorum veſtigiis, quamquam celerrime fugerent, nusquam abſtitere. Miniſtri tamen praefectorum, qui ex Europa venerant, haud fugam inierant. 'Cum autem a ſuis eſſent deſtituti, qui fuga ſibi conſulebant, pugnabant haud ſecus, ac Turci, contra Pannones *h*). Praeterea contra eos acerrime proelium inibant, qui erant ex Europa, et a tergo vim faciebant. Nam conuerſi, collato pede nunc hic, nunc alibi, vbi alteri alteros indipiſcebantur, in eo campo manus conſerebant.

Daci cum vidiſſent, Turcos impigre praeter ſpem rem gerere, et ſibi hinc plurimum periculi imminere, 'legatis, qui veniam factorum rogarent, ad Amuratem miſſis, ad Turcos tranſiere: ſed ibi, praeter fidem a Chalile datam, iuſſu Amuratis omnes trucidati ſunt. Quod Pannones conſpicati *i*), plurimi faciebant, ſi quamprimum abſcedere poſſent. Ioannes igitur, excedens proelio, pergebat

f) παρετάσσετο δευτέρα ἐς τὴν μάχην.

g) τοὺς Ἀλβανοὺς, Cod. Reg. Ἀλανούς.

h) καὶ διώκοντας ὡς φεύγοιεν, ἐμάχοντο ὁμοῦ τοῖς Τούρκοις νομίζεται πρὸς Παίονας.

i) Excerpta ſunt, locum integrum vide *Tom. II. P. II.* in *Vatlachicis ſ. 36.*

gebat ad currus, et colloquebatur cum ducibus, qui ibi erant, dicens: 'Se venire cum ſuis ab ea hoſtium turma, in qua ſteterit rex. Itaque vbi in Ianuas irruperit, et id per nuncium ſignificarit, vt vno impetu omnes adueniant, atque in Ianuas irruant k) Haec cum dixiſſet Choniates, circa extremam noctis vigiliam elegit eos, qui optime ad bellum erant inſtructi, et quos ſibi familiariſſimos ducebat: et illis, qui curribus vehebantur, imperat, vt, vbi primum ſignum dederit, ſumma vi in Ianuas ferantur. Ipſe vero, mutata voluntate, ad Iſtrum inſtructo agmine quam celerrime properabat.

§. 160.

Cum autem dies illuxiſſet, 'non amplius apparebat iis Pannonibus, qui relicti erant cum curribus, non procul ab rege ſubmoti l). Turci, videntes, caſtra hoſtium eſſe vacua, et paucos admodum cum curribus eſſe relictos, admirabantur, quid hoc ſibi vellet. Deinde quidam occurrebat, nuncians, Pannones circa decimam noctis vigiliam fugiſſe trans Iſtrum. His auditis, peregrini arma capiunt, et curſu ferebantur contra Pannones, ad currus relictos. Hi, cum cernerent, ſe a ſuis deſertos et proditos, fortiter procliabantur, 'cum deſperatio virtutem accenderet m) aduerſus peregrinos. Nec multo poſt peregrini currus conſcendunt, 'et per Pannones vecti n) omnes trucidarunt. At Pannones per totum diem in conferta hoſtium turba pugnantes, cum forent optimi et fortiſſimi, tandem occubuere o).

k) ὡς αὐτος μεν συν τοις ἀμφ' αὐτον ἰοι ἀπο τȣ λοχȣ (in vno fuit λοφȣ), ὡς ἐς τας θυρας ἐμβαλων, αὐτοι δε (al. αὐτους δη), ἐπαδαν ἀγγελον πεμψας διασημήνῃ, ἐλαυνειν ὁμȣ παντας ὁμοσε ἐπι τας θυρας.

l) οὗτοι μεν οὐκ ἐτι ἑωρατο, ἄτε προς των ἐγκαταλειφθεντων ἐν ταις ἁμαξαις Παιονων, ἄτε προς τȣ βασιλεως.

m) Addit haec interpres.

n) ὑπερεβησαν δε τας Παιονας.

o) In margine adſcribitur: Haec ſub annum 1448. feſto die Lucae acta feruntur, vt refert Bonfinius, ſed aliquantum ab hoc diuerſus.

a. C. 1448.

§. 161.

Regem quidem ad perſequendos Pannones adhortabantur duces: verum is eorum conſilia repulit, cum animo ſecum reputans, quaenam paſſus eſſet a Choniate Chaſimes, filius Mazaracis p), cum perſequeretur Pannones. Volebat itaque praeſente fortuna melius vti. Caeſi ſunt in iſto proelio, vt accepi (vtrimque enim occiſi a Trybalorum duce poſtea dinumerati ſunt) Pannonum et Dacorum decem et ſeptem millia, Turcorum quatuor millia q). Nam facile dignoſcuntur a reliquis Turci, cum omnes ſint circumciſi. Praeterea Pannones admodum decenter capillos nutriunt. Turci vero raduntur, relictis quibusdam cirea tempora capillis.

Rex cum exceſſiſſet proelio, tolli iuſſit cadauera occiſorum. Turcos ſepulturae mandari curauit, iuxta flumen Morabam prope ripam r).

§. 162.

Ioannes autem fugiens feſtinabat ad Iſtrum. Veſperi aduenit Sbetzanium s), vrbem regis. In ambiguo autem erat, quomodo tutius profectionem facere poſſet, ne cognoſceretur a Myſiis, et in periculum deinde veniret, vt caperetur a Trybalorum duce. Haud enim Choniatem fugiebat, Georgium, cum quo ſibi inimicitiae erant grauiſſimae, id parare vt ipſum caperet. Secum autem omnia diligentius reputanti et expendenti, viſum eſt, vt ſegregatus ab reliquo exercitu cum paucis recta pergeret Belogradum. Hoc cum ſtatuiſſet Choniates, ſecunda noctis vigilia amiciſſimos ſuos et familiariſſimos aſſumens, alia gradiebatur via. Cum in hunc modum profectionem facerent, putabat, ſe magis cognoſci poſſe. Antequam igitur dies adueniret, omnia ſecum in animo voluens deliberabat

p) οἷα ἐπεπονθει προς τȢ Χωνιατου Χασιμης ὁ Μαζαρακεω (in vno fuit — ΧωνιατȢ. Χασιμης δε ὁ cet.) Cf. ſupra §. 139.

q) In margine: Alii quadraginta millia Turcorum cecidiſſe tradunt, alii 34000.

r) και ἀυτος συσκευασαμενος ἀπηλαυνεν ἐπ᾽ οἰκȢ omiſit interpres.

s) Σβετζανιον, Cod. Reg. Σφιτζανιον.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1448.

liberabat. Tandem decreuit, conſultiſſimum eſſe, ſi incolumis praeſens diſcrimen euitare velit, vt ſolus a ſuis ſeparatus iter ingrederetur. Exorto iam die cum ſolus iter faceret, ex equo deſcendens, pedes peruenit ad collem quendam. Videns autem Turcum hoſtiliter oberrantem, confugit in paludem, aqua plenam, quae in longum extendebatur. Deinde cum ex palude proceſſiſſet, peruenit in Georgii regionem. 'Ibi tandem detectus in vincula coniicitur: vnde breui poſt dimiſſus, Budam rediit t).

Et quidem haec contigere in expeditione, quam Pannones ſumſerunt aduerſus Turcos, duce Choniate. eaque expeditio, quem diximus, finem conſecuta eſt.

§. 163.

Imp. CONSTANTINO *Palaeologo.*

Imp. CONSTANTINO *Pal.*

a. C. 1451. v)

[MECHEMETES poſt patris obitum cum fratrem, quem Amu- 103.
rates e coniuge legitima, principis Sinopes filia, ſuſceperat, occidiſſet, et hanc ipſam Iſaaco, patris ſui mancipio, nuptum dediſſet;] alteram quoque ſuam nouercam, Georgii, Seruiae deſpotae, filiam, Chriſtianae pietatis tenaciſſimam, volebat et ipſe alii cuidam ſeruo connubio iungere: ſed veritus, ne pater eius Hungaros ad bellum ſibi inferendum exciret, antequam recens ſuſceptum imperium ſtabiliuiſſet, libidine ſua abuti prohibitus eſt. — x)

t) Excerpta ſunt, locum integrum vide *II. Tom. P. I.* in *Seruicis* §. *322.*

103. DVCAS p. 129.

v) In marg. apud Ducam: Morates obiit a. C. 1450. Febr. die 2. At Annales Turcici et Hiſtoriae mortuum affirmant anno Hegirae 855. qui coepit a. 1491. febr. die 3. fer. 4. Bullialdus in Notis ad Ducam p. 263. haec fuſius explicat. Et pro anno ϛϡνη δευτερᾳ τȣ Φεβρȣαριȣ μηνος a. M. 6958 die 2. Febr. ad quem annum Ducas p. 128. obitum Amuratis refert, reſcribendum docet ϛϡνθ', Φεβρȣαριȣ γ. a. 6959. [Chriſti 1451] Febr. die 3.

x) Conf. *Tom. II. P. I. Seruica* §. *323.*

imp. CONSTANTINO Pal.

a. C. 1448.

§. 164.

104. [MECHEMETES] cum Chriſtianis vniuerſis ficta pace inita, induciisque in tres annos cum Iango Hungariam regente y) pactis; in Caramanum bellum — mouet z).

CAPVT XII.

Turcorum aduerſus Belgradum expeditio irrita; obitus Ioannis Huniadae; ab a. C. 1452 – 1456.

§. 165.

a. C. 1452.a)

105. **C**ONTIGIT, dum in caſtro [in Boſpori faucibus] exaedificando occupatus erat, [Mechemetes] aeneorum tormentorum fuſorem Hungarum b), artificem celeberrimum, vrbe relicta abiiſſe. Iam dia

104. Id. p. 131.

y) *συν ἀυτῳ τῳ ἐπιτροπῳ Ο'υγγριας τῳ Ιαγγῳ.*

z) Hanc expeditionem ſtatim poſt patris obitum ſuſcepiſſe Muhammedem anno Heg. 855. [Chriſti 1451.] docet Leunclauius et Chalcocondylas p. 199.

105. DVCAS p. 138, 139. Idem p. 132, 133. haec habet: Halil Baſſa Byzantinorum legatos reprehendens, inter alia *Si*, inquit, *Hungaros cis Danubium arceſſere cogitatis, traiiciant ipſi.*

a) Paulo ſuperius Ducas p. 138. *Adrianopolin — reuertitur* [Mechmetes] *quadrimeſtri tempore ſuo operi impoſito, imperii ſui anno ſecundo labente, qui fuit ab orbe condito 6961.* [a. C. 1452].

b) *το γενος Ο'υγγρος.* Similia de Orbano, Daco, narrat Chalcocondylas p. 204. vid. *Tom. II. P. II. Valachica* §. 39.

diu erat, cum is, Conſtantinopolin profectus, meſazontibus imperatoris artem ſuam expoſuerat; de qua etiam ad imperatorem retulerunt: qui artifici tanto ſportulam quotidianam, eius arti ac ſcientiae minime parem, attribuit; quam tamen, quantumuis exiguam ac tenuem, ei non demetiebantur. Quare de vita ſuſtinenda deſperans, quadam die ad barbarum, vrbe relicta, curſim abiit: a quo blande et amice ſuſceptus, victum et veſtes, honorifice habitus, accepit. Mercedem etiam adeo amplam ei condixit, vt, ſi quartam eius partem ab imperatore accepiſſet, Conſtantinopoli nusquam aufugiſſet. Hunc interrogauit Mechemetes, num poſſet bombardam fuſilem fabricare tantae magnitudinis, vt lapidem praegrandem eo impetu emittere poſſit, qui murorum firmitudinem ac latitudinem vincat. Reſpondit artifex: „ Si tibi libitum erit, tormentum aeneum fundere poſſum, cuiuslibet lapidis capax. muri vrbis accurate etiam mihi explorati ſunt; quos non ſolum, ſed et Babylonios quoque, lapidibus tormento meo exploſis, in puluerem comminuam. Totum, quod artis ac operis mei eſt, rite abſoluam. Quam longus vero futurus ſit iactus, nec ſcio, nec aſſero „.

Haec cum intellexiſſet princeps, fabricari ſibi tormentum aeneum iuſſit, de lapidum emiſſione et iactu determinando poſtea deliberaturus. Aes itaque conquiſitum, modulusque operis ab artifice deformatus, tribusque menſibus conflatum fuſumque eſt monſtrum quoddam formidabile et horrendum.

§. 166.

a. C. 1453. c)

[MECHEMETES dum Conſtantinopolin oppugnat, bombardarius,] 106.
impulſa ac quaſſata muri parte, in eandem collimabat lapidem de-

106. DVCAS p. 154, 155.

c) Obſideri coepit CP. die paraſceues Diacaenciſimae ſeptimanae (i. e. feria VI. ſeu die Veneris poſt Paſcha) Duc. p. 147, 148. capta eſt Maii d. 29. [a. C. 1453.] p. 160.

Imp. CONSTANTINO *Pal.*

a. C. 1453.

nuo emiſſurus. Sed cum Ianchi d) apocriſiarius, qui ibi tum aderat, deſtinatum ictum riſu excepiſſet, eique collimanti dixiſſet, „Si muros in terram nullo negotio ruere velis, a parte muri prius diruta ad proxime quinque vel ſex orgyis diſtantem conuerſa machina, ictus vnum et alterum aequalis altitudinis deſtina; quibus accurate directis ac libratis, tertio murum quate; ita vt in trianguli figuram diſpoſiti cernantur, illam moenium partem in terram ruere conſpicies„: placuit conſilium, cui paruit artifex, nec ſucceſſu caruit.

Qua ratione vero impulſus Hungarus ille tyrannum hac de re monuerit, enarrabo. Anno illo Hungariae rex Romanorum imperator deſignatus fuerat, et a papa Nicolao coronam acceperat. Exauctorato etiam Ianco, qui curatoris nomine res adminiſtrauerat, rex ipſe imperator adminiſtrationem regni vniuerſam capeſſiuit, ac ſuſcepit. Cumque pacem in triennium cum Mechemete pactus eſſet Iancus e), ſeſquianno ipſius iam exacto, talia Mechemeti ſignificauit. „Regni adminiſtratione ipſe me abdicaui, et domino meo eam tradidi: quae pollicitus ſum, in poſterum integra praeſtare amplius nequeo; quas ſcriptas ergo tabulas nobis credidiſti, tibi habe, noſtrasque mihi redde; cum Hungariae porro rege, vt tibi viſum erit, te geſſeris„. Hoc de negotio acturus apocriſiarius legationem obierat.

De conſilio vero, quod hunc, cum Chriſtianus eſſet, nusquam dare decuit, ab aliis quae accepi, referam. Fama eſt, Iancum, poſtquam tertio victus f) turpi fuga domum inuitus repetiiſſet, cuidam viro, ſpiritu prophetico impulſo, in quem caſu incidit, cladem, quam acceperat, narrauiſſe, et Romanorum rebus, quos fortuna, ad impios conuerſa iisque arridens, deſeruiſſet, illacrimaſſe; huicque ſenem talia reſpondiſſe: „Iſtud a me diſce, fili, non prius Chriſtianos, quam internecione Romani deleti penitus fuerint, proſpera fortuna vſuros eſſe. Vrbem a Turcis vaſtari ac diripi neceſſe eſt, hacque clade Chriſtianorum infortunia terminari„. Ianci fecialis infan-

d) τȣ Ιαγκȣ, ita et infra.

e) Vid. ſupra ſ. 164.

f) μετα την τριτην ἡτταν, ἡν φθανοις ὁ λογος ἐδηλωσε.

infauſtam eiusmodi prophetiam auribus hauſtam in animum indu-xerat: quare, citius vrbem expugnari cupiens, rationem, qua citius murus quaſſatus rueret, docuit.

§. 167.

a. C. 1454. g)

LEGATVS a Mechemete in Seruiam miſſus, qui eam a Geor-gio principe repeteret, cum ibi diutius, quam iuſſus erat, mora-retur: Mechemetes cum exercitu Adrianopoli mouens, Philippo-polin venit. Ibi h quem miſerat, caduceator ei occurrit, deſpo-tam in Hungariam aufugiſſe affert i). — Hungari [vero], fluuio ſuperato k), agros Ternouo circumiectos iam populati ac deprae-dati, conſertisque cum Turcorum exercitu manibus, victoriam ade-pti, ſpoliisque graues, fluuium iterum traiecerant. — At tyrannus Smedrouum vſque proceſſit, quam arcem, fluminis ripae impoſi-tam, commodumque in Hungariam traiectum praebentem, captam auide cupiebat: ab eaque, fruſtra tentata, receſſit. — 107.

§. 168.

a. C. 1456.

a) EO anno, qui ſequebatur, expeditionem contra Belgra-dum 108.

a) DVCAS: *Menſe Maio anni 6964. [Chriſti 1456.] Leſbios vinctos auehens [Iſmael], Callipolin rediit —. Impraeſens (αὐτος, ipſe,*

107. DVCAS p. 178, 179.

g) Ducas p. 178. habet a. M. 6962. [a. C. 1454.] vere huius anni legatum in Seruiam miſit Muhammedes.

h) Locum integrum vide *Tom. II. P. I.* in *Seruicis* §. 326—329.

i) Haec etiam narrat Chalcocondylas p. 220. his verbis: *Trybalorum princeps Georgius, cognito, contra ſe Mechmetem hoſtili animo pergere, abiit tranſiens in Pannoniam ad Choniatem: veritus, ſi Sendero uiam* (Σενδεροβην) *veniſſet, ne obſideretur a rege. Rogabat itaque Choniatem, ne ſe amicum et propinquum dereret, verum acerrime a vi Turcorum aſſereret. Vbi autem Georgius tantum effecit apud regem, vt pax fieret, non multo poſt exſpirauit.* Locum integrum vide in *Seruicis* ad §. 329.

k) Οὑγγροι δε ποθεν διαβαντες τον ποταμον intellige, τον Ιστρον.

108. CHALCOCONDYLAS p. 220. haec iis, quae in *Seruicis* ad §. 329. attuli, ſubiungit Ducas p. 190, 191.

Imp. MV-HAMMEDE II.

a. C. 1456.

dum, vrbem Pannoniae, ſuſcepit. Vrbs haec, quemadmodum docuimus, cum ſcriberemus de Amurate l), ab vno latere iuxta Iſtrum ſita eſt, ab latere altero alluitur Sauo m), qui ſe in Iſtrum effundit: ab vtroque circumfluitur ea vrbs, ſiquidem ambo praeter eam labuntur. Contra hanc exercitum duxit Mechemetes, Amuratis filius. —

109. Vbi igitur voce praeconis, quem per vniuerſum regnum miſerat, exercitus ſuos Adrianopolin exciuit, in militiam profectus eſt ipſe, ducens Ianuarum milites et peregrinos: et nauibus ſubuehebat, camelisque portabat aeris plurimum ad bombardas fundendas, iterque fecit per Trybalorum regionem n). — Rex igitur, hoſtilia ſpirans, exercitibus eam vrbem circumſedit o). Eſt autem in medio vtrorumque fluuiorum Iſthmus, latitudine maxime ſeptem ſtadiorum. Eum locum caſtris permuniendis delegit, idemque vrbem oppugnabat, haud ceſſans murum bombardarum globis quaſſare: praeterea peregrini cum pluteis praeparatis muniti, cum proxime ad murum ſubiiſſent, ſagittis Pannones petere haud intermittebant. Caſtra regis maxima erant.

Rex autem cogitabat, ſi flumen ſolus obtineret, et Pannones prohiberet, ne ex altera fluminis ripa ipſis aditus in vrbem pateret, ſe facilius reſiſtere hoſtibus et tandem vrbe potiri poſſe: proinde copiis naualibus, quae erant per regionem Iſtro affuſam diſperſae, naues, quae praeſto erant, impleuit. Naues autem numero erant ducentae. His fretus, enitebatur obtinere flumen, et inhibere Pannones

Mechemetes) *vero ad Belogradum ingenti exercitu machinarumque apparatu maximo expugnandam conuerſis cogitationibus, expeditionem ſuſcipit. Hac vrbe obſidione cincta, globisque lapideis euerſo muro, nauigiisque ſexaginta fluuii nauigatione intercepta, oppugnatio eo proceſſit, vt Turci, eam ingreſſi, praedas iam agerent.*

l) Vid. ſupra §. 126. β.

m) *Σαῦβα*, in marg. *Σαυ.*

109. CHALCOCOND. p. 221 — 225. Ducas l. c.

n) Hic omiſſa vide in *Seruiis* §. 330. *Trybal. dux* cet.

o) *ἐπελάσας δὲ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν.*

nones, ne poſſent in vrbem transgredi. Praeterea cum in hunc modum a reliquis intercepiſſet, et quaſi incluſiſſet oppidanos, ad vrbis oppugnationem, quam facilem ſic fore putabat, totis viribus accingebatur p). Naues in flumen deducebantur ab vrbe Bidina, et aliquot diebus flumen, quod eam regionem praeterlabitur, fortiter obtinebant.

§. 169.

β) At Pannonum rex, qui cum magnis copiis caſtra poſuerat in regione, quae ex oppoſito erat q), milite complet naues optimas, quas Budae habebat. Et ſecundo flumine pergit contra Turcum, vt qui cum eo nauale proelium eſſet commiſſurus. Regiae naues contra flumen eniſae aſcenderant ad maximam Pannoniae partem vaſtando, vrendo et praedando, quaecumque caſus obtuliſſet. Verum haud multo poſt obuiam procedit Pannonum claſſis hoſti: et impetu inuadentes regias naues, quasdam demerſere, et cepere naues circiter viginti. Pannones, interfectis viris, qui in nauibus fuerant, aediculas in naues viris vacuas ponunt, et claſſem vniuerſam in ordines explicantes r), ſecundo flumine ad hoſtilia caſtra contendebant. Turci quidem in hunc modum necati interierant. Caeterum

β) DVCAS: *At* [continuantur, quae ad §. praec. attuli] *ſupra memoratus Iancus eadem die ſuperato fluuio* [vid. §. 170.], *vrbem intrauit, hoſtesque inſecutus, plerisque eorum caeſis vel vulneratis, expulit. Eruptione etiam cum ingenti militum manu ex portis facta* [vid. §. 171.], *tormentis omnibus potitur: et Turcorum maxima ſtrage edita, ipſo etiam tyranno in femore vulnerato, intra vrbem receptus, Turcorum nauigia demum incendit. Tyrannus contumeliam ac repulſam paſſus, Adrianopolin remeat, bello ſe petiturum anno nouo Belogradum minitatus; haecce porro anni praedicti menſe Iulio geſta ſunt.*

p) και τας γε ἐν τῃ πολει ἀπολαβων ἐντος ταυτῃ, ἐμπολιορκησεν.

q) ἐς την κατ᾽ ἀντικρυ χωραν τε Μπελογραδη.

r) και ἐς τας ναυς κενας ὀυσας τα δωματα (in vno superſcriptum fuit σωματα) καταθεμενοι των Φαρμακων, Φορμηδον ἀυτα ταξαμενοι.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1456.

rum naues reliquae, quae non venerant in Pannonum manus, ceteri fuga ad regia caſtra properant, et naues, in portum, vbi regia caſtra erant, impingentes, et nauibus egredientes intra caſtra ſe recepere. Has quidem naues illico rex incendi curauit, ne in Pannonum poteſtatem redigerentur.

§. 170.

Pannones ex eo tempore flumine potiebantur, et ex continente, quae e regione erat, ferebantur in vrbem, vt eam defenderent ab hoſtibus. In hanc ingrediebatur ſtipatus ſuis Choniates: praeterea Capiſtranus Nazaraeus, ſiue monachus, cuius auctoritas in religionis negotio maxima habetur apud occidentales. Nam quia inſignis pietate vir erat, miſſus eſt auctoritate pontificis ad Boemos, Pragam vrbem magnam inhabitantes, qui colebant Apollinem [s], vt eos, abnegata iſta impietate in religionem Ieſu transferret. Hanc enim mira perſuaſione docere nouerat, vt qui eſſet dicendi peritiſſimus. Quapropter plurimos Boemos compulit Chriſti religionem aſſumere. Praeterea plurimos [t] Pannones et Boemos ad inferenda arma barbaris Chriſti hoſtibus permouit. Et in hunc modum plurimos ſecum in hanc expeditionem quaſi velites, vt eorum opera in velitaribus proeliis vſui eſſet, duxit [v]. Nam hi, vbi compertum erat, vrbis murum bombardis eſſe ſtratum, et in periculo eſſe, vt ab hoſte impio caperetur, cum obtinuiſſent fluminis traiectum, per otium colligebantur in vrbem: quorum vires neutiquam contemnendae erant hoſtili exercitui.

§. 171.

Rex Turcorum, cum iam murus, diſſipatus bombardis, aditum praeſtaret, parabat ſe, quaſi incurſionem facturus, ad mancipiorum praedam agendam: et igues, quemadmodum mos eſt gentis

s) Huſſitas intelligit Chalcocondylas.

t) Γερμανων, omiſit interpres.

v) ἐπαδων [al. ἐπαδη] ὡς ἐς τον πολεμον τουτον ψιλους ὀντας τους πλειστους, ἦγε μεθ' ἑαυτου,

gentis, facientes, praeparabant ſe, vt in diem poſterum vrbem adorirentur. Machinas et vineas, quibus tuti ad murum ſuccederent, expediebant. Europae dux Carazies, qui gloria et virtute excellebat omnes, qui in Ianuis regis ſtipendia faciebant, ab oppidanis bombardae globo ictus occubuit. Rex quidem mortem huius viri maximam calamitatem ſuis rebus inuecturam augurabatur, et eum lugebat.

Cum autem viſum eſſet, mane vrbem aggredi, tubas, cymbala et cornua canere iubet, et peregrinos in murum ducebat. Hi murum continuo ſcandendo ſuperarunt: et, qua cuique liberum erat, in vrbem fundebantur x): qui cum in vrbem intraſſent, eam ſe cepiſſe exiſtimabant. At Choniates cum ſuis instructi et armati, exſpectabant occulte y), donec peregrini omnes in vrbem intraſſent. Nam qui in arce erant, teſſeram acceperunt, vt, vbi primum tuba ſonum dediſſet, peregrinos confeſtim adorirentur. Praeterea qui ante per murum erant diſpoſiti, iuſſu Choniatis a muro diſceſſerunt. Nam his id ideo praeceptum erat, vt peregrini maiore ſecuritate in vrbem penetrarent. Iuſſi tamen ſunt, vt, vbi primum tuba cecinerit, ad murum ſinguli, et ad ea loca, quae defendenda ſuſcepiſſent, curſu ſe proriperent, vt peregrinis, quos ab reliquis intercepiſſent, pro arbitrio vti poſſent. Verum peregrini, vbi primum oppugnationem ſunt auſpicati, vrbem, nemine reſiſtente et prohibente, ingreſſi ſunt. Pannones enim, quemadmodum moniti erant, retroceſſerant, et ſe occultabant. Peregrini autem, cum crederent, Pannones fuga eſſe dilapſos, raptim in vrbem procurſantes, alius alio ad praedam conuertebantur. Cum autem, quemadmodum conuenerat, tuba ſonuiſſet, qui prius murum defenſarant, celeri curſu ſe ſinguli ad ſua loca contulere, et peregrinos incluſerunt intra vrbem. Choniates inſtructa acie contra peregrinos ibat. Hi videntes, Pannones, ex arce prodeuntes, aduerſum ſe pergere, ad murum retro ire inſtituunt. Cedentibus peregrinis, acriter inſtitere Pannones, et plurimos leto dederunt. Caeteri, qui ad

x) και ἀναβαντες τα τειχη, ἀνεχεοντο ἐς την πολιν.

y) οἱ δε παρασκευασαμενοι ἐκαραδοκουν cet.

ad murum properabant, 'cum viderent Pannones per murum in ſolitis ſtationibus armatos diſpoſitos [z]), vi eos adgrediebantur: et contra ipſos curſu lati, ferebantur in foſſam. In hunc modum eo tempore Pannones eiecere peregrinos, et barbaros vincebant.

§. 172.

Poſtea coniunctis copiis Capiſtranus [a]) et Pannones egreſſi ſunt, vt proelium committerent cum eis, qui regias bombardas curabant. Inito igitur proelio, bombardarios in fugam coniecere, et bombardas obtinuere. Rex, cernens ſuas bombardas a Pannonibus captas, multum animo diſcruciabatur: proinde et ipſe ibi conſiſtens, fortiter proelium capeſſere haud neglexit. Cum autem Pannones non poſſet a bombardis ſubmouere, tandem et ipſe fugam arripit.

'Pannones eo loci continuo receptui canebant; et dirigentes bombardas in caſtra regis, ea grauiter adflixere [b]). Cum iam meridies adeſſet, et fuga, et reliqua, quae euenerant, nunciata eſſent Pannonibus, qui e regione morabantur, 'aduehuntur non pauci [c]', nec tamen in vrbem, verum in caſtra, iter maturant. Hi, qui in vrbe relicti erant, in caſtra egrediuntur, et vndique caſtra regia ſumma vi oppugnant. Tentoria in regis caſtris diſiecerunt plurima. Azapides (quos Huſſarones noſtri vocant [d])) diripuerunt forum, Rex clamabat, vt oculos eorum eruerent. Ipſe quoque proelium cum ſuis occipiens, Pannones in fugam vertebat. Eo loci peremit virum Pannonium rex, verum vulneratur femur, nec tamen vulneratus in fugam effunditur. Deinde cum ad bombardas reci-

z) και ἑωρων ἐνταυθα τες Παιονας ἐν τοις ἐπαλξεσι.

a) De hoc infra Chalcocondylas p. 225, 226. — *Cum ſapientia et intellectu plurimum valeret: regi Pannonum familiariter iunctus eſt. Familiaritate iſta permotus, regem, vt ſupra meminimus, in Turcica expeditione enixe iuuit.*

b) οἱ μεν δη Παιονες ἐνταυθα ἠδη ἐπηυλιζοντο, και τετε τηλεβολες τρεψαμενοι, ἐς το βασιλεως στρατοπεδον ἐπαφιεσαν.

c) ἐκομιζοντο ἠδη ἐνταυθα ναυτῃ ὀυκ ὀλιγοι αυτων.

d) Addit haec interpres.

recipiendas egrederetur, Pannones conuerſi, barbaris acriter inſtabant, et eos ſimul cum rege vſque ad caſtra perſequuntur. Et cum tertio hoc eſſet factum, rex grauiter animo dolebat, 'non adeſſe peregrinos, et ſuppetias ferre in eo proelio; verum eſſe profectos ad colligendum pabulum et neceſſaria e).' Vocans autem in iſto tumultu Chaſanem, peregrinorum ducem, huiusmodi orationem habuit. „ O peſſime hominum, quo nobis peregrini abeunt? Quo modo te duce ingreſſi ſunt proelium? Neſcis, ex humili fortuna quam ad magnam dignitatem te prouexerim, vt ſis videlicet dux? Sed ſcito, niſi proelium me abſumſerit, poenas mihi dabis, quas omnes iuſtiſſimas eſſe pronunciarint „. Chaſanes reſpondens, inquit: „ O rex, peregrinorum plurimi ſaucii ſunt. Reliqui, qui integri ſunt, dicto nolunt eſſe audientes. Ego autem, vt opera mea vtaris fideli et forti, quamuis mihi indigneris, in medios me conferam Pannones, ibique, fortiter dimicans, pro rebus tuis occumbam „. His dictis, in medios ſe confert hoſtes, et in conſpectu regis a Pannonibus trucidatur. Fuit autem vir optimus. Etiam miniſtri quidam eius ibidem interfecti ſunt.

Cum Pannones in caſtris fortiter inhaererent Turcis, eosque fugam capere compellerent, ex improuiſo adueniunt ſex millia equitum regis, quos miſerat iam ante ad cuſtodiendam regionem ſuam Iſtro adiacentem, praeterea vt obſiſterent Pannonum nauibus aduenientibus, ne in terram exire poſſent. Equites hi aduenientes, cum iam ferueret proelium, Pannones in medium agunt, et plurimos ibidem interimunt. Deinde cum verterent Pannones in fugam, eos ex caſtris pepulerunt, et ad bombardas ſe recipere coëgerunt. Et in hunc modum finis proeliandi, cum iam inſtaret veſper, factus eſt.

§. 173.

Rex cum cerneret, res ſuas propemodum acciſas eſſe, fuga vna cum exercitu ſuo euadere nitebatur f). Nam peregrini plerique

e) οὐτε νηλυδων παροντων ἀυτοις [al. ἀυτῳ] ἐς την μαχην, και των ἀλλων τȣ ϛρατοπεδȣ, ἐπι τας νομας και τα ἐπιτηδεια ἀφικομενων.

f) In marg. adſcribitur: Mech-

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1456.

que ſaucii et timidi erant. Adueniente igitur nocte, iubet, vt impedimenta omnia colligant, ſeque ad profectionem praeparent, quo parati et inſtructi ſequantur, quocunque eos ducere inſtituerit. Et tandem noctu fuga ſibi conſulens abibat, cum interim male metueret, ne Pannones, cum reliquo exercitu trangreſſi, ipſum perſequi ſtatuerent: atque in hunc modum diſceſſus et in patriam reditus ſibi ſuisque difficilis redderetur. Et ſane Pannones perſequendi fugientem hoſtem admodum cupidi erant: et id feciſſent, ni Choniates eos à perſecutione inhibuiſſet, ſciens, Turcos, quando diſcrimen anceps impenderit, duplo, quam ſint alias, fieri fortiores, et omnia perpeti. Huc accedebat et peſtis, quae ſaeuiſſima Pannonum inuaſerat caſtra, vt nequiuerint longo tempore poſt vix ab illo contagio reſpirare. Ioannes quidem eo in proelio vulnus accepit, ex quo haud multo poſt mortuus eſt. Haec mihi praecipua cauſa exſtitiſſe videtur, quod Pannones a perſecutione hoſtium abſtinuerint.

§. 174.

Ioannes non diu poſt fugam regis viuens, defunctus eſt g), cum exſtitiſſet vir optimus, qui ex humili loco ad maximam conſcendit potentiam, memorabilia deſignans facinora contra Germanos et Boemos: et in regnum Pannonum ſuccedens, maxima florebat gloria. Praeterea praeclare rem geſſit aduerſus Turcos, quos putabat, niſi copiis maximis ſuorum et virtute, ſuperari haud poſſe. Pannonum regnum, nec non exercitus eorum ipſe quoque ſuſcepit. Cum autem ei inuiderent reliqui Pannoniae principes, nec eius imperia capeſſerent; tamen breui effectum eſt, vt regnum retineret, cum etiam illi inuidi confiterentur, regnum eſſe iſti viro committendum, quod non ceſſaret firmiſſimum et tutiſſimum praeſtare. Apparet autem, virum hunc, quaecunque aggreſſus eſt, ea feciſſe, vſum et diligentia ſingulari et celeritate praeterea, quod, vbi-

met victus, obſidione ſoluta diſceſſit octauo idus Auguſti a. 1456. quadrageſimo ſexto die a coepta obſidione.

g) In marg. adſcr. Huniadis mors 4. Idib. Septembr. 1456.

vbicunque occaſio affulſiſſet, continuo praeſto fuerit. Sunt, qui tradunt, hunc virum peſte infectum mortem obiiſſe.

CAPVT XIII.

Ladiſlai, Sigiſmundi ex filia nepotis, in Vngriam reditus, mors; ortae inter Ioannis Huniadae filios et quosdam Vngrorum proceres controuerſiae; res ſub rege [Mathia] *Io. Huniadae filio, geſtae; ab a. C. 1456 – 1463.*

§. 175.

a. C. 1456 — 1458.

REGEM tunc ab Germania arceſſiuerunt Pannones, 'LADISLAVM nomine a): 'erat enim nepos Sigiſmundi ex filia b). Nam eum petiuerunt, cum adhuc foret puer, poſt obitum Vladiſlai in Varnenſi proelio, miſſis legatis ad Albertum, Sigiſmundi fratrem c), qui tutor erat pueri, et in Italiam abductum ſecum habuit. Siquidem et Albertus iſte, cum eſſet Germanorum rex, et veniſſet ad Romanum

IIO. CHALCOCONDYLAS p. 226, 227. haec iis ſubiunguntur, quae ſupra ad §. 172. not. a. attuli.

a) Addit haec interpres.

b) ἀδελφιδοῦν γενόμενον τοῦ Σιγισμούνδου βασιλέως.

c) In margine: *generum*. Caeterum non Albertum, ſed Fridericum III. imp. intelligendum eſſe, interpres infra in marg. et alii docent.

mum pontificem, imperator ab Nicolao pontifice declaratus eſt. Suſcepta imperatoria dignitate, in animo habebat, bellum inferre Turcis. Hunc igitur, opibus praepotentem (erat enim imperator), Itali ſuſcepere, eique honores maximos habuere. puerum, qui Viennae apud eum morabatur, petiere Pannones. Verum imperator Pannonibus puerum tradere cunctatus eſt (erat enim adhuc puellus), quod, ne quid diſcriminis ei ingrueret, anxius metuebat.

Pannones itaque vnanimi conſenſu bellum longo tempore cum Alberto d) geſſere. Praeterea legatos ire iuſſerunt ad Romanum pontificem, petentes ſibi regem reſtitui. Quod ſi facere abnueret, profitebantur, ſe non prius poſituros bellum, quam regionem eius omnem miſere peruaſtatam vniuerſam in ditionem accepiſſent. Verum imperator poſtea Pannonibus cedebat, et puerum ad regnum capiendum miſit.

Qui vbi venit Budam, et copias Turcorum regis Belgrado, ductu Choniatis, ſubmouit, haud diu ſuperuixit e). perhibent enim, eum veneno ſublatum eſſe a quodam *Laurentio Chedrachabare* f). Et cum duxiſſet vxorem regis Gallorum filiam, veneno interemtus eſt, priusquam nuptias celebrare quiuiſſet. nam mortuus eſt, antequam vxor in regnum eius veniret.

§. 176.

a. C. 1458.

Hoc e numero viuentium ſubtracto, diſſenſio inter Pannonias proceres exorta eſt. At in ea diſcordia victores euaſere filii Choniatis. *Orlichus* g), enim, princeps regionis in Pannonice haud poo-

d) αὐτῳ ſupra tamen Αλβερτος vocabatur.

e) Interpres in marg. „ Ladiſlaus Vngariae rex veneno ſublatus 1458. Pragae mortuus 10. Cal. Decemb. fed hic filius fuit poſtumus Alberti, et tutor eius Fridericus imperator,,.

f) ὑπο τινος Λαυρεντιx Χεδραχαβαρεω (τx Αντεωαρνx omiſit interpres).

g) Ορλιχον interpres infra in marg. *Vdalrichum*.

poenitendae: cui interceſſerant inimicitiae cum Choniate adhuc ſuperſtite, cenſebat, filios Choniatis non in ſenatoria dignitate collocandos: vt quorum pater maximarum ipſis contra Turcos dimicantibus auctor calamitatum exſtiterit. Pannones contra impium ducebant, Choniatis filios regno et magiſtratu expelli. Filii igitur Choniatis inſurgentes contra Orlichum, in curia caput eius amputarunt, et abierunt.

§. 177.

Factum hoc Pannones indigniſſime ferebant, et Choniatis filium b) in vincula coniecerunt: et, quo maiore cuſtodia aſſeruaretur, vinctum Belgradum i) deportarunt. Verum is haud multo poſt effecit, vt, vinculis exemtus, in regiam dignitatem k) ſubueheretur. Nam rex creatus eſt, adiutus fideli opera paternorum amicorum. Etiam plurimum ad regnum parandum contulit, quod opibus exercitum ſibi conciliauit, eumque in Pannonum regione aluit. Et in hunc modum inſigne regiae dignitatis decus acquiſiuit.

Iloes l) cum iam antea diſcordiam fouiſſet aduerſus Choniatem, et deinde inimicitias ſuſcepiſſet cum filio eius, qui regno potitus erat, recuſabat nouo regi obedire. Verum non multo poſt, cum interceſſiſſet pactum, regis imperium admittebat. In hunc modum regnum delatum eſt ad Choniatis filium iuniorem: hic bellum gerebat cum Alberto m), Romanorum imperatore, magna edens vbique militaris virtutis opera. Pragam et Boemiam ſubegit, vt iam vtraque regna ei parerent.

§. 178.

Albertus, Romanorum imperator, in animo habebat n), armis

h) In marg. *Mathiam.*

i) In marg. *Viennam* adduxerunt.

k) ἐς την βασιλειαν Παιονων.

l) Ιλοχης. In marg. *Iloës, qui et Nicolaus Vilachius.* [Thrwoczius *Nicolaum de Vylak* vocat]. An cuius ſupra *§. 155.* mentio facta eſt, Ελοχης?

m) In marg. al. *Friderico.*

n) ὡς και προτερον μοι δεδηλωται. omiſit interpres. dixerat vero id p. 226. Chalcocondylas. vide ſupra *§. 175.*

Imp. MV-HAMMEDE II.

a. C. 1458.

mis petere Mechmetem, Turcorum regem. Contractis igitur copiis, legatos mittebat ad Pannones, petens, vt, ſe ſinerent ſuas copias per ipſorum regionem ducere, ‘et commeatum praeberent o). Pannones autem, comitiis habitis, inter ſe collocuti erant, ſi domuiſſet Thraciam, et magnam potentiam ſibi peperiſſet, ‘fore, vt reuerſus etiam Pannoniam ſubigere conaretur p). Quapropter reſponderunt, nequaquam voluntarios tranſitum per ſuam regionem praeſtare. Quidam perhibent, Pannones ſic decreuiſſe. Verum ſunt, qui tradunt, Pannones benigne reſpondiſſe legatis.

‘Caeterum legatis reuertentibus ad regem, a quo miſſi erant, ſubornarunt viros, qui eos in via, qua profecti erant, ex inſidiis adorirentur, et necarent q). Quod quidem contigit r). Imperator cum ad inquiſitionem legatorum conuerteretur, effecit vt iterum bellum inter ipſos exoriretur, et grauiter ſe mutuo affligerent. At haec quidem a Pannonibus contra Germanos et Albertum imperatorem facta eſſe traduntur. quae profecto paucis annis intercedentibus contigere.

§. 179.

a. C. 1459. s)

III. Propter iſtam diſcordiam ferunt Romanum pontificem, ‘Pium II., t) Mantuae egiſſe, vocantem Iberorum et Gallorum reges, et duces magiſtratusque per Italiam, praeterea duces Germanorum et Pannonum. Egreſſus Roma Mantuam, quo concilium indixerat, id ibidem concelebrabat. Huc conueniebant occidentalium regum et principum legati, et conſultabant, quomodo Turcorum rex Mechmetes

o) ἀγορὰν παρέχεσθαι αὐτῷ τοὺς Παίονας προσαγορεύων.

p) ἐκείνων καταστρέψηται σφᾶς.

q) ὑποστρεφόντων δὲ τῶν πρεσβέων, ὑποισαντες (in al. ὑποισαντας) ἄνδρας κατὰ τὴν ὁδὸν, ᾗ ἔμελλον διέξιεναι, ἀνεῖλον αὐτοὺς ἅπαντας.

r) Addit haec interpres. CHALCOCOND. p. 227—229.

s) Ad hunc annum Synodum Mantuanam vulgo referunt.

t) Nomen hoc loco ſupplet interpres.

Imp. MV-HAMMEDE II.

a. C. 1459.

metes foret debellandus. 'Re de ſumtibus in hoc bellum faciendis conſtituta', concluſum eſt, vt Germani cum Pannonibus in gratiam redirent. Miſerunt ad concordiam iſtam ſtabiliendam Beſſarionem Cardinalem Trapezuntium, qui princeps eius legationis facile excellebat. Miſſi ſunt vtrin legati, quorum opera concordia inter ipſos componeretur, et diſcordia pelleretur. —

Beſſarion eum ad Pannones et Germanos veniſſet, mandata, quae acceperat, iis enarrauit. Cum inſtitueret, diſcordiam, quae inter ſe laborabant, diſſoluere, et concordiam inducere, nihil efficere quiuit, quamuis in vnum eos contraxiſſet. Verum re infecta diſcedebat.

§. 180.

a. C. 1459 — 1462.

MACHMVTEM, Michaelis filium, quem Ianuarum principem 112 et Europae ducem deſignarat [Mechmetes], ad Iſtrum praemiſit, vt ſi quid rerum nouarum molirentur Pannones, eos criminando a coeptis deterreret. Sin in hunc modum parum proficeret, accedentes non fineret euaſtare regionem eius. Is, aſſumto Europae exercitu, qui complectebatur circiter octo myriades militum, profectus eſt contra Trybalos, qui habitant iuxta regionem Iſtro affuſam. Cum autem deprehenderet, Pannones nihil innouare, ſed quietem amplecti, Illyricum ſubigere aggreſſus eſt.

§. 181.

REX [Mechmetes] profectus eſt in Scopiorum vrbem, et ibi 113 moratus eſt, vt audiret, ſi quid nouarum rerum inſtituerent Pannones. Nam Pannones vbi accepere, Machumetem paratum eſſe, vt regis regionem defenderet, ne quid mali ab ipſis acciperet v), in vnum collecti, transmiſſo Iſtro, contendere ad eum locum, vbi

 Machu-

112. CHALCOCONDYLAS p. 235, 236.

113. Id. p. 245.

v) μετα την Μαχυμετου διατριβην

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1459 — 1462.

Machumetes cum regio praeſidio manebat. ‘Commiſſo autem proelio, in fugam verſi ſunt, paucis eo proelio amiſſis. Quidam capti ad regem abducti ſunt [x].

§. 182.

‘VIDVA Eleazari, Seruiae deſpotae, Machumetis fratrem, Mi-
114. chaelem, quem Trybali ducem creantes, vrbis Spenderouae iuſſerunt negotia curare [y]’, aduenientem, in arcem, quaſi hoſpitem, inuitauit, continuoque ei vincula iniicit, vinctumque ad Pannones mittit. Quem Pannones accipientes in carcerem coniecere. Trybali igitur (qui et Seruii [z]) iterum recidebant ad regem ‘Pannonum [a]: et arceſſiti vna cum principis defuncti vxore deditionem vrbis ferere.

§. 183.

[MECHMETES e Peloponneſo domum rediens,]‘ cum adue-
115. niſſet Pherras, diem ibi moratus eſt. Nam fama erat, Pannones cum exercitu accedere ad Iſtrum. Vbi autem cognitum eſt, famam hanc eſſe falſam, non multo poſt Adrianopolin peruenit.

§. 184.

a. C. 1462.

‘BLADVS Dacorum principatu potitus [b]’, Pannones non pau-
116. cos, quorum intereſſe putabat, vt res Daciae quoquo modo bene haberent, nulli parcens, tributo maximo onerabat. ‘Cum deinde a rege Turcorum deficere cogitaret’, timebat, — ſi ipſe confirmato nunc Daciae principatu quid contra regem molitus fuiſſet, vt negotia ſibi faceſſerent Daci, adducentes Pannones ſocios et auxiliares. —

§. 185

x) και συμβαλοντες [δι Παιονες] ετρεψαντο, και εφθειραν ου πολλους, εαλωσαν δε τινες αυτων, και απηχθησαν παρα βασιλεα.

114. Id. p. 244.

y) Locum integrum vid. *Tom. II. P. I.* in *Seruicis* §. 333.

z) a) Addit haec interpres.

115. CHALCOCOND. p. 257.

116. Id. p. 266.

b) Cf. *Tom. II. P. II. Valachica* §. 42. *ſeqq.*

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1462.

§. 185.

Ea autem hieme vt nunciatum eſt regi, Bladum nouarum rerum eſſe cupidum, et deliberare, qua ratione a ſe deficeret, et conuerſum ad Pannones, cum iis, foedere interpoſito, ſocietatem coiuiſſe: haec, inquam, accipiens, valde viro indignatus eſt c). —

§. 186.

'MECHMETES cum exercitu Dacorum regionem ingreſſus', 117. cum nunciaretur, neminem accedere, qui proelii poteſtatem faceret, praeterea nec a Pannonibus Blado auxilii quicquam eſſe, hoſtem contemnebat —.

Bladus, vbi accepit ex nunciis, hoſtes accedere infeſto agmine, nuncium miſit ad Pannones, 'qui eos contra Mechmetem auxilia rogaret, cum iis ipſis, Dacia a Turcis ſubacta, maxima ab iisdem immineant pericula'. Pannones, cum haec audirent ex nuncio, dictis obtemperarunt, et promti erant omnes, vt Dacis ſuppetias ferrent, et hoſti quam fortiſſime reſiſterent. Delectu igitur habito, conſcripſerunt exercitum. —

§. 187.

BLADVS, cognito, Dacos ad fratrem [Draculem, quem Turci adduxerant] confugiſſe, cum ſciret, omnia fruſtra tentari, quod tantam antea ſuorum feciſſet caedem; in Pannoniam abiit. — 118.

Pannones, quorum propinquos et conſanguineos in Dacia crudeliter peremerat, capitis eum coram ſuo rege 'MATHIA d)', Choniatis filio, anquiſiuerunt. cum ſententiam contra ipſum protuliſſent grauiſſimam, vt qui praeter ius et fas homines occidiſſet, Belgradum ductus, ibi in carcerem impactus eſt. —

§. 188.

c) Conf. *Valachica* §. 44.
117. Id. p. 270. cf. *Valachica* §. 51, 52.
118. CHALCOCONDYLAS p. 275. 276. cf. *Valachica* §. 61.
d) Nomen interpres addit.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1462.

§. 188.

119. 'ILLYRIORVM regionis latitudo', qua excurrit ad Pannones et Trybalos, complectitur duo millia ſtadiorum.

§. 189.

'ISAACVS et Paulus, principes', bellum geſſerunt cum rege; nunc quidem Trybalis, nunc vero Pannonibus adhaereſcentes. —

Eadem e) tempeſtate, [qua regio iſta Illyriorum a Turcis vaſtabatur] Iſaacus et Paulus ſocietatem facientes, auxilium pollicebantur Illyriorum regi. Nam conſtituerant et ipſi bellum indicere regi [Turcorum], ſi Pannones aliquid noui contra Turcos molirentur.

§. 190.

a. C. 1463.

120. VENETI et Pannones, cognito, regionem Illyriorum in ditionem veniſſe regis, regemque Illyriorum captum ab Turco occubuiſſe, propterea reliquos regionis principes miſerandam in vinculis agere vitam, haec neutiquam diutius ferenda eſſe, cenſuerunt: ac formidine magna tentabantur, cum animis reputarent, breui fore, vt idem exitium parum feliciter experirentur.

Veneti grauiter ferebant, praefectos regios contra ipſos inſurgere, et ſubditis eorum moleſtos et intolerandos eſſe. Interim tamen foederum ſanctitatem bona fide coluerunt, ſuſpenſi exſpectatione euentus rerum. 'Cum vero Turci neque ab regione Venetorum in Peloponneſo armis infeſtanda abſtinerent'; accenſi Veneti, haud amplius cunctandum et ferendum rati, ad conſultandum, quid agerent potiſſimum, conueniebant. — [Tunc] Victor de familia Capellarum, vir diuitiis et dignitate praecellens, quique vrbem

119. Id. p. 285. Conf. *Seruica ſ.* 335, 336.

e) Haec iis, quae in *Seruicis* ſ. 336. haber ſubiunguntur a Chalcocondyla.

120. CHALCOCOND. p. 290, 291.

bem regere optimus cenſebatur, adductis in ſuam ſententiam propinquis et cognatis, conſcendens tribunal, 'inter alia', „ Si, inquit, 121.
adiuncti Pannonibus arma arripuerimus, noſtris nobis frui licebit —. Conſulo igitur, vt legatos cum magna pecuniae vi ire iubeamus ad Pannones —. Cenſeo inſuper, equites et armatos Italicos bis mille mittendos in Peloponneſum. — Nam ab Peloponneſo commodius in eius [Mechmetis] regionem dabitur acceſſus. Si igitur ſocietatem coiuerimus cum Pannonibus, Pannones ab Iſtro, nos ab Peloponneſo barbari regionem populabimur. — „

§. 191.

Secundum haec decretum factum eſt, vt legati abirent ad Pontificem maximum, et alii porro ad Pannones ablegarentur cum magna pecuniae vi. — Legati, qui ad Pannonum animos conciliandos, vt promti ſequerentur in Turcicam expeditionem, miſſi erant, prodeuntes in conſpectum regis Mathiae g), in frequenti ſenatu huiusmodi orationem exorſi ſunt: „ Viri Pannones, vtique cernitis, Turcorum regis potentiam, quo euaſerit. Eos, qui in orbe Chriſtiano eiusdem nobiscum et fidei et gentis ſunt, ſuum imperium ſuſcipere coëgit. Ex regionibus noſtris praedas agens, Aſiam et Europam mancipiis noſtris repleuit. Iſtrum praeterea frequenter transgrediens, regionem populatur, agrosque vrit Itaque, ſi nos audieritis, barbarus non amplius traiiciet Iſtrum, vt veſtram regionem impugnet. Nam manifeſtum eſſe reor omnibus, ſi modo vires intellectus ſeu mentis intenderint, fore, ſi vos Iſtrum transmiſeritis, et in eius regionem hoſtili animo fueritis ingreſſi, vt maximum tumultum in eius regione concitetis, resque eius planiſſime conturbetis. Turcus, vt liquido conſtat, Graecos debellauit, et eorum regionem ſuo dominio adiecit h). Trybalorum regionem

121. CHALCOCONDYLAS p. 293 — 296.

f) Pontifex quidem tunc ob bellum, quod cum Arimini duce [Sigiſmundo Malateſta] gerebat, in belli Turcici ſocietatem venire noluit.

g) Nomen interpres addit.

h) και Ελληνων βασιλεα.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1463.

num et vniuerſam Peloponneſum ſui iuris fecit. Trapezuntium regem domuit, eiusque regione potitus eſt. Daciae ducem dedit. Illyricorum regionem miſere euaſtauit: eorumque regem, virum aequum et modeſtum, cepit, et occidit. Eum igitur, qui breui admodum tempore tot principatus et potentatus demolitus eſt, quid porro facturum creditis? Haud quieti et ignauiae ſe corrumpendum tradet, verum finitimos armis appetet, eorumque regiones ſuae adiunget. Nec moras nectendo ſedebit: verum illico in finitimos arma vibrabit. Nunc igitur nec vobis bellum parcet. Nam conabitur, vniuerſis ſuis copiis fretus, in regionem veſtram impetum facere, et ex ea hominum aliarumque rerum praedas agere, principes veſtros turpiſſimae neci tradere haud cunctabitur. Nam animus eius ſemper eſt implacabilis erga noſtros et erga omnes eos, qui Chriſtianae religioni acquieſcunt. Praeterea parum pacatum animum gerit erga eum, qui ſe beneuolum et benignum offert. Haud enim vos praeterit, quid fecerit 'Vladiſlao, principi veſtro [i]. Verum enimuero veniam hic meretur Turcus; ſiquidem Vladiſlaus in proelio captus interiit. Sed quid mali paſſus eſt, aut quam iniuriam accepit ab Dauide, Trapezuntis rege, et ab Illyriorum et Lesbi duce, nec non ab reliquis, quos omnes crudeliter necauit? Si igitur contractis copiis in eius regionem irrueritis, 'certe breui ſpiritus eius generoſos, quos contra Pannoniam concepit, contuderitis [k]. Sin autem patienter, quae ab rege inferuntur, ſuſtinueritis, transgredietur is vniuerſi exercitus robore ad vos. Vereor, 'quod ſi deinde ſemel aberraueritis, et parum feliciter contra eum pugnaueritis [l], 'vt [ne] vniuerſa Pannonia in eius ditionem cedat [m], et vos crudeliſſime perdat „.

Venetis, cum dicendi finem feciſſent, in hunc modum reſpondit Pannonum rex: „ Viri Veneti, ſane recte dicitis, et videmini in plurimis eſſe viri non admodum imprudentes, nec ſolum in

i) τον Λαδισλαον (Ita ſemper Chalcocondylas) βασιλεα προτερον ἀρχοντα.

k) ταχα ἀν τι ἐπικουφιζοιτε και την ἐπι ταυτα ἐσομενην ὁρμην αυτε ἐς την Παιονιαν.

l) σφαλεντες ἁπαξ.

m) παντα ὑπ' ἐκεινῳ γενηται.

in iis, quae ad quotitidianae vitae vſum ſpectant; verum et in iis, quae publicam aliquando de rebus neceſſariis conſultationem poſtulant. Parum autem recordamini, vt videre videor, quod ſaepius vos cohortati ſumus, vt vna nobiscum expeditionem ſumeretis contra Turcos: verum cohortationem noſtram admittere recuſaſtis, quamuis ad eandem rem etiam pontifex maximus vos cohortaretur. Foedus pepigiſtis cum barbaro, noſtrique nullum reſpectum egiſtis. Ad haec veſtra oratio erat, nos parum honeſte agere, iubentes, vos arma contra barbarum arripere, cum nullae tamen eius in vos exſtent iniuriae. Nos igitur ſaepius traiecimus Iſtrum, et maximas clades accepimus. Primo quidem Vladiſlaus, rex noſter, in expeditione Turcica occubuit, cum fuiſſet vir optimus. Deinde iterum multi et boni viri in Coſobo regionis Trybalorum, partim caeſi, partim capti ſunt ab Turcis. Haec quidem hactenus vobis exprobrare libuit. 'Caeterum parati et promti ſumus vna vobiscum ſuſcipere bellum n), continuo tranſeuntes Iſtrum, et, quantum posſumus, euaſtantes regionem barbari. Appetente vere 'bellum indicemus regi: quod, quantum Deus nobis opis dederit, ſumma fortitudine geremus o). Caeterum et vos ſimul irrumpere in Peloponneſum et moleſtos eſſe, quantum licuerit, regi oportet, vt in hunc modum ab vtraque regione negotia ei faceſſamus, et pari animo vtrique bellum aggrediamur „.

§. 192.

His dictis, accipiebat [rex Pannonum] viginti quinque millia aureorum. Quibus acceptis, accingebatur ad bellum, comparans exercitum, qui complectebatur viginti quinque millia virorum. Transgreſſusque Iſtrum, regis regionem populabatur.

Sabatines p) murum Belgrado obiecerat, 'quo tutior eſſet cum ex Pannonia praedas ageret q): in quo relinquens praeſidium vi-

 rorum

n) τιμωρεῖν δὲ ὑποδεχόμεθα.

o) στρατευσόμεθα ἐπὶ τὴν ἐκείνου, παραταξόμενοι, ὡς ἂν διδῷ ὁ θεός.

p) In marg. *Sciabatines.*

q) ὅτε τὴν Παιονίαν ἐληΐζετο.

Imp. MVHAMMEDES II.

a. C. 1463.

rorum de Ianuis abiit. Hunc igitur murum quam proxime ad vrbem accedens oppugnauit, et diruit [r]. Dehinc incurſionem faciens in regis regionem vſque ad Sauum, 'et mancipiorum praedas agens, pulſis Trybalis et Turcis [s], domum reuerſus eſt, vehens circiter viginti millia mancipiorum. In hoc ſtatu Pannonum res erant.

122. Veneti, cum Pannones in belli ſocietatem veniſſent, impleuerunt triremes triginta quinque, et naues alias duodecim: quibus confiſi, contenderunt in Peloponneſum. —

Rex [Mechmetes] vbi cognouit, Venetos muro circumueniſſe Iſthmum et impleſſe triremes quadraginta et naues altas duodecim, praeterea armatos Italos adduxiſſe, et ab Creta alium exercitum, quibus omnibus freti id vnicum ſpectarent, vt Peloponneſum ſubigerent: haud amplius cunctandum ratus, Machumetem iuſſit accipere Europae exercitum, praeter eum, qui Pannonibus oppoſitus erat, recta proficiſci in Peloponneſum. — 'Veneti cum, relicto Iſthmo, abiiſſent, Turci eo delati, vrbes recipere conabantur'. Quidam — qui grauiter obſidebantur in Taenaro, miſerunt nuncios, vt, quid pararent Pannones, audirent. Nam Veneti conſolari haud ceſſabant Peloponneſiacos et alios, dicentes, vbi primum Pannones ab Iſtro fuerint progreſſi, nos cum claſſe in Helleſpontum reuertemur.

r) τουτο μεν δη το ἐπιταχισμα [in marg. ἐγγυς aut ſimile quid deeſt] ὁν μαλιστα τῃ πολει, ἐπελασας, ἐπολιορκησε.

s) και ἀνδραποδισαμενος την χωραν, Τριβαλλους τε ἁμα και Τουρκους.

122. CHALCOCOND. p. 296 — 301.

PATZIN.

PATZINACICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE PATZINACIS.

Patzinacarum Nomen.

GENTEM hanc et vbi primum Romanis innotuit, et poſteris etiam temporibus *Patzinacas* (Πατζινακας vel Πατζινακȣς) ſatis conſtanter vocabant ſcriptores Byzantini; ab vnico onſtantino Porphyrogenneta *Patzinacitas* (Πατζινακιται), a Niceta Choniate in varietate lectionis *Petzinaci* (Πετζινακοι) appellantur. Tres eorum tribus ob nobilitatem ac fortitudinem *Cangar* [a] (Καγγαρ, vel, vt alio loco ſcribitur, Καγκαρ), quippe quae vox id ipſum Patzinacis ſignificarit, vocatas eſſe, Conſtantinus Porph. refert.

Caeterum vt omnibus fere gentibus barbaris, quae Graecis a Septemtrionibus oppoſitae fuerunt, ita his etiam Patzinacis *Scytharum* nomen ab a. C. 970. inde paſſim tribuunt Scriptores Byzantini. et Anna Comnena quidem, vbi de Scythis loquitur, fere ſemper Patzinacas in mente habuit; ſed apud alios quosdam vagum iſtud nomen facit, vt locis nonnullis, Patzinacae, an alia quaedam gens, Comani forte, intelligi d beant, plane incertum ſit. Anna Comnena vbi Patzinacarum primum meminit *Sauromatas* vocat, ac vetus eorum nomen *Myſos* fuiſſe, ait. Eadem tamen alio loco Sauromatas a Patzinacis aperte diſtinguit [b].

Patzinacarum Genus et Tribus.

DE genere Patzinacarum Scriptorum Byzantinorum plerique nihil nos docent aliud, niſi quod Scythas eos, vel, quod Cedrenus

a) Vid, §. 3. not. p et §20.

b) Vid. §. 54. in variet. narrationis, coll. §. 69. ibique not. h.

nus addit, *Scythas regios* c) fuiſſe dicant. Anna Comnena vero vnico verbulo, quod longae demonſtrationis inſtar eſſe poteſt, genus eorum declarat: cum Patzinacas et Comanos eodem ſermone locutos eſſe (ὁμογλωττους) d) ait: vnde de cognatione vtriusque gentis coniecturam facere licet probabilem. quae forte, in tanta praeſertim temporum illorum obſcuritate, poſſet ſufficere, ſi de genere Comanorum conſtaret: quod ſecus eſt. ſed hoc quicquid demum fuerit, aliquanto ſaltim a veritate propius abſumus.

Vniuerſam Patzinacarum gentem in octo tribus, easque rurſus in quadraginta partes minores ſub totidem ducibus diuiſas fuiſſe, Conſtantinus Porphyrogenneta docet. Cedrenus tredecim tribuum meminit, quarum vnaquaeque a generis auctore peculiarem ſortita ſit appellationem. duarum etiam nobis conſeruauit nomina, cum aliam *Belemarnis* (Βελεμαρνις), aliam *Pagumanis* (Παγουμανις) vocatam eſſe, memorat.

Patzinacarum Migrationes et Sedes.

PATZINACAS olim ad *Atil* et *Geich* (Ατηλ, Γεηχ, *Volgam* puta, et *Iaicum*) fluuios ſedes habuiſſe, apud Conſtantinum Porph. relatum legimus. quibus circa a. C. 894. vel 899. eiecti, terram *Lebediam*, a principis Vngrorum nomine ita vocatam, et breui poſt regionem *Atelcuſu*, quae fluminibus, vt idem prodit Conſtantinus, *Baruch*, *Cubu*, *Trullo*, *Bruto* et *Sereto* rigabatur, occuparunt: eademque fuit, quam imperatoris illius aetate adhuc tenebant. Vniuerſa vero Patzinacia tunc in octo themata ſeu prouincias diſtincta fuit: quarum haec fuere nomina:

1. *Irtim* (Ἡρτημ)	vel vt alio loco a Conſtantino vocantur.	*Iabdiertim* (Ιαβδιερτιμ).
2. *Tzur* (Τζουρ)		*Cuartzitzur* (Κουαρτζιτζουρ).
3. *Gyla* (Γυλα)		*Gyla* vel *Chabuxingyla* (Χαβουξινγυλα).
4. *Culpei* (Κουλπεη)		*Syrucalpei* (Συρουκαλπεη).
5. *Charoboi* (Χαροβοη)		*Charaboi*.
6. *Talmat* (Ταλματ)		*Borotalmat* (Βοροταλματ).
7. *Chopon* (Χοπον)		*Giazichopon* (Γιαζιχοπον).
8. *Tzopon* (Τζοπον)		*Bulatzoſpon* (Βουλατζοσπον).

Diuer-

c) Vid. §. 33.

d) Vid. §. 123.

Diuerſitas horum nominum inde (vid. § 53.) orta eſſe videtur, quod poſteriori loco nomini prouinciae principis nomen adderetur.

Vrbes deſertas ad occidentalem Danapris ripam Conſtantinus memorat *Aſpron* (Ἄσπρον) e), Tun*gatas* (Τουγγαται), Salma*catas* (Σαλμακαται), Saca*catas* (Σακακαται), Giaiu*catas* (Γιαιουκαται), easque his nominibus a Patzinacis vocatas eſſe ait.

Gentes Patzinacis finitimae fuerunt a Septemtrionibus Ruſſi et Slaui Ruſſis tributarii, Vltini, Derblenini, Lenzenini; a meridie Vngri, Bulgari, Cherſonitae et Chazari, ab oriente Vzi et Alani; ab occidente rurſus Vngri et Chrobati Albi. Saeculo poſt C. N. vndecimo Patzinacia a Danapri fluuio vſque ad Pannoniam in longitudinem, ab Iſtro vero ad Tenihormum montem, Tauroſcythiae [ſeu Ruſſiae] finitimum, in latitudinem porrecta fuit. Tunc pars gentis etiam auſtrales Iſtri ripas, et quae inde ad Haemum montem pertinebant regiones, tenuit.

Patzinacarum Hiſtoria.

PATZINACAE tantum olim numero ac potentia reliquas gentes Scythicas praeſtiterunt, vt harum nulla eis reſiſtere ſola potuerit. Nihilo tamen minus circa a. C. 899. vel 894. coniunctis Vzorum et Mazarorum f), quibus finitimi erant, viribus antiquis ad Atil et Geich fluuios ſedibus eiecti, et, paucis in natali ſolo, quod Vzi poſtea tenuerunt, remanentibus, occidentem verſus commigrare coacti ſunt. Quo itinere cum in Vngros, Turcos Conſtantinus vocat, incidiſſent, eos debellatos terra ſua, Lebedia dicta, expulerunt, ibique ipſi ſedes poſuerunt. Paucis annis poſt, a Bulgaris ſolicitati, Vngros denuo armis adorti, iisque debellatis, terra eorum potiti ſunt. quam in octo partes, pro tribuum numero, ſub totidem ducibus

e) Forte Patzinacicum nomen, quod Ἄσπρον (ſeu *Album*) Conſtantinus Graece dicit, excidit. reliquae enim hic memoratae vrbes iis nominibus, quibus ab ipſis Patzinacis inſigniebantur, vocari videntur.

f) Ita quidem textus Graecus habet; ſed ſunt qui ibi pro Μαζάρας legi iubeant Χαζάρας vid. §. 2.

cibus, diuiſam ad Conſtantini Porphyrogennetae aetatem vsque et vltra incoluerunt.

Hic magis in dies opibus aucti Patzinacae, finitimis gentibus, Vngris, Bulgaris, Ruſſis terrori fuerunt. vnde fiebat, vt gentes iſtae amicitiam eorum ſtudioſe colerent. Romanorum quoque multum intererat, vt cum Patzinacis pacem haberent; partim ne illi Cherſonem et regiones finitimas incurſionibus infeſtarent, partim vt iis aduerſus barbaros belli ſociis, eorumque opera in commercio, quod cum Ruſſis, Chazaris, Zicchis aliisque populis exercebant, vterentur.

Et haec fere ſunt, quae de Patzinacis ad a. C. 949. vſque ſcriptores Byzantini memoriae prodiderunt. Ioanne Tzimiſce vero imperante, quo demum tempore eorum rurſus dicti ſcriptores meminerunt, a. C. 970 a. Ruſſorum principe Sphendoſthlabo in belli aduerſus Romanos ſocietatem adſciti, magno numero in Thraciam irruperunt; ſed ſucceſſu parum felici. a Romanis enim ſoli deprehenſi ac dolo ſuperati, prope vniuerſi deleti ſunt. Haec, opinor, clades non minus, quam pax breui poſt Ruſſos inter et Romanos compoſita gentem a Ruſſis abalienauit. ita, vt, licet ipſi quoque foedus cum Romanis percuſſiſſent, Sphendoſthlabum, per fines ſuos in patriam redire conantem, ex inſidiis adorti, cum omnibus eius copiis occiderent.

Ab eo quidem tempore Patzinacae aliquamdiu quieuiſſe videntur. Sed ab a. C. 1026. vſque ad 1036. iteratis incurſionibus Moeſiam, Thraciam ac Macedoniam depopulati ſunt.

Non diu vero poſt, circa a. C. 1049. concuſſa eſt ciuilibus diſcordiis Patzinacia. Tunc enim princeps gentis *Tyrachus* contra *Kegenem* quendam, qui, licet humili loco natus, ob virtutem et res in bello aduerſus Vzos fortiſſime geſtas, apud gentem vniuerſam multum gratia valebat, odio atque inuidia incenſus, eum, cum inſidiae, quas ei ſtruxerat, minus ſucceſſiſſent, vi aperta tollere conatus eſt. Quibus in tempore cognitis, Kegenes ad paludes Boryſthenis fugit, ibique de tredecim, in quas tunc omne Patzinacarum nomen diuiſum fuit, tribubus duas ſibi conciliauit. Cum his Tyracho ſe obuium ferre auſus eſt: ſed proelio commiſſo, multitu-

titudine hoſtium ſuperatus, fugam arripuit. et ad Iſtrum accedens cum viginti millibus ſuorum in quadam huius fluminis inſula latuit, et per Doroſtolo praefectum imperatori Conſtantino Monomacho, quis eſſet, ſeque ad ipſum tranſire in animo habere ſignificauit.

Quibus imperator cognitis, ſtatim eum cum omnibus ſuis recipi, atque honorifice Conſtantinopolin deduci iuſſit. mox patricii dignitate ornatum tribus ad Iſtrum ſitis caſtellis agroque multo donauit. Quo facto, Kegenes cum omnibus, quos ſecum habebat, Patzinacis ſacro fonte luſtratus eſt; tandemque ſocius atque amicus Romanorum appellatus, ad Iſtrum rediit. eoque, vt illatam a Tyracho vleiſceretur iniuriam, cum copiis ſaepius tranſmiſſo, terram hoſtilem depopulatus eſt.

His motus Tyrachus, Conſtantino Monomacho, quod rebellem recipiendo foedus, quod Patzinacis cum Romanis interceſſerit, temere violaſſet, per legatos exprobrauit, ſimulque, vt Kegenem ab iniuriis popularibus inferenda abſtinere iuberet, minis additis, poſtulauit. Hic, cum legati re infecta rediiſſent, proxima ſtatim hieme cum octingentorum millium exercitu per Iſtrum glacie concretum in fines Romanorum irrupit, obuia igni ferroque vaſtauit. Interea Patzinacae in magnam vini ac potus e melle confecti copiam incidentes, iis ita ſe obruerunt, vt, morbo coeliaco in caſtra inuadente, innumeri ex ipſis quotidie morerentur. Quo tempore cum Romani, Kegenis conſilio, eos inopinato adorti eſſent: Tyrachus ac Patzinacae, celeri hoſtium impetu quam maxime conturbati, rebusque ſuis deſperantes, ſtatim abiectis armis omnes deditionem fecerunt. Captiuos, quorum tamen magnum numerum Kegenes, inſciis atque inuitis Romanis, occidit, imperator per deſertas Bulgariae planities, armis prius ſpoliatos, in colonias deducendos curauit: Tyrachum vero et gentis proceres Conſtantinopoli ſacro baptiſmo initiatos benigniſſime habuit, ac dignitatibus ornauit.

Eo ipſo tempore cum Romanis a Turcorum Sultano Tangrolipice (Togrul — bego) bellum immineret: Conſtantinus Monomachus e Patzinacis iſtis quindecim millium exercitum conſcripſit, et ſub gentis eiusdem ducibus in Aſiam miſit. qui non longe ad-

modum progreſſi, a nonnullis ſollicitati, rebellarunt, et ad mare reuerſi, eoque Catalimo quodam duce, in equis ſuperato, magnis itineribus Sardicam ad populares ſuos contenderunt. Mox omnes in vnum collecti, locis illis relictis ac Haemo ſuperato, ad flumen Oſinum in campis Iſtro propinquis caſtra communierunt. vnde poſtea factis incurſionibus terram Romanorum infeſtarunt.

De his certior factus imperator Kegenem, qui cum ſuis in fide permanſerat, quid facto opus eſſet, cum ipſo deliberaturus, Conſtantinopolin aduocauit. Is ad vrbem, toto ipſum comitante exercitu, progreſſus, noctu a Patzinacis nonnullis in cubiculo oppreſſus eſt. Exorto vero tumultu ſatellites Baltzaro, Kegenis filio, duce auxilio occurrentes, Kegene morti ſubtracto, percuſſores comprehenderunt. Hi a Baltzaro et Gulino fratribus ad imperatorem adducti, Kegenem proditionis agitatae accuſarunt, ſimulque, eam ſe caede illius praeuertere in animo habuiſſe, contenderunt. Quibus temere fidem habens imperator, percuſſoribus libertatem reddidit, Kegenem vero et filios, a ſe inuicem diſtractos, in palatio incluſit. Reliquos interim Patzinacas variis beneficiis demereri nitebatur, vt eos, nihil ſiniſtri ſuſpicantes, armis equisque ſpoliatos, eo facilius, id quod vnice ipſi in votis erat, opprimeret. Non latuit Patzinacas dolus. Simulata igitur et ipſi erga imperatorem fide, omnia, quae facta erant, ſibi probari, prae ſe ferebant. Nocte vero ingruente ſimul omnes, nemine ſuſpicante, caſtris diſceſſerunt, dieque tertio, ſumma celeritate vſi, Haemum attigerunt quem transgreſſi popularibus ſe ſuis adiunxerunt.

Ita viribus aucti Patzinacae bellum de integro repararunt; Haemoque egreſſi terram hoſtilem vaſtarunt. acie ſaepius cum Romanis conflixerunt, ita vt ſemper fere diſcederent victores. Quod cum per plures annos factum eſſet, tandem cum Conſtantino Monomacho triginta annorum pacti inducias Patzinacae quieuerunt.

Tribus circiter elapſis annis a. C. 1057. rurſus ſe commouerunt Patzinacae, quos tunc Iſaacius Comnenus, expeditione in eos ſuſcepta, facile pacauit. Temporibus deinde Conſtantini Ducae et Nicephori Botaniatae ab a. C. 1065. vſque ad a. 1078. ſaepius, nunc proprio conſilio, nunc a Romanis quibusdam, res nouas molientibus,

tibus, ſollicitati, Bulgariam, Thraciam et Macedoniam, non impune tamen, depraedati ſunt.

Quae de Patzinacis poſt cladem, qua eos Conſtantinus Monomachus circa a. C. 1050. affecit, narrauimus, ad eos tantum pertinent, qui ab imperatore in Bulgaria collocati primum Romanis ſeruiebant, deinde vero defectione facta ſe in libertatem vindicarunt.

Alexio I. Comneno imperante, ſub ipſum imperii eius exordium ii etiam, qui ad id vſque tempus in ſeptemtrionalibus Iſtri partibus habitarant, Sauromatis finitimi, continuis huius gentis excurſionibus vexati, ſolo natali relicto, ad Iſtrum deſcenderunt, ac foedere cum iis, qui in meridionali huius fluminis ripa ſedes habebant, percuſſo, fluuium traiecerunt. Balbus quidam, Manichaeus, tunc temporis, defectione ab imperatore facta, caſtellum munitiſſimum, ad Haemi fauces ſitum, tenebat, Patzinacis, qui iam olim Haemum inter et Iſtrum conſederant, foedere atque affinitate iunctus. Qui cum occaſionem nullam Romanis nocendi praetermitteret: cum aduenis iſtis ſocietatem iniit, eosque per dictas fauces in fines Romanorum immiſit. Hinc ingens bellorum moles in Alexium imperatorem ac Romanos incubuit, barbaris illis quindecim circiter annos per Thraciam et finitimas regiones caede ac rapinis graſſantibus: ita tamen, vt non ſemel ipſi quoque inſignes a Romanis clades acciperent. Interdum quidem pace cum illis facta Romani paullum reſpirare videbantur; ſed quies iſta nunquam diuturna fuit, cum gens foedifraga et quietis impatiens ex mera libidine arma reſumeret, neque Alexius, aliis eodem tempore non minus grauibus Latinorum ac Turcorum bellis impeditus, pares ipſis copias poſſet opponere. Poſt multos itaque conatus irritos nulla plane gentem iſtam debellandi ſpes fuiſſet, niſi inopinatum apparuiſſet auxilium in Comanis. Hos enim primum a Patzinacis aduerſus Romanos adductos, deinde iisdem, ob ortas inter vtramque gentem barbaram de praeda contentiones, hoſtes factos, Alexius ſibi belli ſocios adiunxit, eorumque tandem auxilio Patzinacas, ingenti proelio victos, ita fregit, vt qui ex ipſis reliqui erant, non tantum ab incurſionibus in Romanorum fines abſtinere cogerentur, ſed multi etiam eorum ex illo tempore ſub Romanorum ſignis, quamdiu quidem imperauit Alexius I. Comnenus, militarent.

Ioanne Comneno, Alexii filio, imperium moderante, circa a. C. 1122. ingens rurſus Patzinacarum multitudo ex regionibus transiſtrianis in fines Romanorum effuſa, obuia quaeque locuſtarum inſtar vaſtabat. Contra eos egreſſus imperator, cum ducum quosdam ſibi magnis muneribus conciliaſſet, barbaros ſpe pacis ſecuros ex inſpinato adortus, proelio vicit. quo illi omnes vel caeſi interierunt, vel, partim capti, partim ſponte deditionem facientes, in Romanorum venerunt poteſtatem; a quibus alii quidem venditi, alii vero in cohortes foederatorum relati ſunt.

Sub Emanuele Comneno magnum Patzinacarum agmen in terram Romanorum irruptione facta, incolumes cum omni praeda per Iſtrum in patriam reuerterunt. quorum ſecutus veſtigia imperator ipſe quoque fluuium traiecit, eosque tandem non procul a Tauroſcythiae finibus aſſecutus eſt, commiſſoque ibi proelio inſigni clade affecit. Regione itaque late vaſtata victor ad patrios lares remeauit. Nihilo tamen minus eodem adhuc imperatore Patzinacae ſaepius Romanorum fines incurſarunt, aliquoties illos etiam Vngris contra Romanos militaſſe legimus.

Reliqua, ſi qua forte occurrit, gentis memoria ſub incerto Scytharum nomine ſenſim euaneſcit.

Principes et viri inter Patzinacas illuſtres.

TRIBVVM principes circa a. C. 591. fuerunt octo:
Maitzon (Μαϊτζων),
Cuel (Κουηλ),
Curcutan (Κουρκουταν),
Ipaon (Ιπαων).
Caidum (Καιδουμ).
Coſtan (Κωσταν).
Giazi (Γιαζη).
Batan (Βαταν).

In nominibus etiam thematum, ſeu prouinciarum compoſitis *Cuartzi*tzur, *Syru*calpei, *Boro*talmat, *Bula*tzoſpon, *Iabdi*ertim, *Chabuxin*gyla (vid. §. 4. 17. 20. coll. §. 33.) phylarchorum nomina latere videntur.

Tyrach

Tyrach, *Cilteri* filius (Τυραχ τε Κιλτερ υιος) gentis, vt videtur, vniuerſae princeps, circa a. C. 1049.

Cegenes (Κεγενης), dux exercitus, qui, defectione a Tyracho facta, ad Romanos tranſiit a. C. 1049. cuius filii

Baltzas et *Gulinus* (Βαλτζαρ, Γελινος idem forte, qui alio loco Γαλινος vocatur).

Sultzus, *Selte*, *Caraman*, *Catalim* (Συλτζυς, Σελτε, Καραμαν, Καταλειμ), Patzinacis aduerſus Turcos miſſis a Conſtantino Monomacho duces dati a. C. 1050.

Tatus, *Chali*, *Seſthlabus* *Satza* (Τατυς, Χαλη, Σεσθλαβος) hunc alienigenam, Bulgarum forte, fuiſſe, nomen prodere videtur. accedit, quod iſti in Bulgaria habitabant], Σατζας), principes Patzinacarum Moeſiam, in ſeu Bulgariam incolentium a. C. 1087.

Tzelgu (Τζελγυ), dux ſupremus Patzinacicae militiae.

Neantzes, *Cantzus*, *Catranes*, *Tatranes* (Νεαντζης, Καντζυς, Κατρανης, Τατρανης, alia lect. Τραγανης habet nobiles Patzinacae, qui ad Romanos tranſierunt

Giphardus (Γιφαρδος) militiae Romanae dux.

Lazarus (Λαζαρος) Patzinacarum phylarchus a. C. 1152.

Scriptores de Patzinacis.

De rebus Patzinacicis memoriae prodiderunt Leo Grammaticus, Conſtantinus Porphyrogenneta, Conſtantini Continuator, Incertus Continuator, Symeon Logotheta, Georgius Monachus, Cedrenus, Zonaras, Ioannes Scylitzes, Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Cinnamus, Nicetas Choniates et Glycas.

Prima gentis memoria a. C. 834. occurrit apud Conſtantinum Porphyrogennetam, eius Continuatorem, et Cedrenum. qui tunc temporis Patzinacas ad Tanain [minorem, Donetz vocatum, interpretes intelligunt] habitaſſe, eoque fluuio a Chazaris diuiſos fuiſſe referunt. Tamen Conſtantinus Porph. Patzinacas ex antiquis ad Atil et Geich fluuios ſedibus circa a. C. 894. demum eiectos eſſe, prodit. Fieri fortaſſe poteſt, vel vt Patzinacarum ſedes ab Atil inde et Geich fluuiis ad Tanain vſque iam tunc pertinuerint, vel vt pars gentis a popularibus iam ante a. C. 894. diuulſa, natali

ſolo

ſolo relicto verſus occidentem commigrarit, vel vt de excurſionibus ſubitaneis, non de ſede ſtabili, intelligi auctores iſti debeant, vel denique vt in Chronologia Conſtantini, vt alibi, ita etiam hic, mendum cubet. Sed de his lectores, harum rerum periti, ſtatuant, mihi dubium ſaltim indicaſſe iam quidem poteſt ſufficere.

Quae de antiquis Patzinacarum ſedibus, bellis aduerſus Vzos, Mazaros [ſunt, qui *Chazaros* legendum putent] et Vngros, eorum migrationibus, ſedibus, coniunctione cum finitimis populis ac potentia tempore Conſtantini Porphyrogennetae nota nobis ſunt, ea omnia huic imperatori ferimus accepta. Foederis tamen eos inter et Romanos contra Bulgaros a. C. 915 — 917. initi Leo Grammaticus, Cedrenus, Symeon Logotheta, Incertus Continuator et Georgius Monachus breuiſſime meminerunt.

De rebus a Patzinacis, Ruſſorum et Sphendoſthlabi ſociis, contra Romanos imperante Ioanne Tzimiſce a. C. 970. parum proſpere geſtis, et inſidiis Sphendoſthlabo ac Ruſſis in reditu ſtructis apud Cedrenum et Zonaram relatum legimus. Iidemque auctores, copioſius tamen multo Cedrenus, reliquas res geſtas ab a. C. 1016. vſque ad 1054. perſequuntur. Glycas bellum ſub Conſtantino Monomacho breuiſſime tantum attingit.

Sub Iſaacio Comneno et reliquis imperatoribus vſque ad Nicephorum Botaniatem quae de Patzinacis occurrunt, ea Scylitzes et Zonaras enarrarunt. pauca quaedam apud Glycam et Annam Comnenam, plura apud Nicephorum Bryennium, qui eos Scythas vbique vocat, leguntur.

Grauiſſima eorum aduerſus Romanos tempore Alexii I. Comneni bella Anna Comnena, eaque ſola, perſequitur.

Nouas eorum ſub Ioanne et Emanuele Comnenis e regionibus transiſtrianis irruptiones, et alia de hac gente (ad quam multa ſub incerto Scytharum nomine narrata pertinere videntur), tempore Andronici Comneni, Iſaacii et Alexii Angelorum, Cinnamus et Nicetas Choniates prodiderunt.

INDEX

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT. I. *Prima Patzinacarum memoria, tempore Theophili Auguſti; bella eorum cum Vzis, migratio in Turcorum ſeu Vngrorum terram; ab a. C. 834 -- 899.*

§. 1. Sarcel Chazaris ad Tanain prohibendis Patzinacarum incurſionibus conditur.

§. 2. Patzinacae ab Vzis ex antiquis ſedibus ad Geech et Atel fluuios pulſi, pauci ibi manent, Vzis ſubiecti.

§. 3. Patzinacae patria profugi, Turcis (Vngris) debellatis, terram eorum occupant.

CAPVT II. *Patzinacae Romanorum aduerſus Bulgaros ſocii, commoda Romanis e foedere cum Patzinacis ſperanda; ſitus Patzinaciae; a. C. 915 -- 949.*

§. 5. Io. Bogas Patzinacas Romanis aduerſus Bulgaros ſocios adiungit.

§. 6. Patzinacae ob orta inter Romanos duces diſſidia, domum redeunt.

§. 7. Conſtantinus Porph. filium, vt pacem cum Patzinacis ſolicite colat, monet. cur.

§. 8 — 11. Ruſſos, Vngros, Bulgaros bello infeſtare Patzinacae poſſunt; hinc eorum amicitia imperatori Romano multum prodeſſe poteſt.

§. 12—15. *Patzinacae Cherſonitis et Romanis e Ruſſia, Chazaria, Zichia et aliis regionibus merces aduehunt; modus cum ipſis paciſcendi, cum ratione commercii, tum ſocietatis armorum.*

§. 16—20. *Situs Patzinaciae tam vniuerſae, quam diuerſarum eius prouinciarum.*

§. 21. *Patzinacae Ruſſos CPlin nauigantes a Danapris cataractis vſque ad Selinam fluuium infeſtant.*

§. 22 *Inſcriptio litterarum imperatoris CPlitani ad principes Patzinacarum.*

CAPVT III. *Iteratae Patzinacarum in ſolum Romanum, primum Ruſſorum auſpiciis, deinde ſuis, irruptiones; ab a. C. 970—1036.*

§. 23. *Patzinacae cum Ruſſis, duce Sphendoſthlabo, in Thraciam irrumpunt, proelio ad occidionem fere caeduntur.*

§. 24. *Foedus cum Romanis iungunt.*

§. 25. *Patzinacae Sphendoſthlabum e ſolo Romano redeuntem cum ſuis ad internecionem caedunt.*

§. 26. *Irruptio Ioannis Bladiſthlabi et Bulgarorum, Patzinacis eos auxilio fruſtratis, omiſſa.*

§. 27. *Patzinacae Bulgariam infeſtant, a Conſtantino Diogene fuſi, quieſcere coguntur.*

§. 28 *Romanus Argyrus captiuos e Patzinacia redimit.*

§. 29. *Patzinacae Moeſiam infeſtant.*

§. 30. *Iterum Iſtrum transgreſſi terras Rom. Theſſalonicam vsque populantur.*

§. 31. *Per Iſtrum glacie obductum irrumpunt, Moeſiam, Thraciam vſque ad Macedoniam vaſtant.*

§. 32. *Sequente anno ter in ſolum Rom. irrumpunt, omnia caede ac ſanguine complent, quinque Romanos duces capiunt.*

CAPVT IV. *Res Patzinacarum ſub eorum principe Tyracho, interna inter eum et Kegenem diſſidia, fuga*

ſuga Kegenis ad Romanos, et inde orta inter Patzinacas et Romanos bella, vſque ad inducias tricennales inter vtrosque factas, ab a. C. 1050 — 1054.

§. 33. Patzinacarum genus, tribus, principes, ſedes, vitae genus.

§. 34. Tyrachus Kegeni, viro ob popularitatem ſuſpecto, inſidias ſtruit, qui fuga elapſus, duas tribus ad defectionem ſollicitat.

§. 35. Kegenes proelio victus ad imp. Conſtantinum Monom. fugit, a quo benigne ſuſceptus cum ſuis baptizatur, tres arces ad Iſtrum accipit.

§. 36. Iſtro ſaepius transmiſſo Patzinaciam depraedatur.

§. 37. Tyrachus Kegenem ſibi dedi, per legatos poſtulat, fruſtra.

§. 38. Tyrachus Iſtrum glacie obductum cum ingenti exercitu ſuperat; imperator Kegenem et alios duces contra eum mittit.

§. 39. Proelio commiſſo, Tyrachus cum omnibus ſuis deditionem facit; Kegenes captiuorum multos occidit, reliqui, armis ſpoliati, per Bulgariam diſperguntur; Tyrachus cum multis ſuorum baptizatur.

§. 40. Conſtantinus Monom. exercitum ex iis conſcriptum contra Turcos in Aſiam mittit.

§. 41. Qui defectione facta et mari rurſus transmiſſo, ſe popularibus ſuis ad Sardicam ſedes habentibus iungunt.

§. 42. Omnes in-vnum collecti in campis Iſtro propinquis caſtra ponunt.

§. 43. Inde Romanos incurſionibus vexant, Kegenes cum reliquis, qui in fide manſerant, Byzantium euocatur.

§. 44. Kegenes noctu a nonnullis Patzinacis oppreſſus vulneratur, filii percuſſores comprehendunt, eos Byzantium abducunt. imperator percuſſoribus, Kegenem defectionis agitatae reum agentibus, temere fidem habet, Patzinacae, caſtris relictis, ad populares tranſeunt.

§. 45. *Patzinacae Thraciam incurſant, duces Romanos vincunt.*

§. 46. *Imperator contra eos iuſtum exercitum mittit, oritur inter duces Rom. diſcordia.*

§. 47. *Proelio commiſſo, vincuntur Romani; Patzinacae Romanas prouincias libere depraedantur.*

§. 48, 49. *Alium contra eos mittit imperator exercitum; proelio temere inito, ſuperiores primum Patzinacae, tandem, duce quodam ſuo amiſſo, fugiunt.*

§. 50. *Imperator Kegenem Patzinacas Romanis conciliaturum mittit, qui iureiurando fiſus ad eos accedens occiditur.*

§. 51. *Duces Romani Patzinacas ſemel iterumque adorti vincunt, eorumque graſſationes reprimunt.*

§. 52. *Alius Rom. exercitus Patzinacas Magnae Periſthlabae obſidet, obſidionem ſoluens, a Patzinacis clade afficitur.*

§. 53. *Conſtantinus Monom. nouum conſcribit exercitum. Patzinacae, miſſis de pace legatis, inducias tricennales obtinent.*

CAPVT V. *Iteratae Patzinacarum in prouincias Romanas irruptiones, nunc ſponte irruentium, nunc a ſeditioſis Romanis euocatorum; ab a. C. 1057 – 1078.*

§. 54. *Patzinacae terram Rom. incurſant; alii eorum ſe ſponte ſubmittunt, alii vi armorum coacti.*

§. 55. *Vzi per Iſtrum in ſolum Rom. irrumpunt; a Bulgaris et Patzinacis occidione caeduntur.*

§. 56. *Diogenes, Sardicae dux, Patzinacas clade afficit.*

§. 57. *Veſtarches Neſtor, regionis Iſtrianae dux, defectione facta, cum Patzinacis CPlin petit.*

§. 58. *Patzinacae regionem Adrianopoli vicinam vaſtant, a Bryennio muneribus deliniti abeunt.*

§. 59. *Frater Nicephori Bryennii rem contra Scythas bene gerit.*

§. 60. *Nicephorus Br. fratrem cum exercitu Scythico CPlin oppugnaturum mittit.*

§. 61. *Obſidione ſoluta, commodum in Scythas alios incidens, eos fundit.*

§. 62. *Nicephorus Baſilacius contra Botaniatem inſurgens, Patzinacas ſibi ſocios adiungit.*

§. 63. *Patzinacae et Comani multas domos Adrianopoli vicinas exurunt.*

§. 64. *Lecas quidam Philippopoli ad Patzinacas fugit, Romanis formidabilis.*

§. 65. *Leo Diabatenus cum Patzinacis et Comanis foedus iungit.*

§. 66. *Scythae Bryennio, aduerſus Nicephorum Botan. rebellanti, militant, fiunt cladis Bryennianorum cauſa.*

§. 67. *Alexius Comnenus Scythas Bulgariam depraedatos fugat.*

CAPVT VI. *Prima Scytharum [Patzinacarum] in prouincias Romanas tempore Alexii I. Comn. irruptio, circa a. C. 1081–1096.*

§. 68. *Balbus Manichaeus oppidum Beliatobam cum ſeditioſis aliis occupat, Scythas Iſtri accolas ſibi ſocios adiungit.*

§. 69. *Gens quaedam Scythica ad Iſtrum deſcendens, foedere cum Iſtri accolis percuſſo, flumen tranſit, agros Rom. depraedantur, oppida etiam oppugnant.*

§. 70. *Balbus Scythas, foedere ſibi iunctos, in fines Rom. immittit; exercitus ab Alexio contra eos miſſus, temere inito proelio, deletur.*

§. 71. *Nouum colligit exercitum Alexius et Taticio duce in Scythas mittit; qui non procul Philippopoli Scythas e praedatione reuertentes vincit.*

§. 72. *Taticius Philippopoli ſpeculatores emittit, qui Scythas ad Beliatobam caſtra habere nunciant.*

§. 73. *Magno Scytharum accedente exercitu, Taticius ultra Ebrum fluuium aciem inſtruit.*

§. 74. Cum per duos dies ibi quieti conſtitiſſent exercitus, Scythae abeunt; Taticius, paucis ibi relictis, caeteros Byzantium reducit.

CAPVT VII. *Altera Patzinacarum tempore Alexii I. Comn. irruptio, res ab illis contra Romanos et Comanos varia fortuna geſtae, vſque ad pacem cum Alexio initam.*

§. 75. *Scythae [Patzinacae] Tzelgu duce cum magno ſociorum exercitu verſus Chariopolin irrumpunt, Romani duces ad Cule copias congregant.*

§. 76. *Proelio commiſſo, Scythae magna clade afficiuntur, Tzelgu ipſe occiditur.*

§. 77. *Scythae Macedonia et regionibus Philippopoli vicinis relictis, ad Iſtrum haerent, Alexius ipſe exercitum Lardeam ducit, eius partem ad Driſtram mittit.*

§. 78. *Sententiae ducum Rom. de bello adminiſtrando diuiſae, tandem Scythas adoriri placet.*

§. 79. *Scythae rebus ſuis deſperantes de pace legatos mittunt CL. qui fraudis ſuſpecti et verſus CPlin miſſi, cuſtodibus in itinere occiſis, ad ſuos redeunt.*

§. 80. *Alexius per portam ferream transgreſſus, verticem Simeonis occupat, Scythae pabulatores Romanos ſemel iterumque caedunt.*

§. 81. *Scythae in caſtra Alexii irruentes repelluntur; Alexius Diſtram fruſtra oppugnat.*

§. 82. *Ducum Rom. alii a proelio abſtinendum et ad Magnam Periſthlabam mouendum cenſent, alii vero pugna decertandum; haec valet ſententia.*

§. 83. *Romani et Scythae, ſuo quique more aciem inſtruunt.*

§. 84. *Pugna acerrima committitur, qua victores diſcedunt Scythae.*

§. 85. *Palaeologus diu a Scythis vndique irruentibus preſſus, tandem incolumis euadit.*

§. 86.

§. 86. Alexius captivos, Scythis aegre a caede eorum abſtinentibus, redimit.

§. 87. Tatus cum Comanicis auxiliis venit; quos in praedas ſocietatem admittere recuſantes Scythae, proelio ab ipſis vincuntur, et diu ad Ozolimnam obſidentur.

§. 88. Ozolimnae paludis deſcriptio.

§. 89 Comani annonae inopia laborantes abeunt.

§ 90. Alexius magno collecto exercitu Adrianopolin movet.

§. 91. Scythae ad Marcellam caſtra ponunt; imperator, metu appropinquantium Comanorum, cum Scythis pacem facit.

§. 92. Imperator Comanis, ut, ob pacem cum Scythis factam, domum abeant, perſuadet.

§. 93. Scythae metu liberati, fines Rom. infeſtant; Alexius acie inſtructa in eos contendit.

§. 94. Scythae CPlin petunt, legatis ab imp. miſſis, pacem admittunt; ante quam id fieret Neantzes Scytha ad imperatorem transfugit, et Migideni filius à Scythide muliere in plauſtrum attractus occiſus eſt.

CAPVT VIII. *Bellum a Patzinacis foedifragis reparatum et res uſque ad inſignem de illis ab Alexio reportatam ad Tzurulum victoriam geſtae.*

§. 95. Scythae [Patzin.] foedere violato urbes et vicos depraedantur, lectam Romanorum manum dolo vincunt.

§. 96. Omnia ad Aprum uſque vaſtant, ibi a Romanis levi proelio vincuntur.

§. 97. Alexius ipſe egreſſus, cum praedatorum manu congreſſus, vincitur.

§. 98. Decretorium parat Auguſtus proelium.

§. 99. Acie iam inſtructa Neantzes Scytha ad populares ſuos tranſit, iisque detegit imperatoris conſilia.

§. 100 Scythae Romanos proelio vincunt, imperator Rhuſium abit, ibique collecto exercitu, rurſus progreditur.

§. 101.

§. 101. Scythae et Romani totum diem in acie conſiſtunt, neutro exercitu proelium laceſſente.

§. 102. Tatranes, transfuga, Alexio, vt exercitum contra hoſtes educat, Scythis, vt pacem amplectantur, ſuadet.

§. 103. Alexius partem ſuorum noctu hoſtium caſtra circumire iubet, ipſe ſe ad proelium accingit.

§. 104. Suos tota nocte inſtruit, orto die hoſtes adortus vincit.

§. 105. Poſt dies tres Tzurulum mouet, quo et Scythae progreſſi vrbem obſident.

§. 106. Alexius eruptione facta, et rotis axibus iunctis e murorum pinnis in Scythas deuolutis, eos inſigni clade afficit.

§. 107. Poſtridie iterum cum Scythis proelio congreſſus, eos in fugam vertit.

§. 108. Imperator omnibus ad expeditionem inſtantis veris apparatis, CPlin redit.

CAPVT IX. *Reliqua Patzinacarum imperante Alexio I. Comn. geſta, vſque ad cladem a Romanis acceptam, qua gens fere vniuerſa deleta eſt.*

§. 109. Alexius accepto de Scytharum verſus Choerobacchorum vrbem aduentu, paruo raptim collecto exercitu, vrbem occupat, eam contra Scythas defenſurus.

§. 110. Scythae accedunt, et collem vrbi contiguum inſident, alii regionem omnem CPlin vſque depraedantur.

§. 111. Alexius eruptionem meditans, animos ſuorum explorat, cunctantes hortatur.

§. 112. Erumpentem ſequuntur omnes, magna editur Scytharum ſtrages; Romani indutis Scytharum veſtibus et armis, equisque conſcenſis, hoc dolo reliquos etiam e praedatione redeuntes vincunt.

§. 113. Imperator noua pompa CPlin victor reuertitur.

§. 114. Tamen Scythae per Rom. prouincais quotidie licentius graſſantur.

§. 115. Alexius cum exercitu CPlin egreſſus, ad Choerenum caſtra munit.

§. 116.

§. 116. *Imperatorem ob multitudinem Scytharum ſollicitum, magni Comanorum exercitus aduentus non parum perturbat.*

§. 117. *Alexius Comanos ſibi belli ſocios adiungit.*

§. 118. *Exercitum Romanum in noua caſtra ducit.*

§. 119. *Meliſſenus cum nuper conſcripto exercitu ſe imperatori iungit; Comani locum, prius a Romanis inſeſſum occupant.*

§. 120. *Alexius ad Philocalin vadum fluminis [Hebri] contendit, in itinere Scythas vincit, Neantzes rurſus ad imp. transiens in vincula coniicitur.*

§. 121. *Scythae Comanos ſibi conciliare fruſtra nituntur; hi imperatorem ad proelium importunius exſtimulant.*

§. 122. *Alexius pugnam in poſterum diem indicit, omnia ad eam parat.*

§. 123. *Romani et Comani cum Scythis acerrimo congreſſi proelio, eos occidione caedunt.*

§. 124. *Mirabilis huius belli euentus.*

§. 125. *Captiuorum multi, auctore quodam Syneſio, nocte trucidantur, Alexius Syneſium in vincula dari iubet.*

§. 126. *Epilogus narrationis.*

CAPVT X. *Scythae [Patzinacae] in exercitu Romano ſtipendia merentes; ab a. C. 1106 – 1118.*

§. 127. *Baimundus Scythas, ex Alexii exercitu captos, Romam ſecum ducit, vt inuidiam Alexio apud Pontificem et Italos conciliaret.*

§. 128. *Scytha a Dyrrhachii duce Baimundi aduentum nunciaturus ad Alexium mittitur.*

§. 129. *Alexio ab Aaronio et aliis per Scytham quendam inſidias ſtruuntur.*

§. 130. *Scythae ſub Alexii ſignis militantes contra Gallos parum proſpere pugnant.*

§. 131. *Gallus vaſti corporis a paruae ſtaturae Scytha correptus trahitur.*

§. 132. *Tempore Alexii a ſeptentrione Scythae, ab occaſu Galli, ab ortu Turci in Rom. imperium coorti ſunt.*

§. 133. *Pauliciani ex Aſia Philippopolin translati, Scytharum incurſiones prohibituri.*

§. 134. *Alexio contra Turcos profecto, Scythae duo ad Sultanum tranſeuntes, ei Romanorum conſilia aperiunt.*

§. 135. *Alexius Scytham et duces Rom. duos contra Turcos emittit.*

§. 136. *Scythae tres Sultanum, proelio victum, perſequuntur, ipſo elapſo, pocillatorem eius capiunt.*

§. 137. *Scytha transfuga Sultano, vt Alexium nocte aggrediatur, auctor eſt.*

CAPVT XI. *Iteratae Scytharum [Patzinacarum] in terras Romanas, nunc ſuis, nunc alienis auſpiciis tempore Ioannis et Emanuelis Comnenorum irruentium, incurſiones, et alia de Scythis ſparſa et parum certa; ab a. C. 1122 – 1197.*

§. 138. *Scythae Iſtro traiecto Thraciam populantur, Ioannes Comnenus exercitum contra eos educit, ſimul quosdam e ducibus Scyth. ſibi conciliat.*

§. 139. *Imperator hoſtes, quid facerent dubios, adortus, inſigni clade afficit.*

§. 140. *Feſtum in rei huius memoriam inſtitutum, feſtum Patzinacarum vocatur.*

§. 141. *Scythae Iſtro ſuperato obuia depraedati Demnitzicum oppidum expugnant.*

§. 142. *Scythis cum praeda reuerſis, imp. Emanuel Comn. cum paucis Iſtrum tranſit, et ad Temihormum vſque montem progreditur.*

§. 143. *Scythas, Romanis militantes, praemittit imperator, qui in hoſtes incidunt; accedente imperatore, proelium committitur, quo*

quo ſuperiores diſcedunt Romani; Romani terram hoſtilem populati redeunt.

§. 144. *Patzinacae Seruiis contra Romanos auxilio veniunt.*

§. 145. *Scythae Iſtrum transgreſſi obuia depopulantur, cum ingenti praeda reuertuntur. Scytharum arma, equus, ſcapha.*

§. 146. *Scythae Emanuelis Comn. in bello cum Perſis [Turcis] ſocii.*

§. 147. *Scythae, Emanuele in bello Turcico occupato, Iſtrum traiiciunt, eo accedente, abeunt.*

§. 148. *Scythae Romanorum aduerſus Vngros ſocii.*

§. 149. *Rex Vngrorum Scytharum exercitum contra Romanos adducit.*

§. 150. *Scythae in caſtris Emanuelis militant.*

§. 151. *Emanuel Scythas Iſtri accolas ſibi contra Turcos ſocios adiungit.*

§. 152. *Alexius Comn. Emanuelis Aug. ex fratre nepos ab Andronico in Scythas relegatur.*

§. 153. *Elpames Scytha, dux exercitus ſub Iſaacio Angelo.*

§. 154. *Tempore Alexii Angeli Comneni Scythae Sebaſti creati.*

PATZINACICORVM

CAPVT I.

Prima Patzinacarum memoria tempore Theophili Aug., bella eorum cum Vzis et migratio in terram Turcorum, ſeu Vngrorum; ab a. C. 834 – 899.

§. 1.

Imp. THE-OPHILO.

Imp. THEOPHILO.

a. C. 834. a)

1. Reversvs Theophilus [ab expeditione contra Saracenos ſuſcepta] legatos a Chagano, Chazariae regulo, accepit b), petente, vt caſtellum, cui nomen *Marcel* c), conderetur. Ea enim videbatur valida fore munitio ad *Patzinacarum* d) incurſiones prohibendas, quos verſus Tanain fluuium arceret. Horum poſtulatis acquieſcens Theophilus, Petronam quendam miſit, et, quod iſti petierant, confecit e).

Sub

a) Cf. *Chazarica* §. 14. not. a. 1. CEDRENVS T. II. p. 528. Conſtantinus Porph. de Adm. Imp. c. 42. p. 111, 112. Conſtantini Continuator (Scriptt. poſt Theoph.) p. 76.

b) πρεσβειας εδεξατο τε Χαγανε Χαζαριας.

c) Μαρκελ. Sed Σαρκελ legendum eſſe e duobus reliquis auctoribus patet.

d) των Πατζινακιτων.

e) Varietatem narrationis vide in *Chazaricis* §. 14.

Sub

Michaele III. et Baſilio Macedone nulla fit Patzinacarum mentio.

§. 2.

Imp. LEONE *Sapiente.*

Imp. LEONE *Sap.*

a. C. 8 94/99 f)

SCIENDVM g) eſt, Patzinacitas a principio ad *Atel* et *Geech* h) 2
flumina habitaſſe, iisque conterminos fuiſſe populos illos, qui Mazari i) atque Vzi cognominantur.

Ante annos vero quinquaginta k) ii, qui Vzi nuncupantur cum Chazaris conſpirantes et coniunctis armis Patzinacitas aggreſſi, ſuperiores facti, ſedibus eos ſuis expulerunt, illasque tenuere in hodiernum vſque diem Vzi l). —

Sciendum eſt, quo tempore expulſi ſua regione Patzinacitae 3
fuere, nonnullos eorum ſponte ſua illic manſiſſe, et Vzis cohabitaſſe; ſuntque inter eos etiam nunc, ea habentes indicia, vt facile diſcerni poſſint, cognoſcique, quales ſint, et quomodo auelli a ſuis contigerit: ſiquidem vtuntur veſtibus decurtatis et ad genua tantum pertingentibus, & manicis abſciſſis; ea videlicet re innuentes, a gentilibus ſe ſuis eſſe diremtos m). —

§. 3.

At Patzinacitae, qui fuga euaſerant, circumeuntes quaerebant, 4
vbinam ſedes ſuas collocarent: venientesque in terram, quam

nunc

2. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 37. p. 105.

f) Cfr. *Vngrica* §. 3. not. h.

g) Inſcribitur hoc caput: Περι τα ἐθνας των Πατζινακιτων.

h) Ατηλ. Γεηχ. *Volgam*, puta, et *Iaicum*.

i) Μαζαρας, alii ex ſequentibus Χαζαρας emendandum putant; ſed rectius forte inferius quoque Μαζαρ legitur, vt *Vngri*, qui ſe ipſi *Magyar* ſ. *Madſchar* vocant, quo nomine a populis etiam Aſiaticis vocantur, intelligantur.

k) Paulo inferius (§. 3.) anni quinquaginta quinque numerantur.

l) Quae his ſubiungit Conſtantinus, ea vide §. 3.

3. Id ibid. p. 106.

m) Reliqua infra §. 19. adfero.

4. Id. ibid. p. 105.

nunc incolunt, inuentis illic Turcis n) incolis, debellatos eiecerunt, ſedesque ipſi ſuas ibi poſuerunt, tenentque iam hodie annum quinquageſimum quintum o), vti dictum eſt p). —

§. 4.

5. Quo autem tempore ſuis eiecti ſedibus Patzinacitae fuerunt, principes erant, in themate quidem *Ertem*, *Maitzan*, in Tzur Cul

n) Hoc nomine Vngros intelligit Conſtantinus.

o) Supra §. 2. *quinquaginta*.

p) Quae hic ſequuntur, infra §. 17. adfero. De Turcis, ſeu Vngris a Patzinacitis pulſis aliis etiam locis mentionem facit Conſtantinus, et quidem de Adm. Imp. c. 38. p. 107. vbi cum de Turcorum et Chazarorum coniunctione dixiſſet (vide *Vngrica* §. 2.) pergit: *Patzinacitae vero, qui* Cancar *olim cognominabantur (nam hoc nomen* Cancar *apud ipſos* nobilitatem *ac* fortitudinem *ſignificat*), *armis contra Chazaros ſumtis victi, terram ſuam deſerere et Turcorum regionem incolere coacti fuere. Bello autem inter Turcos et Patzinacitas, tunc temporis Cancar cognominatos, exorto, Turcorum exercitus deuictus fuit, atque in partes duas diuiſus: et earum vna quidem orientem verſus partem Perſidis incoluit — altera vero pars occidentem verſus ſedes poſuit — in locis Atelcuſu nuncupatis, quae nunc Patzinacitarum gens incolit.* Cf. *Vngrica* §. 3. Id. ibid. p. 108. cum Vngros, Chazaris auctoribus, Arpadem ſibi principem praefeciſſe, narraſſet, (cfr. *Vngrica* §. 4, 5.) addit: *Poſt aliquot vero annos Turcos inuadentes Patzinacitae, eos cum principe Arpade perſecuti ſunt. Turci itaque — magnam Morauiam ingreſſi — ibi ſedes ſuas poſuerunt — Et ex eo tempore bellum cum Patzinacitis Turci non habuerunt.* — Id. ibid. c. 40. p. 109. *Connexi inter ſe Cabari cum Turcis Patzinacitarum terram incoluerunt.* et paulo inferius: *Poſtquam autem iterum cum Rom. imperatore pacem Symeon feciſſet, et opportunitatem nactus eſſet, ad Patzinacitas legatos miſit, et foedus cum iis iniit ad oppugnandos delendosque Turcos. Cumque ad bellicam expeditionem abiiſſent Turci, contra eos Patzinacitae cum Symeone profecti, familias ipſorum omnino perdiderunt, hinc miſere pulſis, qui ad regionis iſtius cuſtodiam relicti erant.* — cfr. *Vngrica* §. 9. Huc denique pertinere videntur, quae de Pannonibus a Scythis pulſis habet Chalcocondylas p. 38. vide *Vngrica* §. 116.

5. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 37. p. 105. Quae hic de octo Patzinacitarum prouinciis praemittit Conſtantinus, ea infra §. 17. adfero.

Cuel, in *Gyla Curcutan*, in *Culpee Ipaon*; in *Charoboï Caidum*, in *Talmat Coſtan*, in *Chopon Giaze*, in *Tzopon Batan* q). His autem mortuis in principatus ſucceſſerunt eorum patrueles; ſiquidem lex illis et antiqua conſuetudo eſt, dignitates ad filios, aut fratres non transmittere; ſed contenti principes eſſe debent, quoad viuunt, principatum tenere; poſt mortem vero vel patrueles, vel eorum filii promouentur, ne ſemper in eadem proſapiae parte dignitas conſiſtat, ſed vt ad collaterales r) quoque ea hereditate deferatur: alterius vero proſapiae s) qui ſit, nullus in principatum ſuccedit.

q) ἀιχον ἀρχοντας ἀς μεν το θεμα Ηρτημ τον Μαϊτζαν, ἀς δε το Τζυρ τον Κεελ, ἀς δε το Γυλα τον Κερκυταν, ἀς δε το Κυλπεη τον Ιπαον, ἀς δε το Χαροβοη τον Καϊδυμ, ἀς δε το θεμα Ταλματ τον Κυσταν, ἀς το Χοπον τον Γιαζη, ἀς δε το θεμα Τζοπον τον Βαταν.

r) ἀς τας ἐκπλαγιας.

s) ἀπο ξενης γενεας.

CAPVT II.

Patzinacae Romanorum aduerſus Bulgaros ſocii; commoda Romanis e foedere cum Patzinacis ſperanda; ſitus Patzinaciae. a. C. 915 – 949.

Imp. CONSTANTINO *Porph.* ſub tutela matris.

§. 5.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta* ſub tutela matris Zoës.

a. C. 915. a)

6. SYMEONE — Bulgarorum principe Thraciam iterum deuaſtante, Auguſta et imperii proceres de eius iactantia reprimenda et placanda erant ſolliciti. His cognitis, Ioannes Bagas expetiit patriarchae b) dignitatem, et, ſi poſtulata conſequeretur, Patzinacos adducturum ſe, pollicebatur: delatisque ſecum muneribus in Patzinacam regionem profectus eſt. Obſidibus inde abductis, cum illis in vrbem appulit, Patzinacis traiicere iam pollicitis et Symeonem debellare. —

§. 6.

a. C. 917. c)

7. EODEM tempore [quo Romani a Bulgaris ad Acheloum victi ſunt

6. LEO GRAMMATICVS p. 491. Cedren. T. II. p. 612. Zonar. T. II. p. 185. Incert. Contin. (Scriptt. p. Theoph. p. 229.) Sym. Logoth. ibid. p. 475. Georg. Monach. ibid. p. 567, 568. narrationis varietatem vide Tom. I. P. II. in *Bulgaricis ad* §. *93 — 97.*

a) Cfr. *Bulgarica* §. 93.

b) *Patricii* legendum eſſe e reliquis auctoribus patet.

7. LEO GR. p. 492. Cedr. T. II. p. 613, 614. Zonar. T. II. p. 185, 186. Incert. Cont. p. 241. Sym. Log. p. 476. Georg. Mon. p. 569.

c) Vide *Bulgarica* §. 96.

Imp. CONSTANTINO Porph. ſub tutela matris.

a. C. 917.

ſunt] Romanus, patricius et naualis drungarius cum omni claſſe ad Danubium fluuium, Leoni Phocae ſuppetias laturus d) miſſus eſt. Romano vero et Ioanne, Bardae filio e), in contentiones et verborum pugnas lapſis, Patzinaci ab inuicem diuiſos et inter ſe diſceptantes conſpicati, ad propria redierunt; bellumque eiusmodi finem conſecutum eſt.

Romano vero et Baga in Vrbem reuerſis, de eorum diſſidio quaeſtio mota eſt: et in illud periculi drungarium Romanum adduxerunt, vt aduerſam priuationis oculorum ſententiam in eum tulerint, quaſi eius incuria, magis autem animi prauitate, non traieciſſent Patzinaci: ac, licet fuga non fuiſſent vſi, ſenſim tamen ſubduxiſſent ſe, quod nauigiis eos non recepiſſet f).

Solo Imp. CONSTANTINO Porph.

§. 7.

a. C. 949. g

[CONSTANTINVS Porphyrogenneta filium Romanum artem imperii adminiſtrandi doc ns, ad ipſum] de Patzinacitis et quantum proſint imperatori Romano, ſi pacem cum ipſis habeat h) [dum verba facit] Arbitror [inquit], e re imperatoris Romanorum eſſe, vt cum Patzinacitis pacem ſemper agat, amice cum illis 8.

pa-

d) Addit Cedrenus: *et a Boga adductos ad opem Romanis ferendam Patzinacas traiicere.*

e) Ρωμανου δε και Ιωαννου του Βαρδα, forte legendum του Βογα, vt eſt apud Cedrenum.

f) ὡς ἀμελησ, μαλλον δε κακουργια μη διαπερασαι τους Πατζινακας, ἀλλ' ὑποχωρησαντας ταχιον, και μη δε Φευγοντας, ἐν τοις πλοιοις ὑποδεξαμενον. Cedr. ὡς — μ. διαπερασαντα τ. Π. παλιν δε μηδε τους ἀπο της τροπης δεχομενον ὑποστρεψαντας. Incert. Cont. ὡς — τ. Π. ἀλλ' ὑποχωρησαντα ταχιον, και μηδε τους Φευγοντας Ρωμαιων ἐν τοις πλοιοις ὑποδεξαμενον. Sym. L. — διαπερασαι τ. Π. μηδε τους Φ. Ρ. —. Georg. Mon. vt Incert Cont.

8. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 1. p. 55.

g) Annus, quo Conſtantinus librum de Adm. Imp. ſcripſit.

h) Eſt ipſa capitis huius inſcriptio.

Imp. CON-STANTINO *Porph.*

a. C. 949.

pacificatur, et foedera ineat, ſingulis annis apocriſiarium *i*) cum donis genti competentibus *k*) ad illos mittat; inde vero obſides recipiet et apocriſiarium, qui in vrbem hanc a Deo ſeruatam cum adminiſtro conuenient, ac condignis omnibus beneficiis honoribusque ab imperatore adficientur. Haec quippe Patzinacitarum gens parti Cherſonis finitima eſt, et, niſi amice nobiscum ſentiat, in Cherſonem impreſſionem et excurſiones facere valet, ipſamque Cherſonem et Regiones infeſtare ac depopulari.

§. 8.

9. RVSSIS Patzinacitae vicini ſunt et contermini: quare, niſi pacem inuicem colent, Ruſſiam ſaepe depraedantur, ingentique damno adficiunt. Ideo Ruſſi operam dant, vt pacem cum Patzinacitis habeant *l*). —

§. 9.

10. TVRCORVM gens memoratos Patzinacitas magnopere reformidat, quia frequenter in proeliis ab iis deuicti et ad internecionem fere caeſi ſunt. Ideoque Turcis Patzinacitae ſemper formidoloſi ſunt, ab iisque coërcentur.

§. 10.

11. SI pacem cum Patzinacitis habeat Romanorum imperator, imperium Romanum neque Ruſſi, neque Turci infeſtare poſſunt: neque item poſſunt a Romanis pro redimenda pace magnam pecuniarum vim exigere, imperatorem, huiusce gentis ſubſidiis ac potentia nixum, pertimeſcentes. Dum enim illi in bellum contra Romanos proficiſcuntur, Patzinacitae, ſiue amicitia cum imperatore deuincti, ſiue litteris eius ac muneribus pellecti, facile Turcorum Ruſ-

i) ἀποκρισιαριων, i. e. *legatum*. Vide Du Cangii Gloſſ.

k) μετα ξενιων ἁρμοζοντων, και προς το ἐθνος ἐπιτηδειων.

9. Id. ibid. c. 2. p. 55, 56.

l) Locum integrum vide *Tom. II. P. II.* in *Ruſſicis* §. 33, 34.

10. Id. ibid. c. 3. p. 56.

11. Id. ibid. c. 4. p. 56.

Rufforumque terram inuadere, ac vxores liberosque illorum in ſeruitutem agere regionemque deuaſtare poſſunt.

§. 11.

BVLGARIS quoque formidabilior Romanorum imperator vide- 12.
bitur, ipſosque ad pacem et quietem adigere valet, ſi ſit foedere cum Patzinacitis iunctus. Siquidem memorati Patzinacitae Bulgaris etiam finitimi ſunt, et arbitratu ſuo, ſiue proprii quaeſtus cauſa, ſiue ad ineundam cum Romano imperatore gratiam, Bulgariam nullo negotio inuadere poſſunt, ac multitudine roboreque ſuo ipſos deuincere et profligare. Quapropter Bulgari magnam pacis ac concordiae cum Patzinacitis ſeruandae curam ſollicitudinemque gerunt. Nam frequenter ab iis debellati atque vaſtati, experimento didicerunt, quantum ſibi conferat, pacate cum illis ſemper agere.

§. 12.

PATZINACITARVM gens altera Cherſonis parti contermina eſt, 13.
quae etiam cum Cherſonitis negotiationem exercet, et tam ipſis m), quam imperatori, miniſterium praebent in Ruſſia, Chazaria, Zichia atque in omnibus iſtic poſitis regionibus, pactam videlicet mercedem a Cherſonitis accipientes, de qua pro tali miniſterio mutuo conuenerant, pro ratione ſuſceptae operae et laboris. Eiusmodi porro merces exportant, Blattas n), Prandea o), Pannos ra-

12. Id. ibid. c. 5. p. 57.

13. Id. ibid. c. 6. p. 57.

m) Conſtantinus de Adm. Imp. c. 53. p. 157. haec habet: *Cherſonitae — niſi in Romania praeſidia agant; (ταξιδευσωσι) coriaque ac ceram vendant, quorum commercia cum Patzinacitis habent —, vitam tolerare nequeunt.*

n) βλαττια. *Blatta* vel *Blattia* idem eſt, quod *purpura*, fuitque triplicis coloris, alia purpurea, quae *Blatta ſimpliciter*, alia *intenſioris ac viuidioris coloris*, quae *oxyblatta* nuncupatur, alia denique *violacea* ſeu *hyacinthina*.

o) Πρανδια. *Prandea* et *Brandea*, nam vtroque modo ſcribitur, nunc *pallam ſericam* vel *lintea*, quibus ſanctorum reliquiae a Chriſtianis inuolui ſolebant, nunc *zonas*, *faſcias* ſeu *cingula* ſignificabat.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

riores p), Segmenta q), Piper, Pelles pardorum purpureas r), caeterasque rerum ſpecies, quas exquirunt, prout inter Cherſonitas ſingulos et Patzinacitas pactum fuit. Liberi enim et quaſi ſui iuris cum ſint Patzinacitae, operam ſine mercede nullam praebent.

§. 13.

14. Cum itaque talis miniſterii cauſa Caeſarianus s) quispiam in Cherſonem venerit, ſtatim in Patzinaciam mittat, ac obſides itinerisque duces t) petat oportet: qui cum venerint, obſides in caſtro Cherſonis ſub cuſtodia relinquere, ipſe vero cum itineris ducibus in Patzinaciam ſe conferre debet, vt iuſſa exſequatur. Patzinacitae autem, vtpote inſatiabiles, eorumque, quae rara apud ipſos, percupidi, munera v) ab illis bene multa expoſcere non erubeſcunt; obſides quidem cum ſuo, tum vxorum nomine, itineris

p) χαρερια. Ita Mſſ. omnes. Meurſius emendabat χέῤῥια, vt eſſent *armillae*, ſed Zoſimus Panoplita Mſ. de rotundandis margaritis docet eſſe *pannum rariorem*.

q) σημαντα, eſſe Latinorum *Segmenta*, Meurſius monuit. *Segmentum* vero Latinis eſt 1) *purpurea veſtis* Ouid. de Arte Am. L. III. 169. Iuuenal. Sat. II. 124. vet. Schol. hic *fimbrias*, alii *faſciolas*, quae in extrema veſtis parte aſſutae ornamento ſint indumentis muliebribus, interpretantur. 2) *ornamentum colli*, quod *monile* vocatur. Valer. Max. Lib. V. c. 2. 3) ornatum fuiſſe ex minute ſectis taeniis, panniculis, laminisue conſtantem, quo delicatiores mulieres vterentur, Geſnerus putabat.

r) δερματια ἀληθινα παρδινα. ἀληθινος Graecis, nonnunquam etiam Latinis, *purpureus* eſt.

Plura de his omnibus vide apud Bandurium in Animaduerſionibus ad h. l. et apud Cangium in Gloſſario vtroque.

14. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 7. p. 57, 58. Inſcribitur hoc caput: Περι των ἀποστελλομενων βασιλικων ἀπο Χερσωνος ἐν Πατζινακιᾳ.

s) Βασιλικος. *Caeſarianus* ſiue *officialis Caeſaris*. Diuus Hieronymus Ioannis IV. 46. ἦν τις βασιλικος interpretatur: *Erat quidam Palatinus*. Du Cange βασιλικους eosdem eſſe ait, qui alias μανδατωρες, *qui imperatoris mandata perferebant*. Vide eius Gloſſ. med. Graec. v. Βασιλικος, et med. Lat. v. *baſilicus*.

t) διασωστας. *duces viae* Meurſius interpretatur. vid. Du Cange vtrumque Gloſſ.

v) ξενιλια idem quod apud vet. Graecos ξενια.

ncxis vero duces pro ſuſcepto ſuo equorumque labore. Poſtea cum Caeſarianus in ipſorum regionem ingreſſus eſt, imperatoris munera expetunt. Deinde cum homines ipſorum accipiunt, pro vxoribus et parentibus exigunt. Denique qui redeuntem in Cherſonem comitentur, pro labore, tum a ſe, tum ab equis ſuſcepto mercedem ſibi poſtulant.

§. 14.

Bulgariam verſus in partibus Danapri et Danaſtri reliquorumque illic fluuiorum Patzinacitae quoque ſedes habent; ac Caeſarianus hinc [CPli] cum chelandiis miſſus non neceſſe habet, Cherſonem adire, ſed poteſt illic nullo negotio celeriterque Patzinacitas inuenire. quos conueniens Caeſarianus, dum ipſe in chelandio manet, ſeruans et cuſtodiens res imperatoris, ipſis per famulum x) aduentum renunciat. Tum illi ipſum adeunt, qui aduenientibus obſides e ſuis offert, ab iisque viciſſim accipit, quos in chelandiis retinet, atque inde cum iis paciſcitur. Cum autem Patzinacitae Caeſariano pro lege et conſuetudine ipſorum y) ſeſe iuramento obſtrinxerint, tum ille ipſis imperatoria munera elargitur, et amicos ex illis, quotquot voluerit, accipit, atque ita reuertitur. 15.

§. 15.

Sic vero cum illis ineunda foedera, vt ex pacto teneantur operam praebere, vbicunque vſus poſtulauerit, ſiue aduerſus Ruſſos, ſiue contra Bulgaros vel Turcos. Siquidem hos omnes bello ad-

15. Id. ibid. c. 8. p. 58, 59. Inſcribitur hoc caput, Περι των ἀπο της Θεοφυλακτȣ πολεως ἀποςελλομενων βασιλικων δια τε τȣ Δανȣβεως, και Δανάπρι και Δαναςρι ποταμȣ ἐν Πατζινακιᾳ.

x) δια ἀνθρωπȣ ἀυτȣ. Hic vt apud Codinum de offic. Aulae CPl. c. 7. n. 15. ἀνθρωπος pro *famulo* accipitur.

y) κατα τα ζακανα ἀυτων. Vox Slauonica corrupte ſcripta, qua etiam c. 38. p. 18. vtitur Conſtantinus; Zακων quippe Slauis *legem* vel *conſuetudinem*, praeterea *religionem* ſignificat.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

aderiri poſſunt, ac ſaepe contra illos profecti, iam ipſi ſunt perquam formidabiles z). —

§. 16.

16. MAGNA Chrobatia, quae etiam Alba cognominatur, — frequentibus incurſibus infeſtatur Francorum, Turcorum, Patzinacitarum.

Sedes Patzinacitarum.

§. 17.

17. *Patzinacia* — vniuerſa in themata octo diuiditur; quae magnos quoque principes totidem habet: themata autem iſthaec ſunt: primum eſt *Ertem*; ſecundum *Tzur*, tertium *Gyla*; quartum *Culpee*; quintum *Charoboe*; ſextum *Talmat*; ſeptimum *Chopon*; octauum *Tzopon* a). — b) Haec porro octo themata in partes diſtribuuntur quadraginta c), quae ſingulae habent principes minores.

Et quatuor quidem Patzinacitarum nationes, ſiue themata; *Cuartzitzur* d), *Syrucalpee* e), *Borotalmat* f) et *Bulatzoſpon* g) ultra

z) Exemplum huius rei, quod hic adfert Conſtantinus, vide in *Vngricis* §. 18.

16. Id. ibid. c. 31. p. 99. Locum integrum vide *Tom. II. P. I.* in *Chrouaticis* §. 10.

17. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 37. p. 105, 106. Iis, quae ſupra §. 3. attuli, ſubiungit Conſtantinus, *Et Patzinacia quidem vniuerſa* &c.

a) Ηρτημ, Τζυρ, Γυλα, Κυλπεη, Χαροβοη, Ταλματ, Χοπον, Τζοπον. omnia haec themata infra compoſitis nominibus inſigniuntur, excepto Charoboë.

b) Hic omiſſa vide ſupra §. 4. *Quo autem* &c.

c) De gentis Patzinacicae diuiſione vide et infra §. 33.

d) Κουαρτζιτζυρ. Hoc nomen compoſitum eſſe ex nomine thematis Τζυρ et principis, qui in eo tunc regnarit, dum haec ſcriberet Conſtantinus, docet ad h. l. Bandurius; ſingulas vero tribus ab auctore generis peculiarem ſortitas eſſe appellationem e loco Cedreni, quem infra §. 33. adfero, apparet.

e) Συρουκαλπεη, Bandurius legendum putat Συρουκαλπεη, cum ſupra Καλπεη ſcribatur.

f) Βοροταλματ.

g) Βουλατζοσπον. ſupra Τζοπον.

vltra Danaprin flumen ſita ſunt, Orientem Septentrionemque ſpectantes verſus Vziam, Chazariam, Alaniam, Cherſonem et caeteras regiones; reliquae vero quatuor nationes poſitae ſunt cis Danaprin flumen, ad partes Occidentis Septentrionisque; nimirum thema *Giazichopon* h) Bulgariae finitimum eſt, inferius thema *Gylas* Turciae proximum eſt i); *Charoboe* thema Ruſſiae adiacet k); *Iabdiertim* l) vero thema conterminum eſt tributariis pagis Ruſſiae regionis, puta, Vltinis, Derbleninis, Lenzeninis reliquisque Sclauis.

§ 18.

Diſtat autem Patzinacia ab Vzia m) et Chazaria itinere dierum quinque, ab Alania dierum ſex, a Mordia n) dierum decem, a Ruſſia vnius diei, a Turcia dierum quatuor, a Bulgaria dimidii vnius diei: propinqua eſt Cherſoni, ſed magis etiam Boſporo o). —

§. 19.

Vltra p) vero Danaprin flumen, qua parte Bulgariam ſpectat, ad eiusdem fluminis traiectus vrbes deſertae ſunt: prima vrbs, quae Patzi-

h) Γιαζιχωπον. Nomen compoſitum ex nomine thematis Χοπον et principis cuiusdam Γιαζη vocati. vide ſupra §. 4.

i) το δε θεμα της κατω Γυλα πλησιαζει τη Τερκια. Conſt. p. 110. *Confines — Turcis ſunt — ſeptentrionem verſus Patzinacitae.* cf. et p. 62. Loca integra vide in *Vngricis* §. 19. et ibi not. *m.*

k) Conſtant. p. 112, 113. *Patzinacia autem Ruſſiam vniuerſam et Boſporum complectitur vſque Cherſonem et vſque Sarat, Burat et triginta partes.* et paulo inferius: *ducta foſſa per mediam Cherſonem — duas tantum vias habet, quas in Cherſonem, Boſporum et regiones Patzinacitae proficiſcuntur.* Locum integrum vide *T. II. P. II.* in *Ruſſicis* §. 131.

l) Ιαβδιερτιμ. Nomen, vt monet Bandurius, primi thematis compoſitum. ſupra §. 17. tamen ſcribitur Ηρτημ.

m) Conſt. c. 9. p. 61. *Vzi Patzinacitas bello infeſtare poſſunt.*

n) ἀπο Μορδιας. Bandurius cum Meurſio Μηδιας legere volebat; perperam.

o) Reliqua vide ſupra §. 2. *Sciendum eſt, quo tempore* etc.

p) Haec iis, quae §. 2. habes a Conſtantino ſubiunguntur.

Imp. CON-STANTINO *Porph.*

a. C. 949.

Patzinacitis *Aſpron*, ſiue *Alba* dicitur q), quod e ſaxo albicante conſtructa ſit; ſecunda *Tungatae*; tertia *Cracnacatae*; quarta *Salmacatae*; quinta *Sacacatae*; ſexta *Giaiucatae* r). Inueniuntur autem inter vrbium collapſarum fabricas eccleſiarum indicia quaedam et cruces ex lapide tophino s) exſculptae: vnde quaſi per traditionem credunt nonnulli, olim illic ſedes habuiſſe Romanos.

§. 20.

Porro *Cancar* t) quoque appellantur Patzinacitae, non omnes quidem, ſed trium tantum thematum incolae, nimirum thematis *Iabdierti* v), *Cuartzitzur* et *Chabuxingyla*: tanquam qui caeteris fortiores nobilioresque ſunt; nam hoc vox ipſa Cancar ſignificat.

§. 21.

18. 'RVSSI Conſtantinopolin proficiſcentes vbi ad loca Danapris praerupta veniunt, eductis hominibus, monoxyla, aliis proram, aliis medium, caeteris puppim contis impellentibus, traducunt'. Ad has — fauces — viri ad hoc deſtinati ad excubias ſeruandas cum ipſis exſcendunt, abeuntque. Excubias autem peruigiles hi agunt propter Patzinacitas —. Faucibus his ſuperatis — tranſeunt ad traiectum Crarii, vbi e Ruſſia Cherſonitae, et in Cherſonem Patzinacitae traiiciunt —. Eum in locum deſcendunt Patzinacitae, ac cum Ruſſis manus conſerunt. — 'A Sancti Gregorii' vero inſula Patzinacitam Ruſſi nullo modo metuunt, donec ad fluuium Selinam deuenerint —. Donec vero Selinam fluuium traiecerint, a latere currunt Patzinacitae: et, ſi, vt ſaepe euenit, mare monoxyla ad terram proiecerit, omnes exſcendunt, vt coniunctim Patzinacitis obſi-

q) το ὀνομαθεν παρα των Πατζ. Ασπρον.

r) Τεγγαται, Κρακνακαται, Σαλμακαται Σακακαται, Γιαιακαται.

s) ἀς λιθȣς τοφινȣς. Meurſius volebat πυριτας.

t) Καγκαρ. Cfr. ſupra §. 3. not. p.

v) Ιαβδιερτι, ſupra Ιαβδιερτιμ 18. CONST. de Adm. Imp. c. 9.

a. C. 949. *Imp.* CONSTANTINO *Porph.*

obſiſtere valeant. Selinam fluuium praetergreſſi, neminem formidant.

§. 22.

AD Archontes Patzinacitarum mittitur bulla aurea biſoldia cum 19. hoc titulo: Litterae Conſtantini et Romani, Chriſtum amantium imperatorum ad Archontes Patzinacitarum.

Sub

Romano II. et Nicephoro II. nulla fit Patzinacarum mentio.

p. 59 — 61. cfr. *Tom. II. P. II. Ruſſica §. 37 — 40.* vbi locum integrum dedi.

19. CONSTANTINVS de Caerim. Aulae Byz. L. II. c. 48. p. 399.

CAPVT III.

Iteratae Patzinacarum in ſolum Romanum primum Ruſſorum auſpiciis, deinde ſuis, irruptiones; ab a. C. 970–1036.

§. 23.

Imp. IOANNE *Tzim.*

Imp. IOANNE *Tzimiſce.*

a. C. 970.

20. Rvssos inter et Romanos orto de Bulgaria, qua illi potiti erant, bello', Roſſi eorumque ductor Sphendoſthlabus, audito, Romanas copias traieciſſe [ex Oriente], coniunctis, quos iam in ſua poteſtate habebant, Bulgaris, adſcitis etiam ad belli conſortium Patzinacis a), — Aemum egreſſi, vniuerſam Thraciam vaſtarunt. — Bardas Sclerus [ſupremus militiae Romanae dux] Ioannem patricium Alacaſenſem cum modica manu emittit, qui hoſtibus appropinquantibus manum confereret, 'eosque ſimulata fuga in inſidias pertraheret'. Erant barbari in tres diuiſi partes, in prima erant cum Roſſis Bulgari, ſeorſim Turci [ſeu Vngri, quos et ipſos ſibi Roſſi auxiliarios adiunxerant], ſeorſim etiam Patzinacae.

Fors ita tulit, vt Ioannes primo omnium in Patzinacas incideret. Cumque, vti ei mandatum fuiſſe demonſtrauimus, oblique rece-

20. CEDRENVS T. II. p. 667–669. Zonar. T. II. p. 209, 210. Locum integrum cum narrationis varietate vide *Tom. II. P. II.* in *Ruſſicis §. 46–50.*

a) τȣς Πατζινακȣς. Zon. Σκυθας, οἱ Πατζινακαι κεκληκοντες. a Cedreno etiam infra et ab aliis ſaepe *Scythae* vocantur.

receδens fugam ſimularet, Patzinacae turbatis ſuis ordinibus inſtabant, ſpe fugientes ſubito omnes delendi, Romani, modo agmine compoſito fugientes, modo hoſtibus ſeſe obuertentes ac proeliantes, ad inſidias curſum tenebant: in quas medias vbi venerunt, laxatis habenis effuſe fugerunt, ac Patzinacae diſſipatis ordinibus promiſcue eos ſunt inſecuti. Sed vbi Bardas ſubito cum toto exercitu apparuit, re improuiſa conſternati, omiſſa perſecutione, non quidem fugae, ſed defenſioni ſeſe pararunt. Vehementi autem cum impetu Bardae exercitu irruente, atque altera quoque a tergo phalange compoſitis ordinibus ingruente, ſtatim fortiſſimi quique Scytharum ceciderunt: et, eorum phalange alte diſſipata, cornibus Romanorum coëuntibus, in medio deprehenſi Patzinacae atque in orbem circumuenti, non diu vim ſuſtinuerunt, ſed inclinata acie prope vniuerſi ſunt occiſi. 'Ruſſi' vero, tametſi recens acceptus de Patzinacarum clade nuncius animos eorum inſperata calamitate deiecerat, tamen mutuo ſe cohortati, adſcitis etiam qui ex fuga confluebant, Romanis occurrunt b). —

§. 24.

a. C. 971.

PACTIS [Romanos inter et Ruſſos] initis, eius [Sphendoſthlabi] rogatu etiam imperator per legatos a Patzinacis petit, vt ſocii amicique Romanorum fiant, neque Iſtrum populandae Bulgariae cauſa tranſeant, vtque Roſſis per ſuam ditionem in patriam redeundi facultatem concedant. Obiit eam legationem Euchaitorum ſummus pontifex Theophilus. Patzinacae reliqua pacti omnia, tantum Roſſis per ſua tranſitum denegarunt. —

§. 25.

SPHENDOSTHLABVS patriam repetens, dum per Patzinacas tranſit, inſidiis iam ante paratis et ipſum exſpectantibus illapſus, cum

 ſuis

b) Reliqua vide in *Ruſſicis* §. 50. Zonar. T. II. p. 213, 214. cfr. *Ruſſica* §. 71. et 73. CEDRENVS T. II. p. 682, 683.

Imp. IOANNE *Tzim.*

a. C. 971.

ſuis ad intenecionem caeditur. ſuccenſebant enim ei Patzinacae ob ictum cum Romanis foedus.

Impp. CONSTANTINO et BASILIO *Porphyrogennetis.* a. M. 6524. ind. 14.

§. 26.

Impp. CONSTANTINO et BASILIO *Porphyrogennetis.*

a. C. 1016.

22. *BASILIVS in Bulgaria ſubigenda occupatus, dum ad Caſtoriam moratur, accipit litteras a Tzitzicio, Doroſtoli praefecto, Theudatae Ibiri patricii filio, quibus indicabatur, Cracram [Bulgarum, Pernico praefectum] numeroſiſſimo exercitu contracto ſe cum Ioanne [Bladiſthlabo, Bulgarorum principe] coniunxiſſe, eosque, adſcitis in ſocietatem Patzinacis, in Romanorum ditionem irrupturos. His litteris perturbatus, illico conuertit iter, — euerſisque circum Oſtrobum et Moliſcum ſitis caſtellis, ſubſtitit, accepto nuncio, Cracrae et Ioannis impreſſionem, quam moliti erant, impeditam eſſe. Patzinacis eos auxilio fruſtratis.

§. 27.

a. C. 1026 — 1028. c)

23. a) HOC anno Patzinacae irruperunt in Bulgariam, et plurimos homines, duces ac cohortes occiderunt ac ceperunt. Itaque Con-

a) ZONARAS: *Patzinacae, quam Scythicam gentem eſſe ſupra diximus, traiecto Iſtro, Bulgariae non parua detrimenta inferebant. Verum eos Conſtantinus Diogenes Sirm. pr. qui et B. d. appellatus eſt, vltra Iſtrum profligatos quieſcere coëgit.*

22. CEDRENVS T. II. p. 711. Locum integrum vide *Tom. II. P. II. in Bulgaricis §. 163, 164.*

23. CEDR. T. II. p. 721. Zonar. T. II. p. 228.

c) Cedrenus p. 719. a. M. 6534. ind. 9. p. 722. a. M. 6537. ind. 12. habet.

Imp. CONSTANTINO Porph. ſolo.

a. C. 1026 — 1028.

Conſtantinus d) Diogenem, Sirmii praefectum, Bulgariae ducem creat. qui, ſaepe cum iis palantibus commiſſa pugna, eos fudit, coëgitque traiecto Iſtro quieſcere.

§. 28.

Imp. ROMANO Argyro.

Imp. ROMANO *Argyro.*

a. C. 1028/9. e)

ROMANVS — initio imperii bonis ac laudabilibus orſis ſubditos demeritus eſt. — publica debita dimiſit, priuata perſoluit, redemit captiuos ex Patzinacia. 24.

§. 29.

a. C. 1032. a. M. 6540.

β) ANNO Mundi 6540. Iulii menſis die 28. quae fuit ſeptimanae ſexta, hora noctis ſecunda, ſtella traiecit a meridie verſus ſeptentrionem, quae terram totam fulgore illuſtraret. Pauloque poſt triſtes nuncii de rebus Romanis allati ſunt, Arabes in Meſopotamiam vſque ad Melitenam graſſari, Patzinacas, Iſtro transmiſſo, Myſiam infeſtare, Sarracenos — oram Illyrici vexare. — Ac reliqui ſane hoſtes illaeſi domum redierunt. Sarraceni — male ſunt mulctati —. 25.

Kkkkk 3 §. 30.

β) ZONARAS: *Iis temporibus Arabes Meſop. incurſarunt, Patzinacae Bulgariam.* — GLYCAS fere omnia vt Cedr.

d) ὁ βασιλευς Κωνσταντινος. ſecundum Zon. *Conſtantinus* alterum fuit nomen Sirmio praefecti.

24. CEDREN. T. II. p. 723.

e) Cedr. p. 722. a. M. 6537. ind. 12. habet p. 726. a. M 6538. ind. 13.

25. CEDR. T. II. p. 730. Zon. T. II. p. 232.

Imp. MICHAELE *Paphl.* a. M. 6543. Ind. 3.

§. 30.

Imp. MICHAELE *Paphlagone.*

a. C. 1034, 1035.

26. γ) ANNO Mundi 6543. indictione tertia, menſe Septembri ignea columna apparuit verſus ortum, vertice ad meridiem inclinante. Per eos ipſos dies — Patzinacae, Iſtrum transgreſſi, vniuerſam Myſiam vſque Theſſalonicam populati ſunt. —

§. 31.

27. Orto deinde intolerabili gelu, et Iſtro glacie durato, Patzinacae eum transgreſſi, Myſiam et Thraciam vſque ad Macedoniam non leuiter vexarunt.

§. 32.

a. M. 6544. Ind. 4.

a. C. 1036.

28. δ) ANNO mundi 6544. indictione quarta, verno tempore, Patzinacae ter impreſſionem fecerunt in Romanam ditionem, obuiis omnibus excifis, et, quoscunque cepiſſent, nullius habita aetatis ratione, interfectis, ineffabilibus cruciatibus in captiuos debacchati. Viuos quoque cepere quinque ductores, Ioannem Dermocaitam, Bardam Petzem, Leonem Chalcotubam Conſtantinum Pterotum et Michaelem Strabotrichärem.

Sub

Michaele Calaphate nulla fit Patzinacarum mentio.

CAPVT

γ) ZONARAS: *Patzinacae paſſim e Romanis prouinciis praedas egerunt.*

δ) ZONARAS: *Patzinacae, Iſtro ſaepe traiecto, prouincias Romanas male tractarunt, captiuis omnibus interficiendis.*

26. CEDR. T. II. p. 737. Zonar. T. II. p. 236.

27. CEDRENVS T. II. p. 738.

28. Id. ibid. p. 739. Zonar. T. II. p. 236.

CAPVT IV.

Res Patzinacarum ſub eorum principe Tyracho, interna inter eum et Kegenem diſſidia, fuga Kegenis ad Romanos et inde orta inter Patzinacas et Romanos bella, vſque ad inducias tricennales inter vtrosque factas; ab a. C. 1050–1054.

§. 33.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1049, 1050. a)

α) INTEREA temporis [dum a Turcorum Sultano Tangrolipice 29. bellum exſpectat Conſtantinus Monomachus] Patzinacae etiam ſe commouerunt. Ea res hoc modo acta.

Patzin-

α) ZONARAS: *Turcica gens — totum orientem ſubegit —. Patzinacae vero in Europa graſſabantur, gens Scythica et populoſa, vltra Iſtrum incolens, cui tunc Tyrachus imperabat, vir nobilis ille quidem, ſed ignauus. Alius vero quidam Cegenes, vt genere obſcuro ortus, ita homo acer et ſtrenuus, ob multa egregia facinora in bellis edita populo carus erat. Qua de cauſa Tyrachus eum per inſidias tollere ſtudebat.*

29. CEDRENVS T. II. p. 775 — 778. Zonar. T. II, p. 257, 258.

a) Cedrenus p. 773. habet indictionem 2. menſ. Sept. p. 785. vero a. M. 6558. indict. 3.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1049, 1050.

Patzinacarum gens *Scythica* eſt, '*eorum Scytharum*, *qui regi i dicuntur* [b]), magna et populoſa, et cui nulla alia gens Scythica reſiſtere ſola poſſit. Diuiditur autem in *tredecim tribus*. 'quae vt vniuerſae commune Patzinacarum nomen vſurpant [c]), ita quaeuis a ſuo generis principe ac auctore peculiarem ſortita eſt appellationem [d]). Incolunt trans Iſtrum planities, a Boryſthene fluuio ad Pannoniam vſque porrectas, 'incertis errantes ſedibus, ſemperque in tabernaculis degentes [e]).

§. 34.

Huic genti tunc praeerat TYRACHVS, *Kilteri* filius [f]), homo nobiliſſimus, caeteroqui ſegnis et quietis amans. Erat in eadem etiam alius quidam, *Kegenes* nomine, *Baltzaris* filius [g]), genere obſcuriſſimo nulliſque natalibus, ſed bello ducendiſque cohortibus longe praeſtantiſſimus. nam ſaepius '*Vzos* (*gens* ea *Vnnica* eſt) irruentes [h]) ſubſiſtens profligarat: Tyracho non modo contra eos exire non auſo, ſed etiam in lacus et paludes Iſtro vicinas ſe ſubducente. Itaque Tyrachum quidem Patzinacae ob generis nobilitatem venerabantur: Kegenem tamen mirifice amplectebantur, ob fortitudinem inſignem, inque gerendis bellis ſtrenuitatem.

Haec vero Tyrachi, videntis iſta atque inaudientis, animum mordebant, de imperio ſuo ſolliciti, ita ſane, vt de tollendo Kegene cogitaret. Cui cum ſaepe occultas tendens inſidias nihil proficeret; 'tandem aperte eum adoriri ſtatuit [i]), miſſaque turba hominem corripi interficique iubet. 'Sed Kegenes [k]); inſidiis praecognitis, ad paludes Boryſthenicas profugit: itaque exitium cui-

b) ἀπο των λεγομενων βασιλειων Σκυθων.

c) οἵτινες καλενται μεν πασαι τῳ κοινῳ ὀνοματι.

d) Cfr. ſupra §. 17.

d) νομαδες τε ὀντες και την σκηνητην διαπαντος ἀσπαζομενοι βιον.

f) Τυραχ ὁ τε Κιλτερ ὑιος.

g) Κεγενης [ita et Zonaras hoc nomen ſcribit], ὑιος τε Βαλτζαρ.

h) ἐπιοντας κατα των Πατζινακων τες Ουζες (γενος δε Οὑννικον οἱ Οὐζοι) etc.

i) ἐγνω δειν μη διαμελλειν, ἀλλ' ἐπιχειρειν φανερως.

k) ὁ δε.

euitauit. Ibi occultatus, clam ad cognatos tribumque miſſis internunciis, effecit, vt et haec a rege deſciſceret (vocabatur *Belemarnis* tribus) et alia etiam, nomine *Pagumanis* [l]).

§. 35.

β) Exinde contractis copiis [Kegenes], cum duabus tribubus aduerſus Tyrachum, cui vndecim tribus aderant, pugnam init, cumque per aliquot horas duraſſet [m]), tandem multitudine oppreſſus fugatur. Vagans inde circum paludes, ac ſalutem quaerens ſibi ſuisque, vnam hanc inuenit rationem, ſi ad Romanum imperatorem transfugeret. Itaque profectus Doroſtolum, quo tutus ab inſidiis eſſet, ſe et ſuos, qui erant ad viginti millia, in inſulam quandam fluuii exiguam includit, regionisque praefecto, qui erat Michael, Anaſtaſii filius, ſignificat, quis eſſet, et qua fortuna actus huc veniſſet; et ſe cupere in fidem imperatoris concedere, receptumque ſe rebus huius magnopere commodaturum pollicetur. Praefectus cum extemplo rem ad imperatorem detuliſſet, ab eo iubetur ſtatim Kegenem cum ſuo comitatu accipere: atque huic quidem neceſſaria praebere, ipſum autem Kegenem honorifice Byzantium mittere.

Qui vt eo venit, benigne eſt ſplendideque exceptus, ac cum imperatore collocutus, ſe ſanctum baptiſmum admiſſurum, popu-lari-

β) Id. *Quo ille animaduerſo, duabus e tredecim tribubus ſibi conciliatis, traiecto Iſtro in Romanorum fines venit, ſe transfugiſſe ad imperatorem, eique non inutilem fore profeſſus. Ea re indicata, Monomachus praeſidem Scythas ſuſcipere iubet. Cegenes vero Byzantium profectus, in conſpectum imperatoris venit, et ſalutari baptiſmate initiatus, patricius eſt appellatus, ſuisque Scythis perſuaſit, vt et ipſi diuino illo lauacro abluerentur.*

l) ἠδυνήθη τήν τε ἰδίαν γενεὰν ὑποστῆναι τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας (ἦν δὲ ἡ Βελεμαρνὶς) καὶ πρὸς ταύτῃ καὶ ἄλλην, τὴν Παγουμανίδα.

m) καὶ ἐπὶ πολλὰς μὲν ἀντισχὼν ὥρας.

laribusque, idem vt faciant, perſuaſurum promittens, ab imperatore patricio honore ornatur: eique tres arces aſſignantur, de iis, quae ad ripam ſunt Iſtri, multaque agri iugera: atque adeo in numerum amicorum ſociorumque populi Romani adſcribitur, eam praecipue ob cauſam, quod, vti pollicitus fuerat, et ipſe baptizari voluit, et qui cum ipſo erant: eaque in re vſi ſunt religioſi cuiusdam monachi, Euthymii, opera ad ipſos miſſi, qui ad Iſtrum amnem eius ſacramenti caerimonias adminiſtrauit, vniuerſosque baptizauit.

§. 36.

γ) Rebus in tuto conſtitutis, Kegenes, cum iam contra ſubitos hoſtium impetus ſe muniuiſſet, ad vlciſcendum hoſtem ſe confert: Iſtroque transmiſſo nunc cum millibus π), alias cum duobus millibus et aliquando pluribus, aliquando paucioribus ductis, impreſſionibus ſubitaneis Patzinacas Tyrachi ρ) grauiter affligit; viros, in quos incidiſſet, occidens, mulieres autem et pueros in ſeruitutem abducens, ac Romanis vendens.

§. 37.

Tyrachus clandeſtinas has Kegenis impreſſiones non ferens, ad imperatorem mittit legatos, qui haec proponerent. Imperatorem Romanum, cui cum gente Patzinacarum foedus eſſet, omnino non debuiſſe recipere eum, qui ab ipſis deſciuiſſet: aut ſaltim recepto interdicere, ne, Iſtro traiecto, amicos populi Romani laederet. Proinde aut Kegenis compeſceret excurſiones, aut auxilium ei

γ) Id. *Cum vero in ripis Iſtri ſtatiua haberet* Cegenes, *et, flumine ſubito traiecto, Tyrachios caedibus et rapinis infeſtaret: Tyrachus per legatos cum imperatore ob transfugam ſuſceptum expoſtulat, quem niſi coërceret, totam gentem illi hoſtem fore. Ad ea reſpondet imperator, ſe neque deditionem proditurum, neque prohibiturum, quominus inſidiatores vlciſceretur.*

π) συν χιλιοις f. mille.

ρ) τας περι τον Τυραχ Πατζινακας.

ei non praebeat. ſi ſecus faceret, ſciret, ſe grauiſſimum contra ſe ac ſuos bellum concitare p).

Auditis imperator his poſtulatis, cachinnum ſuſtulit, quod ludibrium putaret, ſi ob Patzinacae minas prodere cogeretur eum, qui in fidem ipſius confugiſſet, aut eum ab vlciſcenda iniuria abſtinere. legatosque re infecta dimittit. Simul litteras ad Michaelem dat, vrbium Iſtro adiacentium praefectum, et ad Kegenem: iisque iniungit, vt ripas Iſtri accurate cuſtodiant, ac, ſi quis grauis exercitus appetat, id ſibi per litteras indicent, vt de occidentalibus etiam legionibus mittere poſſit, qui ipſis coniuncti Patzinacas tranſitu Iſtri q) prohibeant. Mittit etiam triremes centum, quae Iſtri ripas legant, et Patzinacas traiectu arceant.

§. 38.

δ.) Cum legati irrita ſpe rediiſſent, Tyrachus indignabatur, ac fremebat, hiemisque aduentum exoptabat.

Sub finem autumni, ac hieme ineunte, cum iam ſol ad capricornum appuliſſet, ventus Aparctias copioſus flauit, Iſterque in glaciem quindecim cubitos altam congelauit. Otioſa itaque omni cuſtodia, optatam Tyrachus nactus licentiam, Iſtrum cum omnibus Patzinacis, quorum multitudo octingentorum cenſebatur millium, transgreſſus, in vlteriorem ſe effudit ditionem, diripiens atque delens, in quae incidebat, omnia.

Mittuntur ergo ad imperatorem litterae, quibus ad ferendam quamprimum opem incitabatur. Is, vixdum perlectis litteris, ad

 Adria-

δ) ZONARAS: *Hoc nuncio accepto, Tyrachus, cum Iſter hiberno tempore totus conglaciaſſet, cum tota gente pedibus flumen tranſiit, Romanaque prouincia occupata, obuia quaeque vaſtauit. Sed imperator exercitum prouinciae praeſidi et Cegeni ſtatim ſubſidio miſit.*

p) και ταυτα μεν τω μηνυματι του Τυραχ omiſit interpres.

q) την του ποταμου διαβασιν.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1049, 1050.

Adrianopolis ducem, Conſtantinum magiſtrum Arianitam ſcribit, vt Macedonicis cum copiis, et ad Baſilium Monachum, Bulgariae ducem, vt cum Bulgarico exercitu Michaeli ac Kegeni ſe coniungant, et contra Patzinacas depugnent. iique iuſſa ſtatim ſunt exſecuti.

§. 39.

ε) Coniunctis omnibus Romanorum copiis, Kegenes eas eduxit, caſtrisque ſub dio poſitis, quotidianis incurſionibus Patzinacas haud leuiter vexauit. Hi amne traiecto, in pecudum, vini et potus e melle confecti r) maximam inciderant copiam, ne auditu quidem antea ipſis noti. Quibus cum affatim fruerentur, morbus eos coeliacus inuaſit, et quotidie moriebantur innumeri. De quo certior a transfuga quodam factus Kegenes, idque inuadendi hoſtis opportunum tempus ratus, quo et hieme et morbo premebantur, pertractis in ſuam ſententiam etiam Romanis, tergiuerſantibus nonnihil, et contra tantam multitudinem pugnare metuentibus, in Patzinacas impetum dat. Qui celeritate irruentium hoſtium perterriti, et pugnam reformidantes, abiectis armis ſeſe Romanis dedunt, cum Tyrachus ipſe et caeteri principes, tum reliqua etiam turba.

Conſultabat Kegenes, atque etiam obteſtabatur, vti ad vnum omnes occiderentur hoſtes, et adagium adferebat, barbarum quidem

ε) Id.: *Patzinacae vero cum annonae et vini aliarumque potionum, quae ex melle conficiuntur, copiam inueniſſent, et iis auide ſe ingurgitaſſent; in coeliacum morbum inciderunt. Quo Cegenes e transfugis cognito, Romanis copiis fit auctor hoſtes inuadendi. Eas cum barbari, morbo confecti, contra ſe ire vidiſſent, aeſtuantes, et animis armisque abiectis, facti ſupplices, hoſtibus ſe dediderunt. Quicunque vero in Cegenem inciderunt, partim gladiis ſunt trucidati, partim auro ad ſeruitutem venditi. Reliqua multitudo Romanis vſui fore viſa eſt, ſi, armis ademtis, in Bulgaria, maxima ex parte deſerta, ob gentem illam non ita pridem euerſam, collocaretur: idque iuſſu imperatoris factum eſt. Tyrachus vero et proceres eius ad illum perducti, baptizati magnisque dignitatibus ornati ſunt.*

r) και των ἐκ τȣ μελιτος κατασκευαζομενων πωματων.

dem, ſed valde argutum: Anguem hieme eſſe necandum, cum non poteſt caudam mouere, ne, ſolis calore refectus, moleſtiam laboremque ipſis creet. Romanis ductoribus id non probabatur, facinus hoc barbaricum fore et impium, ac a Romana clementia alienum cenſentibus. potius eos per deſertas Bulgariae planities diſpergendos, atque hinc inde diſſipatis tributum imponendum. hoc modo et ingentem ab iis reditum rei Romanae acceſſurum, et, cum imperator militibus opus eſſet habiturus aduerſus Turcos, aut alios barbaros, tunc eos armari poſſe. Re diu diſputata, vicit tandem Romanorum ſententia. Sed Kegenes, occiſis, quotquot ceperat, Patzinacis, niſi quos vendidit, domum eſt reuerſus. Caeteram eorum multitudinem Bulgariae praefectus Baſilius Monachus per campeſtria Sardicae, Naiſi et Eutzapeli diſtribuit, omnibus ademtis armis, ne quid moliri poſſent. Tyrachus et cum eo centum quadraginta viri ad imperatorem abducti ſunt: atque ab hoc benigne excepti, baptizati, maximisque honoribus affecti, vitam ibi iucundam egerunt.

§. 40.

r) [SVLTANVM s), ob irritam legationem iratum, bellum 30. in Romanos mouere,] cum auditu praecepiſſet Monomachus, cum ſuas copias opponere hoſti ſtatuit, tum quindecim millia Patzinacarum armat, iisque duces quatuor de Patzinacis Byzantii degentibus praefecit, *Sultzumum*, *Seltzen*, *Caraman* et *Catalimum* t), donatosque haud vulgariter, et armis pulcherrimis ornatos Chryſopolin

r) ZONARAS: *Vt autem* [immediate ſubiunguntur iis, quae ad §. 39. attuli] *eo tempore Romanis cum Turcis bella erant in oriente: imperator delectu acto, quindecim millia Patzinacarum armis, equis et ſuae gentis ducibus datis, Chryſopolin tranſuectos in Iberiam ire iuſſit, viae quoque monſtratore addito. Qui —*

30. CEDRENVS T. II. p. 778 — 780. Zonar. T. II. p. 258, 259.

s) Haec iis, quae §. 39. leguntur, ſtatim ſubnectit Cedrenus.

t) τον Σαλτζαν, τον Σελτε, τον Καραμαν και τον Κατκλεμ.

Imp. CONSTANTINO Monom.

polin transmittit, addito, qui eos in Iberiam duceret, Conſtantino patricio Adrobalano.

§. 41.

Mari traiecto, Patzinacae cum equos conſcendiſſent, et, iter in orientem ingreſſi, vſque ad Melitenam perueniſſent, vbi ad Damatryn appropinquauere, ſubſiſtunt, et deliberationem (ipſi commentum vocant v)) inſtituunt. Erant, qui procedendum putabant, neque mandatis imperatoris in ipſius ditione repugnandum, cum et auulſi a ſuis eſſent, neque ſoli Romanorum poſſent reſiſtere viribus: neque haberent arcem, in quam ſe, ſi quid praeter inſtitutum forte eueniret, reciperent. Aliis videbatur, occupandos eſſe aliquos Bithyniae montes in iisque manendum: et, ſi quis adoriretur, defendendum, non autem intrandum in Iberiam, regionem remotam atque alienam, et vbi non hoſtes modo Romanorum, ſed ipſos etiam Romanos hoſtes eſſent habituri. Solus Catalimus ſuaſit, reuertendum eſſe et ſe cum popularibus coniungendum. Et, quodam percontante, quanam ratione mare tranſiri poſſet, nihil aliud dixit, quam quod ſe iuſſit ſequi. Ergo Adrobalanum interficere fruſtra conati (effugit enim in quoddam apud Damatryn palatiorum ſolarium tribus faſtigiis tectum), Catalimum ſequuntur ad mare, non quidem ſperantes, eum nauigia habere parata, quibus mare traiicerent, ſed haeſitantes, ac videre cupientes, quaenam eſſet futura traiiciendi ratio.

Vt ad littus ventum eſt, Catalimus hoc vnum fatus, „ Qui ſe ipſum et vniuerſos Patzinacas vult eſſe ſaluos, me ſequatur, „ equo calcaribus incitato, mare eſt ingreſſus. quod alius rurſumque alius imitatus et tandem omnis Patzinacarum multitudo ſecuta eſt, qui

ξ) Id.: *Qui cum ad Damatryn perueniſſent, reſtiterunt, nec vltra progredi voluerunt, ſed regreſſi vſque ad fretum, mari iuxta D. Taraſii monaſterium equis transmiſſo, continenter profecti ſunt, donec ſe cum popularibus ſuis coniunxiſſent. Quo —.*

v) ἥτις [συμβαλη] καὶ αὐτοις Κομεντον ὀνομαζουσι.

quidam vt erant armati, alii abiectis armis. Mare ergo traiiciant, et ad ſanctum Taraſium in oppoſitum littus euadunt, magnis itineribus ad ſuos apud Triaditzam perueniunt, nemine obſtare, aut eos prohibere auſo, cum ſubitus aduentus ipſis tranſitum expediret.

§. 42.

w) Coniuncti cum Patzinacis, qui apud Triaditzam *x*) agebant. eos quoque, qui aliis in regionibus degebant, ſolicitant. Poſtquam vniuerſi in vnum ſunt collecti, correptis ſecuribus ruralibus, falcibusque et aliis ferramentis ruſticis ſe armant, Philippopolinque profecti et Aemum transgreſſi, ad flumen Oſmum in campis Iſtro propinquis caſtra ponunt: ſolus Seltzes *y*) in Lobitzo ſubſtiterat. Interim Arianita Macedonicis exercitibus contractis, eos a tergo inſequitur, cumque Seltzes Lobitzo aufugiſſet, caſtris eius potitus, domum reuertitur.

§. 43.

PATZINACAE autem, Aemo, vt oſtendimus, ſuperato, planitiem, quae inter hunc et Iſtrum interiacet ad mare vſque porrecta, ſpeculati, cum inueniſſent locum ibi ſaltus, et lacos, omnisque generis ſiluas, et aquam ac paſcua habentem, (incolae locum *centum Colles* *z*) appellabant) in eo conſederunt, atque inde factis excurſionibus, ſubditos Romanorum non leuiter vexarunt. 31.

Ergo

w) Id.: *Quo facto tabernaculis in campis ad ripas Iſtri fixis, Thraciam incurſarunt, copiis imperatoriis contra ſe miſſis ſubinde ſuperiores: vt impune per totam Thraciam et Macedoniam vagarentur, et omnia praedarentur, non remota duntaxat, ſed et vrbi finitima. Tandem vero* [vid. infra §. 53.] *triginta annorum inducias cum Romanis paciſcuntur. Et hic belli Patzinacarum fuit exitus.*

x) *Triaditzam* enim vel, vt haec vrbs alias vocatur, *Sardicam* multi Patzinacarum, priori bello captorum, in coloniam deducti erant, vide ſupra §. 39.

y) Σελτε, de quo vide ſupra §. 40.

31. CEDRENVS T. II. p. 782–788.

z) ἑκατον βουνοι.

Imp. CONSTANTINO Monom.

a. C. 1049, 1050.

Ergo Kegenes conſultandi cauſa ab imperatore euocatus cum omnibus ſuis copiis ad vrbem accedit, et caſtra facit in campo Byzantiis deſignato, cui loco Maitas nomen eſt.

§. 44.

Nondum autem cum imperatore congreſſus, neque, cur eſſet vocatus, ſciens, hac ipſa nocte inſidiis Patzinacarum trium petitur, qui ſtrictis enſibus irruentes dormienti vulnera imponunt, non tamen letalia. nam a ſatellitibus ſtatim cogniti ictus languidiores inferunt, et fugae ſe dantes accurrente opitulantium multitudine cum *Baltazaro*, Kegenis filio [a]), capiuntur.

Mane Baltazar currui, quatuor habenti rotas, imponit patrem et percuſſores poſt eum vinctos trahit (nihil enim amplius ſtatuere de eis audebat, quod imperatorem appellaſſent) et omni ſuo cum exercitu equeſtri, pedes ipſe cum fratre *Galino* [b]) currum a duobus tractum equis ſequens, vrbem intrat: cumque ad Circum perueniſſet, currum ibi ſiſtens, ad imperatorem ſe confert, quo iam ante fama praecurrerat, ipſique aditum fecerat. Admiſſum imperator percontatur, cur non illico patris percuſſores ſupplicio affecerit? reſpondet, „Quia te identidem nominatim inuocabant [c])„. Hinc abſurdae obortae Monomacho [d]) ſuſpiciones, ac dicto citius miſſi, qui vinctos iſtos adducerent: cauſamque exquirit, qua ad necem Kegenis patricii [e]) fuerint impulſi. Illi hanc proferunt, „Inſidum imperio Romano fuiſſe Kegenem atque vrbi et in animo habuiſſe, prima luce vrbem ingredi, trucidatisque omnibus, qui intus eſſent, eam diripere, atque ad Patzinacas reuerti„. Hic imperator, cum inquirere in dicta et veritatem perſcrutari debebat, omiſſa ea cura, fidem incertis et male cohaerentibus calumniis deferens, Kegenem in palatium introductum ſub curationis ac medicinae

a) βοηδρομήσαντος τȣ πλήθȣς μετα Βαλτζαρ ὑιου τȣ Κεγενȣ.

b) συν — Γαλινῳ.

c) ὁ, τι περ τε σου ἐπεκαλȣντο συνεχως ὀνομα.

d) ὁ βασιλευς.

e) τον πατρικιον, omiſſo nomine, quod interpres ſupplet. cfr. ſupra §. 35.

f) τῃ βασιλειᾳ σου.

cinae ſpecie Elephantina includit, filios eius a ſe inuicem diuulſos diuerſis locis collocat; ſimulataque beneuolentia, multitudinem Patzinacarum recreans cibi ac potus omni genere, id quaerit, vt, ſi qua fieri poſſit ratione, armis eos equisque nudatos in cuſtodiam dedat. percuſſoribus, vbicunque vellent g), libere degendi facultatem concedit. Et putabat ſane, non animaduerti, quid ageret: ſed Patzinacas tamen minime feſellit. nam nihil boni ſignificari eo iudicabant, quod ducem ipſorum detinebat, ac quod filios eius diſiunxerat: et libertatem percuſſoribus permiſſam pro aperto maleuolentiae ſigno habebant. Itaque ea, quae mittebantur ab imperatore, actis gratiis et fauſta ei precantes accipiebant, prorſusque prae ſe ferebant, omnia ſibi probari. Sed nocte facta, nemine ſuſpicante, e caſtris diſceſſerunt: ac continenter per totam noctem facto itinere, tertio die Aemum transgreſſi, reliquis coniunxerunt ſe Patzinacis.

§. 45.

Cum omnes in vnum coiuiſſent, iamque etiam armorum ſatis magnam paraſſent copiam, Aemum tranſeunt, caſtrisque ad Aulam (id eſt caſtellum in proceſſu montis Aemi, haud longe h) Adrianopoli ſitum) factis, praedis agendis ſe dant.

Quod vbi cognouit dux occidentis Conſtantinus magiſter Aeianites [Arianites], ipſe quoque inſtructum exercitum Adrianopoli contra eos i) educit: et primo quidem in quosdam palantes incidens, rem feliciter gerit. Sed ad caſtellum deinde Dampolin occurrens multitudini hoſtium, vincitur, multis Macedonibus ac Thracibus amiſſis. Ceciderunt etiam Theodorus Strabomyta, et Polys, illuſtri loco nati et ob violatam Tornicio fidem illuſtres.

§. 46.

g) ὅπῃ καὶ εἰς βάλοιντο.

h) πάνυ πόῤῥω., e Scylize emendatur ἐν π. α.

i) κατ' αὐτῶν, ſed legendum videtur κατ' αὐτῶν.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1049, 1050.

§. 46.

Magiſter Adrianopolin reuerſus, per litteras imperatorem de accepta clade docet, monetque, nouo eſſe opus exercitu. nam cum praeſentibus copiis aduerſus tam numeroſum hoſtium exercitum, cui eae iam terga obuertiſſent, nullo modo rem geri poſſe. Iam antequam litteras acciperet imperator, de iactura ea reſciuerat. Is Tyrachum et reliquos Patzinacarum principes, qui in vrbe detinebantur, donis ac beneficiis ſuos facit, iuratosque, ſe gentem ſuam placaturos, emittit. Litteris porro miſſis, omnes orientales euocat legiones. qui cum ab Abydo et Chryſopoli traieciſſent, 'imperatorem eis praefecit Nicephorum rectorem [k]), et contra Patzinacas emittit: ſimulque Catacalonem [l]), orientis ducem deſignatum, et Erbebium Francopulum, popularium tunc ſuorum ducem, adeſſe eos rectori eiusque obtemperare ſententiae et mandatis iubens.

Is exercitum trans Aemum, per locum, cui Ferrea nomen, traducit: pergensque aduerſus Patzinacas, in loco quodam, non procul a Centum Collibus ſito (*Diacene* [m]) is appellabatur), caſtra facit, valloque munit. Cogitabat autem poſtridie relictis ibi impedimentis, et quaecunque in exercitu erant ſuperuacanea, cum expedito exercitu ad hoſtem accedere et pugnam conſerere. Stulte enim ſibi perſuaſerat, primo eos impetu profligatum iri: eaque cura ipſum angebat, ne quis fuga euaderet, [neque [n]) ipſe tantum, ſed etiam vniuerſus exercitus [o]), afferebant enim ſecum et funes et lora, quibus captos deuincirent. 'Hoc ipſis ſuſpicionem mouit, et quod initio factum fuit erga ſe et Kegenis caſus, ad extremum cum

k) ϛρατηγὸν αὐτοκράτορα χειροτονήσας τὸν ῥαίκτορα Νικηφόρον.

l) Κατακαλων τον Κεκαυμενον. Cognomen hic omiſit interpres, infra latine reddit *Combuſtus*.

m) Διακενε, Centum collium ſupra §. 43. facta eſt mentio.

n) Lacuna hic fuit vſque ad ea, quae §. 50. habes; *pars ipſorum* cet. quae e Scylitze ſuppleta eſſe in margine dicitur.

o) Verte: *neque ipſum tantum* [angebat haec cura] *ſed etiam vniuerſum exercitum*. et hic periodus claudenda, vt e Graecis apparet.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

cum perſenſiſſent Patzinacae aduentum Romanorum (iam enim et Tyrach et qui cum ipſo erant principes, ab vrbe dimiſſi cum ipſis ſeſe coniunxerant, et, quicquid eis expediret, ſtudioſe curabant,) omiſſis iis, quae Monomacho polliciti fuerant, et confluentibus fortioribus quibusque, ſe optime inſtruxerant, et Combuſto clara voce exclamante et admonente *p*), „ nunc pugnae tempus eſſe; cum ipſi diſperſi ac diſſipati ſint, neque exſpectandum, quoad omnes ſimul cogerentur „: laudabat *q*) reliqua Romanorum multitudo eius conſilium; at rector aperte irridebat, „ Deſine, inquit, o ductor exercitus, et, ' me exercitui imperante, ne contra imperes *r*): non enim diſperſi Patzinacae ſunt inuadendi, ne forte perturbati ſiluas ſubeant, me autem ſequentes, o amice, non adſunt venatici canes, qui indagantes ipſos e locis, quo confugerint, educant „. Et res Romanorum ita ſe habebant.

§. 47.

Anteſignani autem Patzinacarum cum caſtris appropinquaſſent Romanorum, paulum deflectentes, ipſi quoque caſtra locant, et ſequentibus ſignificant, quam celerrime accedendum. Cumque omnes veniſſent, et coniuncti eſſent, ac poſtridie rector Romanas copias eduxiſſet, ipſi quoque contra inſtructi in aciem procedunt. Obtinebat Romanae phalangis medium rector ipſe, dextro cornu praeerat Combuſtus, ſiniſtro Francopulus. Commiſſaque pugna pro-

Mmmmmm 2 fli-

p) Hunc locum plane non intellexiſſe videtur interpres, Graeca ſic habent: *τουτο δε ἐδιδου τουτοις* [*τοις Πατζινακοις* ſubintell:] *ὑπονοιαν το κατ᾽ ἀρχας ἐπιγενομενον εἰς αὐτους ὑπο του Κεγενου πτωμα, ἀμελει και συναισθησιν λαβοντων των Πατζινακων της ἐπελευσεως Ρωμαιων. ἤδη γαρ ὁ Τυραχ και ὁι συν αὐτῳ της πολεως ἀπολυθεντες ἀρχοντες ἑνωθεντες ἦσαν αὐτοις, και τα συμφεροντα τουτοις ἐσπουδαζον, μακρα χαιρειν ἀπόντες τοις προς τον Μονομαχον ὑποσχεσεσι. και προδραμοντων* [ſuppl. *των Ρωμαιων*] *των ἀλκιμωτερων, και του Κεκαυμενου μεγιστον ἀναβοωντος και παρακαλουντος* cet.

q) *ὀυκ ἐπηγγαμεν.* f. *ἐπηγγα μεν*, vt in marg. adſcribitur.

r) *ἐμου στρατηγουντος, αὐτος μη παραστρατηγει.*

Imp. CONSTANTINO Monom.

a. C. 1049, 1050.

ſligantur Romani, cum primum duces ipſi in fugam verſi eſſent. qui ne pedum quidem equorum ſonitum, vt aiunt, ſuſtinentes, fuſi ſunt et fugati: ſolus autem Combuſtus cum ſuis miniſtris et quibusdam paucis cognatis ſtrenue decertans, cum omnibus ſuis in proelio occubuit. Alios perſequi auſi non ſunt Patzinacae, inſidias veriti: et idcirco Romani ſeruari potuerunt incolumes. Interim autem eos, qui ceciderant, praedati, armisque multis potiti et Romanorum impedimentis, tabernacula ponunt ſub Romanorum vallum. Et quidam Patzinacus, *Galinos* s) nomine, qui nouerat, qualis eſſet Combuſtus, ex quo ille praefuit oppidis ad Iſtrum ſitis, et gentes inter ſe libero commercio miſcebantur, cum reperiſſet eum inter cadauera iacentem, ac ſpoliaret. vbi conuerſum ipſum a facie agnouit, et adhuc ſpirantem deprehendit, in equum impoſuit: iacebat enim mutus, quod letales plagas accepiſſet; alteram in ea parte capitis, quae clauaria dicitur, nuda, quippe eius galea deciderat, pertinentem a vertice ad ſupercilia, alteram in collo, vbi lingua radicem habet, vſque ad os penetrantem, exſanguemque illum in ſuum tabernaculum adduxit. quem cum diligenter et accurate curari ſtuduiſſet, ita ſeruauit, vt ſupereſſet.

Et Patzinacae, qui ita facile inuadentem exercitum propulſarent, libere deinde ac ſine metu Romanorum regionem praedabantur.

§. 48.

a. C. 1050.

Imperator autem per eos, qui fugerant, de accepta clade certior factus, doluit, vt par eſt, ſed rurſus alias copias cogebat, et eas, quae ſuperfuerant, ſtudebatque inſequenti anno cladem reſarcire.

a. M. 6558. Ind. 3. Tertia autem indictione anni 6558. hetaeriarcham Conſtantinum ducem cum ſummo imperio declaratum imperator in Patzinacas

s) Γαλινος. Forte qui ſupra §. 44. Γαλινος, frater Baltzaris, et filius Kegenis.

nacas mittit: aſſumtis copiis illis, quae nuper ex Oriente traiectae fuerant, et coactis iis, quae ad occidentem hiemabant, ad Adrianopolin proficiſcitur: ibique conſtructo profundo vallo, commorabatur cum optimatibus, conſiderans et explorans, vnde vlterius progredi poſſet.

Dum vero haec ille cogitaret, repente octauo Iunii menſis Patzinacae, ſuperato Aemo, ad Adrianopolin accedunt. Quorum aduentu Conſtantino per exploratores renunciato, propoſita eſt conſultatio, vtrum cum ipſis dimicandum eſſet, nec ne? Sed conſultantibus optimatibus in tabernaculo hetaeriarchae, Samuel patricius Burtzes, vir ſuperbus et audax, qui tunc pedeſtribus copiis praeerat, cuique commiſſa erat omnis valli cura, haud exſpectato ducis ſigno, ordine relicto, ac diſſoluto vallo cum peditibus egreſſus, in Patzinacas erumpit. Qui cum violentam impreſſionem feciſſent, laborare pedites coeperunt, et idcirco crebro mittens ad hetaeriarcham Samuel, petebat auxilium, ita vt coactus fuerit vel inuitus, dare belli ſignum.

§. 49.

Igitur egreſſo omni exercitu ad eum locum, qui Regia ſcaturigo dicitur [t]), et vniuerſa conflata pugna, cum propter repentinum caſum, et quod incompoſitae eſſent acies Romanorum, et ante victi pedites, confirmati animo eſſent Patzinacae; Romani funduntur, ac profligantur: non tamen multa facta eſt ipſorum caedes, ſed turpiſſime in vallum concluſi ſunt; ceciditque Michael patricius Doceianus, et, letali plaga in viſceribus accepta, magiſter Conſtantinus Arianites tertia die mortuus eſt. Cecidere etiam alii quidam ignobiles, pauci tamen: ſed reliquus omnis exercitus, in vallum indecore concluſus, obſidebatur a Patzinacis, foſſam lapidibus et ramis obruentibus, et vi vallum capere conantibus. quod cito factum fuiſſet, et funditus omnis periiſſet exercitus Romano-

 rum

t) κατα την λεγομενην βασιλικην Λιβάδα.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1050.

rum, niſi ſagitta, a catapulta miſſa, percuſſus *Sultzus* v), cum equo ſimul traiectus fuiſſet, et maxime id conſpicatos obſtupeſeciſſet Patzinacas. Erupit etiam ex Adrianopoli Glabas Nicetas protoſpatharius, legatus legionis ſcholarum, auxilio. quem videntes, et opinati, Syncellum Baſilium cum Bulgaricis copiis venturum (etenim ipſe exſpectabatur), et veriti Patzinacae, diſperſi, alius alio fugientes, receſſerunt.

§. 50.

Imperator autem id vnum ſtudens, vt res Romanorum ſuperiores eſſent, Kegenem, e carcere eductum, ad Patzinacas mittit, pollicitum, ‘eos ad imperatoris beneuolentiam ſe traducturum x), coactisque in vnum ſociis omnibus, Francis, inquam, et Barangis. accerſitis autem et equitibus a Teluch et Mauro monte, et Carcaro, ‘cum praefeciſſet viris illuſtribus ex ſingulis gentibus vnum z), omnibus autem ducem patricium Nicephorum Bryennium, quem ethnarcham, ‘id eſt, gentium principem a) appellauit, ad prohibendas et comprimendas excurſiones Patzinacarum mittit. Hi enim poſt Adrianopolis pugnam omnino aſpernati Romanos, libere ac ſine metu Macedoniam et Thraciam diripere, incendere, infantes vel etiam lac ſugentes interficere, nulla miſericordia moti, ita vt etiam pars ipſorum b)] vſque ad Cataſyrtas, qui proxime vrbem ſunt, venerit. Manu enim imperator hominum armata, collecta ex aulicis cuſtodibus aliisque forte oblatis, ei praeficit Ioannem patricium, cognomine philoſophum, vnum de eunuchis cubiculariis Zoae Auguſtae: qui noctu eos ebrios omnes ac ſopitos nactus, nullo negotio interfecit, et capita eorum curribus ruſticis impoſita ad imperatorem aduexit.

Kege-

v) ὁ Σελτζες, de quo vide ſupra §. 40.

x) διαχισαι τετες, και ἑνωσαι θαναι τῳ βασιλει.

y) περι τας εἰκοσι χιλιαδας omiſit interpres.

z) και ἀνδρασιν ἐπισημοις των γενων ἑκαςον ἐπισαθας.

a) Interpres addit.

b) Quae a verbis *neque ipſe* §. 46. hucusque leguntur, deerant apud Cedrenum, et e Scylitze ſuppleta ſunt.

a. C. 1050.

Imp. CONSTANTINO Monom.

Kegenes ergo egreſſus, legatos ad Patzinacas mittit: qui cum iureiurando confirmaſſent, ſe ipſius voluntati ſatisfacturos, credens iuramento, ad eos ſe confert, ſtatimque interficitur, in multa minuta conciſus fruſta.

§. 51.

Bryennius porro copias ſibi commiſſas accipiens, vt Adrianopolin venit, cuſtodiendis locis curam impendit. Mittitur etiam vniuerſi dux exercitus Michael patricius acoluthus c): cui et ipſi mandatum fuit, vt, iuſto proelio abſtinens, excurſiones hoſtium reprimeret. Is cum Bryennio ſe coniunxiſſet, rem gerere incipit. Ac primum apud Goloam in cohortem Patzinacarum incidens, eam delet. Deinde rurſum ad Toplitzum, quod eſt caſtellum ad Eurum d) ſitum, aliam cohortem Patzinacarum, a reliquis auulſam, nactus, interficit.

Exinde Patzinacae ab his copiis ſibi cauentes, populari regionem ad radices Aemi ſitam ceſſauerunt, omni impetu in Macedoniam conuerſo: in cuius agros graſſabantur delecto robuſtiſſimorum exercitu, parati hoſtes ingruentes defendere. Bryennius et Michael his animaduerſis, noctu motis caſtris, ita vt nemo ſentiret, quorſum tenderent, magnis itineribus Chariopolin veniunt: eoque cum exercitu ingreſſi, opportunitatem rei gerendae exſpectant.

Patzinacae, praedis ex agris et ſuburbiis actis, ſub veſperam reuerſi, proxime Chariopolin, neſcii prorſus, in vrbe hoſtilem eſſe exercitum, in caſtra ſua ſe conferunt, ſecure inter fiſtulas et cymbala comeſſantes. Intendentibus ſe tenebris, Bryennius et Michael egreſſi, eos ſopitos ſtertentesque inueniunt, et occidione delent. Haec clades Patzinacas repreſſit, timoremque incuſſit, vt iam non effu-

c) Nomen, quo Varangorum praefectum vocant ſcriptores Byzantini.

d) Ευρον, ita ſaepius pro Εβρον, quod h. l. in marg. adſcribitur, legimus.

Imp. CON-
STANTINO
Monom.

a. C. 1050.

Indict. 4. 5. effuſe, vt ante, ſed parcius praedas agerent, indictionibus quarta et quinta.

§. 52.

a. C. 1050—1054. e)

32. ϑ) SECVNDVM haec f) imperator, Patzinacas prorſus amoliri cupiens, omnes vndique ex Oriente et Occidente copias conducit, iisque Michaelem acoluthum praeficit. Baſilium quoque ſyncellum Bulgaricos exercitus iubet excitare, et vtrumque contra Patzinacas proficiſci.

Nunciata iis hac re; Patzinacae ad magnam Periſthlabam g) caſtra locant, eaque vallo ac foſſa communiunt profunda, et Romanis aduenientibus, in ea [ſe h)] includunt; obſidionemque perferunt. Romani, cum tempus in obſidione nullo fructu tereretur, iamque etiam penuria laborare inciperent, conſultant, quidnam eſſet agendum. Placuit obſidionem ſoluere; Itaque imperato ſilentio, intempeſta nocte, portis caſtrorum apertis, diſcedunt. Neque hoc Tyrachum latuit, ſed, fugam eos moliri, certior factus, magnam multitudinem caſtris emiſſam vias inſidere iubet, qua Romani erant tranſituri, atque ipſe egredientes ſtatim adoritur. Atrox ibi Romanorum fuit clades, cum alii hoſtes a tergo inſecuti necarent i), alii

ϑ) GLYCAS: *Conatus eſt etiam Monomachus Patzinacas prorſus e medio tollere. Quapropter copias vndecunque contractas aduerſus illos miſit. verum ingenti a barbaris clade accepta, rurſus alium imperator exercitum collegit. Non tamen ad pugnam ventum, ſed ictum vtrinque foedus in annos triginta, quibus a bello abſtineretur.*

32. CEDRENVS T. II. p. 789, 790. Glycas p. 321.

e) Indictionis 7. et 8. meminit Cedrenus p. 891.

f) Poſt foedus Romanos inter et Seruios iunctum, de quo vide *Tom. II. P. I. Seruica §. 26.*

g) De hac vrbe cfr. *Tom. II. P. I. Slauica §. 144.*

h) Omiſit hoc interpres, συλλαβοντες ἑαυτους.

i) και οἱ μεν ὑπο των κατοπιν καταλαμβανομενοι ἀπεσφαττοντο.

alii ab iis, qui vias occupauerant, occiderentur. Cecidit magna multitudo, atque ipſe etiam ſyncellus [Baſilius], reliqui cum Michaele Adrianopolin peruenerunt.

§. 53.

Monomachus ex hac calamitate ingentem cepit dolorem: et, collectis, qui euaſerant, militibus, nouisque ſcriptis cohortibus, conductis etiam mercenariis, bellum reparauit: quod, niſi exſcidiſſet Patzinacas, vitam ſibi acerbam ducebat.

Patzinacae, e perfuga quodam eo de inſtituto facti certiores, miſſis legatis, pacem ab imperatore petierunt. quibus aſſenſit, et inducias tricennales k) pepigit.

Sub

Theodora et Michaele Stratiotico nulla ſit Patzinacarum mentio.

k) Interpres perperam *triennales*, in Gr. enim eſt *τριακονταέτεις σπονδάς*.

CAPVT V.

Iteratae Patzinacarum in prouincias Romanas irruptiones, nunc ſponte irruentium, nunc a ſeditioſis Romanis euocatorum; ab a. C. 1057 – 1078.

§. 54.

Imp. ISAAC-CIO *Comn.*

Imp. ISAACIO *Comneno*,

a. C. 1057. a)

33. α) CVM — Vngri pacem violaſſent erga Romanos, et Patzinacae e luſtris, in quibus delituerant, erupiſſent, laederentque finitimam regionem: imperator, paratis iis, quae ad profectionem exercitus vſui eſſent, cum omnibus viribus ſe Triaditzam con-

α) ZONARAS: *Comnenus, expeditione contra Vngros et Scythas, qui Patzinacae dicuntur, ſuſcepta, Vngris petentibus pacem conceſſit. Scythas vero aggreſſuro, caeteri quidem ceſſere, pacem et ipſi amplexi (neque enim omnes duci parebant), vnus vero eorum Selte, caeteris audacior, cum parte quadam Romanorum copiarum congreſſus, vincitur, et, multis ſuorum amiſſis, au-*

33. SCYLITZES (Cedren. T. II. p. 809, 810.). Zonaras T. II. p. 270. Glycas p. 323. Anna Comn. p. 89, 90.

Scylitzes p. 854. alieno loco: *Comneno* [Iſaacio] *adepto imperium, Turcorum natio Orientem premeret, Patzinaci vero occidentem.*

a) Hoc anno a. M. 6566. indict. 11. Cal. Sept. Iſaacius imperium ſuſcepit coll. Cedren. T. II. p. 805. res vero hic narratae non diu poſt id tempus contigiſſe videntur, d. 24. Sept. feſto martyris Theclae, cuius hic omnes meminerunt.

confert. ibique ab Vngris accepta legatione, cum pacem confirmaſſet, ac pro viribus ſtabiliſſet, in Patzinacas profectus eſt. Quibus diuiſis ſecundum gentes et tribus, reliqui duces imperatori ſe ſubmittentes, pacem et amicitiam amplexi ſunt: ſolus *Selte* manum imperatori dare noluit, Iſtri paludibus, quo confugerat, et praerupta, quae illic erat, petra nixus: quibus etiam fretus, in planitiem erupit, promto animo cupiens cum imperatore manum con-

 ſerere

fugit. GLYCAS: *Vngricae Patzinacarumque nationes turbas dedere, contra quas egreſſo cum copiis imperatore, cunctisque pacem expetentibus, pars quaedam Patzinacicae gentis manus dare noluit, eaque pertinacia ſua conſecuta eſt, vt prorſus exſcinderetur.* ANNA COMNENA: *Cum principes* Dacorum, *iſti olim foederis pertaeſi, bellum in Romanos meditarentur, iamque aggredi coepiſſent: id animaduertentes* Sauromatae. Myſi *a veteribus appellati, ne ipſi quidem continere ſe intra limites ac quieſcere volebant. Sed cum vlteriorem Iſtri ripam, qua id flumen Romanam ditionem ſuo alueò terminabat, incolerent. inde in fines noſtros irruperunt, iniurias a* Getis, *quos infeſtos alia parte patiebantur, aſſiduis incurſionibus ac latrociniis acceptas, cum in auctores minus poſſent, in Romanos innoxios vlturi. His igitur inſtigantibus cauſis ad iram, noſtrique contemtum, occaſione captata congelati Iſtri, per eius ſolidam ſuperficiem, velut per continentem, progreſſi, non expeditione, ſed migratione integra, tota gens in noſtros fines incubuit, graui calamitate regionum atque vrbium eius limitis. His auditis, imperator Iſaacius operae pretium putauit, occupare Triaditzam. quo facto, vbi orientales barbaros, audendi cauſa ipſis nocendique ablata facultate, quieſcere vel inuitos compulit, facili opera factus ſecurus ab ea parte, cum vniuerſo exercitu in Myſos mouet, eos a Romanis finibus repulſurus. Hi et imperatorem et exercitum primo conſpectu veriti, diſſidere ſententiis ab inuicem, quibusdam inclinantibus ad pacem. Quibus parum fidendum Auguſtus ratus, phalangem inſtructam caſtris ipſorum, qua parte munitiſſima erant, admouet ipſe praeſens et infeſtus. quo inopinato acceſſu, oblato repente ſui copiarumque tam propinquo conſpectu, vtraque ſpecie vehementer barbaros percutit. Nam et ipſum in armis ducem fulgura quaedam terrifica vibrantem contra intueri nequaquam audebant: et ſtructura phalangis conſertusque contextus clypeorum indiſſolubili nexu cohaerentium hor-*

Imp. ISAACIO *Comn.*

a. C. 1057.

ſrere: ſed breui tempore ſuae dementiae praemia tulit. Siquidem cum exigua imperatoris militum manus ipſi reſtitiſſet, fugit, et eius refugium captum et ab ipſis fundamentis eſt dirutum. Imperator autem poſt ipſum profligatum ac deletum funditus inde profectus ad Lobitzum tabernaculum poſuit.

Imp. CONSTANTINO *Duca.* a. M. 6573. a. 6. Imp. Conſt. ind. 3.

§. 55.

Imp. CONSTANTINO *Duca.*

a. C. 1065. c)

34. IN occidente — circa tertiam indictionem — Vzorum natio (hi etiam ſunt genere Scythae et Patzinacis nobiliores et multitudine ſuperiores d)) cum tota gente Iſtrum traiecit. Quibus cum imperator

ribile ſpectaculum conſternatis erat. Receſſerunt igitur paulatim, ſed ita, vt intra illum ipſum diem tabernaculis ibi omnibus relictis, in fugam ſe dederint, reuerſuri tamen, vt aiebant; nam in tertium ab eo diem condicebant proelium. At Iſaacius, caſtris eorum occupatis diſiectisque tabernaculis, praedaque omni, quae reperta eſt illic, conuaſata ſecumque ablata, victor reuertitur. b).

b) Quae hic de *Sauromatis* ſeu *Myſis* Anna refert, de *Patzinacis* intelligenda eſſe, e locis Scylitzae et reliquorum cum hoc noſtro collatis apparet. *Daci* vero Annae *Vngri* reliquorum eſſe videntur; id quod Cangio ad h. l. aliter viſum eſt. in Notis. enim p. 272. Σαυρομαται, „ Qui, inquit, Zonarae et Scylitzae in Iſaacio *Hungari* dicuntur „. Quae vero potior ſit ſententia, lector iudicet; ſimulque conferat alium Annae locum, quem infra *§.* 75. adfero.

34. SCYLITZES (Cedr. T. II.) p. 815, 816. Zonar. T. II. p. 273, 274.

Glycas p. 325. Quem hic excerptum dedi, integrum habes locum, vna cum narrationis varietate, in *Vzicis §.* 6—9.

c) Annum in margine adſcriptum narrationi ſuae ſubiungit Scylitzes.

d) *γενος δε και ουτοι Σκυθικοι και των Πατζινακων ευγενεστεροι τε και πολυπληθεστεροι.* Glycas, *και των Πατζινακων οἱ ευγενεστεροι.* Zonaras, *Σκυθαι, και τουτο εστι των Πατζινακων και κατα γενος ὑπεροχην και κατα πληθους ὑπερβολην παρα τοις Σκυθικοις προτιμωμενον εθνος.*

a. C. 1065.

perator cum exercitu occurrere pararet: quidam ad ipſum accurrentes acceſſere, atque duces [Romanos ab iis captos] redemtos nunciarunt, et totius nationis interitum, aſſerentes, duces ipſorum conſcenſis nauigiis Iſtrum transmiſiſſe, reliquam vero multitudinem fame ac peſte et a finitimis Bulgaris et Patzinacis debellatam funditus interiiſſe.

§. 56.

a. C. 1065 — 1067. [e])

β) DVX Sardices Diogenes cum — patricius eſſet, petiit ab [35] imperatore Conſtantino Duca hoc honore affici, vt eſſet Beſtarches. Imperator autem reſpondens „ Oſtendens operam, repoſce mercedem „, inanem ipſum re infecta dimiſit. Egreſſus igitur Diogenes, cum ad Sardicen perueniſſet, incidiſſetque in Patzinacas, qui eruperant, et regionem diripiebant, de ipſis tropaea erexit, et ex captiuis viuos quamplurimos, interfectorum vero capita imperatori miſit. et idcirco Beſtarches ab imperatore creatus eſt. qui quidem ei ſcripſit, Non meum donum, o Diogenes, hoc, ſed tuae virtutis et fortitudinis.

Sub

Romano Diogene nulla fit Patzinacarum mentio.

§. 57.

β) ZONARAS: *Hic [Diogenes Romanus* nomen interpres addit] *veſtarcharum dignitate ornatus, et a Duce Sardicae dux delectus fuerat, et cum illic alicubi in Patzinacas incidiſſet* (Τετίμητο δὲ τῷ τῶν Βεστάρχων ἀξιώματι. Δοὺξ γὰρ παρὰ τοῦ Δουκὸς τῆς Σαρδικῆς γεγονώς, καὶ Πατζινάκοις cet.), *multis occiſis, nec paucioribus captis, et viuentes et caeſorum capita* — —.

35. SCYLITZES p. 820. Zonar. T. II. p. 276.

e) Sunt reliqui imperii Conſtantini Ducae anni.

Imp. MI-
CHAELE
Duca.

§. 57.

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. 3. imperii. a. C. 1070.

36. γ) IN vrbibus — maritimis neglectis militibus, vtpote qui nihil acciperent ex praeda, mittitur Beſtarches Neſtor, qui fuerat ſeruus patris imperatoris, dux eorum populorum, qui ſecundum Iſtrum degunt, vocatus, inita cum *Tato* f) ſocietate, vt cum viro eiusdem ſententiae, cum pluribus Patzinacis inſtructi ad regiam vrbem profecti ſunt. — Neſtor —, cui a ſuis paratae inſidiae fuerant, inde proficiſcitur, Thraciamque depraedatur, et Macedoniam et Bulgariae finitima, et ad Patzinacarum regionem ſecedit.

§. 58.

indict. 1. a. C. 1078.

37. δ) [NICEPHORO Botaniate indictione prima menſe Octobri impe-

γ) ZONARAS; *Tertio — anno imperii illius* [Michaelis] — *ſeruus quidam paternus imperatoris, Neſtor nomine, dignitate Veſtarches, ripae Iſtri dux deſignatus, arma contra illum cepit, et conſpiratione cum quodam Patzinacarum duce Tato* (μετα τινος αρχηγȣ Πατζινακων, ὁς εκαλειτο Τατȣς) *inita, caſtra ante vrbem imperatricem poſuit. Monitus autem ab imperatore, vt ab armis diſcederet: id ſe facturum reſpondit, ſi logotheta Nicephorus, reip. peſtis et clades populi ſibi vel dederetur, vel e medio excederet. Eo ab imperatore negato, relicta vrbe, Thraciam — ſecedit.*

δ) ZONARAS: *Patzinacarum multitudo Adrianopolin aggreſſa, caſtris*

36. SCYLITZES p. 853. Zonar. T. II. p. 288.

Incurſionum Patzinacicarum tempore Michaelis Ducae meminit Bryennius p. 41. *Imp. Michael circumuentus ancipiti malo irruptionis geminae barbaricae. Hinc Turcorum — orientem vniuerſum hoſtiliter incurſantium; illinc Scytharum, Thraciam et Macedoniam per tumultum manu facta vaſtantium, vtrorumque tanta rabie furentium, ac tam late ſtragem ruinasque ſpargentium, vt Aſia pene pariter Europaque vniuerſa ſaeuiſſimis hoſtibus praedae forent.* Id. p. 68. *Imp. Michael curis innumerabilibus conflictabatur, Scythis quidem Thraciam et Macedoniam incurſantibus, Sthlauinorum vero gente iugum Rom. dominationis excutiente.*

f) τῳ Τατȣ.

37. SCYLITZES p. 860. Zonar. T. II. p. 290.

imperatore ſalutato et Ruſelio cum Alexio Comneno in illum miſſo,] Patzinaci — cum haud exigua manu Adrianopolin inuaſere, quam circumſidentes, quosdam per regionem miſere, qui optima quaeque ipſius loca vaſtarunt, virorum caedem facientes, et animantium abigentes infinitos greges, neque illius generis vexationum vllam praetermittentes. Bryennius autem foederibus, et auri largitione et ſtragulorum efficere ſtudens, vt ipſi ſecederent, a ſuis argentum exigebat.

§. 59.

[NICEPHORVS Bryennius cum ſe apud imperatorem imperii 38.
affectati accuſari cognouiſſet; pupugit hoc vehementer viri animum, tamen tenuit] ſe adhuc, et deliberabat tantum, quid ageret. Dum in eo erat, frater eius Conſtantinopolin redit, re paulo ante bene geſta contra Scythas g). Petebat igitur ab imperatore pretium operae fortiter nauatae, [Quo fruſtratus, cum fratre et Baſilace contra Michaelem coniurationem fecit].

§. 60.

[NICEPHORVS Bryennius, ſumto imperatoris titulo h),] con- 39.
ſanguineum i) ſuum magiſtrum Ioannem Curopalatem [cum exercitu CPlin mittit] ſequente praeterea ipſum Scytharum non paruo exercitu, non e peregre profectis et ſtipendiariis, ſed ex iis, qui non multo ante a popularibus ſuis ad Romanam dominationem ſponte transfugerant. —

§. 61.

poſitis agros ſuburbanos vaſtat, a quibus Bryennius pecunia data impetrauit, vb ab vrbe recederent.

38. NICEPH. BRYENNIVS p. 71.
g) Patzinacarum ſub hoc nomine nusquam meminit Bryennius; ſed quae hic, infra et locis ad §. 57. allatis de Scythis habet, de Patzinacis valere, ex iis, quae alii auctores de Patzinacis circa haec tempora narrant, ſatis probabile fit.

39. Id. p. 77.
h) Eodem fere tempore, quo Nicephorus Botaniates in oriente rebellionem fecit.
i) τὸν ἑαυτοῦ ὁμαίμονα.

Imp. MICHAELE Duca.

a. C. 1078.

§. 61.

40. [IOANNES Curopalata,] fruſtra videns teri obſidione tempus — quaerebat —, quo pacto ſecuram et innoxiam obſidionis ſolutionem haberet. Haec — agitanti nuncius venit, Scytharum aliquam multitudinem Haemum transgreſſam, agros pagosque circa Cherſoneſum incurſare vaſtareque. Hinc rapto praetextu, recedit a ciuitate, quaſi Scythas reprimendi ſtudio, usque commodum a praeda reuertentibus occurrens, pugnam ſecundam fecit, fuſis fugatisque cunctis, plurimis interfectis, nec paucioribus captis, quos ad fratrem rediens ei obtulit. Qui ex iis occaſione tranſigendae cum Scythis pacis opportune capta, redditis captiuis, alios e primoribus Scytharum obſides accepit, ſocietate cum iis firma conſtituta.

Imp. NICEPHORO Bot.

§. 62.

Imp. NICEPHORO Botaniate

41. e) [NICEPHORVS Baſilacius Theſſalonicae certior factus] de Botaniatae declaratione, et litteras quidem ad ipſum miſit, quibus ſe ei ſubiectum declarabat: verum clam contra eum neſcio quid moliebatur, adiutore ſibi ad hoc aſcito quodam, nomine Gymno, et Gregorio Meſemero, et Teſſaracontapechy; acceſſiuit item ſibi Patzinacas in ſocietatem.

§. 63.

42. INTEREA — dum exercitus [imperatoris Nicephori Botaniatae] in expeditione aduerſus Baſilacium occupabatur, Patzinaci, cum Coma-

e) ZONARAS: *Niceph. B., qui Bryennio in Dyrrachii praefectura ſucceſſerat, et ipſe imperii cupiditate aeſtuans, collecto exercitu Theſſalonicam proficiſcitur. Vbi cum didiciſſet, Botaniatem rerum potitum eſſe; ſeruiles ad eum litteras dedit, interim vero clam defectionem molitus eſt, Patzinacis in auxilium euocatis.*

40. Id. p. 78.
41. SCYLITZES p. 865. Zonar. T. II. p. 292.
42. SCYL. p. 866.

Imp. NICE-PHORO *Bot*

a. C. 1078.

Comanis coniuncti, Adrianopolin inuasere, irati, quod a Bryennio quidam ex ipſis interfecti fuerant. Succenſa igitur pyra multas ibi domos combuſſere, nullaque re memoratu digna geſta reuerſi ſunt.

§. 64.

[CIRCA id ipſum tempus] Lecas — quidam a Paulicianis ex Philippopoli profectus, Epigambria ad Patzinacas transfugit, et, cum his conſentiens, Romanis formidabilia minabatur. 43.

§. 65.

LEO vero Diabatenus, in Meſembriam miſſus, res illic moderabatur, et cum Patzinacis et Comanis percuſſo foedere conſenſit. 44.

§. 66.

r) [IN exercitu Bryennii, in Nicephorum Botaniaten rebellantis, cum aduerſus imperatorios ad Calobryam ſuos in aciem educeret] extra ſiniſtrum cornu Scythae auxiliares diſpoſiti fuerant, proue- 45.

r) ANNA COMNENA: — *extra totum aciei corpus, interuallo quaſi duum ſtadiorum, auxiliares quaedam copiae Scytharum erant, barbaricis inſtructae armis. De his mandatum erat, vt — cecini*ſ*ſet, circumducti barbari a tergo immitterentur in hoſtes, eos, quantum poſſent, aſſidua iaculatione conturbaturi; dum interim a fronte phalanx, coniunctis armis et viribus, quam ve-*

43. Id. ibid.
44. Id. p. 867.
45. NICEPH. BRYEN. p. 91 — 93. Anna Comn. p. 11 — 13.

k) Bryennium paulo poſt huncrem defectionem, quam Petauius ad a. C. 1078. Ianuarii d. 31. horam 1. poſt mediam noctem contigiſſe docet, rebellionem feciſſe, Glycas p. 331. auctor eſt.

Niceph. Bryennius p. 89. haec habet: Botaniates legatione ad Bryennium miſſa *Ego*, inquit, *patrem tuum olim noui, praeclarum belli ducem, quique multa deuictis Scythis tropaea ſtatuit.*

Imp. NICEPHORO *Bot.*

a. C. 1078.

prouecti vltra aciem duorum ſtadiorum interuallo. [Bryenniusque ſuis] praeceperat, vt, quamprimum hoſtes apparuiſſent, et tuba claſſicum ceciniſſet, 'conarentur praecurrentes Scythae l) quam tumultuoſiſſime, cum vociferatione et vlulatu 'ipſis ſolito m), circumuenire hoſtes et ipſis a tergo inſtare. [Contra vero imperatorii exercitus dux Alexius Comnenus] Chomatenis et Turcis [auxiliariis] Conſtantinum Catacalonem ducem praepoſuit, opponens eos ex aduerſo Scythis. — [Parte copiarum Alexii in fugam verſa] in ſiniſtro — cornu [Bryenniani exercitus] 'Scythae, quos ducebat Conſtantinus Catacalo n), videntes Chomatenos, ſtatim in eos erupere cum clamore et vlulatu magno, et dicto citius iis in fugam verſis, perſequendi fine facto, ſeruatis ordinibus reuertebantur, cum libido ipſis incidit irruendi magno impetu in eos, qui extremum agmen Bryennianorum tuebantur: vbi facile direpta illa omni mercenaria manu, equorum inſuper et ſpoliorum magna praeda facta, domum abierunt. Hinc ordinum militarium orta perturbatio

vehementiſſime in aduerſum alterus inferretur. Alexius contra eos qui dicebantur Immortales et quosdam e Gallis circa ſe retinuit. — *Chomatenis vero ac Turcis ducem pr. Cat., cui dedit in mandatis: obſeruaret Scythas, et negotium proprium haberet, eorum incurſionibus obſiſtere.* Parte — verſa, *Scythae in Chomatenos Catacaloni ſubiectos irruerunt* (οἱ Σκύθαι τοὺς περὶ τὸν Κατακαλὼν Χωματηνοὺς ἰδόντες), *et clamore vario atque vlulatibus inconditis facile territos in fugam verterunt. quo animaduerſo, barbari ad praedandum verſi, mox onuſti retro reſpicere, et quo ſpolia in tuto ponerent, priora caſtra, vnde venerant, requirere coeperunt. Scytharum id ſolemne vitium bellantium eſt: primam ad hoſtis fugam, nondum confirmata victoria, ſpoliorum raptui vacantes, ſucceſſum cupiditate corrumpunt, quod et hic contigit. Nam lixae, calonesque, caeteraque miniſteria caſtrorum, ne quid a praedantibus Scythis incommodi paterentur,* ad

l) θορυβωδῶς τοὺς ἀμφὶ τὸν Σκυθικὸν —.

m) Addit hoc interpres.

n) οἱ περὶ τὸν Κατακαλὼν Σκύθαι, *Scythae, qui Catacaloni Conſtantino oppoſiti erant.* Catacalo enim, vt ex ſuperioribus apparet dux fuit imperatorii exercitus, Scythae vero Bryennio militabant. Forte Graeca ipſa ex Anna Comn. emendanda ſunt.

batio: quod terrore illato in illam multitudinem ſarcinariorum iumentorum, quam vulgari lingua tuldum Romani vocant, multa ex iis temere in ordines armatorum inſerebantur, Scythas fugientia, vnde contigit ſigna permiſceri. — Quia [itaque] Scythae, qui debuerunt inſequi fugientes, ab iis impetum verterant in extremum agmen Bryennii — [Alexiani non longe fugerunt, ſed in propinquo, quo res caderet, exſpectarunt].

§. 67.

COMNENVS Alexius [Bryennio et Baſilace debellatis] in ſibi commiſſam prouinciam eius viſendae curandaeque gratia profectus, 46. cum Adrianopolin veniſſet, paucos ibi di s moratus, certior factus eſt, Scythas in Romanos armari, iamque fines Bulgariae latrociniis ipſorum agi ferrique. His cognitis quidquid copiarum ad manum fuit raptim contrahit, duces praeſertim ac tribunos, cum quibus omnibus Philippopolin ſe contulit. vbi diſtinctius edoctus de rebus Scytharum, cum comperiſſet, depraedari eos ac vaſtare oppida, quae Naïſum et Scupas interiacent, ſtrenue in eos vadit. Caeterum eo iam Sardicam praetergreſſo, Scythae illius aduentu cognito, effuſe in fugam ſe dederunt, praeda derelicta. Quibus inde pulſis, Alexius Philippopolin reuertitur.

extremam ſe aciem Bryennianorum pugnantium applicuerunt, tantaque erat et tam effuſa concurſatio ſeſe immiſcentium manipulis ſuorum, vt barbaros effugerent, vt inde exſtiterit perturbatio non exigua ordinibus permiſtis, ſignorumque militarium diſcrimine confuſo, ſparſo praeterea falſo de caede Bryennii rumore, Alexiani e fuga colliguntur, quibus omnium maxime *inopinatum acciderat, Scythas, quos paulo ante imminentes humeris paſſi erant, videre iam lato ſpatio diuiſos patriam domumque, alia certe omnia quam pugnam cogitantes, longe ab vtraque exercitu circa praedam curſitare, quam modo fecerant.*

46. NICEPH. BRYEN. p. 103.

CAPVT VI.

Prima Scytharum [Patzinacarum] *in prouincias Romanas tempore Alexii I. Comneni irruptio ; circa a. C. 1081–1096.*

§ 68.

Imp. ALEXIO I. Comn.

Imp. ALEXIO I. *Comneno.*

a. C. 1081–1083. a)

47. [BALBVS b) quidam Manichaeus c), ab Alexio Comneno olim in numerum miniſtrorum familiarium receptus, ſorores ſuas, quas in patria quatuor habebat,] Manichaeorum calamitati implicitas cum caeteris in cuſtodias abduci bonis omnibus ſpoliatas cernens, maiorem commotus in modum eſt, maiusque id malum eſſe, quam vt ferri poſſet, ſtatuit. Circumſpiciebat igitur occaſionem elabendi e manibus imperatoris. Nec fefellit eius coniugem haud dubiis

47. ANNA COMNENA p. 157, 158.

a) Anna Comn. p. 114. meminit indictionis 5. d. 18. Octob. (quae ſecundum Latinos, qui annum a Ianuario incipiunt, quarta eſt), p. 166. vero indictionem 7. cal. Dec. habet ; vt itaque, quae hic li. narrantur, inter a. 1081. ſeu indict. 4. et 1083. ſ. Indict. 6. collocanda eſſe, appareat.

b) ὁ τραυλὸς, cognomen eſſe videtur, proprium vero huius viri nomen me legere non memini.

c) Manichaei ſeu Pauliciani eo aeuo circa Philippopolin habitabant, quos olim ex Armenia et Aſia in Thraciam a Conſtantino Copr. traductos eſſe, Theophanes p. 360. ſcribit. Paulicianorum Philippopolitanorum meminit Scylitzes p. 866. vide ſupra §. 64. Plura de iis qui volet, adeat Cangium ad Alexiadem p. 284., 285. 306. et 412. et ad Villharduinum N. 208.

a. C. 1081—1083.

Imp. Alexio I. Comn.

dubiis deprehenſa ſignis cogitatio transfugii. Adit eum, cui per id tempus commiſſa gubernatio Manichaeorum erat, illique, de viro ſuo quae norat, aperuit. Senſit Balbus rem proditam, eoque maturandum ratus, omnibus, quibuscum conſilia contulerat, quique illi vel conſanguinitate vel alia neceſſitudine iuncti erant, ad ſe raptim conuocatis, cum iis erumpit, et Beliatobam occupat. Oppidulum id eſt alto et munito ſitu, quippe impoſitum montis vertici, et in conuallem loco ſubiectam imminens. [Inde illi finitima ad Philippos vſque depraedabantur]. Nec his contentus Balbus, foedus init cum Scythis Iſtri vi[?]ina colentibus. Duces enim illius gentis, qui Glabinitzam et Dreſtram adiacentesque iis regiones obtinent, adeo ſibi conciliauit d), vt etiam filiam illuſtris inter Scythas viri magna ipſorum voluntate e) acceperit coniugem. Haec magna ira machinabatur fugitiuus, tota, quod aiunt, manu ingens imperatori malum cudens f), irruptionem videlicet Scytharum. Cuius periculi momentum ſolita ſua ſapientia prouidens et reputans Auguſtus, crebras beneuolentiſſime ſcriptas et promiſſis plenas ad Balbum reuocandum litteras miſit, auream etiam bullam, qua impunitas ipſi pleniſſimaque libertas ſanciebatur, reddendam ei curauit. Verum cancer recta ingredi non didicit. Idem erat homo poſtea, qui heri et nudius tertius. Scythas in Romanos concitans, armata auxiliariorum manu late infeſtans vicinam circum omnem

§. 69.

a. C. 1083—1096. g)

GENS quaedam Scythica, genus ducens a Sauromatis, propriis ſedibus relictis ad Danubium deſcendit h). Quoniam vero ne- 48.

ceſſa-

d) τοὺς περὶ τὴν Γλαβινίτζαν καὶ Δρίστραν ἡγεμόνας καὶ τὰ ταύτῃς παρακείμενα ὑποποιησάμενος.

e) Addit haec interpres.

f) σπεύδων ὅλῃ χειρὶ λυπῆσαι τὸν αὐτοκράτορα. Verboſa Anna, ſed multo adhuc verboſior interpres.

48. ANNA COMN. p. 182—185.

g) Hunc poſteriorem annum indict. 4. a. M. 6604. ad p. 283. vbi in textu lacuna eſt, ſupplet Cangius in Notis ad eum locum.

h) Graeca aliud quid, quam quod interpres in verſione ſua expreſſit,

ceſſarium ipſis erat conuenire in certas conditiones pacis cum accolis Danubii, 'mittuntur vtrinque, qui communiter conſulerent, ex nouis quidem colonis praecipui quique, ex aliis *Tatus* et qui *Chale* nominatur, et *Seſthlabus* et *Satza* [i]) (nam et virorum inter hos barbaros illuſtrium meminiſſe oportet nominatim; 'tametſi vocabulorum iſtiusmodi barbaries Hiſtoriae quaſi corpus aſperat, et maculat faciem [k])). Quorum primus quidem Driſtrae imperitabat, alter Bitzinae, alii aliis circum vrbibus aut locis [l]). Hi ſatis collocuti, foedus feriunt: poſt quod iam ſecure Scythae Danubio traiecto, in orae obiacentis populationem incubuere; 'ne oppugnatione quidem aut occupatione abſtinentes oppidorum eius limitis [m]). Deinde tamen, induciis quibusdam factis, ad terram colendam verſi, milii triticique ſementem fecerunt.

§. 70.

At Balbus Manichaeus vna cum coniuratis et ſequacibus ſui, qui excelſo ſitum loco Beliatobae oppidum occupauerant, de quibus ſuperius pluribus egimus, quo ſtatu Scytharum aduenarum res eſſent, certiores facti, quod dudum parturierant, enixi ſunt denique. Occupatis enim ſemitis aſperis atque anguſtis, 'viam ad ſe per eas vocatis praebuere barbaris, illorumque vim cum ſua ipſorum immanitate iunctam, in vniuerſam iam ditionem immiſere Romanam, aſſiduis eam incurſionibus ac latrociniis agentes ferentesque crudeliſſime [n]). Eſt enim Manichaeorum genus natura ſangui-

significare videntur. Ea vero iſta habent: γενος το Σκυθικον πληθη των Σαυροματων καθ' ἑκαστην σκυλευομενον, ἀπαραντες των οἰκοι κατηλθον προς τον Δανουβιν. *Sauromatae* ſupra quidem §. 54. in varietate narrationis *Patzinacas* indicare videbantur; ſed hic ſub eodem nomine gentem ab ipſis diuerſam intelligi, patet.

i) τουτου συνδοξαντος πασιν ὡς ὁμιλιαν ἠλθον μετα των ἐκκριτων, τουτε Τατου (eius mentionem factam vide ſupra §. 57.) και Χαλη ὀνομαζομενου, και του Σεσθλαβου και του Σατζα.

k) ἃ και το σωμα της ἱστοριας τοις καταμιαινεται.

l) του μεν την Δριστραν κατεχοντος, των δε την Βιτζιναν και τ' ἀλλα.

m) ὡς και πολιχνια τινα κατασχειν.

n) Gr. breuius ita, κατεκαλεσαντο τας Σκυθας κἀντευθεν την ἁπασαν Ῥωμαιων ἐληϊζοντο χωραν.

guinariorum, fundendoque quotidianis pugnis ac quaſi ligurriendo humano cruore luxuriari amans, canino quodam genere deliciarum.

His imperator Alexius auditis domeſticum occidentis Pacurianum (quem norat peritiſſimum exercitus ducendi inſtruendique ad proelium, gubernandique ex vſu omnia, praeſenti conſilio ſubitis euentibus aptando) iuſſit, adiuncto ſibi Brana, viro et ipſo ſtrenuiſſimo, aduerſus Scythas o) vadere cum copiis. Id illi exſecuti impigre, barbaros deprehendunt explicatos anguſtiis montium vltra Beliatobam poſitis caſtris: quorum multitudinem innumerabilem Pacurianus aeſtimans oculis, et pro ſua militari prudentia verens, vt ſuccedere proelium poſſet paucorum cum plurimis, ſane propendebat in conſilia tutiora q); ſeruare ſine pugna copias integras arbitrans ſatius, quam praecipitando certamine temeritatem mox luere clade plurimorum.

Verum interceſſit ſalubri cogitationi feruidior impetus Branae; cui, praeferenti magnifice apertam vim et in alacritate congreſſus, prima ipſa occaſione ſtrenue captati, omen victoriae certum agnoſcenti r), ſuſpicionem timiditatis et famae labem domeſticus metuens, opponere ſuam ſapientiam non eſt auſus. Iuſſis ergo ſuis arma capere, aciem ipſe inſtruens, medium in ea ſibi locum legit: mox recta in hoſtes s) ducit. Quorum cum pars vel vna de multis longe noſtros numero vinceret, et ea tanta imparitas Romanorum ad pugnam euntium oculis cerneretur: perculſi nimirum omnes aſpectu ſunt et foedo cladis augurio conturbati t). Congreſſi tamen cum Scythis, multi quidem in pugna caeſi ſunt: ipſe autem Branas letali vulnere cecidit. At domeſticus fortiſſime dimicans, ſaepiusque collecto impetu infeſtus equitans in cohortes hoſti-

o) κατ' αὐτων.

p) καταλαβων δε τες Σκυθας διελθοντας τας στενωπας.

q) προς τον μετ' αὐτων ἰθυδις ἀπαναγκης πολεμον.

r) ἀλλα τῳ Βρανῃ φιλοκινδυνοτάτῳ τε και θρασει ὀντι ταυτα ἀνηρεσκεν.

s) κατα των Σκυθων.

t) ἐκ μονης ὀψεως παρειθεις ἠγωνιασαν απαντες.

Alex. XV. x10 1. Comn.

hoſtiles, deinde ad fagum curſu offendens exanimatus eſt. Reliquus exercitus quo quemque ſors tulit varie diſperſus diſſipatusque eſt.

§. 71.

Grauem luctum eius cladis nuncius imperatori attulit, nunc communiter vniuerſos, qui ceciderant, nunc ſingillatim vnumquemque lamentanti, [maxime tamen omnium domeſticum] — 'Nec tamen animo concidit, aut in iſto dedecore ac periculo rei Romanae ignauia defungi queſtibus ſatis habuit v): verum 'arceſſitum curriculo x) Taticium cum pecunia multa Adrianopolin miſit, annua illic ſtipendia numeraturum iam conſcriptis militibus, nouosque praeterea circum vndique delectus habiturum, 'quoad conflatus eſſet exercitus, eius firmitatis ac roboris, vt tuto Scythis opponi poſſet y). Iuſſit etiam Vmpertopulum, praeſidio, quantum ſufficeret, Cyzici relicto, cum ſolis Gallis z) ad Taticium ſtrenue pergere: qui paratis iam idoneis copiis, Vmpertopuli Gallorumque aduentu aſpectuque non parum confirmatus, 'nulla iam amplius expeditionis mora facta, ſigna infeſta in Scythas mouet a).

Eo itinere circa Philippopolin perlatus, dum caſtra munit prope ripas fluminis fluentis Salinum b) verſus, videt reuertentes e praedatione Scythas cum magno rerum et perſonarum captiuarum impedimento,

Nondum vaſa intra vallum depoſuerat; 'tamen momentorum in occaſione pretium aeſtimans c), 'immittit ſtatim in Scythas viros fortes, a caetero abſciſſos copiarum corpore, idoneo numero d). armatur ipſe interim, et omnibus, vt armentur, edicit, ſtructisque pha-

v) ὀν μεντοι δια ταυτα ἀνακειπτων κεν,

x) μεταπεμψαμενος.

y) ἱνα ϛρατευμα ἀξιομαχον ὡυθις συϛησηται.

z) των Κελτων, paulo inferius τας Λατινας.

a) κατευθυ Σκυθων ἐχωρησε ευραχϛημα.

b) Σαλινον, pro quo Editio Hoeſcheliana habet Βλισνον, quod Cangius praefert.

c) Addit haec interpres.

d) ἱκανας ἀποτεμομενος κατ' αὐτων ἐκπεμπει.

phalangibus et acie deſcripta, ‘paratus ad proelium *f*) ſequebatur velites praemiſſos. Sed cum vidiſſet, ‘hoſtes *g*) cum praeda et captiuis ſeſe adiunxiſſe reliquis Scytharum copiis ‘ad humentes ripas ſtagnantis amnis *h*), ipſe, bifariam diuiſis ſuis, dari claſſico ſignum vtrimque iuſſit, ſimulque cum clamore alacri et conſono inuadit barbaros. Pugna conſeritur atrox, qua Scytharum plurimi cecidere, multi diſperſi fuga ſeruati ſunt.

§. 72.

Taticius, praeda omni recepta, victor Philippopolin tenuit: ibique exercitu omni collecto, quaſi ex ſpecula imminebat in occaſionem rurſum congrediendi cum barbaris. Cum autem innumerabiles ipſorum ‘circumſtare vndique *i*) copias ſciret, ‘minus ſuae vnius ſpeculationi fidens, alios *k*) omnem in partem ſpeculatores miſit: ‘qui ei, quae quisque obſeruarat, ſtatim nunciantes, quantam maximam conſequi poſſet rerum, quae a Scythis agerentur pararenturue, cognitionem impertirent *l*). Horum ſpeculatorum concors indicium fuit, Multitudinem ingentem barbarorum metatas habere ſedes circa Beliatobam, indeque populationibus obiacentia vaſtare.

§. 73.

‘Ad eum Taticius nuncium, quamquam audiebat, alium aliunde inſuper aduentare exercitum Scytharum *m*), et facile videbat, ſibi nequaquam pares adeſſe aduerſus tantum hoſtium numerum copias, ‘quibus de cauſis haud bene de ſumma rerum ſperans, conſternatus aliquamdiu et moerens haeſerat; ad extremum tamen, inna-

e) τας Φαλαγγας κατασησαμενος.

f) Addit haec interpres.

g) τυς Σκυθας.

h) κατα τον σπιορον ὀχθον (in marg. πυρον).

i) Addit interpres.

k) Haec in Gr. non leguntur.

l) ἱν᾽ ἐκαθεν ἐχοι τα κατα τυς Σκυθας συχνακις μανθανειν.

m) και ὁ Τατικιος προσδοκιμον την των Σκυθων ἐπελευσιν ἐχων.

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

a. C. 1083—1099.

innatae generoſitatis memoria reſumta, ferrum ſimul et animum exacuit n), exercitumque ad pugnandum animauit.

'Id ille agebat; cum procurrens quiſpiam, nuncius, vt apparebat, magnae rei, trepide o) indicat: infeſtis in Romanos ſignis venire barbaros, adeoque iam eſſe in proximo, confirmat. 'Perturbaſſet imparatos is rumor. at noſtri, quod agere antea coeperant, alacrius noua ex cauſa exſeqni pergentes, armati vniuerſi prodeunt, Ebrumque audacter traiiciunt p). Taticius vltra hunc amnem legiones explicat, aciemque apte ac perite deſcribit, medium in ea ſibi locum ſumens. Barbari contra 'ſuo et ipſi modo aciem inſtruunt q), copiasque ad proelium ordinant. 'Vterque exercitus eas minas vultu ac motu praeferebat r), vt laceſſere hoſtem velle pugnamque ambire videretur: 're tamen vera timorem vtrimque mutuum iſtis audaciae ſignificationibus celabant s) Nam et Romanis anceps videbatur, paucos ipſos cum Scythis innumerabilibus congredi: et Scythas percellebat terribili ſpecie Romani acies exercitus, aperto explicata campo, emicantibus tot ſignis vexillisque, tum armis et veſtibus ſplendorem ſole aduerſo vibrantibus. Soli ex omnibus thraſones et temerarii Latini pugnam vltro depoſcebant; 'et laceſſere vtique ac cunctantem praecipitare conabantur: quorum ferociam mulcebat, vimque cohibebat Taticius t); ſedati vir animi, et ſagaciſſimus vnus omnium ad coniecturam cito et certo ſtatuendam de futuris euentibus incertorum caſuum.

§. 74.

In eo ſtatu et conſpectu perſeuerarunt ambo exercitus diem totum, nemine vno vtrauis ex parte progredi aut equitare in medium

n) ἀναλυων τοις λογισμοις, ἐν ἀμηχανιᾳ καθεστηκει. ἀλλ' ὁμως και το σιδηριον ἐθηγε.

o) Haec in Gr. tribus verbis καταλαβων δε τις.

p) ὁ δε ἐυθυς ἐν τοις ὁπλοις ἠν. και ἁπαν το στρατευμα ἐξοπλισας, τον Ευρον παραχρημα διαπερασας.

q) Σκυθικως παρατεταγμενοι.

r) ἐφκεσαν μεν πολεμον ἀναζητειν.

s) ἐδεδιεσαν δε ὁμως και ἀμφω τα στρατευματα.

t) θηγοντες ὀδοντας ὁμα και στηρειν, ἀνεστελλε δε αυτους ὁ Τατικιος.

dium auſo. Demum occidente ſole vterque imperator receptui ſuis cecinit. Receſſum in caſtra vtrimque v), ac duobus continuo diebus haec quaſi pompae oſtentatio repetita productaque eſt x). Ductoribus vtrorumque nihil omittentibus, quominus mox commiſſuri certamen viderentur. Verum cum neutri vltra minas proceſſiſſent, circa diei tertiae diluculum Scythae retrocedunt. Nec Taticium fefellere: qui ſtatim toto impetu abeuntes inſecutus eſt. Sed pedes, quod aiunt, ad Lydium currum. Siquidem illi Sideram, ſiue Ferream, transgreſſi (nomen id loci eſt in concauis anguſtiis vallium y)), vbi recepti iam in tutum fuere, cum Romanis inſequentibus nihil ſui niſi veſtigia relinquerent: Taticius vniuerſas copias Hadrianopolin reduxit, Gallisque ibi relictis, ac dimiſſis domum vnoquoque ſuam, militibus reliquis, ipſe cum parte quadam exercitus in vrbem regiam militem reduxit.

v) ἑκαστος των στρατηγων ἐπι την ὀδιαν παρεμβολην ἐπανασι.

x) τουτο ἐπι δυσιν ἡμεραις ἐγενετο.

y) Τεμπη δε ὀυτως ἀσι κατονομαζομενα.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

CAPVT VII.

Altera Patzinacarum tempore Alexii I. Comn. irruptio, res ab illis contra Romanos et Comanos varia fortuna geſtae, vſque ad pacem cum Alexio initam;

a. C. 1083 — 1096.

§. 75.

49 VERE primo TZELGV, dux ſupremus Scythicae militiae, transgreſſus angustias montium b), qui Danubio ſuperiacent cum mixto ex variis gentibus exercitu octoginta fere millium, partim Sauromatarum ac Scytharum partim etiam *Dacorum* (nam et huius generis haud parua manus, ductore Solomone quodam, Tzelgu ſequebatur) obiacentes Chariopoli ciuitates, atque ipſam adeo Chariopolin latrociniis agebat, ferebatque; plurimamque ex omnibus corradens praedam in ſtatiua conuehebat, apto ſitu munita, ad locum Scotinum vulgo ſiue Tenebroſum, dici ſolitum d).

His cognitis Nicolaus Maurocatacalo et Bempetziotat, nomen a patria ſortitus e), cum ſuis quisque copiis Pamphylum occupant, locum

49. ANNA COMNENA p. 188 — 191. Pray in Annalibus Regum Hung. Tom. I. p. 83. haec ad a. C. 1085. refert.

a) ὁ Τζελγου.

b) Τεμπη.

c) Salomonem Hungariae regem hic intelligi, qui tunc cum Geiſa fratre bellum gerebat, monet ad h. l. Cangius. Vide *Vngrica* §. 35. not. *p*. et ſupra §. 54. not. *b*.

d) κατελαβε τοπον τινα Σκοτεινον καλουμενον.

e) ὁ Βεμπετζιωτης την ἐπωνυμιαν ἀπο της ἐνεγκαμενης λαχων. Cangius ad h. l. p. 328. „a Bempetzo [Βεμπετζ] forte, vrbe circa Euphratem, de qua Nicetas in Ioanne Comn. N. 7. p. 19„.

locum ita vocatum. Ibi cum viderent ruſticos pagorum villarumue circumiacentium paſſim cum magna trepidatione in vrbes aut arces munitas ſe ſuaque in tutum recipere feſtinantes; 'vt regionem ab incurſionum metu tegerent f), promouent a Pamphylo ad oppidulum, cui nomen eſt Cule, eoque in loco vniuerſas copias congregant. 'Hanc mentem ac deſtinationem, ſiue, vt ea res vulgo exprimi ſolet, vocabulo militibus vſitatiſſimo, ſcopum hunc Romani exercitus g), odorati Scythae, coniuncti et ipſi ſequi Romanos inſtitere, veſtigiaque ipſorum indagare ac premere.

§. 76.

Die illuceſcente ſiſtit ſuos Tzelgu, et ad pugnam cum Maurocatalone mox laceſſendam inſtruit. Ille cum lecto comitatu tribunorum eminentiorem caetera planitie locum ſuperat, barbaricas inde copias ſpeculaturus: quarum ingens animaduerſa multitudo magnam ei dubitationem obiecit; ecquid e re foret, Romanas, quae ibi tunc erant, legiones, ne cum parte quidem vna de multis Scythici, quem ſpectabat, exercitus numero comparabiles, tali loco committere cum barbaris. Multa dehinc reuerſis a ſpeculando deliberatio fuit, quid facto eſſet opus. adhibiti ſunt caeteri cohortium ductores, in quibus Ioannaces. 'Plerique omnes, contra Maurocatalonis ſententiam, non detrectandum proelium cenſebant, frequentesque incumbebant ad adhortandum ducem, prudentiae ratione, non frigore animi aut ignauiae vitio, cunctantem, vt virtuti ſuae ſuorumque fideret. Quid multa? peruicerunt.

Ipſeque Maurocatacalo propriae generoſitatis impetum, commilitonum ſuffragiis probatum, contra ſuae ipſius interdicta ſapientiae ſecutus, trifariam diuiſas h) copias ducit in barbaros, acreque cum ipſis conſerit proelium, quo illorum multi vulneribus proſtrati

f) Addit haec interpres.

g) καὶ τὸν οὕτωσι [illegible] σκοπὸν τῶν Ρωμ. στρατευμάτων (λέξις δὲ αὕτη συνήθης τοῖς στρατιώταις).

h) Haec Graeca multo breuius ita: τῶν δὲ πρὸς ταῦτα [illegible], ἐκεῖνος καὶ αὐτὸς μᾶλλον [illegible] τάξεις ἦν, τριχῇ διελὼν etc.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

ti, multi occiſi, Tzelgu ipſe dux fortiter pugnans, phalangesque conturbans totas, interfectus eſt. Plerique, per fugam trepidam temere ſe mutuo incurrentes conculcantesque, inde in voraginem, medio inter Scotinum et Culen itinere hiantem, aceruatim prolapſi, ſuffocati ſunt.

§. 77.

Romani [i]), ſplendidae compotes victoriae, magnam ingreſſi ciuitatem, poſtquam donis ibi et honoribus pro cuiusque merito cumulati ſunt, rediere cum nuper creato magno domeſtico occidentis, Adriano Comneno, Auguſti fratre.

Purgauit ea victoria Macedoniam Scythis et regiones Philippopoli vicinas. Ex quibus retro pulſi, vnde venerant, barbari, haeſere tamen cis Iſtrum; ‘perrexereque ſolita licentia vndique obiacentem Romanorum incurſare ac depraedari ditionem. Id imperator audiens, et rem indignam ratus, ‘intra Romanos fines iniuſſu habitare Scythas [m]); ſimul metuens, ne, penetratis iterum anguſtiis, nouam, priori periculoſiorem pernicioſioremque irruptionem molirentur, exercitum copioſiſſime inſtructum praeclareque armatum ipſe in eos ducens, Adrianopolin proceſſit: indeque verſus Lardeam mouit, locum inter Dampolin [n]) et Goloën ſitum. Illinc ſegregatam partem exercitus, duce ipſi praefecto Georgio Euphorbeno, mari tendere in Driſtram iuſſit.

§. 78.

Ipſe mora quadraginta dierum ibidem tracta, conuocatis vndecunque copiis, cum iam idoneum exercitum congregaſſet, delibera-

i) κατα των Σκυθων omiſit interpres.

k) — ἀπελαθεντες, παρα (in marg. περι) τον Ιστρον αὖθις ἐπαναστρεψαντες ηὐλιζοντο.

l) Haec in textu Graeco omiſſa in margine ſupplentur.

m) των Ρωμαϊκων ὁριων ἐσω τους Σκυθας παροικειν.

n) της Διαμπωνος, in marg. Διαμπολεως.

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

berabat, ecquid expediret, clauſtris transgreſſis adoriri Scythas, belli fortunam experiri proelio. In partem aientem haud obſcura erat inclinatio Auguſti, dictitantis, inſtandum victis, nec indulgendum, vt loco vllo conſiſterent. Sane importuniſſima horum proedonum vicinia erat o). neque enim vnam aliquam ex quatuor anni tempeſtatibus feriatam habebant ſaltem, aut, cum per aeſtatem atque autumnum omnia late incurſionibus vaſtaſſent, per hiemem ceſſabant. Verum continuatis vno tenore furoris duodecim totis menſibus annos inſuper plures vna perpetua calamitatis intolerabilis acerbitate coniunxere tantis Romanorum malis ac damnis, vt eorum vix partem e multis vnam aſſequi memoria et complecti narrando valeamus p). Accedebat horum intractabilis natura barbarorum et eximia prae caeteris pertinacia atque in odio nominis Romani obſtinatio prorſus irreuocabilis. Nullus vnquam eorum in fide ſuarum partium titubauit, aut alternaſſe viſus eſt ſententiam. Nemo tot annorum ſpatio, quibus bellatum eſt, non dico ſponte, ſed ne ampliſſimis quidem ab imperatore inuitatus praemiis vel clanculum furtimue ad nos transfugit q). Haec taliaque Auguſtus reputans, audendum manu, et genus alio modo indomitum ferro excidendum cenſebat, ſuadebatque r). Obſtabant Nicephorus Bryenius et Maurocatacalo Gregorius, quem imperator captum a Scythis pretio quadraginta millium redemerat. His neutiquam placebat, prope Iſtrum cum Scythis acie decerni. At Palaeologus Georgius er Nicolaus Maurocatacalo et ſi qui alii aetate et ferocia iuuenes, incumbebant frequentes in ſententiam Auguſti, vtroque inſtabant, vt trans Haemi tempe s) duceret, acieque in planitie Iſtro vicina ſtructa, proelium committeret cum Scythis. Magnopere idem ſua-

o) τὴν μετὰ τῶν Σκυθῶν ἀναδέξασθαι μάχην, ὅν χρὴ λέγων ἐκεχειρίαν ὅλως τοῖς Σκύθαις δίδοσθαι, ὁπότε καὶ τοῦτο περὶ τούτων βαρβάρων σκέψασθαι.

p) αὐτοὶ ἐπεμνήσθημεν.

q) ὅυδε διπλοῖς ἐμερίσθησαν λογισμοῖς, κἂν ὁ αὐτοκράτωρ πολλάκις διὰ παντοίων τούτους ἐφέλκετο. ἀλλ' ὅυδε τις λάθρα πρὸς τὸν βασιλέα ἀπηυτομόλησεν, ἔτι ἀμετάθετον τινὰς τὴν γνώμην ἔχοντες.

r) Addit haec interpres.

s) τὰ τέμπη τοῦ Αἵμου. Cangius ad h. l. „ Tempe montis Haemi, clauſuras ſeu κλεισούρας, vt vocat Theophylactus Simoc. l. 2. c. 11. deſcribit Leunclauius in Pandect Turc. N. 107. *in Thraciam ex Bulgaria*

ſuadebant filii duo Diogenis Auguſti, Nicephorus et Leo, qui poſt euectum ipſum in imperii apicem ex eo in Purpura nati erant [t].—

Cum victrix audendi ſententia tubarum vndique clangoribus iter ad Haemum aduerſus Scythas indicentibus promulgaretur, Bryenius multis conatus imperatorem ab incoepto reuocare, vt ſenſit ſe verba perdere; ad extremum. „ Sic habe, inquit, Auguſte, ſi Haemum vltra proceſſeritis, explorabitis, quantum equorum quisque valeat curſu „. Cuidam vero percontanti, quid ſibi hoc vellet, „ Nimirum dum omnes fugient „, reſpondit [v].—

§. 79.

50. Vbi Euphorbenum Georgium cum exercitu et claſſe contra ſe per Iſtrum venientem Scythae viderunt (influit ab occiduis partibus is amnis per cataractas in Euxinum pontum quinque oſtiis [x], magnus et redundans, perque vaſtas planities nauigabilis, non lembis modo, ſed [y] maximis quoque et onere grauiſſimis nauigiis, non vno vbique nomine: verum cum ſuperioribus et origini vicinioribus ſui partibus Danubius appelletur, deinceps, qua pronus in Pontum vergit, Iſter, habet nomen), per hunc, inquam, fluuium vbi nauigantem infeſtis velis, armatum in ſe Georgium Euphor-

profecturis duplex iter eſt ad ſuperandum Haemum; vnus aditus a Traiano plerisque putatur factus, vbi adhuc quadrato lapide porta maxima ſpectatur; alter ad paruum eſt amnem, quem Sloditzam Bulgari vocant. Vid. ſtud. N. 20. Viam Traiani in Haemo monte agnoſcit etiam Simocatta l. 8. c. 4. Portas, ſeu clauſtra S. Baſilii ibidem memorant Wilh. Tyrius l. 2. c. 4. et Anonymus de Expedit. Aſiat. Fred. I. adde Busbeq. in Itiner. CP. p. 26. „

t) Sequitur partis aedium Augu-ſtarum, quae *Purpura* vocabatur, deſcriptio.

v) His hiſtoriam Bryenii, mariti ſui, Anna ſubtexit.

50. ANNA COMN. p. 192 — 203.

x) Cangius ad h. l. „ Septem Danubii oſtia ponit Vibius Sequeſter, ſex Plinius l. 4. c. 12. quinque Arrianus in Periplo Ponti Euxini „.

y) Addit h. interpres.

χρόνον ἐπεζήτων δὲ ἐν γενεί- αἷς ὥστε τὸ ὀξὺ τὰ κρίνα ἐκφυ- γεῖν.

phorbenum conſpexere pars Scytharum quaedam, a continente vero magnis ſimul itineribus cum magno exercitu imperatorem audiuere ipſum contra ipſos tendere, haud dubie circumuentos ſe rati, planeque deſperantes vtrique ſimul impreſſioni ſuſtinendae ſe pares eſſe poſſe, 'tempus laxando periculo, tractandae pacis ſimulatione, furari decreuerunt. Centum ergo et quinquaginta ſuae gentis oratores ad imperatorem delegant; negotio illis dato, vt pacem quidem petant, caeterum humilitatem ſupplicationis minarum apte intexta confidentia corroborent, 'promiſſorum quoque oſtentatione in tempore admiſta, de quorum fide nihil laborarent. Pollicerentur ergo ſane [a]), ſi res ferret, ſi Auguſtus Scythis annueret, quae vellent, habiturum eos fidos cuiusuis belli ſocios, numero equitum triginta millium. Facile imperator ſenſit fraudem 'gentis barbarae [b]); quoque terrore ad compoſitionis mentionem, vltra vſum vitandi praeſentis periculi nequaquam duraturae, compellerentur. 'Itaque nihil dubitans, quin ſecuritati mox redditi, conuentorum fide ſusque deque habita, infeſtiores quam vnquam concepti fauillam odii, ſimulationis cinere excuſſo, in magni flammam incendii excitaturi forent [c]), legationem admittere noluit.

Dum autem de eo ipſo diſceptarent, commodum ecce ſcribarum imperialium quidam, Nicolaus nomine, imperatorem accedens, in aurem inſuſurrat haec verba, „ Scito, Auguſte, fore mox hac ipſa hora deliquium ſolaris luminis,,. 'Quo, exploratane indicarentur, dubitante ac credere cunctante, ſcriba etiam iureiurando interpoſito perſeuerauit, certo certius eſſe, quod afferret [d]). Perſuaſus Auguſtus, ac mox, pro innata ingenii velocitate, collata ex tempore occaſione in rei praeſentis vſum, acri repente vultu conuerſus ad Scythas [e]), „ Deum, inquit, fero iudicem noſtrae con-

a) ἐςι δε ὀυ και ὑπισχνεμενας.

b) των Σκυθων.

c) και ἀ ἀδειας ὁλως τυχοιεν, τον ὑποκρυπτομενον της ἀυτων κακιας σπινθηρα ἀς πυρσον ἀναψασι μεγαν.

d) τε δε διαπιςευτος, ἱκανος ἐπωμνυτο, μη διαψευσασθαι.

e) ὁποιος δε ὁ ἀυτοκρατωρ γοργος περι τας ἐνθυμησεις, φησι τοις Σκυθαις ἐπιςραφεις.

controuerſiae: ac ſi quidem hac ipſa hora ſignum e coelo manifeſtum exſtiterit, tum plane ſcietis, cauſam idoneam habuiſſe me, cur merito ſuſpectam legationem veſtram reiicerem, nec perſuaderi mihi ſinerem, vere atque ex animo duces veſtros de pace tractare. Quod ſi nihil noui ac miri fiet, non recuſo, quin temere conceptae de vobis ſuſpicionis reus peragar „. Duae nondum horae fluxerant, cum ſolis lumen ita defecit, vt totus eius orbis, ſubeunte lunae corpore, abſconderetur. Obſtupuerunt ad id ſpectaculum Scythae. At eos imperator Leoni Nicerítae — cum idoneo praeſidio Conſtantinopolin deducendos tradidit. Et hoc agebat ille f) quidem ſedulo. Verum barbari attenti in occaſionem recuperandae libertatis, vbi ad paruam Nicaeam g) peruenere, cuſtodibus ſuis, negligentius agentibus, noctu obtruncatis, per obliquas ſemitas ad eos rediere, a quibus miſſi fuerant.

§. 80.

Nicerita vix cum tribus ſaluus Goloën tenuit, vbi tunc erat imperator: qui fuga redituque audito legatorum, primum miratus, mox ſecum reputans, facile fieri poſſe, vt ii, ſuis redditi h), perſuaderent ipſis, ad iniuriam detentionis ipſorum vlciſcendam, repente

f) της περι την Κωνσαντινȣ ἠψατο.

g) την μικραν Νικαιαν. Cangius ad h. l. „ Quae in Edit. Hoeſchel. Νικιτζα ὑποκοριστικως dicitur, ad diſcrimen Nicaeae in Bithynia, quam *Magnam* vocat Villharduinus N. 237. et 247. *Niz* Wilh. Tyrio l. 2. c. 4. *Nit* et *Nitz* Odoni de Diogilo lib. 2. *Niſſa* in Exped. Freder. *Niſſea* Tagenoni Pataulenſi; Νικη της Θρακης Socrati l. 2. c. 36. et lib. 4. c. 11. Theodorito l. 2. c. 21. Nicephoro Call. l. 9. c. 41. Procopio l. 4. de Aediff. *Nice*, Ammiano l. 31. et Auctori Itinerarii Burdegal. Νικαια Cinnamo non ſemel, Νικαια ſimpliciter Sozomeno l. 4. c. 51. et Arnoldo Lubec. l. 2. c. 4. Hanc prius *Vſtodizo* dictam aſſerunt Fragmenta S. Hilarii p. 36. et Manſionem tantum fuiſſe, h. e. locum mutandis equis publicis dicatum. Exſtitit poſtea ciuitas egregia, vt ex ruinis cernitur, ſed hodie inſtar vici redacta eſt, et a Turcis et Bulgaris habitata, vt auctor eſt Felix Petancius in libello de Itineribus aggrediendi Turcum c. 1. vbi *Neſus* nuncupatur „.

h) ταυτα μεμαθηκως ὁ βασιλευς και πτοηθεις, μη οἱ πρεσβεις cet.

pente in Romanos irruere: — flagrans cupiditate proelii, Sidera, ſiue Ferrea, (eſt locus paulo ſuperius nominatus [i]) cum legionibus traiecta, vallum ad Bitzinam figit. fluuius eſt ex adiacentibus fluens montibus.

Tunc multi pabulatores e noſtris longius progreſſi, trucidati ſunt a Scythis, multi etiam capti. At imperator circa diluculum ſtrenue Pliſcobam [k] occupat: indeque in quendam verticem, Symeonis [l], dictum, adſcendit, qui et vulgari lingua *Buleuterium*, ſiue *curia Scytharum* [m] nominatus ab indigenis. Hic iterum ſimilia noſtri paſſi ſunt, qui pabuli caeteraeue annonae cauſa licentius a vicinia caſtrorum receſſerant: a Scythis nimirum caeſi, item et ii, quorum paulo ante meminimus [n].

§. 81.

Poſtride ventum ad flumen eſt prope Driſtram fluens, nec plus ab eo diſtans, quam ſtadiis ferme quatuor ſupra viginti. Ibi dum imperator, depoſitis ſarcinis, caſtra munit, irruentes ex altero latere ſubito impetu Scythae in eius Auguſtale, magnam ſtragem edidere gregariorum militum, quosdam etiam animoſius repugnantes cepere Manichaeos. Hinc tumultu orto, vniuerſus trepidauit exercitus, adeo vt temere vltro citroque feruentium paſſim equitum concurſationibus tabernaculum imperatoris impulſum corruerit: quod ab iis, qui parum fauebant Auguſti rebus, in foedi augurii ſignificationem eſt raptum. Caeterum imperator cum exercitus parte facile Scythas ſummouit procul a tabernaculo. Et, ne iterum trepidandi cauſa eſſet, motis inde caſtris [o], cum inſtructo exercitu iter faciens ad Driſtram peruenit (ciuitas ea eſt inter Iſtro

i) Addit h. interpres.

k) την Πλισκοβαν, de qua vide *Tom. II. P. II.* in *Bulgaricis* §. *149.* n. *a.*

l) Olim Bulg. principis.

m) Βχλευτηριον των Σκυθων.

n) Addit h. interpres.

o) τχς επιπεσοντας βαρβαρχς δια τινος ςρατιας εξελασας πορρωτατω της σκηνης, όπως μη θορυβοιεν, ευθυς εκοχηθεις εκαθεν, και κατας αλας τον θορυβον.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

vicinas celebris), obſeſſurus mox eam ac machinis muralibus oppugnaturus. Nec mora operi fuit. Circumdata vndique tormentisque quaſſa, per ruinas lateris vnius Romanos accipere coacta irruentes eſt.

Verum arces reſtabant duae, quas cognati cuiusdam *Tati*, ducis Scytharum, paulo ante id ad corrogandа *Comanorum* aliorumque Scytharum auxilia profecti, cum praeſidio tenebant p). Is Tatus, vale ſuis in diſceſſu dicens, et proximum cum manu valida pollicens reditum, ſic mandaſſe dicebatur: „Non dubito, quin imperator oppugnaturus hoc caſtrum ſit. Id ne vos moueat: ſed r) cum eum videritis in iſta planitie caſtra poſuiſſe, feſtinate occupare iugum imminens, valloque ibi rite fixo, facite, vt aſſiduis incurſationibus fatigetis eum, ne ſatis vacare oppugnationi queat, continuo coactus reſpectare metu impendentis a vobis mali. Ergo nec diem illi nec noctem vllam ſinite quietam, quin diuiſis inter vos partibus ſuccedentes alii aliis Romanos in momenta laceſſatis, nullo ſpatio dato reſpirandi „.

§. 82.

Haec expertus imperator, optimum factu duxit, non obfirmare animum in oppugnatione arcium. ea itaque omiſſa, circa riuum quendam non longe ab Iſtro caſtra metatus eſt. Conſultabatque de integro, ecquid expediret, proelio decernere cum Scythis. Palaeologus et Maurocatacalo Gregorius differendam putabant pugnam cum Patzinacis s): interim vero ſuadebant, vt, armato inſtructoque quaſi ad pugnam exercitu, ad Magnam Periſthlabam pro-

p) αἱ δε δυο ἀκροπολεις της ξηθεισης πολεως ἐτι παρα των συγγενων κατειχοντο του καλουμενου Τατου: (in marg. ἐφυλαττοντο ὑπο των ἰδιων του των Σκυθων ἀρχηγου), ἐκεινου προφθασαντος ἀπελθειν, ἐφ᾽ ὁ ἐπενδυσασθαι Κομανους, και ἐπαναστρεψαι ἀς ἀρωγην των Σκυθων (in marg. ὑποχωρησαντος της Δριστρας και προς συμμαχιαν ἑτερους Σκυθας ἀπελθοντα συγκαλεσασθαι).

r) Addit h. interpres.

s) μετω των Πατζινακων: quos hucusque vago Scytharum nomine, hic tandem ſuo vocat Anna.

proficiſcerentur. Sic enim, inquiebant, paratos nos et ſeruatis ordinibus euntes vbi Scythae viderint, nequaquam audebunt aggredi: quod ſi qua illos inſania perurgeat, vt immiſſo ſine curribus equitatu nos laceſſant; certum eſt temeritatem eos mox praeſenti clade luituros t). Nos autem tutiſſimo deinceps loco, Magna potiti Periſthlaba, ciuitate munitiſſima, res ſpesque noſtras habebimus v). Ex hac ciuitate, tanquam ex tuto receptaculo, inquiebat Maurocatacalo et qui cum eo ſentiebant, quotidie prodeuntes velitabimur cum Scythis, carpemus ipſos ac fatigabimus aſſidue, nullum illis vſum pabulationis, lignationis, aut alterius annonae comportationis liberum ſinentes; dum eos, qui harum rerum gratia paululum a caſtris ipſorum proceſſerint, haud dubie obtruncabimus x).

His talibusque ſermonibus pendente deliberatione, Diogenis filii y), feroces iuuenes, inexperti malorum, feruoreque aetatis elati, equis repente deſilientes, fraenis eos exutos in milii ſegetem paſtum admittunt. Simul imperatorem ſic alloquentes,,, Ne dubites, Auguſte, nos enim acinacibus ſtrictis concidemus hos barbaros,,. Erat in imperatoris pectore ipſius, qui ferociae adoleſcentum faueret, ſimilis impetus, conſuetudine audendi nutritus, ad occupanda proeliorum pericula ſponte prominens. Inde haud adeo diſſuadentium rationum apud praeiudicato inclinatum ſtudio momenta valuere. Ergo Auguſtale z) ac eius inſtrumentum omne vaſaque ac ſarcinas exercitus totius a), Cutzomitae Georgio commendata Berrinum tuto perferenda curat. Exercitui edicit, ne ignem neue lampadem illa vſp am nocte accenderent; ſed paratis ad manum equis vſque ad ſolis ortum excubare vigiles perſeuerarent.

t) εἰ δε και οἱ ἱππεις ἀτερ των ἁμαξων του πολεμου κατατολμησαιεν, ξυν ἰδοι,. ὁτι ἡττηθησονται.

v) Deſcriptionem Magnae Periſthlabae, quae hic ſequitur, vide *Tom. II. P. II.* in *Bulgaricis* §. 139. not. *e.* in *Slauicis* §. 144.

x) μηδολως τινας της ἐκεινων ... ἐμβολης χορταγωγιας χαριν, ἡ της των χρειωδων συγκομιδης συγχωρουντες ἐξεληλυθεναι.

y) ὁ δε Νικηφορος και ὁ Λεων omiſit interpres.

z) την βασιλικην σκηνην.

a) τας σκευας ἁπασας.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083—1096.

§. 83.

Ipſe [Auguſtus] circa diluculum caſtris prodit, diuiſisque copiis et phalangibus in aciei formam digeſtis, obiens ordines exercitum luſtrabat. ‘Vbi ſatis placuere omnia [b], media in acie ſibi delegit locum, circum ibidem diſpoſitis neceſſariis ſuis, qui proxime illum vel conſanguinitate vel affinitate contingebant; fratre nimirum Adriano Latinos tum ductante, et aliis viris iuxta illuſtribus et fortibus. Siniſtro cornui praefuit Nicephorus Caeſar, cognomento Meliſſenus, qui ſororem imperatoris in matrimonio habebat. Dextrum cornu ductores habuit Caſtamonitem et Tatticium, ibidemque auxiliares ex ſociis gentibus Vzae [c] parebant; Sauromatis [d] Caratze dux erat proprius. Sex porro ſelecti ex multitudine omni adſtare in proelio imperatori iuſſi ſunt; vni adeſſe, vnum ſpectare, caeterorum ſecuri omnium. Ii fuere duo filii Romani Diogenis, tum Nicolaus Maurocatacalo, vir magnam longa militia, bellorum experientiam adeptus, deinde Ioannaces et ‘dux Barangiae, Nampites [e], poſtremo Gules quidam nomine, paternus Auguſti famulus.

Nec vero interim ceſſabant Scythae: ſed et pro ſe ipſi toti erant in acie ſtruenda; ‘non litteris illi quidem ad hoc diſciplinisque formati, at naturali iudicio vſuque: cuiusmodi ex regulis, et ſubſidia in depreſſo vſque ad occaſionem quietura depoſuerunt, et pugnaturos acie prima cuneos per ſeriem figuramque aptam explicatos ordinibusque deuinctos ac commiſſos certis perite produxerunt. illo etiam ex moribus patriis, ſpecie procul eleganti et terribili, adiuncto, vt diſpoſitis per exercitum curribus, quaſi turribus quibusdam munitae velut ciuitatis inſtar quoddam oculis obiicerent.

§. 84

b) ἔιτα.

c) Vzus genere, cfr. *Vzica* §. 15.

d) Alias hoc nomine Patzinacas intelligit Anna. vide ſupra §. 55. not. *b.* §. 75.

e) τον ἄρχοντα Βαραγγιας Ναμπιτην. Varangorum, militum peregrinorum, qui alias *bipenniferi* et *barbari e Thule inſula* vocantur, praefectum, *acoluthum* etiam dictum.

a. C. 1083—1096.

§. 84.

Tali forma inſtructuque deſcriptum Scytharum agmen *f)* audacter in Romanos procedebat, eminus eiaculandis prae ſe telorum imbribus pugnam interim delibans. At imperator cum cohortes turmis arte coaptaſſet, grauiter edixit, ne armatorum vllus proſiliret vltra locum conteſſerationemque ſcutorum ac phalangis contextum rumperet, prius quam ventum ad manus cum Scythis foret: verum vbi acceſſu hoſtium in eum modum arctatum medium inter acies ſpatium cernerent, vt iam non amplius quam in vnam equorum admiſſionem pateret, tunc ſane in hoſtem ipſi vaderent. Sic paratis ex parte imperatoris omnibus, apparent ecce procul Scytharum currus ac plauſtra liberis coniugibusque onuſta cum ipſis in pugnam ruentibus *g)*. Miſcetur varie proelium atrox, produciturque a prima luce ad veſperam, multa caede vtrinque plurimorum. Inter haec Leo, Diogenis filius, ſolita atque innata vehementia inequitans Scythas, ſeque ad currus ipſorum propius trahi, quam par eſſet, martio elatus aeſtu non ſentiens *h)*, letali percuſſus vulnere cecidit.

Eo deiecto, ruentes ineluctabili iam impetu Scythas cernens Adrianus, imperatoris frater, illa die ductor Latinorum, vt torrentem, ſi poſſet, ſiſteret *i)*, totis habenis equo laxatis, vſque ad plauſtra proceſſit: ibique memorabili pugna edita, vix denique cum ſolis reliquis ſeptem, omnibus aliis gladio Scytharum abſumtis, ſaluus reuertitur *k)* Stabat tamen adhuc in aequilibrio quodam belli fortuna amboque exercitus, paribus obnixi animis, ſuſtinebant pondus, donec duces quidam Scytharum ſuppetias ſuis accurrentes,

cum

f) ἐκ φυσικῆς ἐπιστήμης πολεμεῖν εἰδότες καὶ κατὰ φάλαγγα ἵστασθαι, καὶ λόχους καθιστάντες, καὶ τὰς τάξεις τοῖς τακτικοῖς δεσμήσαντες σφίγμασι, καὶ κατακυρχώσαντες οἱονεὶ τείχει ἁρμαμάξαις τὸ στρατόπεδον.

g) Addit haec interpres.

h) σφοδρότερον κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐξιππασάμενος καὶ πλεῖον τοῦ δέοντος τὰς ἁμάξας παρασυρεῖς.

i) Addit h. interpres.

k) τῶν δὲ κατακχεθέντων omiſit interpres.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

cum copiis recentibus armatorum *l*) ſex et triginta millium procul in conſpectum ſe dedere. Tum enimuero ſpes omnis extorta Romanis, nec mora iam vlla facta fugiendi.

At Auguſtus, acie ſuorum egreſſus, ſtabat miſtus hoſtibus enſe ſtricto, 'pallium Matris Diuini Verbi in vexilli militaris vſum explicatum manu tenens altera *m*). Aderant ei relicti ex omnibus viginti equites, viri fortiſſimi: Nicephorus, Diogenis alter filius et protoſtrator Ducas Michael, et caeteris familiaribus aut paternis clientibus ipſorum *n*). Inter hos penetrarunt Scythae tres ad Auguſtum vſque: duo fraenos equi corripuere vtrimque, tertius manu tenebat tibiam dexteram. Auguſtus vnius fraenum tentantium manum abſcidit: alterum minaci fremitu et vaſto ſimul illato ictu acinacis retro territum auertit. Denique prehenſorem tibiae pulſauit in galea, leuius tamen, nec tota manu in plagam incumbente. quippe fugare barbarum, quam percutere tum ſatius ducebat Quoniam enim vehementiores ictus raro ad deſtinatum ſuccedunt, periculum erat (adeoque id adhuc non tentatum mirabatur) ne irritatus plaga non ſtatim necante barbarus, vel pedem Auguſti, quem tenebat, ferro foderet, vel equi, quo is vehebatur ventrem plaga cominus hauriret *o*). moliri ergo et ſcite gubernare ad gemini iſtius amolitionem mali nouum ictum oportuit, quod et confeſtim fecit. — Commodum autem priore iam ictu excuſſa Scythae galea, in nudatum barbari caput plaga ſic altera incidit, vt mutus is ſtatim ac mortuus *p*) ſterneretur.

Hic

l) *λοχαγοι τινες των Σκυθων μετα τριαχ.* cet.

m) *της τȣ λογȣ μητρος το ὠμοφορον σημαιαν κατεχων.* ὠμοφοριον ſeu ὠμοφορον, quod alias veſtem patriarcharum vel epiſcoporum, humeros tegentem, ſignificarit, hie et apud Cedrenum [T. II. p. 623. vid *T. II. P. II. Bulgarica* §. *105.*] eſſe capitis tegumentum, quod humeros etiam operiret, vt mulierum noſtratium pepla, dum ſunt in lugubri habitu, fuſe docet ad h. l. Cangius in Notis ad Alexiadem p. 329—333.

n) *πατρῴων θεραποντων.*

o) *πτοȣμενος μη δυοιν θατερον ἐν τῳ συμβαιη, της σφοδροτερας φορας των ξιφῶν, ὡς ἐπιπαν διολισθανȣσης, και ἠ τον ἑαυτȣ ποδα πληξῃ, ἠ τον ἱππον, ἐν ᾧ ἐπωχετο.* quod ſequitur, *και ἑυτως ἁλωσιμος τοις ἐχθροις γενηται*, omiſit interpres.

p) Addit h. interpres.

a. C. 1183 — 1196.

Hic protoſtrator [Michael Ducas], irreuocabilem Romanorum paſſim omnium fugam cernens, diſſipatae quippe iam phalanges ſolutique vbique ordines erant, „ Quid tu, inquit, Auguſte, hoc loco amplius moraris? vel quo operae pretio vitam prodigis „? Cui ille, „ Nempe, inquit, praeſtat, generoſe pugnantem mori, quam vitam ignauam turpis vitae ignominia emere „. Laudabiliter hoc diceres, reſpondit protoſtrator, ſi de vulgo eſſes quispiam: nunc cum fatum tuum ſeparari a publico mundi periculo non poſſit, ‘quid cauſae affers, cur proiicere tecum res humanas in certam perniciem velis? quin potius elige ſine mora, quod manifeſte melius eſt: et meliori fortunae te ſerua q). Si enim ab hac clade te proripueris, erit tempus, cum, egregie victor, eius dedecus ſanguine hoſtium eluas „. His verbis et rerum conſpectu ipſarum, cum Scythae vndique irruerent, ſpesque plane reſtaret nulla, ‘perſuaſus denique Auguſtus, „ Cedamus, inquit, ſane ſic tempus cogit, et nobis conſulamus, ſi poſſumus t). Verum ſi fugientium noſtrorum veſtigiis inſiſtimus, barbaris, ab eorum inſecutione redeuntibus, occurremus malo noſtro. Alia tenenda via eſt. Videtis aduerſos in acie Scythas „. Oſtendebat manu frontem exercitus hoſtilis, „ per hos perrumpendum eſt. ‘Eo me pro ſe quisque mox ducturum inducat in animum ſequi, ſic parato in ſucceſſum pectore, tanquam hodie natus, ante noctem moriturus. Simul tranſitum, his deiectis, inuenerimus, apparebit tutum iter ad recedendum, cui nos extemplo committemus x) „.

Haec locutus, motisque ad audendum alloquio ſociis, primus ipſe ignea celeritate in Scythas inuolat, primumque obuium ex equo

q) ἱνατι μη το βελτιον αἱρῃ.
r) και αὐθις πολεμησας νικησεις.
s) ἀναισχυντως των Σκυθων αὐτῳ προσβαλλοντων.
t) καιρος ἠδη της ἑαυτων συν Θεῳ πεφροντικεναι σωτηριας εἰπε, πλην cet.
v) ὑποδαξας τῃ χειρι τες κατα το ἀκρον της παραταξεως ἱςαμενες Σκυθας.
x) ὡς σημερον γεννηθεντας και τεθνηξομενες, και ὀυτως ὀπιωθεν, Θεε ἐπαρηχοντος, της των Σκυθων γεγονοτες παραταξεως ἐφ᾽ ἑτεραν ἀτραπον βαδιουμεθα.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1383 — 1396.

equo proturbat. 'Sic via facta ſecuturis eſt, ſemel interrupto contextu ſcutorum Scythicorum: qua penetrantibus mox caeteris, in eam peruentum eſt regionem, quae a tergo barbaris, ineuntibus proelium fuerat [y]. Auguſtus quidem eo euaſerat; non item protoſtrator, qui equi prolapſione afflictus in terram, ſimul opportuno familiaris cuiusdam ſui proprium ei equum concedentis officio a praeſenti pernicie liberatus eſt, nouo equo poſt imperatorem admiſſo, cito eum aſſecutus, abſiſtere ab eo amplius nec paſſum vnum ſtatuit: 'amoris enim eximii erga eum ſui putabat eſſe, tali ei tempore indiuulſum adhaerere comitem [z].

Cum autem confuſiſſima paſſim eſſent omnia, 'fluctibus fugientium et inſequentium omnem temere in partem efferueſcentibus, nec raro collidentibus ſemet [a], perueniunt ad imperatorem alii Scythae. Is repente conuerſus, primo ex his occurrentem caedit, nec eum ſolum ipſe vnus, vt, qui praeſentes tum fuere, confirmarunt, ſed alios quoque, qui cum eo ſequebantur, interfecit. Vnus autem quidam Scytha Nicephoro Diogeni a tergo ferebat ictum. Id Auguſtus videns, Diogenem clamans admonet, „ Vide retro Nicephore „. Qui, ſtrenue conuerſus, caedere barbarum in facie occupat. Ac memini ab imperatore, huius repetente diei memoriam, audire me cum diceret, nullius ſe vnquam velocitatem ac dexteritatem tantam notaſſe hominis, 'quantam tum is iuuenis oſtendit [b]. Addebat de ſe ipſo. „ Ego vero niſi vexillo tuendo impeditam manum eo die habuiſſem, tot occidiſſem Scythas, quot pilorum meorum numerus non aequaret „. —

Flante porro tum forte vento vehementi, 'et Patzinacis maiori numero atque impetu ad inſequendum incumbentibus [c]: laborabat Auguſtus in vexillo retinendo: vbi vero vnus ex inſtantibus

a

y) και ὄυτω τε Σκυθικε συνασπισμε διασχιϑεντος, μετα των ἀμφ' ἀυτον την ὀπιϑεν των Σκυϑων ἐλαβε χωραν.

z) ἐξοχως τετον ποϑων.

a) των μεν φευγοντων, των δε διωκοντων.

b) Addit h. interpres.

c) των Πατζινακων προσβαλλοντων.

a tergo Scythis longam vtraque manu impellens haſtam grauiter eum in clunibus percuſſit: plaga tametſi non terebrauit cutem, grauiſſimum tamen inferente dolorem, qui et multis deinceps durauit annis; tandem malo coactus imperator vexillum complicatum inter triſſaginis forte occurrentis frondes abſconditum depoſuit, 'ea cura, vt ſperaret, neminem id hoſtium animaduerſurum d). Ipſe nocturna fuga Goloën incolumis tenuit e). Luce inſequenti perlatus Beroën, ibi permanſit, de captiuis ſuis redimendis inde tractare habens in animo.

§. 85.

Palaeologus vero, ea funeſta die contigit, vt, cum is, legionibus plane fractis diſſipatisque ſine controuerſia victus, neceſſario fugeret, equo in tumultu excuteretur, et, quod erat importunius, ipſum amitteret f). Vnde vt in periculo praeſente incertus animi quo ſe verteret, circumque ſpectans omnem in partem, ſi forte vſpiam equus appareret, videt ecce praeſulem Chalcedonenſem, Leonem, — ſacerdotali veſtitum ſtola, equum ipſi offerentem, quo ille ſtrenue conſcenſo perrexit fugere, 'non prius tamen, quam oculis circumquaeſitum ſacrum illum antiſtitem nusquam amplius apparere deprehendit g). — Caeterum Palaeologus, nondum periculo defunctus, Patzinacis inſequentibus, fugae fortuna delatus eſt in paluſtrem et fruticoſum ſaltum: vbi milites offendit e noſtrorum numero quinquaginta ſupra centum. Hi cum ſe circumſeſſos vndique

d) ὡς μηκετι ὁρασθαι παρα τε. Cangius monet, in Edit. Hoeſchel. haberi, παῤ αὐτε, vt ſenſus ſit, humerale Deiparae ab Alexio amplius non viſum, proindeque deperditum in eo proelio.

e) In Edit. Hoeſchel. Cangio teſte haec adhuc legebantur: ὅτε και ἔλεγον δε πολιται, Απο την Διςραν ἐις Γολοην καλον απληκτον Κομνηνε i. e. *a Diſtra ad Golöen bella caſtra Comnene*: eſt enim ἀπληκτον caſtrorum locus. vid. Leo in Tact. c. 11. §. 1. et Cangius in Not. ad Alexiadem p, 334.

f) ὁ δε Παλ. ἐν τῳ Φευγειν των ταγματων ἡττηθεντων κατα την ἡμεραν ἐκεινην κατενεχθεις τε ἱππε ἀπωλεσε τετον.

g) τον δε ἱεροπρεπη ἐκεινον ἀνδρα ἐνκετι τεθεαται.

dique a barbaris cernerent, magnam iam deuenerant in deſperationem ſalutis; quod ſe 'tantulo numero [h]) nequaquam pares longe pluribus Scythis intelligerent. Recreauit eos vt in malis Palaeologi conſpectus, talis viri, cuius imperterritam in periculis animi ac conſilii praeſentiam olim norant. Ergo ex eius nutu ac ſententia pendentibus [i]) Palaeologus edixit: vnam ſupereſſe ſpem ſalutis, ſi negligere funditus ſalutem poſſent, 'ea in certiſſimum diſcrimen offerenda [k]); 'qui tali eſſent animo, iis ſe polliceri aliquid poſſe [l]). Verum oportere ante omnia, vt, qui aſſentirentur, in ea verba iusiurandum darent, 'Deoque quisque adhibito teſte confirmaret, ſeſe neutiquam ſibi parſurum, quominus ipſe per ſeſe in Scythas irrueret, neque, quod ignaui ſolent, ſatis habiturum, in turba latere, delegareque ſociis periculum, quod ſubire poſſet ac deberet. Verum tam ſalutem, quam diſcrimen, omnes et ſingulos in commune collaturos. In haec iuratis ac paratis vniuerſis, Phalaeologus in barbaros vehementi equitatione inuectus, primum illorum, qui occurrit, grauiter vulnerat, at is caliganti oborta vertigine, humi ſtatim afflictus iacuit. 'Caeteri, malo principio turbati, ac per hoc partitis inter impetum audendi et recedendi cogitationem animis, occurrerunt in equis tamen, ſed continuata a Palaeologo in aliquorum ex his capita priori clade [n]), caeteri ſtatim in latebras denſi ſaltus, vnde eruperant, tutum et celerem receptum in lucro poſuerunt.

Inde cum Palaeologus idem, iterum Patzinacis inſequentibus, locum editum quendam ſuperaret, contigit equum eius vulneratum cadere, ipſum vero, eo omiſſo, in ſpeluncam ſubire montis adiacentis [o]). Vnde tutum receptum rem tali loco et tempore difficilem

h) Addit h. interpres.

i) της του Παλ. ἐξηρτηντο γνωμης, παλαι τουτου το γενναιον και ἀκατασειστον της γνωμης γινωσκοντες.

k) κατα των Σκυθων ὡρμησαι.

l) Addit h. interpres.

m) ὃ δη και γεγονεν, ὡς τηνικαυτα μιας γνωμης ἁπαντων γεγονοτων, της κατα των Σκυθων ὁρμης μηδενα ἀπολαφθηναι, την σωτηριαν και τον κινδυνον ἰδιον ἑκαστου λογισαμενου.

n) των δε λοιπων μετα διψυχιας την ἱππασιαν, ποιησαμενων, οἱ μεν πεπτωκασιν, οἱ δε cet.

o) αὐτον δε τηνικαυτα εἰς το παρακειμενον ὀρος εἰσδυναι.

cilem, incertis dierum vndecim erroribus quaerens, tandem incidit in viduam militis cuiusdam, apud quam hoſpitio recreatus per aliquot dies, denique indicio filiorum eiusdem viduae, qui et ipſi ſimili defuncti periculo fuere, iter didicit, quo ſecure poſſet ad fugam vti. His caſibus exercita Palaeologi virtus eſt.

§. 86.

'Iam Scythas reuiſamus. Optimatum inter eos fera erat ſententia p), captiuos omnes noſtros occidendos. Interceſſit multitudo, et, crudelitatem auaritia vincente, peruicit q), vt pretio redimendi offerrentur r). Ea imperatori nunciata ſunt litteris Meliſſeni, qui, 'etſi captiuus, 'non parum operae atque induſtriae contulerat, quo iſtud Romanis ſalutare apud Scythas conſilium praeualeret s). Curatis igitur extemplo ex vrbe regia pecuniis Auguſtus ex eo, in quo tunc erat, et ad id permanſit, loco, Beroë t)) captiuos redemit.

§. 87.

'Porro poſt victoriam v) Scytharum peruenit ad Iſtrum Tatus x) cum iis, quos collegerat, auxiliaribus Comanis. Quibus cum praedae Romanae tantae multitudinisque captiuorum conſpectus praeſens cupiditatem irritaſſet, egerunt ii cum principibus Scytharum: „ Seſe ad ipſorum euocatos auxilium domibus relictis longam emenſos viam eo animo veniſſe, vt et periculi participes et victoriae forent. Ad talem ſpem quamquam feſtinatione contenderint ſumma, nihilque ſibi ad omnem ſtrenuitatem reliqui fecerint, arte imperatoris, proelium praeoccupantis, factum eſſe, vt certamine

p) οἱ δε γε των Σκυθων λογαδες ἐβȣλευοντο.

q) τα δε πληθος τȣ κοινȣ το παραπαν τȣτο ȣ̓ συνεχωρει, βουλομενοι cet.

r) ταυτης γαρ της βȣλης κορυφαιος.

s) πολλα προς τȣτȣς τȣς Σκυθας ἠρεθιζεν.

t) Vide ſupra §. 84. fin.

v) τηνικαυτα.

x) (Cfr. ſupra §. 81.

mine excluderentur. Victoriam tamen reſtare, cuius parte aliqua; ius aequumque eſſe, tanto curſu vexatos ſocios aſpergi. Communicarent igitur, ſi videretur, praedam ſecum: ſi nollent; quos ſocios aſpernarentur, mox hoſtes exſpectarent „. ‘Talia Comani. Moxque renuentes y) Scythas magno et atroci adorti proelio vicerunt, reliquiis eorum aegre ad Ozolimnam z) ſe recipientibus. vbi, circumſidentibus Comanis, diu muſſarunt in anguſtiis, prodire metu hoſtium non auſi.

§. 88.

Eſt haec, quae iam a nobis Ozolimna nominatur, palus plane ampliſſima, ſiue traiectus, ſiue circuitus menſuram ſpectes, nullique earum, quae vſpiam a Geographis celebratae ſunt, magnitudinem quod attinet, inferior. Sita eſt ſupra Centum Colles: in eamque maximi ſimul et pulcherrimi confluunt fluuii, Quin etiam qua parte meridiem ſpectat, multas magnasque et oneribus pleniſſimas magnis ſuſtinet naues: haud dubium eo ipſo profunditatis ſuae indicium ferens. Caeterum Ozolimnae vocabulum vtcunque Graeci ſermonis vim ſentientibus a tetro quodam, quem haec palus inhalet, odore ductum videri poſſit: neutiquam tamen ita eſt b); ſed ab Vnnico exercitu circa nundinante c), atque ad ripas eius metante caſtra, nomen id tractum eſt: quoniam, ‘quos Vnnos dicimus, vulgaris agreſtium ac plebeiorum lingua Vzos ſolet appel-

y) προς τετω ἀνενευσαν οἱ Σκυθαι. των δε Κομανων τετο μη φεροντων.

z) Οζολιμνην. Cangius in Notis ad Alexiadem Annae Comn. p. 344. „Exſtitit palus illa vltra Iſtrum, in ea reg.one, quam Valachiam hodie vocant. Binas autem potiſſimum iis in locis obſeruat Strabo lib. 7. quarum alia mari, in quod effunditur, adiacet, (Tiagola forte Ptolemaei) altera meatu caret. Certe conſtat, Hieraſſum fluuinm, qui in Iſtrum haud procul a Doroſtolo ſeu Driſtra, influit, quo loco bellum iſtud geſtum eſt, lacum permaximum efficere, qui idem fuerit cum Ozolimna „.

a) γενομενοι δε παρα Κομανων ἐφ' ἱκανον ἑκαστε διετριβον, την μεταθεσιν μη ἀποθαῤῥεντες.

b) Οζολιμνη δε κατωνομασαι, ὀυχ ὁτι κακε τινος και βαρυοδμε ἀναδοσιν ἀποφοραν, ἀλλ' cet.

c) Ουννικης ποτε ςρατιας (in marg. Ουγγρικης.) ἐκιφοιτησασης τῃ λιμνῃ.

appellare d). Inde puto Vzolimnam e) primum hanc paludem nominatam, vna vocali abundante ſupra hodiernum vocis eiusdem iſtius ſonum: porro littera Graeca υ ipſo vſu deinceps extrita, redactum id nomen in eam quae hodie inualuit, formam, Ozolimna ſonat f). Tempus ſi quis quaerat denominationis huius; ſane in veteribus hiſtoriis non facile reperietur. Expeditionum Vnnicarum mentio, quae appulſis ad paludem hanc caſtris antiquam originem nomenclationis iſtius probet. Nempe Alexio imperante id contigit. Tunc, inquam, Vnnorum gens, magno vndique concuſſa excitaque motu, in eum, quem dixi, locum, armata confluens, nomen iſtud nouum fecit. Primamque talis rei memoriam hiſtoria haec noſtra complectitur. Etiam ad caeteram patris mei claritatem illud quoque acceſſit, quod obiter annotaſſe tanti fuerit, vt paſſim efferueſcentibus per orbem, partim eius auſpiciis ac ductu, partim hoſtium ipſius coorientium vndique variis exercitibus, loca inde plurima recentes appellationes traxerint g). — Haec ex officio hiſtorici de paludis nouo nomine iſtius admonenda breuiter fuere.

§. 89.

Caeterum Comani cum diu Scythas ad Ozolimnae ripas obſediſſent h), penuria coacti commeatuum, ad ſua redierunt, ibique annona parata, expeditionem rurſus contra Scythas ſuſcepere i).

§. 90.

Interim imperator, congregatis copiis, caſtra poſuerat ad Beroen: vbi cum milites copioſe inſtruxit omnes, qui potuere colligi, tum captiuos quoque armauit ipſos. In his eum augendi exercitus

d) τετες δε τες Ο'υννες Ο'υζες ἡ ἰδιωτις ἀπεκαλεσε γλωσσα.

e) Ο'υζολιμνην.

f) Addit h. interpres.

g) και ἀπο μεν των παλαιων συγγραμματων ουχ ἑυρηται πω συνελθον ἐνταυθα Ο'υννικον ςρατευμα, ἐπι δε τε ἀυτοκρατορος Αλεξιε τοις πολλοις και πολλαχε (in marg. πανταχε) ςρατηγιαις, νυν ἀφ' ἑαυτε, νυν δε ἀπο των ἐπισυρρ'εντων ἐχθρων πολλας ἐλαμβανον οἱ τοποι προσηγοριας.

h) Addit h. interpres.

i) ἐφ' ᾡ — ὑπεναςρεψαν.

citus curis commodum deprehendit Flandriae comes k) Ieroſolymis reuertens, [qui ei pollicitus eſt, ſimul ditionem attigiſſet ſuam, miſſurum ipſi auxilio equites quingentos.—

Mouit inde Auguſtus poſtea, exercitumque quantum maximum congregare ſumma tum cura potuit Adrianopolin tranſtulit.

§. 91.

At Scythae, penetratis anguſtiis montium, qui Goloën inter ac Diampolin l) ſiti ſunt, circa locum Marcellam m) dictum, caſtra ſunt metati. Ea re Auguſtus cognita, cum etiam didiciſſet, eſſe in itinere Comanos exſpectarique reditum eorum, 'veritus eſt, ne facile contracta inter ſe pace, vtrique barbari conſenſu incumberent in perniciem Romanae rei n). Miſit ergo Syneſium ad Scythas, bullis aureis, quantum ad fidem faciendam eſſet opus, inſtructum; cum mandatis pollicendi eis ab imperatore largam copiam rerum omnium neceſſariarum, modo inducere in animum atque in eo fidem obligare ſuam traditione obſidum vellent, manere in loco, quem iam occupaſſent, nec vlterius tendere. 'Cogitabat nempe imperator prouidus periculum in auxilium vertere, et aduerſus imminentes Comanos, ſi ad Iſtrum, quod fama ferebat, denuo mouerent, irrumpereque in Romanos conarentur fines, horum praeſidio Scytharum ad tutanda oſtia vti. Addiderat mandatis Syneſio datis, vt, ſi difficiles ſe ad eas conditiones Scythae praeberent, cito, illis ibi relictis, ad ſe reuerteretur: nec ſuſtineret differri ſibi reſponſum quoad illi caſtra promouiſſent,

Egit

k) Fuit is, vt Cangius ad h. l. docet, Robertus, cognomento Friſius, Flandriae Comes, qui peregrinationem ſuſceperat a. 1085. a qua necdum reducem a. 1089. auctor eſt Meierus lib. 3. Vid. Cangium ad Annae Comn. Alexiadem, p. 334, 335.

l) Vrbes non adeo procul Adrianopoli ſitae, vid. ſupra §. 45. 51.

m) Caſtelli huius in Bulgarorum finibus a Conſtantino Copr. aedificati meminit Nicephorus Patr. p. 43. cf. *Tom. II. P. II. Bulgarica §. 33.*

n) ἐδεδιει, την ἐκεινων ἐλευσιν ὑφορωμενος.

Imp. ALEXIO I. Comn.

Egit cum Scythis ex imperatoris voluntate Syneſius prudenter; nec ſine ſucceſſu. Eunt frequentes in ſententiam icendi cum imperatore foederis. Fuit cum illis idoneo ſpatio Syneſius, ſuaque comitate ac liberalitate imperatoris apte vſus ad demulcendos feros animos, offenſionumque cauſas omnes accurate remouendas, pacem ſtabiliuit, quantum prouideri humanitus potuit o).

§. 92.

Interim reuerſi Comani, animo et apparatu committendi cum Scythis proelii, vbi hoſtes non repertos tranſiſſe clauſtra didicerunt, atque apud Marcellam pacem cum imperatore pepigiſſe: mittunt, qui ab eodem peterent, ſibi vt per eum liceret, clauſtris penetratis p), pugnare cum Scythis. Non potuit id annuere Auguſtus, foedere paullo ante Scythico concluſo. Legatos tamen Comanorum beneuole ac munifice accepit, donisque oneratos dimittens, mandauit, vt ſuo nomine Comanis referrent: Imperatorem in praeſens quidem habere ipſis gratias, nec enim auxilio egere; cupere autem, vt ipſi, muneribus non paruis, quae ad ipſos miſſurus eſſet, acceptis, redirent in domos ſuas q).

§. 93.

Eo facto, liberati metu Scythae, nullo iam foederis reſpectu audaciam continuerunt; ſed in latrocinia, vt prius, effuſi, vicinas late

o) ἐσκοπει γαρ τουτοις κατα των Κομανων χρησασθαι, εἰ τον Ιςρον αὖθις καταλαβοντες προς τα προσω χωρειν ἐπιχειρησαιεν, εἰ δε γε οἱ Σκυθαι μη πειθοιντο, αὐτου που καταλιπειν αὐτους και ὑποςρεψαι. κατελαβε τουτους ὁ ῥηθεις Συνεσιος, και τα εἰκοτα προσομιλησας ἐπεισεν ὑποσπονδους γενεσθαι τῳ βασιλει. κακεισε προσκαρτερων παντας αὐτους θεραπειαις ἠξιου πασαν περιαιρων του σκανδαλου προφασιν.

p) ἐξαιτουνται διελθειν τας κλεισουρας.

q) εἰπων, ὡς οὐ χρεια το παρον βοηθειας ἡμιν, λαβοντες ἱκανα ἐπαναςρεψατε.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083 — 1096.

late vrbes et regiones crudeliſſimis graſſationibus infeſtas et depraedationibus habebant. Inquietiſſima quippe natura barbarorum eſt, indocilisque maxime indoles ad pactorum conuentorum obſeruationem. Redit ergo ad imperatorem Syneſius oculatus index mutatae voluntatis atque ingratiſſimae perfidiae barbarorum.

Breui poſtea nunciatur, perueniſſe iam eos Philippopolin. quae res curam ingentem incuſſit imperatori, ad proelium contra tantam multitudinem haud quaquam idoneis inſtructo copiis. Tamen, vt animo erat erecto ſemper ac praeſenti —, decreuit, tali tempore inſidiis tantum ac furtis belli r), ſubitisque velitationibus rem gerendam s). Iſto adeo conſilio procedere audet cum paucis in innumerabilium occurſum, obſtare certus progreſſibus ruentium. Intercludebat iter hoſtium poſitis contra ſuorum caſtris: quae vt fidem et hoſtilibus imperuiam aſſultibus ſtationem haberent, loci delectu et valli munitione conſequebatur. Hinc exploratoribus quoquouerſum miſſis, intentus et pro ſe ipſe acri vigilia omne momentum occaſionis, motum progreſſumque exercitus ad belli vſum accuratiſſima ratione gubernabat. Odorabatur videlicet ſagacitate mira, quo potiſſimum cogitarent Scythae. Eo comperto, quam vrbem quemue locum adire illi poſtridie deſtinaſſent t), ea ille praeoccupabat iam praecedente veſpera: rurſus quo iidem venturos ſe veſpere putarant, eo imperator ſummo mane praeceſſerat. Ad haec iaculationibus procul tutis ſubitisque coorientium ex occulto impreſſionibus ſuorum carpebat aſſidue barbaros, ſucceſſibus vel ea re non contemnendis, quod nulla iactura, nec periculo quidem emti, tamen ad morandum victorum curſum impediendumque, ne arcibus aliis aliisque ſubinde inuadendis ditionem Romanam arctarent, ſuam extenderent, conferebant plurimum. Non potuit tamen plane ſiſti torrens, quin euolutis obicibus quantiscunque, iret ſemper et ferretur, quo pendebat praeceps. Itaque iam vſque ad Cypſella Scythae promouerant. Nec defuit imperator, quin

r) Addit h. interpres.

s) τὴν τούτων μελετῆσαι καθαίρεσιν.

t) καὶ οὕτω στοχαζόμενος τῶν τόπων καὶ τῶν πόλεων, ἔνθα καταλαμβάνειν ἱκανοὶ πρωΐας ἔμελλον cet.

quin, caſtris illic de more obiectis, regionem adhuc intactam tegeret: verum remedio fortiori res egebat v).

§. 94.

Cum autem, quae dudum exſpectabantur, 'auxiliares copiae conducti militis x) nondum adeſſent; 'videretque Auguſtus, ſuſtineri amplius non poſſe inflammatum praedae cupiditate Scytharum impetum y), in vrbem regiam ruentium, quo, vt ſe habebant quotidiani progreſſus eorum, cito peruenturi videbantur; 'coactus magnitudine periculi conſcientiaque paucitatis atque infirmitatis exercitus, quem ductabat, denique melioris inopia conſilii z), tentandam iterum pacis ſpem decreuit, miſſis ea de re legatis ad Scythas. Non fruſtra. Nam hi pro imperatoris voto in foedus conſenſerunt.'

Antea porro, quam id fieret, transfugerat ad Romanos *Neantzes* a). Mittitur ergo Migidenus, 'vt ex regionibus et locis adiacentibus conuentus educeret b). Huius filius contracta deinde pugna cum barbaris ad locum *** nominatum, cum in Patzinacas feruide inueheretur, 'ſeque illorum plauſtris admouiſſet audacius c), a muliere Scythide falce, aut vnco ferro in plauſtrum attractus et captus eſt. cuius amputatum caput imperator patris eius rogatu redemit. Miſer autem pater dolore amens per tres dies noctesque continuas pectus ſibi ſaxo pulſare non deſinebat, quoad luctum morte finiit.

v) και ὡς δυναμις δι' ἀκροβολισμων πορρωθεν προς αὐτες ἀπεμαχετο, ὡς μη ἐγκρατεις αὐτες γινεσθαι των Φρεριων. καταλαμβανεσιν δε ἀμφω ὁι τε Σκυθαι και ὁ αὐτοκρατωρ Κυψελλα.

x) το μισθοφορικον.

y) γινωσκων ὁ αὐτοκρατωρ το ὀξυκινητον των Σκυθων.

z) ἐν ἀμηχανιᾳ ἠν. και μη ἀποχρωσας δυναμεις προς τοσαυτα πληθη ἐχων, το μη χειρον ὁ Φασιν βελτιον λογισαμενος.

a) ὁ Νεαντζης.

b) ὡςε πανηγυρεις ἐξαγαν ἐκ των παρακειμενων χωρων.

c) Addit h. interpres.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

CAPVT VIII.

Bellum a Patzinacis foedifragis reparatum, et res vſque ad inſignem de illis ab Alexio reportatam ad Tzurulum victoriam geſtae.

§. 95.

51. CAETERVM haud longi temporis pax fuit, cito Scythis, canum inſtar, ad proprium vomitum redeuntibus. Hi mouentes a Cypſellis Taurocomum ſtatiua transferunt. vbi hieme traducta vicos vrbesque adiacentes latrociniis populabantur. Orto autem iam vere inde Chariopolin veniunt.

At imperator apud Bulgarophygum commorans, 'non amplius ſibi cunctandum, aut furtis inſidiisque ducendum cenſebat bellum.[a]. Sed abruptis a reliquo exercitus corpore iuuenibus ſtrenuis magno numero delectuque exquiſito, iis nempe, quos archontopolos vocant, florenti omnes aetate ac prima lanugine ſignantes genas, expertae in proeliis fortitudinis, vt paſſim ineluctabilis eorum impetus haberetur: imperauit, vt circumducti a tergo Scythas adorirentur eos, qui e ſummis exſtabant plauſtris[b]. — Hi ergo — archontopoli iuuenes 'in Scythas[c], vt iubebantur, armati vadunt. At barbari 'loco depreſſo prope iugum, ex quo eminebant

51. ANNA COMNENA p. 204, 205.

a) ὀυκ ἔτι ἐν ἀναβολαις ἦν.

b) Quae hic ſequuntur de archontopolorum cohorte, ad haec fere redeunt: fuit haec cohors duorum circiter millium, in quam filii defunctorum tribunorum, centurionum aliorumque ducum recipiebantur (vnde ἀρχοντοπωλοι dicti ſunt) ab Alexio primum inſtituta.

c) Addit h. interpres.

nebant, inſidiis poſitis exitium incautis machinabantur d): adeoque iam commiſſo cum inſeſſoribus plauſtrorum intentos certamini 'a tergo e) ſummo impetu adorti, conſertoque acri proelio, trecentos ex ipſis generoſe pugnantes necant: quos longo tempore altis ſuſpiriis calidisque lacrymis proſecutus imperator eſt, nominatim vnumquemque inclamans, 'tanquam non mortuos, ſed peregre profectos cum ſpe reditus arbitraretur f).

§. 96.

Victores Patzinaci tranſita Chariopoli ad Aprum g) ' . dunt, cuncta obiter vaſtantes.

'Quid faceret imperator noua clade domitus, niſi, audacia non ſuccedente, ad Fabianas artes et expertam paulo ante rediret ſuſtentandi belli methodum h). Occupat ergo deſtinationem barbarorum et cum ſuis copiis, ad aperte pugnandum, vt ſaepius diximus, nimium paucis, ad tardandum victorum curſum vtcunque ſuffecturis i), Aprum ingreditur, priusquam eo Scythae perueniſſent.

'Eodem admotis barbarorum caſtris k), cum cognouiſſet imperator, poſtridie ſub ſolis ortum prodituros inde praedatores, arceſſito — Tatitio mandauit, vt ſumtis ſecum 'e paedagogio aulae regiis pueris bello iam maturis cohors erat e re nomen nacta, vt *epheborum* in virile robur adultorum diceretur l)) fidiſſimis quoque, quos haberet, domeſticis ſuis ipſius ac famulis, praeterea

 Lati-

d) οἱ δε κατωθεν του αὐχενος προλοχιζοντες Σκυθαι τας τουτων ἐφοδους ἐπετηρουν.

e) Addit h. interpres.

f) καθαπερ ἀποδημον.

g) Απρον, Απρος Thraciae vrbs archiepiſcopali et metropolitana ſede inſignis.

h) τῃ γουν προτερᾳ μεθοδῳ χρησαμενος αὖθις ὁ βασιλευς.

i) οὐ γαρ προσησαν αὐτῳ ἀποχρωσαι δυναμεις καθαπερ πολλακις εἰρηται, προς μαχην τοις ἀντικαθισταμενοις.

k) Addit h. interpres.

l) τας τε καλουμενας ἠνδρωμενους των ἀγουρων. Thracibus ephebi ἀγουροι vocabantur, vt ex Euſtathio et aliis docet Cangius in Gloſſ. med. Graec.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1083 — 1096.

Latinis vniuerſis, primo diluculo excubaret, ad obſeruandas excurſiones Scytharum, vt, cum eos, qui praedandi cauſa exiſſent, procul iam abeſſe a caſtris ipſorum appareret, equos ipſe cum ſuis in eos totis habenis immittens, 'circumuentos opprimeret [m]. Haud ſecus, quam imperauerat; eſt factum. Scythae quadringenti caeſi, nec pauci captiui ducti.

§. 97.

PER id quoque temporis Tzachas [vnus e Turcorum ſatrapis] probe edoctus, quantopere nutaret in occidente Romana res, quantoque imperator labore ac miſeria vix ac ne vix quidem Patzinacarum contra incumbentium pondus ſuſtineret, — decreuit armare claſſem. [Quo facto, plures Romanorum vrbes, ditioni ſuae
52. adiunxit. Rebus contra eum] prouiſis, Auguſtus cum Scythas didiciſſet iterum tendere Rhuſium [n]) verſus iamque ad Polybotum [o]) caſtra poſuiſſe, quanta maxima celeritate potuit Conſtantinopoli profectus, praeoccupauit Rhuſium. Sequebatur eum transfuga Neantzes, fidem vultu ſimulans, proditionem in imperatorem ingratiſſimam occultis machinationibus moliens. Aderant et '*Cantzus* et *Catranes* [p]), viri bellicoſi et longe aliter affecti: quippe quorum in Auguſtum ardens ſtudium veris exſtabat indiciis.

HIC conſpicatus imperator auulſam a caetero exercitu manum quandam praedantium Scytharum, miſſis contra Romanis, pugnam conſeruit non fauſtam caeſi noſtrorum in congreſſu multi, nonnulli, viui capti, a barbaris deinde trucidati ſunt: plurimos fuga Rhuſium retulit incolumes.

§. 98.

m) Addit h. interpres.

n) Ῥσσιον forte Rhoſocaſtrum Cantacuzeni p. 180. 264. vbi vrbs Moeſiis ſubiecta dicitur, 281. 284. et 307. et Rhuſocaſtrum Nicephori Greg. p. 298.

52. ANNA COMN. p. 210 — 218.

o) Polybotus vrbs Thraciae dicitur Cantacuzeno L. 2. c. 22. p. 266. L. 3. c. 76. p. 617.

p) ὁ Καντζῆς καὶ ὁ Κατράνης. De Neantze vide ſupra §. 94.

a. C. 1083—1096.

§. 98.

Nec deterruit Alexium prima eâ belli offenſio, quominus, qui velitatione cum praedatoribus inferior receſſerat, decretorium cum tota gente proelium pararet. Cumulauit fiduciam tam audacis coepti opportunus aduentus Latinorum, qui Maniacatae dicebantur q). Promotis ergo in eam copiis, ſpatioque medio inter duos exercitus arctato, metu multitudinis hoſtilis dare ſignum pugnae conſueto claſſico imperator noluit, 'imparatos barbaros, ſi fieri hac arte poſſet, ab improuiſis ſuis opprimi cupiens r). Veſpere autem praecedenti miſſo circum exercitum Conſtantino, regiorum accipitrum curatore, et tympanum per totam noctem pulſare iuſſo, ſatis omnes admonuerat, conſtituiſſe imperatorem prima luce ſine vllo tubae cantu Scythas adoriri, 'velleque ac iubere vniuerſos ad id duces ac milites pranſos paratos ſe praebere s).

§. 99.

At Scythae, Polyboto mouentes, praeoccupant 'locum Haden, ſiue Orcum, dictum t), ibique vallum figunt. Porro illuceſcente die; ſic iam a pridiana veſpera paratis imperator rebus deſcribit diſtribuitque ordines, acieque inſtructa infeſtus in hoſtem ducit.

Verum ante congreſſum exercituum Neantzes ſpecula conſcenſa collis adiacentis, 'ſpecie quidem et mendaci affirmatione perfidi v), vt aciei Scythicae formam obſeruaret, 'referretque imperatori, quod in ſpem victoriae vtile putaret x); reuera vt contraria omnia faceret, 'ſuis y) Scythis propria ipſorum lingua ex illo edito iugo loquens z) auctor fuit: vt plauſtra 'continuam in ſeri-

q) των καλουμενων Μανιακατων Λατινων. Cangius ad h. l. „ Latinos, ſeu Normannos intelligit, qui Maniacae olim in Italia et Sicilia meruerant, de quibus Anna p. II. „

r) θελων προαρπασαι την μαχην.

s) διακηρυξασαν ετοιμαζεσθαι.

t) τοπον τον καλουμενον Αδην.

v) ὡς ἔλεγεν.

x) ἀγγελιαν δε τῳ αὐτοκρατορι της αὐτων καταστασεως συγκομισαι.

y) Hanc vocem interpres addit.

z) Addit h. interpres.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

ſeriem diſpoſita Romanis obiicerent [a], nec imperatorem magnopere metuerent, adhuc ex nupera clade trepidum fugamque meditantem, qui nec ſuos idoneo numero nec auxiliares a gentibus ſociis milites haberet. / His dictis 'attritam frontem ſic ad imperatorem deſcendens retulit, quaſi ſumma fide functus exploratione foret [b]. 'Caeterum mixti quidam inter Graecum et Barbarum gegeneris, ac per hoc 'non inſcius Scythicae linguae, 'cum orationem transfugae auribus hauſiſſet, indicatum de perfidia bilinguis vltro ad imperatorem venit [d]. Senſit Neantzes, ſe detectum, 'nec diſſimulandi tamen ſpem adhuc aut conſilium abiecit. Falſum impingi ſibi crimen queritur, indicem proferri remque iudicio diſcuti flagitat [e]. Procedit audacter mixobarbarus in medium, 'Neantzaeque in os coram omnibus perſeuerat auritus teſtis, quae comperta praeſenti ſenſu de eius ſcelere habebat [f]. At barbarus [g] ſtricto confeſtim ferro caput amputauit homini, Auguſto cernente ipſo, et phalangibus vtrimque adſtantibus. — Ergo de proditione quidem Neantzae erupturaque breui aperta defectione, tum his recentibus, tum prioribus plane perſuaſus indiciis, non dubitauit imperator amplius; ſed in acie periculi poſitas res et momentum lubricum ancipitis, in quo verſabatur, temporis reputans, ſententiamque non expediens, ceſſare potius habuit integramque rem ſeruare, indignatione cohibenda, quam, multum in pectore latrantem, exaudire ne quis poſſet, dedit operam, vultu ad diſſimulationem prudentem docili ſic ad Neantzem vſus, vt barbarus fiducia inde ſumta [h] paulo poſt ex equo proprio deſiliens alium ab imperatore popoſcerit, 'velut ad pugnandum ſtrenue pro eo paratus [i]. Dari confeſtim imperator eximium ipſi et regie phaleratum iubet, quo perfidus conſcenſo, cum iam exercitus contra ſe inuicem vaderent

a) στοιχηδον καταστησαι.
b) κατεισι προς τον αὐτοκρατορα.
c) μιξοβαρβαρος δε τις.
d) συνεις τα προς τους Σκυθας παρα του Νεαντζη λεχθεντα, ἀπαγγελλει παντα τῳ βασιλει.
e) Graeca tribus verbis, ἀνεζητει τον ἐλεγχον.
f) ἠλεγχεν.
g) ἐκεινος δε.
h) ἐπι ξυρου γαρ ἀκμης ἑστηκει τα του πολεμου. και δια τουτο περιυλακτουντα τον θυμον ὁ βασιλευς τεως ἐπειχεν, ἀπορων το τηνικαυτα ὅ τι και δρασειεν. ὁ μεντοι Νεαντζης cet.
i) Addit h. interpres.

derent, et ipſe velut infeſtus in Scythas equitauit, verum progreſſus ſatis, haſtae mucrone in noſtros verſo, ſuis ſe miſcuit: 'multaque illis et nimium vtilia ſuaſit, ex ea, quam habebat, conſiliorum imperatoris et ſtructurae aciei Romanae notitia k).

§. 100.

Itaque huius maxime ductu ſententiaque Scythae toto impetu aggreſſi Romanos plane fundunt, fugantque. Imperator diſcerptas phalanges diſſipatosque ſuos omnes ac paſſim ſparſos in fugam cernens, fruſtra omnia expertus inopsque conſilii tandem periclitari ſine ſpe, ſine ratione diutius noluit. verſisque habenis ad fluuium, non longe a Rhuſio fluentem, progreſſus, illinc cum lectis quibusdam viris fortibus reflexit impetum, et, vultu perſequentibus ferociter obuerſo, multos ex iis occidit, interdum et ipſe percuſſus. Cum autem ex altera parte Pyrrhus Georgius pariter fugiens ad eumdem fluuium pergeret; hunc increpatum imperator ad ſe accerſiuit, ſibique adiunxit. Tum feritatem ac ferociam Scytharum reputans, augerique in horas videns numerum eorum, aliis aſſidue ſuper alios auxilio venientibus, Georgium quidem cum reliquiis ſubſiſtere ibi iuſſit, mandato addito; 'vt Scythis ea cautione obſiſteret, ne faceret pugnae copiam, aut in neceſſitatem periclitandi ſe trahi pateretur l), ante reditum ſuum; ipſe alacriter equo conuerſo, vlteriorem amnis ripam tenuit, Rhuſiumque ingreſſus, quotquot illic fuga ſeruatos reperit milites omnesque inſuper indigenas Rhuſiotas, quicunque militarem aetatem habuere ſed et ipſos quoque ruſticos cum plauſtris propriis prodire confeſtim et ad ripam fluminis ſtare iuſſit. Quibus dicto citius factis, 'deſcriptoque in ſeries, certis aſſignatas ducibus, nouo milite m), ad Georgium recur-

k) πολλα κατα της βασιλικης παραταξεως αὐτοις παραινων.

l) μετα φειδους ἀντικαθιστασθαι τοις Σκυθαις.

m) κατατοιχους [κατα στοιχους] τινας καταστησας αὐτας.

recurrit; frigore quartanae cum maxime rigens, dentibusque horrorem colliſu teſtantibus.

§. 101.

At Scythae, vniuerſis licet congregatis copiis, tamen, vt pro vna duplicem Romanam aciem viderunt, imperatoremque ipſum 'pugnare certi ſpeciem ac minas praeferentem n), cuius ſatis aliunde promtum ad pericula et victoriis iuxta cladibusque imperturbatum animum nouerant, verentes, vt 'vltimum generoſae deſperationis impetum o) ſuſtinere ſatis poſſent, congreſſum experiri non ſunt auſi, ſteteruntque in loco. Nec eos laceſſendos putauit imperator, partim ob id, quo, vt dixi, male quatiebatur, febrile frigus, partim, idque praecipue, quod nondum omnes ſuos ex fuga collectos haberet. Simulauit tamen pugnaturientis audaciam generoſo ſtatu modicisque procurſibus crebrarum equitationum.

Eo ferme modo tranſacta dies eſt; exercitibus ambobus ſeſe innoxie vſque ad veſperam ſpectare perſeuerantibus, primaque nocte ſe in caſtra vtrimque recipientibus; 'mutuo alter alterius metu a proelio inuadendo retardati p). 'Cuius ſane cauſa iuſtior Romanis erat, adhuc a recenti clade diſperſis, quorum q) ſenſim plerique confluebant Rhuſium, multique in iis pugnam non experti. Eodem tempore Monaſtras, Vzas et Synefius, viri omnes fortes et peritiſſimi rei militaris, ne ipſi quidem poſtremi proelii participes, Rhuſium venere.

§. 102.

Hic Auguſtus, vrgente, quem dixi, rigore coactus, decubuit paululum, vt breui quiete ſeſe reficeret. Nec tamen ſe omni belli cura vel in tantillum tempus plane relaxauit, quin reſpiceret diſquireretque ſecum interim, quid cras eſſet faciendum. Talia medi-

n) ὄντως [in marg. τοσοῦτον] ἀγωνιζόμενον.

o) In Gr. vna voce ὁρμήν.

p) ἐδεδίεσαν γὰρ καὶ ἀπεδειλίασαν ὧν ἄρχειν τοῦ πολέμου.

q) οἱ δὲ κατὰ τὴν πρώτην μάχην ἄλλοι ἀλλαχοῦ σκεδασθέντες.

r) διὰ τὰ Λεῦκα καλούμενα τῷ τόπῳ διελθόντες χωρία omiſit interpres.

meditantem conuenit *Tatranes* s). Vir hic erat Scytha, qui ſaepius iteratis ad Auguſtum transfugiis, 'non pauciora fidei violatae flagitia ſubiecerat, toties ad ſuos perfidioſa fuga reuerſus. Is quod in tot reciprocis poenitentiae ac ſceleris vicibus ſemper facilem et tutum in Alexii patientia receptum habuiſſet, pudore quodam victus, amaro ſerio coepit virtutem tam licenter ſpretam; et iam expertae bonitatis domino toto pectore ſtudebat t). adeoque a vera imperatori conſulendi voluntate haec eius, quam ad illum tum habuit, proficiſcebatur oratio. „ Non vana mihi opinio eſt, Auguſte, Scythas in animo habere cras circumcludere nos et ſic nobiscum 'omni ex parte circumuentis v) proelium capeſſere. Opus igitur eſt, prodire nos moenibus illuceſcente die et 'aciem in campo ſtructam offerre hoſtibus, ad iſtud nobis pernicioſum, quod dixi, conſilium praeuertendum diſturbandumque x)„.

Laudauit virum imperator, probatoque atque accepto conſilio eius, ſe ita, vt ſuadebat, poſtridie oriente ſole facturum recepit.

Tatranes, his dictis auditisque, duces Scytharum adiens, allocutus in hunc modum eſt: „ Ne efferamini propter victorias, quas de imperatore reportaſtis, neque quod paucos nos eſſe videatis, propterea pugnam nobiscun vobis ad victoriam proceſſuram, certa fiducia praeſumite. 'Cum imperatore inuicti roboris atque animi vobis res eſt. nec duci miles deerit y). Scitote enim, ingentes conducti militis copias in itinere eſſe, nobis propediem iungendas. 'Id et certo erit: et, ſimul fuerit, vae vobis z); niſi prius, pace compoſita, rebus veſtris prouideritis. Profecto veſtra cadauera vulturibus epulas dabunt„. Haec Tatranes ad Scythas.

s) Τατρανης, in marg. Τραγανης. An qui ſupra §. 97. Κατρανης.?

t) και παλινδρομησας αυθις οικαδε, και τοσαυτακις παρ' αυτε συμπαθειας αξιωθεις, και πολυν τον ποθον εις αυτον δια την τοσαυτην ανεξικακιαν εσχηκως.

v) Addit h. interpres.

x) Haec omnia in Gr. vno verbo παρατεταχθαι.

y) αμαχος την ισχυν εστιν ο κρατων.

z) Addit h. interpres.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1083—1099.

§. 103.

At imperator licentiſſime palantes tota paſſim planitie innumerabiles equos barbarorum diu noctuque ſine ceſſatione vlla praedantium a) abigere meditans, arceſſitos Vzam et Monaſtram iuſſit cum lectis equitibus per noctem „capto circuitu, Scythas a tergo adoriri ſub diluculum, progredique in planitiem equis et iumentis, quae in ea paſcebant, omnibus, vna cum paſtoribus, prae ſe abactis.„ Nec de ſucceſſu dubitaueritis, aiebat, ‘nobis enim ex aduerſo conſerta pugna Scythas a facie diſtinentibus, non poterit non tutus eſſe ac facilis vobis impetus in eosdem a tergo factus, improuiſus item et vehemens b) „. Dictum, factum. Nec exſecutio praecepto, nec praecepto deſtinatus exitus defuit.

‘Extemplo Auguſtus in partem operis ſibi deſumtam intentus, ad fortiter excipiendos, quos in ſe auertere cras parabat, Scythas curam omnem ac contentionem vertit.

§. 104.

Somnum illa nocte non vidit [Auguſtus] c): ac ne conniuere quidem palpebras paſſus eſt, ‘totus in arceſſendis, confirmandis commouendisque militibus d), iaculatoribus praeſertim, quibus praecipiebat multa ad vſum pugnae craſtinae, de modo quam maxime nocendi barbaris, deque optima ratione tendendi arcus iaculique collineandi; nec erudire verbo ad ea contentus, etiam exercebat, formabatque manu. Monſtrans etiam, vti compeſcere interdum anguſtis habenis ac reflectere oporteret equum; vt admittere rurſus laxatis fraenis; vt perite expediteque in tempore deſilire. Haec illam noctem imperatoris opera fuerunt: ‘niſi quod ſub vigiliam

a) τὴν ἡμεδαπὴν χώραν omiſit interpres.

b) ἡμῶν γὰρ κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς μαχομένων, ὑμᾶς ῥᾳδίως τὸ κελευθὲν ἐκπληρώσατε.

c) αὐτὸς δὲ τὴν νύκτ᾽ αὐτὴν τῶν Σκυθῶν ἐπέλευσιν προσδόκιμον ἔχων, οὐκ ἐδίδε ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς.—

d) ἀλλὰ μεταπεμπόμενος δι᾽ ὅλης νύκτος στρατιώτας.

giliam extremam modica quiete ſumta, die illuceſcente e) audiuit, moxque ipſe vidit duces Scytharum cum inſtructis, vt apparebat, ad proelium copiis vadere in Romanos, iamque traieciſſe fluuium.

Sic, quod imperator Vzae Monaſtraeque praedixerat, euenit.— Tunc ergo ſtatim equo conſcenſo, ſimul dari ſignum claſſico imperat, ſimul phalanges ordinat: acieque deſcripta, ipſe in fronte locum ſumit. Inde animaduertens, 'ferocius concitatiusque ſolito g) venire Scythas, iaculatores raptim exſcendere ex equis iubet ſicque procedere aduerſos barbaris, maturo gradu, nusquam remiſſa iaculatione: poſt eos vniuerſum ipſe medius agmen animans ducbat. 'Audacter imperata faciunt praemiſſi velites, et acri eminus commiſſo certamine. incredibili ingeſta multitudine telorum, hoſtilem haud dubie retardant impetum. Semel concuſſis extremum ad terrorem fugaeque conſilium momentum acceſſit formidoloſa ſpecies Romanae aciei, conſertaeque nexus phalangis: ſuper omnia facies minaeque ſpirantis martem ruentisque in perniciem ipſorum non dubiam imperatoris h). Ergo tergis haud diſſimulanter verſis, fluuium impigre repetunt, iterumque traiiciunt, ad ſua plauſtra caſtraque properantes. Inſtat fugacibus toto impetu Romana phalanx, et partim eminus ſagittis figendo, multos, antequam ad amnem perueniſſent, ſternunt. multi vlterius fuga euecti, verticibus fluminis hauſti praefocatique periere.

Animaduerſum eſt, inclaruiſſe potiſſimum factis fortibus eo die virtutem 'domeſticorum famulorum imperatoris, quos ad quotidianum miniſterium adhibebat intimos i), lectos omnes et pleno aeui robore iuuenes.

e) μικρον δε ὑπνωσας, ἐπει της ἡμερας ἠδη ἐπιφωσκουσης.—

f) και ἠδη πειρας ὁ τε αὐτοκρατορος ἐλαμβανε στοχασμων.

g) ἱταμωτερον ἢ προτερον.

h) οἱ δε τοις Σκυθαις μετα τολμης προσεβαλλον. καρτερας δε της μαχης γεγονυιας, τὸ μεν την πυκνοτητα των βελων, το δε και τον τε Ρωμ. στρατευματος συνασπισμον ὁρωντες, και αὐτον δη τον αὐτοκρατορα ἐκθυμως μαχομενον.

i) οἱ περι τον αὐτοκρατορα διακονουμενοι θεραποντες.

a. C. 1083 — 1096.

§. 105.

Ipſe Auguſtus heroica virtute ac conſilio ſplendidiſſimae victoriae compos iſta luce factus, in caſtra ſe recepit ſua. Vbi trium non plus dierum quiete capta, illinc mouens Tzurulum ſe transtulit: vnde non cito ſibi migrandum cum ſtatuiſſet, caſtra, ſuis, quae tum erant, omnibus copiis ſatis ampla capiendis, ad orientalem oppidi metatus partem, vallo ea foſſaque muniuit, 'quoad abunde tuta credidit, vt iis, quod mox fecit, Auguſtale ſuum vaſaque ac militarem vniuerſam principalis domus ſupellectilem ſine periculo committeret k).

Idem iſtud in oppidum Tzurulum Scythae quoque veniebant; ſed, vt praeoccupatum ab imperatore cognouerunt, traiecto amne, qui per planitiem non longe a Tzurulo fluit (Xerogypſum indigenae nominant) medio ſpatio inter flumen et oppidum caſtra poſuerunt; ſic amplexi ambitum murorum vrbis, vt eam vndique clauſam obſeptamque circumſiderent, imperator; vero intus interceptus quaſi et obſeſſus teneretur.

§. 106.

At ſuccedente nocte — imperator Alexius vigil ingenium torquebat, exquirenda ſecum ratione, ſi qua expediri poſſet, audaciam barbaricam arte frangendi; 'quandoquidem ad id aperto marte tentandum vires minus ſuppetebant, longe impari Romana paucitate ad innumerabilitatem exercitus Scythici, ita vt pugna aequa patente campo ſine culpa temeritatis, quam certae cladis praeſens ſupplicium exciperet, iniri nullo modo poſſet l). 'Obſeruauit autem dux ſagaciſſimus m) ſtructum exſtare oppidum Tzurulum in eminenti colle, vnde pronus deſpectus eſſet in vaſtum camporum aequor

k) την τε βασιλικην σκηνην και τας σκευας ἁπασας ἀσυ τουτο [το τυφρε] κατεθετο. τα πληθη δυναμιν ἐχειν, ὡστε την μετ' αυτων ἀναδεξεσθαι μαχην κατατολμησειν.

l) ἱνα μη ἀποχρωσαν προς τουτο.

m) ἰδων τοινυν.

Imp. ALEXIO I. Comn.

quor, per quod ſe immenſa Scytharum multitudo diffuderat. 'Hunc ſitum, et ſtatuorum hoſtilium et ſui oppidi, ſolertia trahendum ad occaſionem furti bellici acre ad tale ingenium decreuit. Res in hunc modum compoſita eſt n).

Conquiſitos agro toto atque oppido comportari currus imperat. tum eorum rotas axibus commiſſas, ſed a plauſtris ac temonibus auulſas, funibus religandas curat, ſicque ordine continuo diſpoſitas ſuſpendit e pinnis muri 'ſummo collis iugo aedificati o). 'Nec mora parentibus pro ſe cunctis, quippe vrgente iubentis praeſentia p), conſtituitur vna hora ſpectaculum inopinatum pendentium ſerie perpetua e moenium Tzuruli pinnis, qua in praeceps imminent, reuinctorum funiculis orbium ligneorum tranſuexis axibus ita fixorum, vt bini connecterentur. His nocte paratis, diluculo imperator ſurgens ſeſe ipſe armat, armarique omnes iuſſos portis mox educit, aduerſosque hoſtibus quaſi ad proelium ſtatuit. Contigit autem, vt ex ea ipſa parte, in quam imminebant ſuſpenſae in moenium pinnis rotae, Romana quoque explicaretur acies, et eadem linea e diametro contra ſtaret hoſtilis exercitus. Imperator in mediis de more Romanis copiis praeſens, edixit: vt quamprimum claſſicum inſonuiſſet, omiſſis milites equis lento et otioſo gradu in hoſtem vaderent, arcu maxime ac iaculis procul vtentes, ſicque aciem in ſe Scythicam elicere conarentur. Vbi vero barbaros pronos in impetum contra ſe ruendi cernerent, iamque ad comminus accedendum exhortari equos audirent, terga ex compoſito verterent; ſic tamen fucoſam fugam moderarentur, vt in aliam alii partem a ſe inuicem diſcedentes, hiatum in medio patentem quaſi phalangis perruptae relinquerent, per quem penetrantes hoſtes admouerent ſe propius muris oppidi. Et erant ſupra murum diſpoſiti, qui in id vnum inuigilarent; quibusque mandatum erat, vt, vbi ſciſſam im

n) ἐπινοεῖται τι καὶ μάλα εὐμήχανον.

o) Addit h. interpres.

p) καὶ ἅμα τε τοῦτο ἐπενόησε τε καὶ εἰργάσατο.

q) καὶ μιᾶς ὥρας ἐπιπαρῃωρεῖτο κύκλῳ δὲ τροχοὶ μετὰ τῶν ἀξόνων, ὥσπερ τινὸς ἐφεξῆς κυκλίου κρεμαμένου, καὶ ἀλλήλους ἐγγίζοντες, καὶ τῶν ἀξόνων αὐτῶν ξυνδεδεμένοι.

in partes duas Romanam aciem 'ingreſſosque per eam ſciſſuram prouectos ad muri viciniam Scythas r) cernerent, gladiis repente ſtrictis, funes, quibus rotae religabantur e pinnis rumperent, easque coniugatas cum axibus vna praecipites deorſum darent.

Succeſſere omnia e ſententia votoque imperatoris. 'Itum in Scythas lento inceſſu, ſolo inter Romanos Auguſto equitante praeſentemque dante operam, vt cuncta ex vſu cogitati ſtrategematis apte fierent. Furunt contra Scythae, minisque cum ira creſcentibus expediunt ferocem impetum ſpe mox inuadendae comminus pugnae cum iis, quorum iaculatione procul tuta petebantur. Ruentibus addit calcar fuga ſimulata Romanorum diſceſſioque phalangis obliquatis mutuoque auerſis artificioſe recedentium genibus, iter aperit blande pellax et ſine ſuſpicione inſidioſum, pari noſtri contemtu ſuique fiducia ſeſe inferentibus barbaris. Per id quaſi latiſſimum oſtium vt cum magno clamore ac conuicio coeperant inuehi, perrexerunt equites Scythae; donec in eos, diuiſae phalangis velut faucibus clauſos, ſuperne deuolutae rotarum orbitae s) ſubitum obiecere terrorem. Alta ruina in durum alliſi ſolum orbes lignei reflectebantur reſultu pluſquam cubitali, tum in pronum vergentem nacti decliuitatem, apte librati transuerſis axibus, impetu iuxta ſtrepituque ac fragore maximis in barbaros intorti euoluebantur, nihilo lenius, quam ſi muralibus machinis excuſſa pondera fulminea pernicitate ruant. Circumueniuntur nouae vndique appulſu peſtis Scythae, crura equorum, quibus vehebantur, varie demetente plauſtrorum procella: aliis ab anteriore parte incidens malum volubile pedes priores armosque contuderat: alios forte auerſos nacta rotarum praeceps

r) Addit h. interpres.

s) και ἀθροοι μεν ἐπιῤῥαξαντες ᾐσαν οἱ Σκυθαι συν ἀλαλαγμῳ βαρβαρικῳ ἱπποται κατα της ἡμεδαπης παραταξεως πεζῃ και βαδην των ἀντων ἱεμενων παντων, μονε δε τε αὐτοκρατορος ἐποχε συγκινεντος αὐτους. ὡς δε πλησιον των τε αὐτοκρατορος τειχων ὀλιγον γουν γενος ἐμφανταστικον και ὡς τε ἀναποδισαντες διεσχισθησαν ἀπ' ἀλληλων, ὡς ὀυκ ἀν τις ἠλπισεν. ὡσπερ θυραν τοις βαρβαροις πλατυτατην εἰς την εἰσοδον ἀνοιξαντες. και ἁμα οἱ μεν Σκυθαι εἰσω τε τομε της ἑκατερωθεν φαλαγγος. οἱ δε τροχοι tct.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

ceps vis in poſterioribus laeſerant calcibus. At quacunque parte vulnus equus acceperat, in eam neceſſario claudicans exſcendere cogebat equitem, niſi ſecum afflictum trahebat in caſum. 'Strages ergo fiebat virorum equorumque, in aceruos ſe cumulans, graſſante aſſidue pernicie, non modo incurſu praecipitantium rotarum, ſed iam etiam mutuo alliſu impulſuque; dum, qui rotae ruentis incurſu ſternitur, comitem et commilitonem ſuum mole ſua in caſum communem abripit. Ac ne in hoc ruina ſiſtit; ſed ab vno percuſſo toti ordines peſſum truduntur, et Romanis noua felicitate ipſa Scytharum corpora in Scythas vicem telorum fungentia, militant.

Cooriuntur inter haec ab vtroque latere noſtri, barbaroſque impeditos et perculſos, qua procul eiaculandis ſagittis, qua comminus fodiendo eos infeſtis haſtis otioſe concidunt. Nec ſola rotarum impellentiumque corporum calamitas fuit. acceſſit in partem cladis torrens vnda propinqui amnis. in quem multi rotatorum ſuperne axium mole motuque correpti barbari ſubmerſi ſunt t).

§. 107.

Poſtridie, reſiduos Scythas repetere proelium velle conſpicatus imperator, ſuos et ipſe, recenti ſucceſſu audaces, armari ac contra prodire iubet: et v) in ipſa decliuitate aciei formam vbi ex arte deſcripſit, ſibique in ea media locum pugnaturo ſumſit, vertant in hoſtem vultus; pugnamque cum aduerſis capeſſant, edicit ſuis. Nec penes Scythas mora fuit x). miſcetur proelium atrox. Vincunt praeter ſpem Romanae phalanges, barbaroſque in fugam incumbentes longo ſpatio magnis animis ſequuntur. 'Suſpecta res pru-

t) ὧν ἐπ' ἀλληλων και συχνων πιπτοντων, ἐξ ἑκατερων δε και των στρατιωτων κατ' αὐτων ἱεμενων, και δεινης της μαχης τοις Σκυθαις πανταχοθεν ἐφεσταμενης οἱ μεν τοις πεμπομενοις ἀνῃρηντο βελεσιν, οἱ δε δια των δορατων ἐπληττοντο, των δε λοιπων οἱ πλειονες ὑπο των τροχων σφοδρως καταφερομενων συνωθουμενοι προς το ῥευμα του ποταμου ἀνεπνιγησαν.

v) σιδηροφορησας δε και αὐτος omiſit interpres.

x) Addit h. interpres.

prudentiſſimo imperatori fuit; verenti, ne quo forte in loco ſubſidentium inſidiarum Scythae conſcii in eas aſtu Romanos abreptum irent, ſicque, noſtris aut caeſis aut fugientibus, inſidiatores cum prius fugacibus pugnam acriorem inſtaurarent magna clade modo vincentium y). Conuentis ergo laborioſe per equitationes crebras commotisque plerisque ſuorum, vt fraenos reflecterent, equisque requiem darent, incolumes reduxit vniuerſos z).

Sic ea die ambo a ſe inuicem exercitus diſiuncti ſunt; Scythico in fugam verſo, Romano cum ſuo imperatore manifeſtae victoriae compote in propria caſtra redeunte. Victi Scythae et victos confeſſi Bulgarophygum inter ac paruam Nicaeam tabernacula fixere.

§. 108.

Adulta porro iam hieme, putauit imperator e re fore, ſi Conſtantinopolin rediret, quo et ſe ipſum et maiorem partem exercitus e longa et varia tot certaminum fatigatione reficeret. Diuiſis ergo bifariam copiis, quod earum magis vegetum integrumque fuit, id opponendum hoſtibus adhuc armatis reliquit ibidem ſub cura ducum duorum, Ioannis nempe et Maurocatacalonis Nicolai, dato ipſis mandato, praeoccupandi praeſidiis idoneis oppida ſingula, ne in Scytharum poteſtatem venire cogerentur a); praeterea corradendi abducendique ex regione vniuerſa pedites ruſticos vna cum plauſtris et bubus ipſa trahentibus. Iam tum enim prouidens parabat, quae ad expeditionem veris inſequentis, qua conatum omnem intendere decreuerat, vt Scythas debellaret, ſibi profutura opinabatur. Hunc in modum diſpoſitis omnibus, Byzantium reuertitur.

y) ὁ αὐτοκράτωρ δεδιὼς, μὴ λοχῶντες τινες ἀφνιδίως ἐπαναστάντες τοῖς Ῥωμαίοις παλίντροπον τὴν τῶν Σκυθῶν φυγὴν ἀπεργάσωνται, καὶ προστεθέντες τούτοις καὶ οἱ φεύγοντες, μέγα τὸ δεινὸν τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατῷ ἐπενέγκωσι.

z) Addit hic interpres.

a) Addit hic interpres.

CAPVT

Imp. ALEXIO I. Comn.

CAPVT IX.

Reliqua Patzinacarum imperante Alexio I Comn. geſta, vſque ad cladem a Romanis acceptam, qua gens fere vniuerſa deleta eſt.

a. C. 1083 — 1096.

§. 109.

Cvm didiciſſet imperator, congregaſſe duces Scytharum ex toto 53. exercitu lectam manum, quam aduerſus Choerobacchos a) miſerant, exſpectarlque illic aduentum eorum; vir ad rei gerendae occaſiones igneus, et ad omnia, quamuis ſubita, nunquam non parato et praemeditato ſimilis, etſi nondum diem ſeptimum in aulae regiae quiete tranſegerat, necdum balneas inierat, ne puluerem quidem adhuc, nuperis proeliis collectum excuſſerat, conuocat tamen confeſtim praeſidiarios vrbis et quotquot recens adſcripti militiae ad manum fuerunt, omnes fere numero quingentos. quos cum nocte armaſſet tota, circa diluculum cum iis exit; miſſis eodem tempore, qui cognatis affinibusque ſuis ac conſanguineis, tum caeteris quoque magnatibus et euectioris fortunae viris, ad Romanam mili-

53. ANNA COMNENA p. 221—225.

a) Χοιροβακχων. Cangius in Notis ad Alexiadem p. 340. „ Choerobacchorum oppidum exſtitit Conſtantinopolin inter et Adrianopolin, ad Melam fluuium. Adiacentes oppido campos explicandae aciei et caſtris locandis percommodos, eleganter deſcribit Nicetas in Manuele L. I. N. 2. p. 43. Agunt etiam de iiſdem Zonaras, Scylitzes et Glycas in Conſtantino Duca et Otho Friſing. in Chron. [quem locum Cangius ad Cinnami p. 41. adfert] „.

Imp. ALEXIO I. Comn.

militiam allectis ſuo nomine nunciarent; ſe proficiſci contra Scythas. Erat ea dies paraſceue dominicae, quam vocant Carnispriuii, qua die conſignatas litteras ad eos, quos dixi, quoquouerſum dimittens, in ipſo procinctu expeditionis ſubitariae mandare iam nunc occupabat b), „Quoniam repentino coactus nuncio incurſionis Scytharum in Choerobacchos eo ſuppetias accurrens neceſſario abſuturus eſſet, vt ipſi quoque per hebdomadam dominicae, quae ab eſu caſei vulgare Tyrophagi obtinet nomen c), ſibi cum copiis auxilio venirent intermedios enim, inquiebat, hos dies d) vobis ad quietem indulgeo, ne importune rigidus parumque imbecillitatis humanae memor aerumnarum militarium continuator videri queam.

Ab his recta Choerobacchos tendit, ingreſſusque oppidum obſerat, clauesque ipſe ſumit. Tum quos habuit famulorum fidiſſimos per murorum circuitum diſpoſuit, addito graui mandato, ne indormiſcerent cuſtodiae creditae; ſed, intenta vigilia muros obeuntes, obſeruarent, cauerentque, ne quis eo ciuium aſcendens f) Scythas alloqueretur.

§. 110.

Oriente ſole apparuerunt exſpectatae Scytharum turmae, collem inſidentes Choerobacchorum muro contiguum. Ex iis ibidem ad ſex millia diuulſi, praedatum in omnem late circum regionem excurrerunt, vſque ad Decimum, locum decem fere ſtadiis Conſtantinopoli remotum, vnde puto et nomen inuenit. Reliqui Scythae in eo, quod dixi, iugo manſerunt.

At imperator, conſcenſis murorum pinnis, omnem vndequaque regionem ſpeculabatur, campos luſtrans oculis, collesque obſeruans

b) τισι δια των ἀποστολων παρακελευσαμενος.

c) κατα την ἑβδομαδα της τυροφαγȣ.

d) τας γαρ μεταξυ της τε παρασκευης της ἀποκρεω και της τυροφαγȣ δευτερας ἡμερας.

e) ὡς μη βαρυς τις και ἀδιακριτος δοξαιμι.

f) ἀπαγορευσαντας περιιεναι τα τειχη, μητε τις ἀνελθων και παρακυψας cet.

ſeruans, ac curioſiſſime inquirens, num et quae qualeſue aliae praeterea barbarorum copiae adeſſent, annon quaedam alicubi iacerent in inſidiis, quae in eos, qui forte contra oblatas egrederentur, repente conſurgerent g). Vt ſatis conſtitit, nihil eorum eſſe, ‘iterum oculos aduertit ad propinqua, quae dixi, ſtatiua hoſtium h): obſeruauitque, ipſos circa ſecundam diei horam, nihil minus, quam pugnam, cogitantes, remiſſioni ſe paſſim ac laſciuiae dedere, ‘ſecuros belli atque hoſtis i). ‘Occaſio apparebat egregia vincendi: ſed multitudo ingens barbarorum k) infringebat audaciam ſuborientem laceſſendi palam proelii. Aliunde tamen angebat magnum animum licentia barbarica praedandi, late iam comprehendens omnia, ipſa ſtringere audens vrbis regiae pomoeria. ‘quod cum ſemper eſſet indignum, tum eo tempore intolerabile, quo imperatorem ad incurſiones eorum arcendas eadem Auguſta ciuitate conſtaret egreſſum eſſe l).

§. III.

Inter hos alternos aeſtus, conuocatis militibus, hanc ad eorum explorandum animum accommodatam orationem habuit: „Non eſt deſpondendus animus conſpecta, quae hinc apparet, multitudine Scytharum: ſed, coniecta in Deum fiducia, pectore audaci contra vadendum capeſſendumque haud dubie proelium cum ipſis: quos equidem ſpero, modo vnam in ſententiam conueniamus omnes, facile vincemus ac delebimus„. Ad ea illi cunctari renuereque. Tum Auguſtus ex ipſo illorum, qui ſibi obſtabat, metu ſubſidium petens, exaggerando periculo admouendoque inſtantis terrore pertrahere in ſententiam ſategit, in hunc modum loqui pergens: „ ‘Quieſcite ergo ſane occaſionemque negligite, quoad qui praedatum abiere ſex millium numero ſalui reuertentes his tot, quos

g) περισκοπεῖ τινας κολωνοὺς καὶ τὰς βάσεις, εἴπου καὶ ἑτέρα δύναμις τούτοις ἐφεδρεύει, ἢ που λόχους καθίσαντες μελετῶσιν ἐκεῖ τὴν τούτων προσβολὴν ἐπιχειροῦντι κυκλοῦσαι.

h) Addit h. interpres.

i) Addit h. interpres.

k) πλῆθος δὲ πολὺ τούτοις ἦν.

l) καὶ τοῦτο, αὐτὸ ἐκεῖθεν ἐληλυθότος, ἐφ' ᾧ τούτους ἀποσοβῆσαι τῆς χώρας.

Imp. ALEXIO I. Comn.

quos horretis, coniungantur. Quid tum? vincetis congregatos in vosque intentos ſcilicet, qui diſperſos aliudque agentes formidatis contra intueri? Id tunc profecto praeſentius haud paulo periculum erit, in cuius flammam ex hoc fumo reſilitis. Aut enim m) admoti muris expugnabunt oppidum, nosque vniuerſos occidione occident, ſi, odorati noſtram ignauiam, indignos nos putabunt, qui vel breui tempore ipſorum impetum moremur, vltra progredientur vſque in vrbem regiam, omiſſis nobis, fruſtraque tum domos ac focos, quo anhelare videmini, reſpectabitis, aditu patriae per barbaros, a veſtra inertia commeatum nactos caſtrorum ſuorum vſque ad portas Conſtantinopolis promouendorum, deinceps vobis interclufo n). Quae cum ita ſint, reputandum vnicuique ſecum eſt, nihil reſtare aliud, niſi occaſionem honeſtae mortis inuadendo periculo pro aris et focis oppetendae o). Ego quidem in id certus paratusque ſum. atque adeo ecce iam nunc eo feror. Sequetur, qui volet veſtrum, praecurrentem atque in medios recta Scythas irruentem. Quicunque id non poteſtis aut non vultis, manete licet, ac, ſi tantus timor eſt, obdite peſſulum portis, et muliebriter clauſi breuem mortis moram obicibus valuarum lucramini p)„.

§. 112.

Sic locutus, repente per portam, quae ad paludem q) vergit, armatus erumpit; obitisque muris externis, cum modice declinaſſet, iugum a tergo conſcendit, barbaris inſeſſum r). Vitandi aduerſi con-

m) ἐὰν δὲ εἰς πρανομὴν ἐξελθόντας ἐπεισέλθωσιν αὖθις, καὶ μετὰ τῶν συρρεόντων ἐντεῦθεν, κρείττων ὁ κίνδυνος, ὁ γὰρ cet.

n) [illegible]

o) λοιπὸν κινδυνεύειν ἡμᾶς χρὴ καὶ μὴ ἀνάνδρως ἀποθανεῖν.

p) μὴ δὲ τὴν πύλην ἐκτὸς γένησθε.

q) Cangius in Nott. ad Alexiadem p. 340. „Paludem, quam Melas fluuius aeſtate areſcens efficit. Nicetas p. 41. de Mela: [illegible] „.

r) Supplet h. interpres.

conſcenſus. ea illi cauſa fuit, quod, vtcunque perorasset, minus ſperauerat, perſuaſiſſe ſe ſuis, vt ſecum omnes venirent: quos ſi vniuerſos adeſſe crederet, nihil apertum martem vereretur [s]. A tergo igitur in mediam inuectus ſtationem Scythicam, primum ſibi occurrentem caedit ac ſternit: nec comites continuerunt manum. Strages editur non exigua Scytharum: viui etiam nonnulli abducuntur.

Hic animo ſolerti ad belli artes cogitatio incidit vertendi ſpolia caeſorum in ſtrategematis inſtrumentum. nec mora [t]. Romanos milites Scythicis induit veſtibus, Scythicisque imponit equis. Suorum equos et ſigna militaria vna cum praeciſis capitibus Scytharum per homines fidos aduehenda intra vrbem [u] curat, dato negotio, vt ſe illic praeſtolarentur. Ipſe cum ſuis, Scythica vexilla veſtimentaque praeferentibus, deſcendit verſus amnem non longe a Choerobacchis fluentem, qua traiecturos opinabatur Scythas alios, vbi e praeda redirent. Breui reuertentes illi cohortem intuentur ad vadum fluminis, ſed, indiciis deluſi, ſuam credentes [x], ſecure ac ludibunde [y] ſe admouent. Enimuero non ſic excipiuntur, at vaſtis ictibus. trepidatur ad inopinatum malum [z]. Caeduntur partim, partim capiuntur barbari. Sub veſperam (Sabbatum ea dies fuit) reuertitur cum captiuis, poſteramque lucem haeret ibidem totam.

§. 115.

Illuceſcente ſecunda feria caſtro exit, diuiſis bifariam copiis. Prius ex iis conſtabat agmen, qui ſigna veſteſque Scythicas, quibus vſi erant ad victoriam, ferebant [a]. His accedebant captiui Scythae, ab agreſtibus indigenis ſingillatim ducti: ſequebantur ad extre-

s) οὐδὲ γὰρ [illegible] [in marg. [illegible]]. [illegible] τῶν Σκυθῶν [illegible].

t) [illegible]

u) [illegible]

x) [illegible] Σκύθας [illegible]

y) [illegible]

z) Addit h. interpres.

a) [illegible] τῶν Σκυθῶν σημεῖα [illegible].

extremitas, qui capita Scytharum ademta truncis praefixaque longis haſtis alte oſtentabant. Poſt hos ſpatio quodam interpoſito procedebant Romani milites cum ſolitis inſignibus veſtibusque, iis admixtus imperator claudebat agmen. Hic inceſſus redeuntis erat.

At Palaeologus, 'pro caetero feruore bellicoſae indolis morae quietis conceſſae non ſuſtinens b), ipſo iam diluculo dominicae carnispriuii ante omnes alios Byzantio exiit, 'iterque locum verſus, vbi erat imperator, non ſine cura et circumſpectione capeſſebat; qui expertus noſſet, quam celeres atque improuiſae Scytharum graſſationes eſſent. In eius cautionis vſum c) praecedere iuſſerat modico interuallo e ſeruis familiaribus ſuis aliquot (hos enim iſtius viae comites habebat) luſtrareque curioſe campos, nemora, ſemitas: ac, ſi forte vſpiam Scythas obſeruarent, curriculo nunciatum ipſi regrederentur. Tali cura talique propoſito iter agentibus apparent procul in planitie Dimylia vulgo dici ſolita quos diximus imperatoris milites veſtibus inſignibusque Scythicis ornati. Exploratores haud dubii recurrunt, confirmantque, adeſſe Scythas. Arma expediente Palaeologo, alius ecce nuncius affert, poſt Scythas eadem via, interuallo quodam medio conſpici Romana ſigna et milites curſu inſequentes. 'His dictis et creditis, trahuntur coniecturis in opinationes varias hinc inde animi; quibusdam alia omnia fingentibus, nonnullis rem acu tangentibus. Nam, vt ſuſpicabantur d), inſequens agmen vt habitu et ſpecie, ita re quoque ipſa, Romanum erat. Ductabatque illud imperator ipſe praeſens: quae vero praeibat cohors, vtcunque Scythicis inſignis vexillis ornataque veſtibus, Romanae tamen et ipſa militiae pars erat; ſed iis tecta armis ac cultu, 'quo feliciter vſa iuſſu imperatoris ad fallendos vincendosque Scythas fuerat e), prout narrauimus. Quae eadem hilari comitate victor Auguſtus ad amicum nunc gratumque ſuorum

iudi-

b) θερμουργὸς ὢν παρὰ τὰς πολεμικὰς πράξεις.

c) τὸ δὲ ὀξύῤῥοπον τῶν Σκυθῶν ἐπιστάμενος, ὅπως ἀπαρεμποδίστως τὴν ὁδοιπορίαν ποιοῖτο ...

d) οἱ μὲν οὖν ταῦτα ἀπαγγέλλοντες, τὸ μέντοι ἐστοχάζοντο τῆς ἀληθείας, τὸ δὲ καὶ παρεστοχάζοντο.

e) ὁπόταν ὡς φαινόμενοι Σκύθαι τοὺς ὄντως Σκύθας ἐξηπατήκεισαν.

ludibrium adhibebat. — Sane nondum eos triſti hoſtium ſpecie incuſſus plene turbarat metus, cum mature ſuccurrit ex Auguſti conſpectu pone ſequentis audax fiducia: 'ita temperatam et quaſi conditam timore ſecuritatem inſueto procul ſpectaculo laruatae pompae ſuis Alexius propinabat[f]. Verum 'inter alternantium motus et primos quorumdam horrores[g] mature Palaeologus — Alexianae indolis ingeniique notitia, ſe aliosque muniens confirmauit, 'Agnoſco, inquit, dolum; haec ars, hoc imperatoris noſtri ſtrategema eſt. audendi gaudendique cauſam, non timendi, cernitis[h]„. Porro iam turba caetera conſanguineorum affiniumque Byzantio poſt Palaeologum exierat, 'ſuppetias Auguſto, iuxta condictum laturа[i]. Vix portis exceſſerant, cum ecce vident tropaeis poſitis ac praelatis Auguſtum reuerti victorem. Nec tempus ſeperitantibus perſuaderi poterat, eſſe pugnatum, niſi elata contis capita Scytharum volucris victoriae fixa monumenta loquerentur, 'eumque iis captiuorum grex abactus vinctorum manus et colla[k] longaque ſerie triumphalem pompam explicantium. —

§. 114.

[Byzantii cum victorem Alexium, cuius vna virtus, vna ſolertia cum iuſto pugnacium barbarorum exercitu ea die comparata 54.
confeciſſe proelium, et illam audaciam, illam contumaciam multitudinis indomitae ſola debellaſſe videri poterat, fauſtis acclamationibus exciperent:] 'aliquid humanitus paſſus Meliſſenus Nicephorus, nec ſatis diſſimulans morſum inuidiae intus vrentis, — ſic excepiſſe contra hoc Alexii facinus dicitur[l]: „ Haec victoria gaudium

f) οὕτως ἀφόβως ὁ αὐτοκράτωρ τοὺς ὑπαντῶντας ἐμορμολύττετο.

g) πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους ὁ φόβος ἦν ἐκ τῶν φαινομένων.

h) ὅτι Ἀλεξίου τοῦτο μηχάνημα.

i) ἔσπευδον γὰρ ὡς ᾤοντο φθάσαι τὸν αὐτοκράτορα κατὰ τὰ πρὸ τούτου συγκείμενα. φθάσαι γὰρ τοῦτον συνέθεντο μετὰ τὴν ἀποχώρησιν, καθάπερ πρότερον εἴρηται ἐν τῇ συγγραφῇ.

k) καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, ὧν τὸ ξίφος οὔπω ἐξέτεμε δεσμώτας ἀγομένους καὶ ἐξηγκωνισμένους.

54. ANNA COMN. p. 225. 226.

l) ὁ δὲ Μελισσηνὸς Νικ. δακνόμενος ἐπὶ τούτοις καὶ μὴ φέρων ὅσοις τὰ ἀνθρώπινα, ἔφη.

dium quidem ſine lucro 'nobis; hoſtibus m) autem dolor ſine damno eſt „. Fauebat huic dicto, quod nihilo minus inſolenter Scythae, quorum inexhauſta multitudo nullius modicae detrimentum 'cladis ſentire poterat n), tunc cum maxime omnia, vbique per totum ſparſi occiduum limitem, populabantur: nullo caſu, nullo contrario conatu 'inflammatum fera cupiditate ſaeuae gentis impetum eluctari iam amplius, ne retardare quidem, valente o). 'Nec ſolum in agris, aut pagis inermibus, agebant, ferebantque cuncta; ſed et oppida expugnabant, obtinebantque, ne ciuitatis quidem principis reueriti viciniam, quominus auderent municipia ei proxima tentare, Profundumque vſque ad torrentem, ſic vulgo appellatum, progredi latrocinando p), locum ita Conſtantinopoli propinquum, vt ad ibi ſitum maximi inter martyres Theodori templum quotidianus ex vrbe concurſus fieret religionis et ſupplicationis cauſa ſancti memoriam viſentium —, 'vſque ad hunc tumultum Scythicum: quando audita vndique exempla gliſcentium quotidie licentius et quoscunque iam obices transſilientium graſſationum tam prope terrorem admouerunt, vt, quos conſueta religio trahebat ad venerationem vicini martyris, ne portas quidem aperire Byzantii metu Scytharum auderent q).

Haec fere per continentem occiduam imperatori aduerſa contigerant. Nec vero res maritima remiſſius habebat. [Tzaches enim, Turcorum ſatrapa, inſulas ac portus piraticis incurſionibus infeſtabat

m) Supplet haec interpres.

n) οἱ μεν τοι Σκυθαι ἀναριθμητοι ὀντες.

o) την ἐκεινων ἀνυποστατον ἀνεχοντο τολμην.

p) ἐνεχε δε της ἑσπερας και πολιχνια πανταχου, μηδε των ἀγχου ἐγγυς της βασιλιδος των πολεων πολιχνιων φειδομενοι, παραγενομενοι και μεχρι αὐτου του οὑτω καλουμενου βαθεος ῥυακος. De hoc torrente Cangius Not. in Alexiadem p. 340. „Idem [βαθυς ῥυαξ] forte, qui βαθυκολπος Dionyſio Byzantio dicitur. Adi, ſi placet, et confer Petrum Gyll. lib. 2. de Boſporo Thracio c. 17. [vel potius c. 18.]„.

q) ἠδη τοσουτον ὑπεχωρησεν ἡ των Σκυθων ἀκαθεκτος ὁρμη, ὡς μηδε τας πυλας ὑπανοιξαι τα Βυζαντια τολμαν, τας εἰς τον μαρτυρα φοιταν βουλομενας, δια τας αὐθημερον ἐφοδους των Σκυθων.

bat, adeoque nunciabatur in animo habere,] occiduas irruptione valida tentare regiones, et iam egiſſe per internuncios cum Scythis, vt Cherſoneſum occuparent.

§. 115.

[VERE ineunte] putauit imperator faciendum, vt, cum a 55
terra ſimul atque a mari peteretur, quo vtrique ſimul hoſtium generi poſſet occurrere, copias ad loca maritima congregaret. Statim igitur ad Caeſarem Nicephorum Meliſſenum litteras dat, quibus dicto citius Aenum r) petere iubebat cum legionibus recens ‘ex Blachis s)’ conſcriptis —. Porro ipſe arceſſitis e Nicomedia quingentis Gallis equitibus, ad ipſum, ‘vt alias diximus t), a Comite Flandriae miſſis v’, cum iis et magna cohorte propinquorum cognatorumue Byzantio egreſſus, Aenum celeriter ſe confert. [Regionem ſpeculatus omnem] conuocatis ducibus fluuii ripas oſtendit et iis adiacentem planitiem, tum locum caſtris delectum, prope oppidulum quoddam, Choerenum ab indigenis vulgo dictum, vna ex parte habentem flumen, ex altera non minori alio munimento tutum, qua nempe in paluſtrem deſinit campum: ‘ita vt mediam munitionis partem neceſſariae ad ſecuram metationem caſtrorum natura iam factam offerret x)’. Cunctis ſine mora probantibus, foſſa quamprimum ducta, totus illic exercitus deponitur. Quo facto, imperator cum idoneo cetratorum numero Aenum redit, animo reprimendi Scytharum impetus, ab iſta parte potiſſimum incurrentium.

§. 116.

Tum, qui caſtris ad Choerenum praeerant, certiores facti de aduentu innumerabilium agminum Scythicorum, id ipſum indicium

55. ANNA COMN. p. 227—235.

r) Vrbs Thraciae vltra Cherſoneſum, de qua vid. Procop. de Aediff. L. 4. c. 11. p. 90.

s) Haec vberius narrantur *Tom. II. P. II.* in *Bulgaricis* ſ. 208.

t) Addit h. interpres.

v) Vide ſupra §. 90. et *Turcica* ſ. 152.

x) *ἵνα ἱκανὸν ὀχύρωμα.*

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

cium ad imperatorem deferunt Aeni commorantem. Ille ſpeculatorio nauigio maris ora obita, per oſtiorum fauces vi remigii in aduerſi amnis inuectus alueum, ad caſtra ſuorum venit: quorum inito numero, cum ex comparatione hoſtilis multitudinis facile ſenſiſſet, infinitis propemodum partibus pauciores eſſe Romanas copias; conſternabatur dux prouidentiſſimus metu quodam et in tanta deſtitutione humani omnis auxilii, etiam inopia conſilii laborabat. non tamen vt concideret animo, 'aut robur intentae mentis ab ardore agendi audendique remitteret: verum omnem in partem inquieta ſollicitudine micabat, et alternantium aeſtu reciproco cogitationum feruens fluctuansque iactabatur y).

His curis aegro haud laetum ſpectaculum offertur noui exercitus barbarici, Comanorum facile quadraginta millium, qui aduentantes apparere iam coeperant in conſpectu caſtrorum Romanorum, quartum poſt diem quam in ea venerat Auguſtus. 'Formido erat, ne facile naturarum et cupiditatum ſimilitudine plus ſatis inter ſe conciliati feri omnes et barbari Scythae cum Comanis conuenirent in vnam ſocietatem communis belli concordibus animis in Romanos gerendi; ex quo nihil aliud niſi ſupremum exitium imperii ac reipublicae totius exſpectari poſſet.

§. 117.

Ad eam rem praeuertendam diſturbandamque cum Comanos praeoccupandos ſibi ſtatuiſſet; miſit, qui eorum duces ſuo nomine ad colloquium inuitarent z). Adfuere cum alii frequentes, tum primi omnium *Togortae* et *Maniac* a), 'non paucis comitati fortiſſimis ac ſummae inter Comanos dignitatis viris b).

Inte-

y) ὀυδε ἐμαλακιζετο, ἀλλα πολλας τας παρ' ἑαυτῳ κυμαινομενας ἀχε λογισμες.

z) σκεψαμενος δε μη και ἀυτοι τοις Σκυθαις προστεθεντες δευτερον τον κατ' ἀυτε ποιησωνται πολεμον, και ὀυδεν ἀλλο ἐντευθεν το ἐλπιζομενον ἠ πανωλεθρια, δεν ἐλογισατο ὑποκινησασθαι ἀυτες, και γαρ προεφθη τινας μετακαλεσασθαι.

a) ὁ Τογορτακ, ὁ Μανιακ, interpres perperam *Togortas et Maniaco*.

b) και ἑτεροι ἀνδρες μαχιμωτατοι.

'Interim accedente propius multitudine barbarorum, incertum amicorum an hoſtium c), prouide imperator cauerat, vt ſui, traiecto iterum flumine, in locum quocunque euentu tutum ſtatiua transferrent d). In ea noua caſtra inuitati Comanorum principes venere; Maniac quoque ipſe, quamquam ſubalienior initio et ad mentionem colloquii cunctantior fuerat. Opiparum illis conuiuium parati Alexius praeceperat, regieque exceptis omnia officia, quantasque maximas potuit prolixae beneuolentiae ſignificationes, cum donis omnis generis ingentibus cumulauit: viciſſim ab iis iusiurandum et obſides poſtulans, 'quo mobilem eorum et fluxam fidem quam arctiſſime ſibi adſtringeret, et aduerſus innatae barbaris leuitatis periculum muniret e). Praebuere omnia libenter, fideque iureiurando facta, 'etiam illud alacris ſuae voluntatis indicium addiderunt, vt vltro ambirent, ac permitti ſibi poſcerent f) proelium contra Patzinacas poſt tres dies ineundum, cuius ſi quidem victoriam Deus ipſis annueret, pollicebantur, ſeſe praedam omnem diuiſuros bifariam, partemque vnam imperatori reddituros. 'Collaudatis imperator pro triduo, quod apparandae pugnae petierant, decem dies, ſi ſic mallent, integros conceſſit g): de praeda inſuper addens, ſeſe ipſis remittere libenter partem, quam offerrent, facileque annuere, vt eam ipſi totam 'pro victoriae praemio h) ſibi haberent. Caeterum in conſpectu poſiti mutuo exercitus ambo, Scythicus Comanicusque, non plene quieſcebant, ſed laceſſentibus Comanis, Scythae iaculationibus tentabantur.

 §. 118.

c) την δε πληθυν των ἐπικαταλαμβανοντων ἠδη Κομανων ἰδων, ἐδεδιει το ἐπαγωγον. παλαι γινωσκων της αὐτων γνωμης, μη οἱ συμμαχοι ἐχθροι και πολεμιοι γεγονοτες, μεγιστην βλαβην αὐτῳ προξενησωσιν.

d) δειν ἐλογισατο προτερον τους ἡγεμονας των Κομανων μετακαλεσασθαι. Haec alio ordine, quem ſaepe mutat, interpres narrat. vide init. § phi.

e) ὑποπτευων το της γνωμης αὐτων ἐυεξαπατητον.

f) αἰτησαμενοι.

g) οὐκ ἐπι τρεις μονας ἡμερας ἀλλ' ἐπι ὁλας δεκα μετελευσασθαι τους Σκυθας κατα το αὐτοις θελητον ἐνδοσιν ἐδεδωκει.

h) ἀγε τεως την νικην αὐτοις παρασχοι ὁ Θεος.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C 1083—1096.

§. 118.

Nondum triduum abierat, cum Auguſtus arceſſitum Antiochum, virum nobilem et ſtrenuitate conſilii atque induſtria excellentem, aedificare pontem iuſſit. Celeriter id perfectum opus eſt, nauigiis per longiſſimas trabes connexis totam aluei diametrum lata et tuta via conſternentibus. Tunc imperator, vocatis ad ſe protoſtratori Michaeli Ducae, vxoris ſuae fratri, et proprio fratri, Adriano, magno domeſtico, negotium dedit, vt, dum exercitus traiiceret, ipſi ad ripam fluminis adſtarent, 'intenti perturbationi ac confuſioni prohibendae i), nec finerent mixtim equites tranſire cum peditibus; ſed darent operam, vt genus vtrumque prius diſcretim ordine ac ſeorſim pontem ingrederetur.

Pedites primi transmiſere: poſt eos plauſtra cum ſarcinis: tum muli clitellarii cum oneribus. Sic transportato equitatui metuens imperator a ſubitis inſidiis et repentinis irruptionibus tum Scytharum, tum Comanorum quoque ('cum quibus ita pacem colebat, vt cauere tamen ſibi ab iis, et in omnem euentum aduerſus mobilitatem eorum rebus ſuis proſpicere optimum duceret k)) foſſam ſumma celeritate circumduxit, qua et legiones et impedimenta complexus vtraque in tuto habuit, quoad traieciſſet etiam equitatus: quod ipſum vt quam ordinatiſſime fieret, praeſens ipſe Auguſtus ac ſpectans curauit.

§. 119.

At Meliſſenus, negotio ſibi dudum per imperatoris epiſtolam mandato l), 'congregandi vndecunque milites quam poſſet plurimos m), tum denique perfunctus, 'ingentem peditum multitudinem, quam ex agris et pagis circumuicinis, non delectu, ſed corraſione, collegerat n), 'transmittebat ad Auguſtum, apparebatque iam

i) Addit h. interpres.

k) Addit h. interpres.

l) Vide ſupra §. 115.

m) Addit h. interpres.

n) καὶ συλλέξας δυνάμεις ἀσυν[illegible]

iam procul vaſtum et plauſtris permixtum agmen (nam magnam ex vniuerſa contractam regione curruum ruſtrium bubus tractorum copiam Meliſſenus ſuppeditauerat nouo militi, commeatibus impedimentisque deferendis o)) cum trepida primum intuitos opinio inuaſit, 'Scythicarum hanc quoque nouam quandam copiarum partem eſſe: atque adeo primam forte aciem hoſtilis exercitus ad laceſſendum cum imperatore proelium praemiſſam, vniuerſo mox corpore barbaricae armaturae ſecuturo p). 'Multis in hanc ſententiam ſubinde intentius cernentes trahebat anceps, ſpecies longe adhuc diſtantis multitudinis q) adeo quidem, vt non nemo, intento aduentantem multitudinem digito imperatori commonſtrans, quouis pignore auderet confirmare, plane hos nihil aliud quam Scythas eſſe: idque ipſi perſuaſit, 'grauem inde, vt par erat, concipienti curam, et ex conſcientia paucitatis ſuorum conſpectuque innumerabilitatis hoſticae, augurium haud vanum certi exitii trahenti. In his anguſtiis inops conſilii s), Rhodomerum arceſſit (vir hic erat oriundus ex Bulgaris, domo nobilis, et materno genere ad conſanguinitatem attinens Auguſtae, matris noſtrae) 'hunc exploratum prodire, quinam ii eſſent, et accedentem, quam prope ad diiudicationem oporteret, certa renunciare iuſſit t). Is, ſtrenue re perfecta, regrediens, miſſos a Meliſſeno eſſe dixit. ex quo haud vulgari perfuſus imperator gaudio, ſuos paulo poſt exceptos ſecum duxit trans fluuium: et aucto circuitu valli, recentes copias cum veteribus vna in caſtra coniunxit.

At Comani eum ipſum locum, quem amnem tranſiens modo reliquerat Romanus exercitus, caſtris inſederunt.

§. 120.

o) ἄπο δὲ τῶν [τοῦ] ἔγγυς καὶ πεζας ἐξελάσας ἐπισυνάξαντας ἐν ἁμάξαις ὑπὸ βοῶν ἑλκομέναις τὰς ἰδίας σκευὰς καὶ τὰ πρὸς χρείαν ἅπαντα στρατιώταις πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐξαπέστειλεν. οἱ δὲ φθάσαντες ἤδη cet.

p) δόξαντας τὴν Σκυθῶν εἶναι μοῖραν ἐλαύνειν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἀνυπ.

q) Addit haec omnia interpres.

r) Σκυθας διενοήσατο αὐτῷ.

s) καὶ πρὸς τοσαύτας μὴ ἐξισχύων, ἐν ἀμηχανίᾳ καθεστήκει.

t) τοῦτον ἀποστείλας ἐκέλευσε κατασκοπῆσαι τοὺς ἐρχομένους.

Imp. Ale-xio I. Comn.

a. C. 1083 — 1096.

§. 120.

Imperator vero poſtridie inde mouens per ripas ſecundo amne occupare parabat vadum quoddam, Philocali vulgo dictum. Eo itinere in copias Scytharum haud contemnendas incidit: cum quibus mox acri certamine contracto, multa vtrinque caede victoriam tandem retulit minime dubiam. Scythis reliquis in ſua ſe caſtra trepide referentibus, dum Romanus exercitus, campi dominus, in loco perſtitit v), ibidemque pernoctauit.

Allucescente die mouentes Romani perueniunt ad locum quemdam Lebune nominatum. Tumulus eſt, planitiei vndique coaequatae x) ſupereminens, conſcendit eum imperator. quoniam vero exercitui toti capiendo impar erat collis, ad radices eius extenta foſſa quantum oportuit capacem copiarum omnium parauit ſtationem; in qua et eas poſuit. Ibi rurſus imperatorem adiit transfuga Neantzes y) et pauci cum eo Scythae: quem Auguſtus conſpicatus, ingratiſſimae ſuae perfidiae admonuit barbarum z); aliisque quibusdam exprobratis, conſtringi ferreis vinculis proditorem perfugam a) cum ſociis, et arcta cuſtodia teneri iuſſit.

§. 121.

Interim Scythae, intra et circa depreſſas ripas fluuii, cui nomen Mauropotamus c), ſubſidentes, clam nitebantur conciliare ſibi Comanos: nec minus miſſitatione legatorum tentabant imperatoris animum, tractatione pacis offerenda. Ille autem cum nationis inſidioſae illorum fraudulentam verſutiam, qua valebat plurimum, conie-

v) ὅμως δε την νικωσαν ἀχεν ὁ βασιλευς ἡττησας τους Σκυθας κατα κρατος. ὅυτω γʹουν της μαχης διαλυθεισης και των στρατευματων διακριθεντων προς τας οικειας παρεμβολας, αὐτῃ τῃ το Ῥωμαϊκον προσεμενε στρατευμα.

x) της πεδιαδος.

y) De eo vide ſupra §. 94.

z) Addit hanc vocem interpres.

a) αὐτον.

b) ὅυτω μεν οὖν ὁ βασιλευς. ὁ [οἱ] δεγε Σκυθαι.

c) κατα τον ῥυακα τον καλουμενον Μαυροποταμον.

comiectandi ſolertia, penetraret facile, tamen egregie diſſimulans eiusmodi reſponſiones edebat, quae fallaces fallerent, ſuſpenderentque incertos animos eorum. ‘quod ipſum in lucri partem rapiebat imperator, eximere tempus iſta eluſione cupiens d), quoad, quas ab Roma e) exſpectabat mercede conductas copias, perueniendi ſpatium haberent.

At Comani haudquaquam ſatis fidei Patzinacarum promiſſionibus adhibentes, ‘aſpernati eas totamque abrupte reiicere pacis mentionem maluerunt f). Inde ſub veſperam imperatorem cum his verbis adeunt: „ Quousque pugnam differimus? ‘Porro extremam hanc a nobis audis morarum increpationem g). Sic enim habe: non ſuſtinebimus amplius; ſed oriente cras ſole aut lupi carnes, aut agni, comedemus „.

§. 122.

Intellecta in hunc modum Auguſtus praecipiti ſententia Comanorum, nullum iam reſtare ſenſit cunctationi locum. Expedito igitur ſtatim poſtridiani proelii conſilio, de ſumma rerum decretorii futuri, alacri ad Comanos reſponſo pugnae procinctum indixit in proximam auroram. ‘nec moram parandi fecit. Nam tribunis caeterisque vſque ad quinquagenarios ductoribus curriculo vocatis negotium dedit h) indicendi per caſtra vniuerſa in poſterum diem proelii. Verum enimuero vtcunque iſta ‘decreuerat gerebatque

d) Addit h. interpres.

e) Adnotat ad h. l. Cangius: „ Auxiliares copias Roma exſpectabat Alexius, forte ab Vrbano II. ſummo pontifice, a quo A. MLXXXIX per legatos ab excommunicatione abſolutus fuerat, vt ſcribit Bertholdus, quocum etiam ſi non ea tempeſtate, qua bellum iſtud geſtum eſt, ſaltem poſtea foedera inita conſtat ex Chron. Caſ. lib. 4. c. 48. vid. Malaterram L. 4. c. 13. „

f) ὃν πανυ τι ἀυτοις προσετιθεντα.

g) Addit h. interpres.

h) ἀυτος δε παραχρημα μετακαλεσαμενος ἡγεμονας και πεντηκονταρχας και λοιπους, προσεταξε cet.

que, grauis tamen eum intus cura mordebat copias immenſas barbarorum vtrorumque reputantem, quorum inter notam feritatem et fidem non ſatis tutam tota maieſtas Romani nominis ſpesque ac ſalus depreſenſa eſſet, certa conditione ſupremi exitii, ſi, quod erat momentis omnibus facillimum, ambae gentes barbarae tractationem concordiae iam coeptam abſoluerent [i].

'Talia magno ſollicitudinis aeſtu ſecum Auguſto agitanti ſiſtunt ſe commodum [k] ex regionibus montanis duri homines et belliroſi, haud pauciores quinque millibus, 'qui operam vltro ſuam ad proelium offerrent, locumque in acie depoſcerent [l]. Inclinauit aduentus tam opportunus ſubſidii non parui pendentem ſententiam, ita vt pugnam, quam differri amplius non poſſe videbat, plane iam in craſtinum imperator decerneret, Deique praeſentem opem ad victoriae ſucceſſum imploraret. — Supplicatione [toto exercitu praeſente inſtituta, et] ad mediam extracta noctem, breuique deinceps guſtato ſomno, exſurgens diluculo 'dedit operam, vt leuiter armati milites, quantum fieri poſſet, loricis caeteraque id genus armatura tegerentur. ac cum, galeis omnibus conſumtis, quae in armamentario reperiri potuerunt, ſupereſſent adhuc armandi milites, iis ipſe liberali collatione ſericorum velorum ferruginei coloris ſimulacra confecit quaedam thoracum et caſſidum, eisque pugnaturos induit [n].

§ 123.

Die denique iam exorta, eques ipſe 'cataphractus [o] 'e vallo procedit [p], iubetque dari claſſico pugnae ſignum. Mox infra Lebunium

i) ἐσκεπτετο, ἐδεδιει ὁμως τα ἀπειρα πληθη των Πατζιν. και Κομαν, ὑποπτευων την ἀμφοτερων συμβασιν.

k) τουτων γεν διασκοπουμενε τε βασιλεως, κατελαβον προς αὐτον cet.

l) αὐτομολοι προς συνασπισμον αὐτε.

m) ἐπει δε ἀναβολην ἐτι τε της μαχης ουκ ἀχε, θεον ἀρωγον ἐπεκαλειτο.

n) και τας ψιλας των στρατιωτων ὁπλιζε κρατερως, ἐπειν ὀυν και τινας ἀμφια και περικεφαλαιας ἐκ σηρικων πεπλων ὁμαχροων κατασκευασας περιεβαλεν, ἱνα μη ἀπεχρη τοσουτοις ὁ σιδηρος.

o) καρτερως ὡπλισμενος.

p) της Φαλαγγος [in marg. Φαραγγος] ἐξεισι.

bunium q) (loci nomen id eſt) **** diuiſſo exercitu phalanges turmatim ordinat. Ipſe ante primos ordines et frontem aciei ſtabat in armis imperator, mortem haud dubie ſpirans. Dextrum laeuumque cornu a Palaeologo Georgio et Conſtantino Dalaſſeno regebantur. Vltra dexteram extra corpus aciei, prope Comanicum exercitum r) (nam et Comani s), conſpicati Auguſtum educentem legiones, armare ſuas et ipſi atque inſtruere copias coepere.) Monaſtras cum ſuo agmine collocatus ſtabat. Ad eorumdem Comanorum t) laeuam conſtitutus Vzas eſt. Vmpertopulus denique cum Gallis verſus occaſum ſortitus locum eſt. His quaſi proiectis extra propugnaculis Romanam munire vndique ac vallare aciem imperator ſtuduit, vt ea, dum proelio intenta eſt, ab inſidiarum et furtiuarum a tergo impreſſionum ſollicitudine ac periculo libera eſſet per excubias iſtarum circumuagantium turmarum.

Tum denuo inflari tubas et ſupremum inuadendi certaminis ſignum edi iubet. Procinctis Romanis formidoloſum contra ſpectaculum oblatum immenſae multitudinis Scytharum inſuperabili diſpoſitorum curruum quaſi muro vallatae protectaeque terrorem incuſſerat a nemine diſſimulatum, ſed cuius vnus tantum ſalutaris effectus fuit inuocatio publica ſupremi omnium domini, ſine cuius praeſenti ope fruſtra ſucceſſum ſperarent tam ardui coepti. In eam implorationem diuinae miſericordiae cum voces ſimul omnium conueniſſent v): non minori deinde conſenſu conſpirarunt manus, pugna cum Scythis capeſſenda, in quos totis habenis paſſim feſtinabant, ipſo ante omnes imperatore praecurrente. Cum vero a lunatis aciebus, Romana Comanicaque, magno vndique ambitu in circumuentos Scythas impetus concors velut ex condicto fieret, non vano inſtinctus augurio imminentis exitii x) dux quidam e praecipuis exercitus Scythici ſaluti proſpicere maturo transfugio de-

 creuit

q) Vide ſupra p. 120.

r) ἐξ ὑπερδεξίων δὲ τῶν Κομανῶν.

s) Κόμανοι. nomen interpres ſupplet.

t) Nomen et hic ſupplet interpres.

v) τὸν ὅλων κύριον εἰς ἔλεον μιᾷ φωνῇ ἐπικαλεσάμενοι.

x) στοχασάμενος τὰ μέλλοντα.

creuit: ſumtisque ſecum paucis, ʻ Comanis accedit, *communis ſanguinis* y) fiducia plus ſibi ab iis, quamquam tum infeſtis hoſtibus, quam a Romanis, ſperandum interpretans: iisque ſe idoneis vſurum ſequeſtris autumans ad gratiam imperatoris promerendam. ʻVidit eam fugam, qui ſtabat intentus in omnia, imperator: et periculoſum cenſuit, ſi frequentarentur ſimiles acceſſus Scytharum ad Comanos. Quid ſi enim adducerentur in conſenſum iſto internunciorum commercio vtriusque nominis barbari) verſoque in ipſa acie ſimul animo, ſimul impetu, Romanos communibus armis opprimerent z)? Expediuit in hoc metu conſilium ſtrenue acer in ſubitis et momento perſpicax Auguſti mens. Ei ſiquidem, cui ſigni militaris regii credita in acie cuſtodia fuerat, praecepit, vt cum vexillo, quod alte ſublatum vtraque geſtabat manu, poſt caſtra Comanorum ſtaret. ʻSic periculo diſiecto barbaricae conuentionis, conſtantique fide partium pugnam vtrimque feriam vrgente, Scythae inter duos apprime concordes deprehenſi exercitus, nihil iam niſi atrociter impuneque caedebantur, manifeſto diuinae deſtitutionis indicio.

Caedes erat a), quantam nemo vnquam vidiſſe alias dicitur b): adeo vt actione ipſa trucidandi et aſſidua iactatione brachiorum c), ʻad nouam ſemper carnificinam abundante materia d), incredibili laſſitudine deficerent noſtri, ʻet quaſi meſſi colligendae impares, victoriam abſoluere poſſe deſperantes f), impetum vltro remitterent. Imperator interim medios inter hoſtes equitans phalanges totas conturba-

y) προσεισι Κομανοις, ὡς ὁμογλωττοις. Duae itaque fuerunt vnius gentis nationes Patzinacae et Komani.

z) τουτο ὁ αὐτοκρατωρ θεασαμενος, και πτοηθεις μη τουτοις και ἑτεροι των Σκυθων προσχωρησαντες ἀναπεισωσι τους Κομανους τα ὑπερ αὐτων [f. αὐτων] φρονησαντας κατα της Ῥωμαϊκης φαλαγγος στρεψαι μετα της γνωμης και τας ἡνιας.

a) της Σκυθικης δε ὁμαιχμιας διασπαθωσης [διασπασθεισης] ἠδη, και παραχωρησαντων ἀλληλων των στρατοπεδων, ἀνδροκτασιαν ἦν θεαθηναι cet.

b) των δε Σκυθων δαιως ἀποσφαττομενων, ὡς ἐγκαταλειφθεντων ἤδη ὑπο της θειας δυναμεως.

c) κινησαι των ξιφων.

d. e) Addit h. interpres.

f) λιποθυμησαντες.

turbabat, obuios caedens comminus, procul poſitos minacibus percellens vocibus.

Vbi autem animaduertit, meridie commiſſo feruentiores ſolis radios pugnantium verticibus incumbere, miſſis repente certis hominibus, curauit, vt ruſtici 'vndecunque in ipſam aciem atque ordines, vincentium opportuna refrigeria, inferrent [g], mulos vtribus frigida diſtentis onuſtos prae ſe agentes. 'Cuius rei ſimul primum a quibusdam ſic iuſſis exemplum eſt editum [h], alii mox vltro agricolae hiberatores ſuos, interfectores Scytharum, facili beneficio proſecuti, affatim aquae ſitibundis miniſtrabant, vtribus, amphoris aliisque vaſis cuiusque generis, quae forte ad praeſentem vſum caſus obtuliſſet. Milites hauſta frigida refecti repetebant proelium, 'aut caedem potius [i], vſque ad integram funeſtae tragoediae cataſtrophen. qua quis ſatis explicet quanta res acta ſpectataque fuerit? cum non iam exercitus; ſed gentis integrae [k] multitudo plane innumerabilis, vna die, 'vna proſperi proelii fortuna, ne reliquiis quidem vllis ſuperſtitibus; ſed [l] viris pariter cum vxoribus et liberis in eamdem ſtragem cumulatis, ad internecionem tota deleretur.

Fuit ea fatalis genti Scythicae dies nona et viceſima menſis Aprilis, feria tertia. Vnde illa Byzantinorum laetitia et gratulatione cantilena celebrata eſt, in haec fere verba concepta: „vna dies abfuit, quominus Scythae, vna dies, quominus Maium viderent „. Occumbente porro iam ſole perpetrata res erat, nullo ferme Scytharum non interemto, per matrum quoque ac paruulorum caedes peruagante gladio. 'praeter eos, qui captiui ſeruati ſunt; numero, ſi cum occiſis comparetur, paruo; ſi per ſe ſpectetur, non modico [m].

g) Addit h. interpres.
h) τοτε δε και θεασαμενοι.
i) Addit h. interpres.
k) και εν ολω θεαμα παντων, εθνος ολον, ου μυριανθρωπον, εκ. —
l) Addit h. interpres.
m) ζωοι δε και ζωγρια εληφθησαν.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

Tunc receptui cani iuſſit imperator, praeiuitque filiis, in caſtra reuertens propria.

§. 124.

Plane mirabilis hic euentus fuit, praeſertim reputantibus ac cogitatione repetentibus triſtem illam memoriam initiorum belli huius. Quando qui aduerſus Scythas Byzantio Romani proficiſcebantur, tam ſecura confidentia tumebant, vt n) funes ac lora, quibus captiuos vincirent barbaros, idonea copia pararent; ignari, quam graues poenas daturi mox eſſent tam ſupini contemtus hoſtium, quos ipſi ſeruos ſibi deſtinatos victi poſtmodum vinctique agnoſcere habereque pro dominis coacti ſunt o). Vulnus illud refrico Romani nominis, ad Driſtram olim acceptum aduerſa cum Scythis pugna, qua fretam humanis opibus Romani ſupercilii ſuperbiam deprimere Deus voluit p). Qui tamen idem Deus, hoc, in quo narrando verſamur, tempore, contrario modo affectos Romanorum eorumdem animos contrario item, nec minus inſperato, ſucceſſu recreauit; dum conſternatis iuſto metu deque ſumma rerum ac ſalute propria deſperantibus, ac ſe impares tantae hoſtium multitudini confeſſis tam ſplendidam tamque integram, mirabiliter victoriam gratificatus eſt, qua et vincire, et trucidare, et viuos ſeruitum abducere, quiduis denique ſumma licentia victorum, de Scythis obnoxiis ſtatuere pro libito potuerunt q). Neque hoc ſolum (quod in congreſſibus etiam non decretoriis, nec totas vtrinque committentibus copias r), vſu venit non raro) verum id praeterea haec pugna quaſi auctarium felicitatis habuit, vt gentem feram, infidam, infinito iuuentutis pugnacis numero formidabilem ſemper atque infeſtam, deleret aboleretque funditus vna iſta et ſola die

n) καὶ ἦν τῷ κατανοοῦντι θαῦμα ἰδέσθαι, πῶς οἱ πάλαι κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐξερχόμενοι.

o) τοὐναντίον πεπόνθασιν αὐτοί τε δέσμια τῶν Σκυθῶν ἑαλωκότες καὶ δεσμῶται γενόμενοι.

p) ἀλλὰ ταῦτα μὲν τότε ὅσπερ κατὰ τὴν Δρίστραν μετὰ τῶν Σκυθῶν γέγονε πόλεμος. Cfr. ſupra §. 81. ſeqq.

q) Addit h. Interpres.

r) τοῖς πολεμίοις τῶν πολεμικῶν.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

ſe, ad memoriam aeternam huius tam memorabilis euentus merito transſcripta s).

[illegible]

Diſcretis in ſuas quibusque ſtationes Comanicis Romanisque copiis, et imperatore prima face ad curam corporis et coenam t) verſo, adſtitit vultu indignationem prae ſe ferente quidam nomine Syneſius; „ Quid hoc malum, ad imperatorem inquiens, aut quae iſta noua res adminiſtrandi ratio eſt? vnusquisque militum ad triginta et amplius Scythas captiuos habet; ingens Comanorum multitudo prope abeſt nobis imminens. Si ergo, quod poſt tantum laborem fieri pronum eſt, noſtri milites indormierint, et Scythae, commodata ſibi mutuo opera vinculis ſoluendis, ſtrictis acinacibus ſtertentes dominos confoderint: quid ſit ſecuturum, vides. Iube igitur praeuerti nefas, pleraque hac barbarie mature trucidanda v) „.

Haec dicentem imperator acribus figebat oculis, et mox ſubdidit: „ Etſi Scythae, etſi hoſtes, homines certe ſunt et humanitate noſtra in ſua calamitate digni. At tu, neſcio qua dementia in transuerſum actus, talia deliras „. Sic Auguſtus: inſtantemque vlterius Syneſium, iratus increpitum recedere vtique iuſſit: tum edicto eadem hora per caſtra promulgato, admonuit milites: exarmarent Scythas, cunctaque ipſis erepta tela vnum ſeorſum in locum tuto deponerent, ipſi cuſtodiae captiuorum curam gererent. His ita prouiſis, ſecurus reliquam transmittebat noctem: cum ecce circa eius medium, Deine nutu, an quo alio caſu, incertum, in captiuos Scythas ſimul, quaſi ex condicto, inſilientes Romani milites, ferme vniuerſos occiderunt. Haec poſtera iam exorta luce cum cognouiſſet imperator, in ſuſpicionem venit, caedem a Syneſio curatam. Arceſſitum ergo aſperis inceſſit dictis minisque atrocibus: „ Tu iſtius nempe, inquiens, tragoediae, tu crudelis facinoris

s) ἀλλὰ κύκλον ἔθνος μυριάνδρον [illegible] μίαν καὶ μόνην ἀφανισθῇ ἡμέραν. [illegible]

t) περὶ δεῖπνον.

v) [illegible]

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

noris iſtius auctor es x)". Eum vero, iurantem, ſe inſcio id factum, conſtringi nihilo minus et vinctum praecepit attineri: cum ſic diceret: „Faxo, expertus diſcat, quantum mali vel ſolis inſit vinculis, nec de caetero tam inhumanas in captiuos homines dicat ſententias y). Nec vero eo contentus videbatur fore z), niſi coëuntes magno numero viri magnates, vel conſanguinitate vel affinitate Auguſto admoti quam proxime, impetraſſent ab eo coniunctis precibus, vt gratiam ſupplicii Syneſio faceret a).

§. 126.

Ipſe [Alexius] victor ac tropaeis fulgens ſub deſinentem Maium Byzantium rediit. Atque haec hactenus de bello Scythico: cuius haudquaquam tamen partes omnes, aut caſus ſingulos retuliſſe me profiteor. Qui potuiſſem id quidem? cum et ipſum multum fuerit, libaſſe pauca de multis b); velut ſi pelagus Adriaticum

x) τουτο το ἐργον σου.

y) ὡς μηκετι κατα ἀνθρωπων τοιουτας ἀποφασεις ποιεισθαι.

z) ταχα δε ἀν και ἐκολασε τεθον;

a) Quae hic de Comanis ſequuntur, vide in *Comanicis* §. 7. 56. ANNA COMNENA p. 236.

b) κἀν ἐκ πολλων ὀλιγα μοι ἀρηται.

Huc pertinere videntur quae Zonaras T. II. p. 299. narrat: *Sub hoc imperatore* [Alexio Comn.] *terrae motus horrendus fuit eo die, quo memoria Diui Nicolai ob miracula celebris agitur.— Iisdem temporibus gens Patzinacarum ſuis ſedibus relictis, in Romanas prouincias immigrauit* [cf. ſupra §. 69.] *totam Thraciam et Macedoniam populata. Quos cum bello peteret imperator, turpiter victus eſt, ob arrogantiam militum. Repetita pugna, cum milites, modeſtiores facti, ab auxilio numinis duntaxat penderent: hoſtes, nec prima coitione tolerata, humi arma proiecerunt, et ſuſpiriis miſericordiam tandem a Romanis impetrarunt. Magna igitur Scythicae gentis multitudo periit, caeteri in vinculis habiti ſunt, ac pro corona venditi. Imperator vero delectu acto, Scytharum robuſtorum iuuenum magnum numerum in Moglena prouincia cum vxoribus et liberis collocauit, eximia legione ex iis confecta, qui hodieque per ſucceſſiones manent, ex loco, in quo conſederunt, cognomentum adepti, vt Patzinacae Moglenitae dicantur.*]

Imp. Alexio I. Comn.

ticam ſummo digito ſtringerem. Nam cuncta, quibus ſe per id tempus nobilitauit Alexius, facinora ſigillatim exſequi, explicare inquam pro dignitate, quoties is victoriam de pluribus reportarit; quoties ex rebus perditis conſilio emerſerit; quanta varietate multiplicis virtutis ad omnes vnus diuerſiſſimorum temporum iniquitates occurrerit: neque alter Demoſthenes queat, ac cum eo ſimul chorus vniuerſus rhetorum immo neque ſi Academiae pariter ac Stoae ingenia conſpirauerint ad ſcriptis celebrandas Alexii res geſtas, ſperauerim aequaturos ſplendorem orationis cum argumenti merito., vt totos intenderent facultatis neruos.

CAPVT X.

Scythae [Patzinacae] in exercitu Romano ſtipendia merentes; ab a. C. 1106—

§. 127.

a. C. 1106. a)

[BRVNDVSIVM, quam vrbem Baimundi tunc obtinebant copiae, 57. cum oppugnarent, Contoſtephano duce, Romani;] 'excur-

57. ANNA COMNENA p. 367. Quae hic et toto hoc capite de Scythis ex Anna Comnena adfero, quin de Patzinacis intelligenda ſint, dubio fere caret: cum alias Scytharum nomine Patzinacas Anna inſigniat, eorumque multos poſt cladem, quam ab Alexio acceperant, militiae Romanae adſcriptos eſſe, e loco Zonarae ad §. praec. allato conſtet.

a) Cometae meminit Anna p. 355., quem a. C. MCVI. a menſe Febr. in Martium apparuiſſe Cangius in Notis ad Alexiadem p. 381. plurium ſcriptorum teſtimoniis confirmat.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1106.

curi erant paulo a mari longius Scytharum quidam (erant in Romano exercitu ex gente illa milites non pauci) praedandi cauſa b), vt mos eſt talium barbarorum. Ex iis capi contigit omnino ſex, quos ad ſe miſſos intuitus Baimundus, non minus, quam magni adeptione lucri, gauiſus eſt, videbat enim, quam vtiles ii futuri ſibi eſſent ad inuidiam imperatori apud principes Italiae conflandam c). Statim igitur his aſſumtis Romam pergit, thronumque adit apoſtolicum, ac papam aggreſſus eiusmodi oratione, quae vetera odia barbarorum iſtorum aduerſus genus noſtrum orientalium Romanorum d) renouare atque exaſperare refricando poſſet, facile totum inflammauit. Quo vero etiam qui circa pontificem erant commoueret Italos in iram implacabilem, perſuaderetque ipſis velut argumento iam atque experimento manifeſto, veriſſimum eſſe, quod ſaepe audiuerant, iactante ipſo Baimundo, videlicet imperatorem Alexium hominem eſſe profanum et impium, barbarorum i fidelium fautorem, Chriſtiani generis ac nominis hoſtem non dubium. Viderent, quibus miniſtris libenter vteretur, quam barbariem ſacrilegam et ſanguinariam haberet in deliciis. „ En, inquiebat, feros vultus toruitate Scythica et veſtem aſpectu tetram ipſe ac terribilem oſtendens, en quos in noſtras aras ac focos immittit, quibus Romam et Italiam, quibus nos noſtraque omnia ſacra, ciuilia, domeſtica, res corpora noſtrum omnium condonat egregius imperator Romanorum e) „. Tum vero ingeminabat vocem illam, quae ſummam inuidiam apud Latinos habet, paganos hos Scythas replicans, dum eos per vrbes paſſim oraque omnium ad ludibrium et ignominiam, non tam ipſorum, quam Auguſti, circum-

b) των δε γε Σκυθων προεκδραμοντων — εν τω καιρω της μαχης ὡς προνομην.

c) Addit h. interpres.

d) Addit h. interpres.

e) ἱνα μαλλον τας ἀμφι τον παπαν Ιταλυς ἐκμηναιεν ὁ Βαϊμυντος και τυς ἑαλωκοτας των Σκυθων παρεστησατο ὡσπερ ἐξ αὐτων των πραγματων ἐδεικνυμενος, ὡς ἀρα ὁ αὐτοκρατωρ Αλεξιος δυσμενως ἐχων τα προς τυς Χριστιανυς βαρβαρυς τινας ἀπιστυς και ἀλλοκοτους ἱπποτοξοτας ἐφιστησι κατα των Χριστιανων ὁπλον κινυντας και τοξον ἐντεινοντας και ἐφ' ἑκαςῳ τῳ λογῳ τοιυτῳ ὑπεδεικνυ τυς Σκυθας ἐκεινυς τῳ παπᾳ Σκυθικως ἐςαλμενυς και κατα το εἰωθος προς το βαρβαρικον ἀποβλεποντας.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

cumduceret, vafer artifex technarum talium, per quas inuidia populari in ſuas trahenda partes ciuilis in Chriſtianos, quod meditabatur, belli minime per ſe plauſibilem mentionem accuſatione malitioſa imperatoris emolliret, imo probabili ac pio nomine mutaret; dum non aduerſus Chriſtianum principem aut populum; ſed pro Chriſtianis contra paganos eorumque patronum ac ducem, Alexium, arma ſumenda proclamaret *f*). Incredibiliter apud ſummos aeque infimosque partium illarum iſta valuit induſtria, fremere haud dubie paſſim in nos cuncta. — Sic Baimundi fraudibus perſuaſo papa, commotaque Italia, traiectio in Illyricum ſummis ſtudiis animisque omnium feſtinabatur.

§. 128.

ALEXIVS, Dyrrhachii dux, — ſimul transfretaſſe innoxie feciſſeque exſcenſum in planitiem Illyrici vallumque illic fixiſſe Baimundum comperit, 'curſorem ſtatim Scytham velociſſimum, ac quod de Mercurio fabulae habent volucrem nuncium *g*) peruolare ad Auguſtum et indicium eius rei, quam fieri celerrime poſſet, iuſſit afferre. Forte is Auguſtum offendens modo e venatu reducem magno et anhelo ad pedes eius curſu ruit: ibique adoratione ſolita perfunctus, capite in pauimentum demittendo, alta et clara voce clamauit: traieciſſe Baimundum. 58.

§. 129.

a. C. 1107. Indict. I.

[INDICTIONE prima *h*) dum ad Pſyllum non procul ab Hebro flumine caſtra habet Alexius Auguſtus: vir quidam ex nobili 59.

f) καὶ τουτους κατα το ἔθος των Λατινων παγάνους ἄνω καὶ κατω προσηγορευε, καταμωκωμενος καὶ τοὔνομα καὶ το σχημα. πανουργως δε ὡς ἔοικε το πραγμα μετεχαρίζετο του κατα Χριστιανων πολεμου.

58. ANNA COMNENA p. 371, 372.

g) Σκυθην μεταπεμψαμενος ὑποπτερον ἐν τουτῳ λογῳ.

59. ANNA COMN. p. 377, 378.

h) Indictione I. Kalendis Nouembr. imperatorem CPli profectum Anna ait p. 376. Graeci nouam indictionem a menſe Septembri, Latini a Ianuario incipiebant. hic itaque ind. 15. Latinorum a. C. 1107. intelligitur.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1106.

Aroniorum genere, ſed nothorum linea genus ducens, cum aliis quibusdam vitae Auguſti inſidias ſtruit.] Communicauerat nefarium arcanum fratri ſuo Theodoro. vtrum vero ſeditioſi omnes reliqui tragici coepti ac conſilii iſtius participes quoque ac conſcii fuerint, nolo dicere. Tamen conſtat, Scytham emtitium Aaronis ſeruum illius, nomine Demetrium, ab iis ad caedem perpetrandam ſubornatum. 'Porro huic barbaro ſicario Aaron ſuus dominus, de communi videlicet ſententia coniuratorum, mandauerit, Auguſtae diſceſſum opperiretur, cito futurum, vt rebantur [i]. Illa cuſtode amota, ſtatim opportunitatem affuturam tranſigendi negotii offerendique parricidii Auguſto, vel deprehenſo vſpiam in anguſtiis, vel dormienti reperto: 'quos ad furiales vſus mancipium deteſtabile telum anceps a domino acceptum paratus occaſioni geſtabat [k]. [Strategius vero quidam Aaronis famulus inſidias detexit, et ad Auguſtum perductus], „Herus, inquit, meus Aaron, coniuncto conſilio cum aliis — compararunt tibi ſicarium Demetrium, conſeruum meum, gente Scytham, natura crudeliſſimum, robore lacertorum gladiatorio, audacia nihil aggredi dubitatura, ferini plane ac immane inhumani hominem animi cui, quos dixi, viri gladio tradito ancipiti, parricidiale hoc mandatum dedere: Te accederet, et tempore captato ferrum in viſcera ſacrae tuae perſonae audacter mergeret. [Ita, auctoribus comprehenſis, coniuratio diſiecta eſt]!

§. 130.

60. [RAIMVNDI frater, Gidus, cum infeſtis ſignis in Cantacuzenum, Romanorum ducem, qui ad Charzanem amnem caſtra habebat, tenderet:] praemiſſi [a Cantacuzeno] ante omnes Scythae, cum mandatis, vt procul iaculando Gallos elicerent, 'ſi poſſent, non exſpectato quidem ipſorum acceſſu cominus, ſed, vbi ex tuto iactis telorum imbribus laceſſiuiſſent, pedem referrent, moxque obuerſis

i) καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τούτου δεσπότης ἐκδέχου καιρὸς τὰ σκοπούμενα τὴν τῆς βασιλίδος ὑποχώρησιν δηλώσας.

k) καὶ ὁ Δημήτριος φόνον πνέων τὸ σίδηρον ἔθηγε, καὶ τὴν μιαιφόνον δεξιὰν ηὐτρέπιζε.

60. ANNA COMNENA p. 392.

Imp. ALEXIO I. Comn.

verſis iterum vultibus iaculationem inopinatam repeterent, rurſus ſtatim fugerent, ſicque velitationibus et receſſibus reciprocis hoſtium patientiam tentarent l). 'Tentarunt enimuero et experti ſunt immotam aduerſus haec ludibria conſtantiam. Obtinebat apud Gallos pro ſe quisque locum, et figuram tuebatur aciei, — ſicque vndique lucentibus ſcutis, haſtis horrentibus, terribilis lento gradu belli moles, velut incedens ciuitas, nullo interrupta loco corona firmorum moenium, promouebatur. Arctato, quod inter geminas acies patebat, ſpatio, 'vſque ad eam viciniam, vt nocere ſibi mutuo iactis miſſilibus partes ambae poſſent, deprehenſi in medio Scythae, praeterquam quod deerat inſtabilibus conuerſionibus ipſorum loci capacitas idonea, etiam vehementer flagellati equitatione Gallorum, terga non iam arte, ſed neceſſitate verterunt n). —

§. 131.

[GALLIS et Romanis iterum proelio congreſſis,] eminebat inter Gallos Baimundi patruelis, vaſtae ac giganteae ſtaturae iuuenis. quippe in decem pedum altitudinem porrectus, reſpondente proceritati craſſitie, totaque habitudine toroſae ac ſucco diſtentae molis, prorſus Herculem referens, ſi virtus animi modum corporis aequaſſet o). Nunc mirum et ridiculum erat ſpectaculum, videre gigantem illum monſtroſa magnitudine ſuggeſtum, 'ab humili et cubitali correptum Scytha p). Viſa res Cantacuzeno digna oculis principis. Cum ergo ad imperatorem et hos de more captiuos mitteret, praecepit ductoribus eorum, vegrandem vt Gallum 61.

l) και βαλλειν μεν συχνως υπεκφευγειν δε αυθις και παλινστρεφοντας [illegible] γενεσθαι.

m) και δε μεν προθυμως απηντων, ηττωντο δε [illegible], ωσπερ οι Κελτοι συνησπικοτες, ου δολως την παραταξιν ηλθον, αλλα βραδεως και συντεταγμενοι λιαν ηεσαν.

n) οι μεν Σκυθαι ουκ ετι βαλλειν ηδυναντο σφοδρως τη ορμη των Κελτων κατ' αυτων εξακοντιζομενων. αλλ' ιδειν ευθυς τους Κελτους [illegible].

61. ANNA COMNENA p. 394, 395.

o) ως δεκαπουν ποδας ανελκοντα το μεγεθος, ισον δε [illegible] τινα αλλον Ηρακλεα.

p) υπο [illegible] Σκυθου.

Imp. ALEXIO I. Comn.

A. C. 1107.

non ſine praeeunte ac vinctum trahente pygmaeo Scytha ei offerrent. Nunciatur Auguſto, adeſſe ab exercitu captiuos nonos coram ipſo ſiſtendos inſidet ad eam vodem imperator ſolio, et introduci homines iubet. Datur in conſpectum Scytha puſio vinctum illum immanis corpulentiae Gallum trahens, cuius ne femur quidem ſummo vertice aequabat. riſus nimirum ortus eſt omnium.

§. 132.

A. C. 1109. q)

62. PRAECEDENTIVM principum continuata longo tempore incuria ſenſim et quaſi guttatim collegit hanc vim inexhauſtam malorum, quae deinde in tempora mei patris redundauit; quando velut conſpirantes, a ſeptentrione Scytha; ab occaſu Gallus; ab ortu Iſmael, in Romanum imperium coorti ſunt. Gallus motus haſtae cuſpidem oſtendit; et Iſmael arcum intendit; et Nomadica vniuerſa Scytharum gens, ſua in nos illa plauſtra omnia innumerabilia deuoluit.

§. 133.

63. PAVLICIANI bello domiti ac plane ſubiugati cum fuiſſent, ab illo inclyto Ioanne Tzimiſca, ex Aſia captiui ab eodem ducti ſunt et ab illis Chalybum, quas prius obtinebant, ſedibus locisque Armeniacis in Thraciam tranſtulit, ac circa Philippopolin domicilia figere coëgit; — 'vt genus hominum ferreum, cuiuis labori ac periculo par, aduerſus feros maxime ac vehementes Scytharum, ſubinde Thraciam infeſtantium, incurſus obiiceretur, ſecuritate imperii non exigua, quod iam limes ille vexatiſſimus pares aggreſſoribus defenſores nactus, deinceps aduerſus omne periculum abunde firmatus videretur. Miſerum ſane antea in modum in perpetuis metu

61. ANNA COMNENA p. 445.

q) Pacis Alexium inter et Boëmundum menſe Septembri indictionis ſecundae anno iam deſinente 6617. [interpres peperam 6517] firmatae meminit Anna p. 415.

62. ANNA COMN. p. 451, 452.

metu aut malo Thraciae vrbes ac populi conflictari erant ſoliti: cum barbari, anguſtas Haemi valles ſubinde transgredientes, in vberrimas eius prouinciae planities ingenti numero effuſi, crudeliſſime omnia vaſtarent r).

Haemum transgredientes Nomades Scythae ſuperioribus temporibus, quando eos nondum Alexii haſta per multa pericula certaminaque in ſupremam tandem perniciem internecionemque compulerat, vaſtis et innumerabilibus totius populoſiſſimae coniuratae gentis in Romanam terram exercitibus effuſis tum alias affligebant imperii partes, tum vicinas praeſertim illius limitis vrbes t), quarum princeps ac velut metropolis habebatur famoſiſſima illa quondam Philippopolis. Quod cum animaduerteret Tzimiſces Ioannes, Manichaeorum in Aſia victor, vt hominibus nihilo minus feris, quam Scythae ipſi erant, ex infeſtis hominibus in ſocios commutandis, perutiliter periculum in auxilium verteret: decreuit ſocietatem armorum duntaxat cum iis inire, qui prauae doctrinae atque perfidiae obſtinatione diſſidentes translati in Thraciam et Philippopolin a ſedibus patriis, pro muro deinceps ac praeſidio toti ei prouinciae fuerunt v), haud dubie poſtea reſpirare viſae a continuis ferme illis, quibus antea conculcari erat ſolita excurſionibus barbarorum.

§. 134.

r) Φυλακας ἐπιστησας ἀσφαλεστατας των Σκυθικων ἐκεινων διεκδρομων, ὡς ὑποσυχνως ὑπο βαρβαρων τοτε Θρᾳκης ἐκεινοθεν χωρα, ὑπερβαινοντες γαρ τα ταμια τα Αιμου τας ὑπο ταυτῃ πεδιαδας κατετρεχον.

s) Sequitur Haemi deſcriptio.

t) πανστρατιᾳ την Ῥωμαιων ἡγεμονιαν ἐληλαζον, και μαλιστα τας ἐγγυτερας πολας.

v) τους ἐκ Μανιχαιων αἱρεσεως ἀντιμαχας ἡμιν κειναφροντες συμμαχας, κατα γε τα ἀλλα ὀξυμαχως δυναμεις τοις νομασι τουτοις Σκυθαις ἀντιστηναι.

De Philippopoli Anna Comn. p. 450. ita: Philippopolis ciuitas in mediterraneis Thraciae ad Hebrum ſita *quamquam ſuperioribus temporibus a* Tauris Scythisque, *qui eam ceperunt, deformata plurimum eſt, illae ipſae tamen ſuperſtites reliquiae magnum hodieque inſtar praeferunt peramplae olim et perquam ornatae ciuitatis.*

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1109 — 1118.

§. 134.

64. [ALEXIVS Comnenus, expeditionem contra Icopienſes Turcos ſuſcipiens, vbi ad Santabarin peruenit:] manum — vnam Camytzae ductandam tradit, cui mandauit, vt Polybotum peteret, et non longe inde diſſitam vrbem, cui ſatrapa quidam, Puchea appellatus, praeerat. Stypeotae — praecipit, vt aduerſus eos, qui apud Ampurium ſtationem habere dicebantur, barbaros vaderet. Cognitum et proditum hoc conſilium eſt a Scythis duobus, in Romano tum exercitu merentibus, qui, ad Pucheam transfugio delati, Camytzae mox futuram in eam incurſionem ipſi denunciant, ſimul ſubſequentis cum toto exercitu imperatoris aduentum.

§. 135.

65. [ALEXIVS vbi Cedrum peruenit, et audiuit] innumerabilem barbarorum multitudinem verſari in oppidis non longe diſtantibus —: ſtatim — Bardam — vna cum Georgio Lebune ac Scytha quodam ad ſe aduocat. His adſignat idoneum copiarum numerum, et, vt in eos recta tendant, imperat.

§. 136.

66. [TVRCIS a Caeſare Nicephoro Bryenio non procul Polyboto fuſis, Clitziaſthlan] Sultanus — vno ſolo comite pocillatore ſuo quoddam in ſacellum confugit montis in vertice ſtructum —. Eo illum perſecuti tres Scythae ſunt et Vzae x) filius. Hic in arcto Sultanus deprehenſus, exſiluit ad fugam, declinansque in partem alteram, quoniam ignotus de facie perſequentibus erat, ipſe quidem euaſit: at eius pocillator a Scythis magni loco muneris imperatori oblatus eſt. —

§. 137.

64. ANNA COMN. p. 470. cf. *Turcica* §. 236.

65. Eadem p. 471. cf. *Turcica* l. c.

66. ANNA COMN. p. 476, 477. cf. *Turcica* §. 244.

x) Vzus hic genere fuit, vide *Vzica* §. 15.

CAPVT X.

a. C. 1109—1118.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

§. 137.

Qui cladi ſupererant barbari iugis iterum conſcenſis vicinorum montium, ignes, vt prius, excitabant plurimos, et ea nocte tota Romanos canum inſtar allatrabant. Scytha vero quidam Romanis e caſtris clam elapſus, accedit ad Sultanum, eumque admonet, ne pugnam de die cum imperatore inuadere conetur audeatue. Non eſſe dubium, quin id ipſi reique Turcicae infeliciter ſucceſſurum ſit. verum, quoniam, planitie iam ſeſe arctante, nec ſufficiente ad explicandam totam latitudinem Romanae aciei, neceſſe habuerat Auguſtus conſtipare tabernacula denſareque ordines, contra quam figurae ratio poſcebat: ſuadere ſeſe, vt Sultanus deſcendere in collium radices tota ea nocte iuſſis expeditis ſagittariis imperet, vt tela in Romanos iaculentur quam creberrima. Haud vanam opinionem eſſe, inferri modo iſto poſſe Romano exercitui cladem non paruam. [Hybrida quidam Romanis fidus, qui tum adfuit] ſtatim imperatorem adiens indicat, quid Scytha Sultano ſuggeſſiſſet. —

CAPVT XI.

Iteratae Scytharum [Patzinacarum] *in terras Romanas, nunc ſuis, nunc alienis auſpiciis tempore Ioannis et Emanuelis Comnenorum irruentium, incurſiones; et alia de Scythis ſparſa et parum certa; ab a. C. 1122 – 1197.*

§. 138.

Imp. IOANNE *Comneno.*

a. C. 1122, 1123. α)

Imp. IOANNE *Comn.* a. 5. imp.

67. α) QVINTO imperii eius [Ioannis Comneni] anno cum Scythae, Iſtrum transgreſſi, Thraciam popularentur, et obuia quaeque, locuſtarum inſtar, vaſtarent: Romanas copias, vndique

α) CINNAMVS: *Paulo deinde* [poſt bellum Turcicum, quo Ioannes Comn. Hieracoryphitem aliaque oppida Attaliae finitima cepit] *elapſo tempore in Macedoniam mouit. Nam Scythae ingentibus copiis Iſtrum transgreſſi, in fines irruperant Romanorum. Verum, quod hiems tum erat, circa Beroën ciuitatem in hibernis militem collocauit, cunctisque interim ad bellum inſtructis, quosdam ex illorum phylarchis ſibi conciliare maxime anniſus eſt, vt caeteros ab his diuiſos tanto facilius debellaret.* reliqua vide ad *§. 139.*

67. NICETAS CHONIATES p. 10, 11. Cinnamus p. 3, 4.

que conuocatas et quam accuratiſſimè armatas, contra eos educit: non ob multitudinem duntaxat paene innumerabilem, ſed etiam ob inſolentiam et confidentiam barbarorum. Repetebat enim memoria labores ſuos, quos, Alexio Comneno imperante, coeperat, cum Thracia occupata et Macedonia maxima ex parte deſolata eſſet.

Ac principio miſſis ad Scythas legatis, eorum linguae peritis, periculum facit, an, vt ad pactiones deſcendant, perſuadere poſſit et ab belli conſiliis omnes auocare, aut ſaltem pleroſque. Nam in plures tribus erant diſtributi, nec vni duci parebant. Hoc igitur pacto quosdam e principibus eorum omni genere comitatis ſibi conciliat: non modo luxurioſis conuiuiis inſtruendis, ſed et ſericis veſtibus, et poculis et lebetibus argenteis donandis.

§. 139.

β) Quibus illecebris cum fucum feciſſet Scythis, eosque vana ſpe inflaſſet b): non cunctandum eſſe ratus, copias in aciem eduxit, dum adhuc ambiguis eſſent animis et ſuſpenſis, ac pacem ob

β) CINNAMVS: *Sub vernum tempus cum ex iis complures, legationibus ſubinde ſubmiſſis, ad ſuas allexiſſet partes, in caeteros profectus eſt, rerumque ſummam cum iis ſtatuit experiri. Commiſſa vtraque acie, aequo aliquamdiu Marte pugnatum, ipſeque imperator iaculo in crure percuſſus eſt. Tandem, Romanis acriter certantibus, ſuperantur Scythae. quorum alii in ipſo proelio interiere, alii viui capti ſunt. Pars vero quaedam non ignobilior ad caſtra reuerſa, fugae ſe dare nequaquam voluit: quin potius cum coniugibus et liberis, quicquid reſtaret periculi, ſuſtinere decreuit, compoſitisque et apte inter ſe connexis plauſtris, quae deſuper bouinis contexerant pellibus, poſitisque in iis vxoribus et liberis, proelium inſtaurant. rurſum igitur atrox conſeritur pugna, et vtrimque fit multa caedes. Scythae quippe curribus veluti munimento vſi, non minimum Romanis damnum intulerunt. Quae cum aduerteret imperator,*

b) τα των Σκυθων ὑποχαυνωσας φρονηματα.

ob pollicitationes illas cum Romanis facere cogitarent, nec tamen a pugna, vt olim vincere aſſueti, abhorrerent.

Educto igitur Beroë exercitu (nam ibi caſtra habebat) crepuſculo Scythas aggreditur. Fit horribilis conflictus, et atrociſſima pugna c) committitur. Nam et Scythae noſtrum exercitum incurſione equorum et emiſſione ſagittarum, et clamore in congreſſu immani ſublato, fortiter exceperunt. Romani vero ſemel tentata Martis alea, ita pugnare inſtituerunt, vt aut hoſtes profligaturi, aut morituri. Sed et imperator, amicorum et ſatellitum praeſidio ſeptus, laboranti ſubinde parti opem ferebat. Verum Scythae in hoc conflictu ipſa neceſſitate, artium magiſtra, edocti, rem huiusmodi ſunt commenti. Omnes currus in orbem coniunxerunt, iisque non exigua ſuarum copiarum parte impoſita, pro vallo ſunt vſi, ac multos obliquos aditus, platearum inſtar, in iis reliquerunt. Cum igitur a Romanis vrgebantur, tergis obuerſis intra currus, tanquam munitam arcem, nullo fugae incommodo, ſe recipiebant. Inde, recuperatis viribus, tanquam portis erumpentes, fortia facinora edebant: neque ea res aliud erat, quam moenium oppugnatio, quae in media planitie Scythae ex tempore ſtruxerant. Vnde fiebat, vt Romani labore irrito fatigarentur. Tum vero Ioannes prudentiae ſuae ſpecimen edebat. Neque enim conſilio duntaxat et ingenii ſolertia valebat; ſed primus etiam ea, quae ducibus et legionibus mandabat, exſequebatur. Illud autem in-

ſtatuit equo deſcendere, pedesque cum caeteris militibus dimicare. Verum nequaquam id probantibus ſuis, praecipit Bipenniferis, qui ſibi adſtabant (gens ea eſt Britannorum, quae a multis retro ſaeculis Romanis militat), vt ſupra inſtarent, ſecuribusque ſuis currus diſſecarent. Iuſſa iis ſtatim exſequentibus, Scytharum caſtris potitus eſt imperator. Tum etiam plerique ex iis, qui fuga ſibi conſuluerant, popularium ſuaſionibus adducti, vltro ad eum confluxere, Romanosque amplexi mores et numeris inſerti militaribus, diutiſſime in fide perſeuerarunt. Atque iſto quidem modo ſeſe habuit Scytharum ad Romanos tranſitio.

c) καταπληκτικωτάτη τῶν πώποτε μάχη.

inſignem etiam pietatem eius teſtatur. Nam cum Romanae phalanges, vrgentibus hoſtibus et audacius ſe inferentibus, laborarent: imaginem Dei genitricis cum gemitu et miſerabilibus geſtibus intuens, lacrimas bellicis ſudoribus calidiores fundebat: neque id fruſtra. Statim enim, coeleſti robore armatus, Scythicam aciem profligat: quemadmodum olim Moyſes extenſione manuum Amalechiticas turmas profligauit. Aſſumtis igitur armigeris, qui clipeis oblongis et prominentibus galeis, inſtar muri inexpugnabilis, muniuntur d), cum Scythis congreditur. Quicum, diſſoluta illa curruum ſerie, ad manus venirent, in turpem verſi fugam, a Romanis, alacriter perſequentibus, magno numero caeduntur hamaxobii illi: caſtrisque direptis innumerabiles capiuntur. Sed et transfugae, deſiderio captiuorum popularium, confluebant: adeo vt in occidentali quadam prouincia Romana pagi ab eis conderentur, quorum adhuc reliquiae ſuperſunt: nec pauci in ſociorum cohortes referrentur e), et maior turba ab exercitu capta venderetur.

§. 140.

Hac de Scythis parta victoria, et illuſtri edito facinore e); Ioannes vota Deo perſoluit. Quod *feſtum Patzinacarum* noſtro tempore dicitur, in rei geſtae monimentum et grati animi teſtimonium f).

d) *τας ὑπασπιστας, ὁι περιμηκεσιν ἀσπισι και πελεξιν ἑτεροστομοις φραγνυνται.* Ita fere alias Varangi a ſcriptoribus Byzantinis deſcribuntur, quos hic etiam intelligendos eſſe e Cinnamo apparet.

e) Ex horum numero fuerunt procul dubio, de quibus Nicetas p. 19. Ioannes Commenus Iſtrio Meſopotamiae vrbe *capta et militibus diripienda data et Scythicis potiſſimum legionibus, a quibus expugnata fuerat, inde Sezerim aggreditur.*

e) *και μεγιστον ἐγησε τροπαιον.*

f) *την των* Πατζινακων [al. Πετζινακων] *λεγομενην ἐς ἡμας τελευτην ὡς ἀναμνηστηριον προσευξας των πεπραγμενων και χαριστηριον.*

§. 141.

Imp. EMA-NVELE Comn.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1152. g)

68. γ) [IMPERATOR Emanuel Comnenus, Rogerium, Longobardiae principem, qui tunc inſulas et regiones maritimas, Conſtantinopolitano imperio ſubiectas, infeſtabat, vlturum,] ad Philippopolin cum perueniſſet: fama percrebuit, Scythicas copias Iſtrum traieciſſe, et obuia quaeque rapere ac depopulari; ſed et haud ignobile oppidum h) flumini adiacens expugnaſſe.

Eiusmodi accepto nuncio, abſcedens inde princeps, naues verſus Iſtrum flectere iuſſit i), interimque dum aduenirent, circumiacentes campos venando perluſtrauit, Quippe cum deſerti eſſent omnino et iampridem inculti, atque adeo longius protenderentur, ingentem ferarum copiam gregatim hic innutriri contigerat.

§. 142.

Cum hiſce daret operam [imperator], nunciatur, Scythas, facta ingenti in Romanorum agris praeda, nuper tranſiuiſſe Iſtrum, nec procul inde fixis tabernaculis conſediſſe. Quibus auditis, quanta potuit celeritate ad fluuium contendit. Nauicula ibi reperta, cuiusmodi illic ad eas ripas ſtare ſolent, ex vnico fabricatae ligno k), eam

γ) NICETAS CHONIATES: *Paulo poſt* [quam claſſem contra Rogerium miſiſſet Imperator] *et ipſe imperator cum exercitu egreditur: et Scythis primo congreſſu profligatis, qui, Iſtro ſuperato, loca Haemo monti vicina populabantur*: [alia lectio habet: περι την Ζυγοραν καρτευοντας] *relicta Philippopoli recta ad Corcyram pergit.*

68. CINNAMVS p. 53 — 55. Nicet. Chon. p. 52.

g) Annus, ad quem haec in Tabula Chronol. Nicetae praefixa referuntur.

h) Δεμνιτζικος infra vocatur.

i) την ἐπι τον Ιςρὸν ἀνακομιζειν κελευσας aliquid deeſſe videtur.

k) Vulgo μονοξυλα a Graecis recentioribus vocantur, erantque ſcaphae de ſingulis trabibus excauatae, vnde Latinis trabariae dicebantur. Iſidor. L. 19. Orig. c. 1. Propriae erant populorum ſeptemtrionalium, quibus hi Iſtrum et alia flumina traiiciebant. vide Claudianum in quarto Conſulatu Honorii. cf. Cangii Notas in Cinnamum p. 447.

eam ad ſe mandat impelli. At peruicax portitor, vbi ſe ab imperatore arceſſiri vidit, „ Si rerum noſtrarum, inquit, curam habuiſſet imperator, neque capta foret Demnitzicus (ſic enim appellabatur; quod a Scythis captum fuiſſe caſtrum diximus), neque res noſtrae hic a barbaris direptae pro libitu et ablatae fuiſſent „. Ad haec aiunt indignatum reſpondiſſe principem: „ Non ſim ego ille, cui diuinitus a Deo collatum eſt Romanorum imperium, niſi confeſtim audaciae poenas dederint Scythae „.

Quapropter reliquum exercitus eo loci et ad ripas caſtrametatum reliquit. Ipſe, quia nondum, vti dictum eſt, aduenerant naues, aptatis connexisque inter ſe lembis, cum quingentis ex iis, qui ſibi aderant, Iſtrum ſuperauit: cumque vltra vellet procedere, in duos alios nauigabiles fluuios incidit. Vt vero nullum ibi apparuit nauigium, quo ad traiectionem vteretur, ſuis imperauit, vt actuarias, quae in Iſtro erant, equis [l] alligarent, atque ita ad fluuios transueherent. Quo facto, nullo labore traiecerunt. Loco deinde ſpatioſo transmiſſo, ad montem vſque Tenihormum, qui Tauroſcythicae finibus adiacet, peruenere [m].

§. 143.

Ibi cum vacua prorſus ac deſerta inueniſſent Scytharum caſtra, (nam illi paulo ante ſe inde receperant) vlterius progrediuntur. Medio autem die cum ex hoſtibus nemo appareret, Scythas, qui Romanis militabant, ſeligit imperator, et, *Giphardo* [n]) duce, viro rei militaris peritiſſimo, mittit, vt a tergo inſiſterent hoſtibus, et, ſi daretur occaſio, manus conſererent, dum ipſe lento interea gradu ſubſequeretur.

Nondum plurimum conſumſerat itineris Giphardus, cum in hoſtes incidit. Sed proelium committere non auſus, quod longe uume-

l) τοις των ἱππων ὀυραιοις.

m) ἄχρι και ἐπι ὄρος Τενιορμον ἦλθον, ὅπερ ἀγχι Ταυροσκυθικης ἐριων ἀνεχει.

n) Γεφαρδῳ.

a. C. 1152.

numeroſior barbarorum ſibi videretur acies, imperatorem per nuncios, vt confeſtim accederet, ſolicitauit. His acceptis, arma continuo induit princeps, armatur perinde et totus exercitus. Mox a tergo Scythas ſimul adorti, cum iis manus conſerunt. Primo quidem ſtetere Scythae, velut ſubeuntes excepturi: ac in phalangem ordinati, voluere, vt auxilia, tum pro ſe, tum pro praeda, quam fecerant, primos impetus ſuſtinerent. Validum vtrimque fit proelium. Complures Romani praeclare factis ibi inclaruere, atque inprimis imperator. Hoſtibus enim cominus acriter vrgentibus, ipſe inuectus haſta diſſoluit confertos pugnantium ordines; neque ſingulatim duntaxat, ſed et binos ſimul interdum multis eorum caeſis. Ita inuicto principis impetu proturbatis hoſtibus, Romani, viribus integris ingruentes, totam aciem perrupere. Plurimi tum cecidere barbarorum, centum circiter capti, atque in iis *Lazarus* [o], animi robore praeſtans, et inter Scythicos phylarchos conſpicuus. Reliquos equorum virtus et denſa montium, qui complures ibi ſunt, ſeruauere. Romani autem poſtquam cuncta pabulationibus abſumſerant, retro deinde ceſſerunt. Quo tum tempore Sotas, quem genere et diuitiis praepollentem ceperant Scythae, arrepta occaſione, fuga in caſtra peruenit [p].

§. 144.

a. C. 1154.

69. [IMPERATORI Emanueli Comneno aduerſus Dalmatas bellum gerenti nunciatur] innumerum in aduerſa ripa fluminis [Tarae] inſtructa acie ſtare exercitum: neque illum tantum ex indigenis, ſed immenſum etiam alium ex auxiliaribus copiis conflatum, praeſertim Hungaricis equitibus et — Chaliſiis —. Hos igitur, vt et Patzinacas Dalmatis adiunctos eſſe referebant. —

o) Λαζαρος.

p) Addit Cinnamus: *Hac ſubitanea parta victoria, inde receſſit imperator, ad bellum contra Siciliam ſeſe comparans.* et paucis interiectis *Ille quidem etſi a rebus Scythicis interea vocaretur, nihilominus tamen ad Caerotum — occurrit, ex quo loco nauigationem inſtitui oportebat.*

69. CINNAMVS p. 61. cfr. *Tom. II P. I. Seruica §. 41 — 48.*

a. C. 1154.

§. 145.

[EMANVEL Comnenus cum bellum Vngris, ob miſſa Seruiis 70.
auxilia illatum feliciter confeciſſet q)] interea Scythis Iſtrum transgreſſis et Romanorum caſtella ripenſia populantibus, Calamanus quidam contra eos miſſus, cum 'bellum r) inprudenter adminiſtraret, acie victus, multisque viris fortibus amiſſis, ipſe quoque ex vulneribus deceſſit. Scythae vero de more ſuo omnia quaeque praedati, et ſpoliis in equos impoſitis, domum redierunt. Facile autem Iſtrum traiiciunt, nec difficulter praedatum exeunt, citraque laborem et moleſtiam domum reuertuntur.

Arma eis ſunt, pharetra ſagittis plena de humeris ſuſpenſa et arcus. Sunt et qui haſtilia vibrent, et in pugna circumagant. Idem vero equus Scytham et in bellum fert, et ſecta vena alit, et, vt aiunt (ſi feminini ſexus eſt) belluinam eius libidinem explet. Flumen tranſeunt 'corio ſubere expleto s), itaque compacto, vt nec minima guttula penetret. Quo Scythae conſcenſo, equinaque cauda prehenſa et ſella caeterisque belli inſtrumentis impoſitis, 'equo pro velo, corio pro naue vtens t), facile traiicit, Iſtrique vaſtum pelagus tranat.

§. 146.

a. C. 1157.

[PERSAE cum Philetam, vrbem in oriente, diripuiſſent, et 71.
Laodiceam in Phrygia minore tractaſſent acerbius: imperator bellum parans,] ex occidente Ligures equites euocauit, et Dalmatiae archizupanum arceſſiuit cum iis, quas habebat, viribus, Scythasque, et

70. NICETAS CHONIATES p. 62, 63.

q) Vide *Vngrica* §. 48. in varietate narrationis.

r) τον κατα Σκυθων πολεμον.

s) καρφης πληρης διφθεραι.

t) δια σκαφος λαιφει τῳ ἱππῳ χρωμενος.

71. CINNAMVS p. 116. cfr. *Turcica* §. 299.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. $115\frac{7}{8}$.

et ex gentibus, quae Tauro vicinas regiones incolunt, plurimas conduxit.

§. 147.

a. C. $115\frac{8}{9}$.

72. [IMPERATOR, a bello Turcico Byzantium reuertens] vt intellexit, Scythas Iſtrum traieciſſe, quo Romanorum fines incurſarent, omiſſo Byzantino itinere, ad fretum, quod Abydo vrbi adiacet, contendit, vbi in Thracia ſitum eſt oppidum v), quod a Callia, Athenienſium, vt opinor, duce, nomen accepit, ibique traiiciens, contra Scythas profectus eſt. Sed nondum ad Iſtrum peruenerat, cum illi, percepto Romanorum aduentu, compoſitis celeriter rebus, retroceſſere.

§. 148.

a. C. 1161 — 1171.

73. [EMANVEL Comnenus bellum illaturus Vngris eorumque regi Stephano, vndique auxilia cogit] Neque abfuturus ab hoc bello erat — Scytharum innumerabilis exercitus.

§. 149.

74. [CVM Romani Zeugmen, quam Vngri tenebant, oppugnarent: Vngrus quidam transfuga] non longe abeſſe Vngrorum regem affirmabat, et praeter infinitum bellatorum numerum, tum et Scytharum ſimul et Tauroſcytharum aciem — cum ipſo venire. —

§. 150.

75. [VNGRI cum, foedere rupto, Romanis denuo bellum inferrent, Dionyſio duce, Andronicus Lampardas, ſupremus exercitus

72. Id. p. 117.

v) *Callipolis*, vrbs in Cherſoneſo Thracica ſita, vid. Procop. de Aediff. L. 4. c. 10. p. 89.

73. CINNAMVS p. 137. Quem hic excerptum dedi, integrum vide locum in *Vngricis* §. 74.

74. Id. p. 140. Cfr. *Vngrica* §. 77. ſeqq.

75. Id. p. 158. Cfr. *Vngrica* §. 90.

a. C. 1161 — 1171.

Imp. EMANVELE *Comn.*

citus Romani dux,] milites arma capere iuſſos caſtris educit, — et Scythas et maximam Perſarum partem cum paucis equitibus, qui haſtis decertant, praecedere iubet. —

§. 151.

a. C. 1171.

[DORYLAEO ab imperatore, contra id quod Sultano Turcorum promiſerat, inſtaurato, cum nouum immineret bellum:] imperator et veteres copias colligebat, et nouas conſcribebat, et auxilia peregrina haud parua arceſſebat, a Latinis potiſſimum et Scythis ad Iſtrum incolentibus x). 76.

§. 152.

Imp. ANDRONICO *Comneno.*

Imp. ANDRONICO *Comn.*

a. C. 1182. y)

COMNENVS Alexius, Manuelis imperatoris ex fratre nepos, et pocillator, ab Andronico in Scythiam z) relegatus, atque inde profugus — in Siciliam peruectus, Gilielmo, inſulae tyranno, quis eſſet, aperuit. 77.

§. 153.

Imp. ISAACIO *Angelo.*

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1187.

[IMPERATOR Iſaacius Angelus cum Brana rebelle proelio decernere 78.

76. NICETAS CHON. p. 115. Cfr. *Turcica* §. 320.

x) και ἀπ' ἀυτων δη των παριστριων Σκυθων.

77. Id. p. 191.

y) Annos hic et ad §. 153, 154. adſcriptos habet Tabula Chronol. Nicetae praefixa.

z) ἐς τες Σκυθας.

78. Id. p. 246.

a. C. 1187.

cernere cum pararet :] in vtroque cornu [hoſtilis aciei] cum alii duces, tum *Elpamas* Scytha a) curabant b).

§. 154.

Imp. ALEXIO Ang.

Imp. ALEXIO *Angelo.*

a. C. 1197.

79. [TEMPORE Alexii] cuiuis licebat praeeſſe prouinciae et ſummum apud Romanos dignitatis gradum conſequi. Ita factum, vt non modo triuiales et circumforanei homines, nummularii et inſtitores, ſed Scythae etiam et Syri, excuſſo veterum dominorum iugo, Auguſti crearentur.

a) ὁ Σκύθης Ἐλπάμης.

b) Alia, quae de Scythis Blachorum inprimis ſociis occurrunt multa, et vel ad Patzinacas vel ad Comanos referenda videntur, vide in *Bulgaricis §. 214, ſeqq.*

79. Id. P. 312.

c) ὤνιον ἀργυρίου ἐωνεῖτο τὸ ἐν-βασιλεύειν.

VZICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE VZIS.

Vzorum Nomen et Genus.

PRAETER peculiare gentis nomen, quo *Vzi* (Οὐζοι, bis Οὐζ ſcribit Conſtantinus) appellantur, aliis etiam, *Hunnorum* puta et *Scytharum*, nominibus veniunt. Et Anna Comnena quidem hominum doctiorum ſermone Hunnos, plebis vero imperitae, Vzos vocatos eſſe refert a).

Ad genus Vzorum quod attinet, Glycas eos diſerte Patzinacis annumerat. An vere, neſcio. inprimis cum eo ipſo loco reliqui non de genere, ſed de nobilitate Vzorum loquantur.

Sedes Vzorum.

ANTE a. C. 894/850 b) Patzinacis, qui tunc ad Atil et Geich fluuios habitabant, finitimi fuerunt: poſt id vero tempus terram Patzinacarum tenuerunt.

Tempore Conſtantini Porphyrogennetae circa a. C. 949. Vzia quinque dierum itinere diſtabat a Patzinacia (orientem verſus), et Chazariae finitima fuit.

Saeculo vndecimo non adeo procul ab Iſtro ſedes habuiſſe videntur. Alexio I. Comn. imperante, verſus finem ſaeculi vndecimi et initium duodecimi, ad paludem quandam ampliſſimam ſupra *Centum colles* ſitam, Anna Comnena teſte, habitarunt. Et palus iſta ab ipſis *Ozolimnae* c) nomen accepit.

Vzo

a) Vid. §. 17.
b) Vid. §. 2. not. b.
c) Vid. §. 17.

Vzorum hiſtoria.

VZI olim Patzinacis et Mazaris (alii *Chazaris* legi iubent [d]) finitimi, cum Chazaris inito foedere, Patzinacas circa a. C. 894. ſedibus ſuis eiecerunt, easque ipſi occuparunt: Patzinacarum tamen multis ſponte inter eos remanentibus.

Conſtantino Monomacho imperante circa a. C. 1050. Patzinacas iterum bello adorti, a Kegene, viro inter hos non genere quidem, ſed virtute illuſtri, profligati ſunt. Quindecim circiter annis poſt, Conſtantino Duca Romanis imperante, cum ſexcentis (vel, vt alii referunt, ſexaginta) bellicoſorum virorum millibus Iſtrum transgreſſi, Bulgariam, quid? Thraciam etiam et Macedoniam deuaſtarunt. Sed fame primum ac peſte afflicti et debilitati, a Bulgaris demum et Patzinacis fere omnes deleti ſunt: reliqui partim per Iſtrum ad patrios lares remearunt, partim ſponte ad Romanos tranſierunt, ſub quorum ſignis, Romano Diogene et Alexio I. Comneno imperantibus, militaſſe memorantur.

Scriptores de Vzis.

DE rebus Vzicis Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus; Ioannes Scylitzes, Zonaras, Anna Comnena et Glycas ſcriptitarunt.

De antiquis Vzorum ſedibus et bello aduerſus Patzinacas geſto, quo Vzi victores illorum terram occuparunt, pauca Conſtantinus memoriae prodidit. Res contra Patzinacas et Romanos a. C. 1050. et 1065. geſtas Cedrenus, Scylitzes et Glycas perſecuti ſunt. Scylitzes et Zonaras eorum rurſus ſub Romano Diogene, vt mercenariorum, meminerunt. Vzae cuiusdam, ab hac gente oriundi, et filii eiusdem, paludis denique, Vzorum nomine Ozolimnae dictae, Anna Comnena conſeruauit memoriam.

INDEX

d) Vid. §. 1. ibique not. a.

INDEX
Paragraphorum.

§. 1. *Vzi Patzinacis, ad Atel et Geich fluuios habitantibus, finitimi.*

§. 2. *Vzi, Patzinacis pulſis, terram eorum occupant; Patzinacae nonnulli ibi manent.*

§. 3. *Vzia Patzinaciae finitima.*

§. 4. *Vzi Chazaris conterminî.*

§. 5. *Patzinacae, Kegene duce, Vzos vincunt.*

§. 6. *Vzi, Scythae genere, Iſtro traiecto, Romanos et Bulgaros vincunt, Macedoniam adeo et Graeciam vaſtant.*

§. 7. *Imp. Conſtantinus Ducas exercitum colligere cunctatur; Vzorum principes fruſtra muneribus ſibi conciliare nititur.*

§. 8. *Imperator cum paucis CPli egreditur, de inopinata Vzorum clade nuncium accipit.*

§. 9. *CPlin reuertitur; Vzorum multi ad Romanos transeunt.*

§. 10. *Vzi Romano Diogeni contra Turcos militant.*

§. 11. *Romanus Diog. ad Chalep progreſſus Scythas [Vzos] et Romanos praedatum emittit.*

§. 12, 13. *Vzi Romanorum in bello Turcico ſocii.*

§. 14. *Ad Turcos tranſeunt.*

§. 15. *Vzas, Vzus genere, ſociorum dux, res eius geſtae.*

§. 16. *Vzae filius et tres Scythae Sultanum Clitziaſthlanem perſecuti, eius pocillatorem capiunt.*

§. 17. *Ozolimna, palus, quae ab Vzis nomen accepit.*

VZICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS

ab a. C. 894? — 1118.

---

§. 1.

a. C. ***

1. Sciendvm eſt, Patzinacitas a principio ad Atel et Geech flumina habitaſſe, [1]iiſque conterminos fuiſſe populos illos, qui Mazari atque Vzi cognominantur [a]).

§. 2.

Imp. LEONE *Sapiente.*

Imp. LEONE *Sap.*

a. C. 894. b)

2. Ante annos vero quinquaginta ii, [2]qui Vzi nuncupantur [c]), cum Chazaris conſpirantes et conſertis armis Patzinacitas aggreſſi, ſupe-

1. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 37. p. 105. cfr. *Patzinacica* §. 2.

a) ἔχοντας τας τε Μαζαρας [alii hic Vngrorum nomen *Magyar* ſibi inueniſſe videntur, alii vero e ſequentibus Χαζαρας emendandum putant] συνοφαρτες και τας λεγομενας Οὐζ.

2. Id. ibidem.

b) Vide *Patzinacica* §. 2. not. f.

c) οἱ λεγομενοι Οὐζοι paulo inferius Οὐζοι.

a. C. 894/899. Imp. LEONE Sap.

ſuperiores facti, ſedibus eos ſuis expulerunt, illasque tenuere in hodiernum vſque diem Vzi d). —

Sciendum eſt, quo tempore expulſi ſua regione Patzinacae 3.
fuere, nonnullos eorum ſponte ſua illic manſiſſe et Vzis cohabitaſſe: ſuntque inter eos etiam nunc, ea habentes indicia, vt facile diſcerni poſſint, cognoſcique, quales ſint, et quomodo auelli a ſuis contigerit: ſiquidem vtuntur veſtibus decurtatis et ad genua tantum pertingentibus e), et manicis abſciſſis f); ea videlicet re innuentes, a gentilibus ſe ſuis eſſe diremtos.

§. 3.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 949. Imp. CONSTANTINO Porph.

QVATVOR — Patzinacitarum nationes, ſiue themata, nimirum Cuartzitzur, Syrucalpee, Borotalmat et Bulatzoſpon, vltra 4.
Danaprin flumen ſitae ſunt, orientem et ſeptemtrionem ſpectantes verſus Vziam et Chazariam. — Diſtat autem Patzinacia ab Vzia et Chazaria itinere dierum quinque.

§. 4.

CHAZARIS bellum inferre Vzi poſſunt, vtpote contermini. 5.

Sub
Romano Conſtantini Porph. F. et reliquis imperatoribus vſque ad Michaelem Paphl. nulla fit Vzorum mentio.

 §. 5.

d) Reliqua vide in *Patzinacicis* *§. 3.*

3. Id. ibid. p. 106.

e) τα γαρ ἱματια ἀυτων ἐισι κοντερα μεχρι γονατων. Du Cangius in Gloſſ. med. Graecit. v. Κοντερος. Idem quod κοντος, *breuis*„. vbi hunc locum Conſtantini allegat.

f) και τα μανικια [vide dictum Gloſſ. in hac voce] ἀπο των βραχιονων ἀποκεκομμενα.

4. Id. ibidem. Cfr *Patzinacica* *§. 17.*

5. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 10. p. 62.

§. 5.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1049, 1050.

6. [PATZINACARVM genti] praeerat Tyrachus, Kiltori filius, homo nobiliſſimus, caeteroqui ſegnis et quietis amans. Erat in eadem gente etiam alius quidam, Kegenes nomine, — genere obſcuriſſimo nullisque natalibus, ſed bello ducendisque cohortibus longe praeſtantiſſimus. nam ſaepius Vzos (gens ea Vnnica eſt ß) irruentes ſubſiſtens profligarat: Tyracho non modo contra eos exire non auſo; ſed etiam in lacus et paludes Iſtro vicinas ſe ſubducente. —

Sub Theodora, Michaele Stratiotico et Iſaacio Comneno nulla fit Vzorum mentio.

§. 6.

Imp. CONSTANTINO *Duca.* Indict. 3. a. M. 6573. a. 6. imp. Conſt. Duc.

Imp. CONSTANTINO *Duca.*

a. C. 1065.

7. α) CIRCA tertiam indictionem cum praeeſſent oppidis ad Iſtrum fluuium ſitis magiſter Baſilius Apocapes et magiſter Nicephorus

α) ZONARAS: *Neque etiam in occidente omnia ſe rectiſſime habebant, ob militum et paucitatem et ignauiam. Vzos enim (— ſuperiores), Iſtrum cum vxoribus et liberis traiicientes, rectores finitimarum vrbium, magiſter N. B. et m. B. A. tranſitu prohibere fruſtra conati, victis legionibus, ambo capti ſunt et abducti a barbaris, qui — compleruut. Nam plerique conſentiunt,*

6. CEDRENVS T. II. p. 775. Locum integrum vide in *Patzinacitis* §. 34.

ß) γενος δε Οὐννικον οἱ Οὐζοι.

7. IOANNES SCYLITZES (Cedr. T. II. p. 815, 816.) Zonaras T. II. p. 273, 274. Glycas p. 325.

Imp. CONSTANTINO *Duca.*

a. C. 1065.

phorus Botaniates, ‘Vzorum natio (hi etiam ſunt genere *Scythae* et *Patzinacis nobiliores* et *mutitudine ſuperiores* h)), cum tota gente et propriis impedimentis tranſmiſſo Iſtro ‘longis nauibus et lembis e caudice cauato factis i) et vtribus, milites tranſitum prohibentes, Bulgaros, inquam, et Romanos, et qui ‘cum ipſis erant, ſtatim debellarunt, ac duces ipſorum, Baſilium Apocapem et Nicephorum Botaniatem, captiuos abduxere, omnemque ad Iſtrum planitiem complerunt. Excreuerat enim natio, vt ii, qui viderant, confirmabant, ad ſexcenta bellicoſorum virorum millia k). Et quaedam haud minima pars ipſorum diuiſa vſque ad Theſſalonicam et ipſam Graeciam irrupit, et obuia omnia vexauit, diripuitque, infinita abacta praeda: ſed cum in vehementem hiemem incidiſſent, quando ad ſuos redibat, non ſolum aliena, ſed etiam ſua fere omnia amiſit, et infortunio accepto in caſtra reuerſa eſt.

§. 7.

β) Imperator autem de eorum multitudine certior factus, cruciabatur animo, et aegre ferebat, exercitum tamen cogere et ido-

eorum, qui arma ferre poſſent, vltra ſexaginta millia fuiſſe. Inde progreſſi, ex Macedonia praedas agebant, et in Graeciam vſque penetrabant. GLYCAS. *Vzica natio verſus occidentem, quae inter Scythas numeratur, et Patzinacarum facile nobiliſſima eſt, cum Iſtrum traiecit, incurſionem hoſtilem Romanis longe grauiſſimam minitata.*

β) ZON.: *Quae etſi imperatori moleſta erant, tamen conſcribere copias negligebat, ne obbium impenderet: ſed prae ſe ferebat, gentem illam eſſe inſuperabilem. Itaque per legatos miſſis muneribus, pacem a ducibus illorum redimere parabat.*

h) — το των Οὐζων ἔθνος (γενος δε και ὀυτοι Σκυθικον, και των Πατζινακων ευγενεστερον τε και πολυπληθεστερον). Zon. — (Σκυθαι και τουτο ἐστι των Πατζινακων, και κατα γενος ὑπεροχην και κατα πληθος ὑπερβολην παρα τοις Σκυθικοις προτιμωμενον ἐθνεσι). Glyc., ἔθνος Οὐζικον. Σκυθαι δε ὀυτοι, και των Πατζινακων ἐυγενεστεροι.

i) ξυλοις μικροις και λεμβοις αὐτοσχεδιοις.

k) ὡς ἑξηκοντα μυριαδας μαχιμων ἀνδρων. ita et Glycas, ſed Zonaras, ὑπο ἑξηκοντα χιλιαδας.

Imp. CONSTANTINO *Duca.*

a. C. 1065.

idoneas copias contra ipſos mittere cunctabatur, ac ſegnis erat, vt quidam aiebant, ſumtibus parcens (erat enim, vt diximus, auarus, et nummum omnibus rebus anteponebat); vt vero alii; quod non confideret, aduerſus tantas vires poſſe acie decertare: omnes enim aſſerebant aduerſariorum multitudinem inexpugnabilem, omnibusque impoſſibilis redemtio ducum videbatur [l]), et de migratione iam plures cogitabant.

Imperator autem, miſſis legatis ad principes nationis [m]), tentabat, ſi factu poſſibile eſſet, ipſos abducere et ſibi conciliare multis miſſis muneribus, quibus delinirentur, atque adeo aliquos ex ipſis crebris beneficiis exceperat. Sed natio maxima, et idcirco quotidie irruptionem faciens, vt ſtipendium illud haberet in multas Bulgariae partes, iam ipſam quoque Thraciam et Macedoniam opprimebat [n]).

§. 8.

y) Non ferens autem conuicia imperator, quod ab omnibus palam vt auarus atque ſordidus inceſſebatur, et accuſabatur, regia vrbe egreſſus, ad locum, qui Choerobachi vocatur, caſtra ponit, haud plures centum et quinquaginta militibus ſecum adducens. ex quo plures admirari, quomodo cum hiſce homunculis aduerſus tantam multitudinem congredi auderet. Verum cum ille in

y) ZON.: *Non ferens — adducens. Enimuero de conſcribendis copiis ſolicito, gentis illius ſubitum nunciatur excidium. Nam cum ſaeuiſſima peſtilentia grauiter afflicta eſſet, Patzinacae et Bulgari finitimi debilitatam aggreſſi, funditus deleuerunt, ducibus cum paucis aegre vltra Iſtrum elapſis. Fuit autem tota res diuinae potentiae opus. Nam imperator, omni humana ope deſperata, ad Deum confugerat, cum lacrimis et animi ſubmiſſione illius auxilium efflagitans. Haec ſexto imperii eius*

l) καὶ ἀμήχανος ἐδόκει πᾶσιν ἡ λύτρωσις.

m) πρὸς τοὺς ἐθνάρχας αὐτῶν.

n) μέγιστον δὲ ἔθνος ὂν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς πορισμὸν ὁσημέραι ἐκῤῥηγνύμενον, ἐν πολλοῖς μέρεσι τὴν Βουλγαρίαν ἤδη δὲ τήν τε Θρᾴκην καὶ τὴν Μακεδ. συνέθλιβε.

in huiuscemodi apparatu verſaretur, ac de cogendo exercitu conſuleret: quidam ad ipſum accurrentes acceſſere, atque duces redemtos nunciarunt, et totius nationis interitum, aſſerentes, duces ipſorum conſcenſis nauigiis Iſtrum transmiſiſſe, reliquam vero fame ac peſte et a finitimis Bulgaris et Patzinacis debellatam funditus interiiſſe, Deo omne illud opus procurante. fertur enim imperator deſperatis rebus indixiſſe ieiunium et ſibi et populo, et aſſiduus ſupplicationes adhibuiſſe, ipſe pedes ſimul cum lacrimis incedens et contrito corde. Qua die conſpecta eſt in Tzurulo ab Vzis in tabernaculis commorantibus 'militum multitudo in acie emicare *) et cum ſumma feſtinatione crebra contra ipſos tela iacere, ita, vt ex ipſis nemo illaeſus remanſerit, quin vulnus acceperit.

§. 9.

Imperator autem, Deo ſacrificio cum gratiarum actione peracto, recta ad regiam vrbem ſe contulit, quam reperit admirationis ac ſtuporis plenam, votaque Deo pro accepta ſalute perſoluentem, verum omnes, quod factum erat, diuinum miraculum cenſentes, imperatoris erga Deum pietati adſcribebant, quod virtute et non vitio; aut potentia imperatoris, ſed religione, Deus ipſe flexus eſſet.

Poſt huiuscemodi cladem quidam ex ipſis ad imperatorem ſe contulere, 'a quo acceptis agris publicis Macedoniae Romanis ſtete-

anno acta ſunt, quem magnus terrae motus die XXIII. menſis Septembris antaceſſit. GLYCAS: *Cum* [iis, quae ad §. 6. attuli, ſubiunguntur] *ea de re certior factus fuiſſet imperator, homo pecuniarum auidiſſimus, qui vel obolum quantiuis aeſtimaret, exercitu ſatis amplo nequaquam inſtructus, Choerob.* — adducens. *Attamen ipſius mandato cuncti ieiuniis, precibus, ſupplicationibus Deum placare iuſſi ſunt. quae res effecit, vt non multo poſt de barbarorum exitio, qui fame ac peſte beneficio diuinae prouidentiae confecti perierant, nuncius adferretur. Acciderunt haec anno* —.

*) πλῆθος στρατιωτικὸν ἐπιστὰν ἑωρᾶτο.

Imp. RO-MANO Diog.

a. C. 1065.

ſteterunt p), et ſocii ipſorum atque eis obedientes hactenus fuere, honoribus ſenatoriis atque illuſtribus dignati. Agebatur autem tunc annus ſextus imperanti Duci, indictione tertia, anno VI. MDLXXIII. ab orbe condito.

§. 10.

Imp. ROMANO Diog.

Imp. ROMANO *Diogene.*

a. C. 1068—1071. q)

8. [IMPERATOR Romanus Diogenes ſub initium imperii Turcorum impetum repreſſurus] adduxit exercitum, non qualem decebat Romanorum imperatorem, ſed qualem praeſens occaſio praebuit ex Macedonibus, et Bulgaris, et Cappadocibus, et Vzis et aliis, vt fors tulerat, nationibus. —

§. 11.

9. IMPERATOR [Turcis eius exercitum ad Melytenem adortis] ſeruatus, — ad Chalep regionem cum omni exercitu caſtra poſuit, et antequam de equo deſcenderet, Scythas et Romanorum haud paucos praedatum agros miſit. quod factum eſt, et adducti ſunt viri multi et mulieres multaque iumenta.

§. 12.

10. [INITO cum Turcis non procul Caeſarea proelio, eos in fugam vertit imperator] accedentibus autem militibus et Scytharum mercenariis, Vzis, inquam r), haud exigua Turcorum cohors in Romanos invaſit

p) χωραν λαβοντες δημοσιαν απο της Μακεδονικης, τω Ρωμαιων εφρονησαν.

8. SCYLITZES p. 823. Cfr *Turcica* §. 76.

q) Sunt Anni imperii Romani Diogenis.

9. Id. p. 825. Cfr. *Turcica* §. 81.

10. Id. p. 830. Cfr. *Turcica* §. 85.

r) τα μισθοφορικα των Σκυθων, των Ουζων φημι.

uaſit, quos excipientes relicti ad cuſtodiam milites et ante omnes Franci — abunde proeliati fuderunt.

§. 13.

[AVGVSTVS vbi Theodoſiopolin venit] iuſſit ſingulos duo- 11.
rum menſium cibaria ſecum ferre, tanquam per incultam et ſoli-
tariam regionem iter facturos. Cum omnes imperata feciſſent,
mercenarios Vzos et Francos cum Ruſelio — ad Chliat praedatum
miſit. — Profectus [breui poſt cum manu haud exigua magiſter
Ioſephus] Trachaniotes ad Chliat, opem laturus Vzis et Francis
et omni mercenario exercitui. Audierat enim imperator, multitudi-
nem numero infinitam aduerſus ipſos venire. —

§. 14.

δ) VRBE Matziciert deditione ab imperatore capta] ᶜpars quae- 12.
dam Vzorum duce quodam nomine *Tame* s), et exercitus, cui
Tornicius Cotetzes praeerat, ad hoſtes confluxit. quod haud me-
diocrem ſolicitudinem Romanis attulit, ſuſpicantibus reliquas nati-
ones ſibi inimicas. — Imperator [dum duces Chliato reuocatos
adhuc exſpectat] inſtructo ad proelium in poſterum diem exercitu,
ſuas res componebat, adhuc intra regium tabernaculum conſiſtens:
ᶜquando a Scyhis, Vzis inquam, qui cum ipſo erant, metu libe-
ratus, conſueto iureiurando ipſum confirmauit. t)

Sub

δ) ZONARAS: — *Mane Vzorum quaedam cohors ad Turcos transfugit, ᶜatque eos etiam Vzos, qui manſerant, ſuſpectos fecit.* (ὅπερ οὐκ εἰς μικραν ἀγωνιαν τους Ῥωμαιους ἐνεβαλεν, ὑποπτευοντας και το λοιπον ἐθνος ὡς πολεμιον).

11. SCYLITZES p. 837. cf. *Turcica* §. 93.

12. Id. p. 839. Zonaras p. 282. cf. *Turcica* §. 95.

s) μοιρα τις Οὐζικη ἐξαρχον ἐχουσα Ταμην τινα, οὑτως ὀνομαζομενον.

t) ὁποτε και το ἐκ των συνοντων Σκυθων, των Οὐζων φημι, δεος ἀφοσιωσαμενος, ὁρκῳ συνηθει της αὐτης θρησκειας αὐτους κατησφαλισατο.

Sub
Michaele Duca et Nicephoro Botan. nulla fit Vzorum mentio.

§. 15.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

Imp. ALEXIO I. *Comneno.*

a. C. 1081—1118. v)

13. [BELLO Normannico feruente, pars Romani exercitus per imprudentiam fauces ad Lariſſam, quae proprio nomine Palatium Domenici vocabantur, ingreſſa, cum a Baimundo premeretur,] Vzas, — appellationem a genere ſortitus x), vir fortitudinis laude inclytus, et clypeum dextraque ſciens laeuaque vibrare (, item vt Hector ille Homericus, in ipſo anguſtiarum egreſſu cum a dextris, quo forte pronus erat currentium impetus, inopinato declinaſſet paululum, in Latinum proxime ſequentem inſurrexit vaſto ictu, ex quo ille in caput praeceps ſtatim afflictus in terram eſt. At Baimundus inſecutus Romanos eſt vſque ad flumen Salabriam. Caeterum idem, cuius meminimus, Vzas inter fugiendum ſigniferum Baimundi haſta percuſſit, ſignumque ipſi de manibus extortum circumduxit inclinauitque terram verſus. Turbauit ea res Latinos, quibus vexillum peculiare ſummi ducis e recto inclinarum infortunii ipſi oblati ſignum eſſe ſolet. De regione inſtitutae viae ea illos perturbatio dimouit. Omiſſis ergo Romanis, alio itinere Tricala abeunt.

14. [CVM ad riuum quendam non procul ab Iſtro proelio cum Patzinacis decertare pararet Alexius,] in dextro cornu auxiliares ex ſociis gentibus Vzae parebant.

15. [PROELIO iterum cum Patzinacis commiſſo,] Monaſtras, Vzas et Syneſius, viri omnes fortes et peritiſſimi rei bellicae, ne ipſi quidem poſtremi proelii participes, Rhuſium venere.

13. ANNA COMNENA p. 142.

v) *Anni imperii Alexii* I. Comneni.

x) Οὐζᾶς δὲ τὴν κλῆσιν φερώνυμον ἐκ τοῦ γένους λαχών. *Ab Vzorum* gente oriundus. Vzae, *Sarmatae*, qui forte idem cum hoc noſtro, meminit *Anna* p. 281. quem locum in *Comanicis* §. 22. attuli.

14. ANNA COMN. p. 195. Cfr *Patzinacica* §. 87.

15. Ead. p. 212. Cfr *Patzin.* §. 102.

IMPERATOR licentiſſime palantes tota paſſim planitie innumerabiles equos barbarorum — abigere meditans, arceſſitos Vzam et Monaſtram iuſſit cum lectis equitibus — Scythas a tergo adoriri, progredique in planitiem equis et iumentis, quae in ea paſcebant, omnibus vna cum paſtoribus prae ſe abactis. 16.

[CVM proelium cum Patzinacis Alexium inire Comani cogerent,] ad eorumdem Comanorum laeuam conſtitutus Vzas eſt. 17.

§. 16.

[SVLTANVS Clitziaſthlanes proelio a Romanis victus, cum in ſacellum quoddam confugeret:] eo illum perſecuti tres Scythae ſunt et Vzae filius. Hic in arcto Sultanus deprehenſus exſiluit ad fugam — et ipſe quidem euaſit: at eius pocillator magni loco muneris imperatori oblatus eſt. 18.

§. 17.

EST haec, quae iam a nobis *Ozolimna* nominatur, palus plane ampliſſima, ſiue traiectus, ſiue circuitus menſuram ſpectes —. Sita eſt ſupra *Centum colles* z): in eamque maximi ſimul et pulcherrimi confluunt fluuii. — Caeterum Ozolimnae vocabulum — non a tetro quodam, quem haec palus inhalet, odore —; ſed ab Vnnico exercitu circa nundinante a) et ad ripas eius metante caſtra — tractum eſt: 'quoniam, *quos Vnnos* dicimus, *vulgaris agreſtium ac plebeiorum lingua Vzos ſolet appellare* b). Inde pu- 19.

16. Ead. p. 213, 214. Cfr. *Patzin.* *§. 103.*

17. ANNA COMN. p. 232. Cfr *Patzin. §. 123.*

18. Ead. p. 476. Cfr. *Turcica §. 244.*

19. Ead. p. 201. Locum integrum vide in *Patzin. §. 87, 88.*

y) Οζολιμνη. Vid. *Patzinacica §. 88.* not. z.

z) κατω δε τον [f. των] ἑκατον βουνων ὑπερθεν.

a) Οὐννικης αυτε στρατιας (in marg. Οὐγγρικης) ἐπιφοιτησασης τῃ λιμνῃ.

b) τουτους δε τους Οὐννους Οὐζους ἡ ἰδιωτης ἀπεκαλεσε γλωσσα.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1081—1118.

to Vzolimnam primum hanc paludem nominatam, — quae hodie — Ozolimna ſonat. Tempus ſi quis quaerat denominationis huius; ſane in veteribus hiſtoriis non facile inuenietur. Expeditionum Vnnicarum mentio, quae appulſis ad paludem hanc caſtris antiquam originem nomenclationis iſtius probet. Nempe, Alexio imperante, id contigit. Tunc, inquam, Vnnorum gens, magno vndique concuſſa excitataque motu, in eum, quem dixi, locum armata confluens, ei nomen iſtud nouum fecit. Primamque talis rei memoriam hiſtoria haec noſtra complectitur. —

COMA

COMANICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE COMANIS.

Nomen et Genus Comanorum.

COMANI (Κομανοι) hoc peculiari ac proprio ſaepiſſime, interdum tamen et vago illo *Scytharum* et ſemel *Hunnorum* nomine appellantur.

De Genere Comanorum ſola Anna Comnena, licet aliud agens et quaſi in tranſitu, grauiſſimum dixit teſtimonium Eos enim et Patzinacas eadem lingua locutos eſſe (ὁμογλωττες) ait. vnde communem quandam ſtirpem fuiſſe, a qua vtraque gens orta ſit, ſatis veriſimiliter colligi poſſe videtur.

Sedes Comanorum.

DE priſcis Comanorum ſedibus et migrationibus nihil memoriae prodiderunt Scriptores Byzantini. Tempore vero Alexii I. Comneni, regiones a Danubii oſtiis inde iuxta Ponti Euxini oram ad Cherſonem, imperii Romani in Cherſoneſo Taurica limitem, et Ruſſiam vſque porrectas incoluiſſe videntur. Quouſque vero regni ipſorum fines verſus occidentem pertinuerint, de eo nihil apud ſcriptores Byzantinos relatum legimus.

Hiſtoria Comanorum.

COMANI, cum ſub initium imperii Nicephori Botaniatae a. C. 1078. Patzinacis adiuncti Adrianopolis ſuburbana igni vaſtarent, Romanis primum innotuerunt. Quo tempore Alexius I. Comnenus rerum potitus eſt a. C. 1081. rurſus a Patzinacis aduerſus Romanos euocati Iſtrum traiecerunt. Cum vero Patzinacae eos, tardius,

quip-

quippe proelio iam commiſſo, aduenientes, in praedae ſocietatem admittere nollent, Comanos pro ſociis hoſtes experti ſunt, proelioque ab iisdem ſuperati, et ad Ozolimnam paludem diu obſeſſi ſunt, donec Comani, annonae penuria patrios lares repetere cogerentur, qui breui admodum tempore interpoſito, hoſtili in Patzinacas animo reuerterunt. Tunc Alexius Comnenus, qui interea cum Patzinacis pacem fecerat, veritus, ne vtrique barbari, odio depoſito in perniciem Romanorum conſpirarent, Comanis, vt innoxii diſcederent, maximis miſſis muneribus, auctor fuit.

Patzinacae vero, ſummi illius parum memores beneficii, ſtatim poſt Comanorum diſceſſum bellum aduerſus Romanos repararunt. Quod cum aliquamdiu iam duraſſet, Comani rurſus cum quadraginta millium exercitu Iſtrum traiecerunt. His itaque in belli ſocietatem adhibitis Alexius Patzinacis exitiabilem illam cladem intulit, qua gens fere vniuerſa deleta eſt. Quo facto Comani, maximis ab imperatore muneribus affecti, in patriam remearunt.

Non diu poſt Diogenes quidam Cherſonem relegatus, e turri, in qua incluſus erat, Comanis operam praebentibus, elapſus, in terram eorum abiit. Ibi ſe Diogenem, Romani Diogenis, imperatoris quondam Romani, filium mentitus, tantum effecit, vt Comani, eum in paternum reſtituturi imperium, cum numeroſo exercitu Iſtrum traiicerent. Bello itaque aduerſus Alexium Comnenum aliquamdiu varia fortuna geſto, Diogenes quidem dolo a Romanis captus, Conſtantinopolin abductus ibique excaecatus eſt; Comani vero, bis a Romanis proelio victi, ad internecionem fere deleti ſunt. Nihilo tamen minus a. C. 1114. denuo in fines Romanorum irruperunt; ſed accedente cum exercitu Alexio fugerunt, et Romani eos vltra Iſtrum adeo perſecuti ſunt.

Poſt longum ſeptuaginta annorum de Comanis ſilentium, eorum rurſus circa a. C. 1185. Scriptores Byzantini meminerunt. Tunc enim Blachis [ſeu Bulgaris], qui temporibus illis, iugo Romanorum excuſſo, ſe in libertatem vindicarant, adiuncti Thraciam finitimasque regiones continuatis per plures annos excurſionibus igne ferroque vaſtarunt.

Cum

Cum Tatari primis imperii Ioannis Ducae annis ingenti aduerſus Europaeas gentes ruerent impetu, Comani quoque, metu perterriti, natali ſolo relicto; ad gentes finitimas confugerunt. Magnus eorum numerus Iſtro ſuperato ad Romanos tranſiit, quos Ioannes Ducas benigne ſuſceptos partim in Thraciam et Macedoniam, partim in Aſiam colonos miſit, partim in legiones retulit; nonnulli etiam eorum in Dalmatia, Seruiis ſubiecti, conſederunt.

Et ab eo tempore rara eſt Comanorum memoria. Andronicus, Michaelis Palaeologi filius, circa a. C. 1327 duo eorum millia, qui defectionis agitatae et colloquii cum Tataris habiti accuſabantur, in Thaſon, Lemnon et Leſbon inſulas deportari iuſſit. cum quibus ſimul nomen Comanorum in hiſtoria Byzantina euaneſcit.

Viri inter Comanos illuſtres.

	Tagortac (Ταγοϱταχ).	duces militiae Comanicae, a. C. 1083 — 1096.
	Maniac (Μανιαχ).	
antea	*Tagortas* (Ταγοϱτας, idem forte, qui *Tagortac* vocabatur).	
	Citzes (Κιτζης).	

Sitzigan (Συτζιγαν) vir nobiliſſimo loco ortus, qui ad Romanos tranſiens baptizatus et *Syrgiannes* poſtea nominatus eſt.

Scriptores de Comanis.

Res Comanorum enarrarunt Ioannes Scylitzes, Anna Comnena, Georgius Acropolita, Nicetas Choniates, Georgius Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Ioannes Cantacuzenus et Georgius Codinus

Bis eorum ſub Nicephoro Botaniate a. C. 1078., quae antiquiſſima eſt gentis memoria, Scylitzes meminit. Res Comanorum ſub Alexio I. Comneno geſtas Anna Comnena, eaque ſola, copioſe perſecuta eſt. Irruptiones eorum ſub Iſaacio et Alexio Angelis in fines Romanorum factas Nicetas Choniates et Georgius Acropolita enarrarunt; ſemel earum etiam meminit Codinus.

Quae de bellis cum Bulgaris contra Romanos geſtis narrantur, ea maximam partem omiſi, cum eadem iam in Bulgaricis, quo propius pertinent, attulerim. hic vero ea tantum dedi, quae de illis vel ſub Comanorum nomine referuntur, vel ad eos ſolos ſpectant. Loca tamen, quibus reliqua in Bulgaricis leguntur, indicaui.

Comanorum migrationem circa a. C. 1221. Nicephorus Gregoras et Acropolita enarrarunt. De rebus eorum ſub Michaele Palaeologo eiusque filio Andronico geſtis Nicephorus Gregoras, Pachymeres et Cantacuzenus memoriae prodiderunt.

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT. I. *Res Comanorum cum Patzinacis contra Romanos, et cum Romanis contra Patzinacas geſtae; inopinatus eorum in patriam reditus; noui motus; ab a. C. 1078 -- 1096.*

§. 1. Patzinacae et Comani multis ad Adrianopolin domibus exuſtis abeunt.
§. 2. Leo Diabatenus Meſembriae cum Patzinacis et Comanis foedus percutit.
§. 3. Tatus Patzinacarum dux, Comanorum corrogatum auxilia Driſtra abit.
§. 4. Comani a Patzinacis in praedae ſocietatem non admiſſi, his arma inferunt, victos ad Ozolimnam diu obſident, annonae penuria coacti domum abeunt.
§. 5. Alexius ob nunciatum Comanorum ad Iſtrum reditum, cum Patzinacis pacem facit, Comanis, vt pacifice diſcedant, perſuadet.
§. 6. Comanos ad Iſtrum reuerſos ſibi aduerſus Patzinacas foedifragos ſocios adiungit, quorum ope illos ad internecionem caedit.
§. 7. Comani plerique noctu, inſalutato imperatore, diſcedunt; Alexius ad fugaces munera iis antea promiſſa mittit, reliquos benigne habitos domum deducendos curat.
§. 8. Comani rebus nouis ſtudere nunciantur.

CAPVT II. *Comanorum in Romanos expeditio, auctore Pſeudodiogene ſuſcepta; Adrianopolis ab ipſis oppu-*

 oppu-

oppugnata ; Pſeudodiogenes dolo a Romanis captus; Comani duobus proeliis a Romanis victi ; a. C. 1096.

§. 9. Diogenes Cherſone in carcere detentus, Comanorum ope inde elapſus, et in eorum terram deductus, imperator ab ipſis ſalutatur ; expeditionem parant ; Alexius exercitum inſtruit.

§. 10. Comani cum Pſeudodiogene ad Iſtrum veniunt ; Alexius cum ducibus deliberat de bello, montium fauces praeſidiis firmat.

§. 11. Comanis Iſtrum transgreſſis, Alexius Anchialum occupat.

§. 12. Comani Adrianopolin petituri nunciantur; copias Bryennio duce eo mittit Alexius.

§. 13. Comani iugum [Haemi] transgreſſi, ducibus Blachis, vrbes deditione capiunt ; Anchialum contendunt, leui ibi proelio vincuntur.

§. 14. Anchialo relicta, auctore Pſeudodiogene, Adrianopolin petunt, ibi caſtra locant.

§. 15. Nicephorus Bryennius cum Pſeudodiogene e muro collocutus, eum vt impoſtorem abire iubet.

§. 16. ſubſidio vrbi ab Alexio ſubmiſſas copias Comani recedere cogunt.

§. 17. Adrianopolitani eruptionem faciunt ; pugna commiſſa vtrimque multi cadunt.

§. 18. Pſeudodiogenes Alacaſei cuiusdam dolo in arcem Putzam cum paucis Comanorum pellectus, Comanis nocte occiſis, capitur ; CPlin abductus excaecatur.

§. 19 Comanorum XII. M. proelio adortus Alexius, maximam partem caedit, reliquos vel capit, vel in fugam coniicit.

§. 20. Praeda tunc recepta, dominis redditur.

§. 21. Comanorum optimates imperatorem adeunt, foedus cum eo iungendi ſpecie ; quarta nocte clam elapſi patriam verſus fugiunt.

§. 22. Alexius Comanorum exercitum ad Abilebum nactus, praelioque adortus vincit ; multos in fuga occidunt vel capiunt Romani ; Alexius CPlin redit.

§. 23.

§. 23. Copias Romanas circa Iſtrum Comanis et Dacis, aſſidue irruptiones meditantibus, obiectae.

CAPVT. III. *Iteratae Comanorum in prouincias Romanas irruptiones, auctoribus inprimis Blachis [Bulgaris] factae; gentis, a Tataris vexatae, migratio, qua X. M. eorum in ſolum Rom. veniunt; reliqua Comanorum geſta; ab a. C. 1114 vsque ad a. C. 1327.*

§. 24. Fama nouae Comanorum irruptionis percrebeſcente, Alexius copias vndique cogit, eas certis ſtationibus per vrbes ac regionem Iſtro finitimam diſponit.

§. 25. Comani Iſtrum traiiciunt, imperatoris contra ipſos vadentis nuncio accepto, per Iſtrum retrocedunt; Romani et ipſi Iſtrum transgreſſi, hoſtibus non deprehenſis reuertuntur.

§. 26. Bulgari [Blachi] Iſaacio Ang. imperante rebellantes, ſubito ab eo oppreſſi diſſipantur, multi ad Scythas [Comanos] fugiunt, cum auxiliis Scythicis reuertuntur.

§. 27. Blachi et Comani Romanas prouincias igni ferroque vaſtant, impune.

§. 28. Alexio Ang. imperante Scythae, nemine reſiſtente, per Macedoniam graſſantur caede ac ſanguine.

§. 29. Blachi et Comani Thraciam depraedantur; Ruſſi et inprimis Calitzae princeps, Romanus, incurſionibus in terram Comanorum factis, eos a Romanis vexandis abſtinere cogunt.

§. 30. Idem Romanus Comanos, Ruricae, Ciabae principis, ſocios, caedit.

§. 31. Comani Tatarorum impreſſione perterriti, X. M. Iſtro traiecto in Thraciam veniunt, quibus Ioannes Ducas in Europa et Aſia ſedes aſſignat.

§. 32. Aegypti et Arabiae Sultanus, Comanus genere, cum Michaele Pal. foedus percutit, et ſuis Scythas Europaeos ad Tanain et Maeotidem paludem nauibus adeundi facultatem impetrat.

§. 33. Comani Michaeli Pal. aduerſus Michaelem Epiri deſpotam militant; indigna eorum facinora.

§. 34. Vxor Pannoniae regis e Comanis captiua.

§. 35. Terteres, Bulg. princeps a Comanis oriundus.

§. 36. Syrgiannes vir plurimum apud Andronicum Sen. gratia valens, a Comanis genus ducebat.

§. 37 Stephanus Seruiorum rex, ob Comanica auxilia non remiſſa, expoſtulatum ad Andronicum ſen. legatum mittit.

§. 38. Michael Bulg. rex a Bulgaris et Comanis oriundus.

§. 39. II. M. Comanorum, clandeſtini cum Scythis [Tataris] colloquii accuſati, iuſſu Andronici ſen. in Lemnon, Thaſon et Leſbon inſulas deportantur.

* * *

§. 40. Comani, [vrbis Comanae in Cappadocia incolae] de ſtipendiis ſibi debitis legatos ad Sultanum Muhammedem II. mittunt.

COMANICORVM

CAPVT I.

Res Comanorum cum Patzinacis contra Romanos, et cum Romanis contra Patzinacas geſtae; inopinatus eorum in patriam reditus, noui motus; ab a. C. 1078. vſque ad a. C. 1026.

§. 1.

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

Imp. NICEPHORO *Bot.*

a. C. 1078.[a])

INTEREA — dum exercitus [Nicephori Botaniatae] in expeditione aduerſus Baſilacium [primum praeſidem, qui ſub initia Nicephori rebellauerat] occupabatur; Patzinaci cum Comanis coniuncti [b]), Adrianopolin inuaſere, irati quod a Bryennio [qui ipſe quoque rebellionem fecerat] quidam ex ipſis interfecti fuerant. Succenſa igitur pyra, multas ibi domos combuſſere, nullaque rememoratu digna geſta reuerſi ſunt. 1.

§. 2.

1. IOANNES SCYLITZES (Cedren. T. II.) p. 866.

a) Hoc anno d. 25. Martii imperator ritu ſolemni renunciatus eſt Nicephorus Botaniates. Baſilacium vero ſub ipſum imperii eius initium rebellaſſe, e ſerie narrationis Scylitzae apparet.

b) Πατζινάκοι ἅμα καὶ Κόμανοι.

Imp. NICEPHORO *Bot.*

a. C. 1078.

§. 2.

2. LEO vero Diabatenus in Meſembriam miſſus, res illic moderabatur, et cum Patzinacis et Comanis percuſſo foedere conſenſit.

§. 3.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

Imp. ALEXIO I. *Comneno.*

a. C. 1083—1096. c)

3. [BELLO Patzinacico cum Alexius Driſtram expugnaſſet;] arces reſtabant duae, quas cognati cuiusdam Tati, ducis Scytharum, paulo ante id ad corroganda Comanorum aliorumque Scytharum auxilia profecti, cum praeſidio tenebant d).

§. 4.

4. [CONSERTO cum Romanis proelio, cum Patzinacae victores diſceſſiſſent,] peruenit ad Iſtrum Tatus cum iis, quos collegerat, auxiliaribus Comanis. [Qui cum, a Patzinacis, vt in praedae ſocietatem admitterentur, petentes, repulſam tuliſſent; eos] magno et atroci adorti proelio, vicerunt, reliquiis eorum aegre ad Ozolimnam ſe recipientibus. vbi, circumſidentibus Comanis, diu manſerunt in anguſtiis [Patzinacae], prodire metu hoſtium non auſi. Caeterum Comani cum diu Scythas ad Ozolimnae ripas obſediſſent, penuria coacti commeatuum, ad ſua redierunt, vt annona parata, expeditionem rurſus contra Scythas ſuſciperent e).

§. 5.

2. SCYLITZES p. 867.
3. ANNA COMNENA p. 194.

c) Cfr *Patzinacica* §. 69. not. g.

d) Locum integrum vide in *Patzinacicis* §. 81.

4. ANNA COMN. p. 200, 201.

e) Quem hic excerptum dedi, integrum vide locum in *Patzinacicis* §. 87—89.

a. C. 1083—1196.

Imp. Alexio I. Comn.

§. 5.

[ALEXIVS, cognito, Scythas circa locum Marcellam dictum 5
caſtra metatos eſſe,] cum etiam didiciſſet, eſſe in itinere Comanos, exſpectarique reditum eorum, veritus eſt, ne facile contracta inter ſe pace vtrique barbari, conſenſu incumberent in perniciem Romanae rei. Miſit ergo Syneſium [pacem cum Scythis iuncturum. Cogitabat enim] aduerſus imminentes Comanos, ſi ad Iſtrum, quod fama erat, denuo mouerent, irrumpereque in Romanos conarentur fines, horum praeſidio Scytharum ad tutanda oſtia vti.

[Pace itaque cum Scythis ex voluntate imperatoris reſtituta; cum Comani reuerſi ab imperatore peterent, vt ſibi per eum Scythas aggredi liceret: imperator id quidem renuit, ſimulque, vt domum abirent, iis perſuaſit].

§. 6.

[PATZINACAE cum diſceſſu Comanorum metu liberati bellum 6.
reparaſſent, idque iam per aliquot annos duraret. Alexio cum magno exercitu ad Choerenum caſtra habenti] haud laetum ſpectaculum offertur noui exercitus barbarici, Comanorum facile quadraginta millium, qui aduentantes apparere iam coeperant in conſpectu caſtrorum Romanorum, quartum poſt diem, quam in ea venerat Auguſtus. [Qui ne ſe Patzinacis in perniciem Romanorum ſocios adderent, veritus,] miſit qui eorum duces ſuo nomine ad colloquium inuitarent. Adfuere cum alii frequentes, tum primi omnium *Tagortas* et *Maniaco* f), non paucis comitati fortiſſimis ac ſummae inter Comanos dignitatis viris [His ſibi iunctis foedere, imperator eorum maxime voluntate, Patzinacas proelio adortus, fere omnes deleuit].

§. 7.

5. Eadem p. 202. Cfr. *Patzinac.* §. 91—93.

6. Ead. p. 228—234. Locum integrum in *Patzin.* §. 116—125. dedi.

f) ὁ Ταγορτακ, ὁ Μανιακ. p. 232. Anna Patzinacas et Comanos ὁμογλωττας dicit. vid. *Patzin.* §. 123. ibique not. y.

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

a. C. 1083 — 1096.

§. 7.

7. EADEM ipſa nocte [quae proelium hoc, cladem que Patzinacarum ſecuta eſt] neſcio quid nocturnae fraudis ab imperatore veriti g), plerique Comanorum, praeda omni ſecum ſumta, iter arripuere Danubium verſus. Ipſe Auguſtus prima luce 'migrationem indixit, tot cadauerum foetorem et facilem in tanta tabis vicinia peſtilentiam cauens. Locus lectus nouis caſtris fuit is h), cui a pulchris arboribus nomen eſt, ſtadiis octodecim a Choerenis diſtans. Eo tendentem imperatorem aſſecutus Meliſſenus — victorem ſalutauit —

Inter haec appulſo imperatori ad pulchras arbores ſero demum nunciatur fuga Comanorum. 'At ille praemiorum fidem, quae ipſis ante pugnam exceperat, nihil iſta inciuilitate ſubiti diſceſſus infringendum ſtatuens, eadem hora mulos oneratos mercedibus poſt fugaces miſit i): agaſonibus imperans, vt quam maxima poſſent celeritate veſtigiis ipſorum inſiſterent, 'certi non redire, niſi deprehenſis vel vltra Danubium barbaris deſtinata munera in manus traderent k). Adeo graue ipſi planeque intolerandum videbatur, non modo in fraude ac perfidia reuera deprehendi, verum etiam in qualemcunque tantae labis ſuſpicionem incidere. — Haec 'erga fugaces Comanos l) ita conſtituit.

'Alios ex ea gente, qui remanſerant, et ſecuti caſtra mutantem imperatorem erant m), regio per diem reliquum conuiuio excepit. Nec repraeſentare promiſſa praemia tum temulentis voluit: at poſtridie, vbi crapulam edormierant, et vini vapore ſomni beneficio diſ-

7. ANNA COMN. p. 235.

g) Forte, ne idem ipſis, quod Patzinacorum captiuis, qui ea nocte Syneſio auctore, contra imperatoris mandatum, vniuerſi prope occiſi ſunt, accideret.

h) φεύγων τὴν τῶν νεκρῶν σωμάτων δυσωδίαν ἄπαρας ἐκεῖθεν ἤρχετο ἐπί τινα τόπον cet.

i) ὅπως τούτοις ἄρτι περὶ λύτρων τῶν συμφωνηθέντων αὐτοῖς, ἐπειδὴ ἐν ἡμιόνοις ἀπέστειλε πρὸς αὐτούς.

k) — καὶ περαθεῖεν ἂν δυνηθεῖεν διαβάσεως, καὶ δοῦναι τὰ ἀποσταλέντα.

l) περὶ τῶν φυγόντων.

m) τοὺς δέ γε λοιποὺς ἐξεκόμισεν αὐτῷ.

diſcuſſo, eo iam ſtatu erant, vt liberalitatis ſenſum capere poſſent, conuocatis ad ſe omnibus, non ea ſolum, quae pollicitus ipſis erat, cum fide omnia perſoluit; ſed plura praeterea munifice admenſus eſt. 'vnum ab eis viciſſim exigens, nempe ne in reditu, ad quem ſe accingebant, vicos vrbeſue Romanae ditionis diriperent obiter, aut quoquomodo infeſtarent. Quam ad rem, non contentus praeſenti aſſenſu, etiam pignora in futuri fidem ex ipſis obſides accepit [n]). Quibus et viciſſim ſecuritatem itineris petentibus 'virum fortitudine ac prudentia praeſtantem, Ioannacem, aſſignauit viae comitem et neceſſariorum ipſis ac commodorum prouiſorem diſpenſatoremque omnium', quoad Comanorum iugum, metam itineris, incolumes attigiſſent [o]). Sic omnibus ad plenum exſolutis officii partibus ipſe victor ac tropaeis fulgens ſub deſinentem Maium Byzantium rediit.

§. 8.

[NON adeo diu poſt] duplex, neuter laetus, increbeſcens nuncius; alter expeditionis infeſtae Comanorum; Bodinum alter et Dalmatas nouis rebus ſtudere, et irruptionem in noſtros fines meditari ferens, in ancipitem diſtraxit curam imperatoris animum, non ſatis expedientem, vtri prius periculo videretur occurrendum. Vicit pars Dalmatas praeferens.— 8.

n) σκεψαμενος δε ἱνα ἀπολυσῃ τουτους οἰκαδε ἐβουλετο, μη ἐν τῳ ἀπιεναι ἐις προνομην σκεδασθεντες ὀυ μικραν ταις παρα [marg. κατα] την ὁδον παρακειμεναις κωμοπολεσι την βλαβην ἐπαξουσιν, ὁμηρους ἐξ ἀυτων λαμβανει.

o) διδωσιν ἀυτοις τον Ιωαννακην. ἀνηρ δε ὀυτος ἀνδρεια και φρονησει διαφερων, την των ἀπαντων ὀικονομιαν διαθεμενος, και την μεχρις ἀυτου τα ζυγα των Κομανων ἐυθετησιν.

8. ANNA COMN. p. 236.

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

CAPVT II.

Comanorum in Romanos expeditio, auctore Pſeudodiogene ſuſcepta; Adrianopolis ab ipſis oppugnata; Pſeudodiogenes dolo a Romanis captus; Comani duobus proeliis victi; a. C. 1096.

§. 9.

a. C. 1096. a)

9. [DIOGENES e faece caſtrenſi quidam homo nihili, qui ſe Diogenem affirmaret, eius, qui olim iſto nomine imperauerat, filium, rebellionem molitus, Cherſonem b) relegatur.] Ibi turre concluſus, de nocte ſurgens, deque feneſtra deſpectans c), ſermonem ſaepius contulit cum Comanis, commercii parandaeque annonae cauſa illuc ventitantibus. Tandem fide vtrimque data, per funem, Comanis iuuantibus, ad ipſos delabitur, cum iisque ad terras ipſorum delatus, ibidemque commoratus aliquamdiu, tantum apud barbaros ſibi fecit fidei, vt imperator ab ipſis acclamaretur.

Hinc porro iidem illi ſitientes humani ſanguinis, et inflammata cupiditate concitati, tum explendae ingluuiei hominum carnibus

9. ANNA COMNENA p. 272.

a) Hoc circiter anno, quem ad p. 283. Cangius ſupplet, vel certe non multo ante Comanorum irruptio accidiſſe videtur.

b) Vrbs in Cherſoneſo Taurica, ad imperii Rom. limitem ſita. de qua cfr Procop. de Aediff. L. 3. c. 7. p. 63.

c) ἀνερχόμενος διὰ τε τείχυς καὶ προκύπτων.

nibus. ‘tum praedis ac ſpoliis ex Romana ditione patriam inopiam ſupplendi, expeditionem in Romanos adornabant, plauſibilem ſe nactos occaſionem rati ac praetextum fœnei huius videlicet Auguſti paternum in thronum reſtituendi d). Arcanum iſtud tamen conſilium habebant. ‘fruſtra id quidem; imperatore quamuis abſtruſa penetrante. Ergo ille quam maximas poteſt copias inſtruit, armatque, caeteraque parat, quae ad reſiſtendum Comanis putat opportuna e). ‘Valles enim anguſtas in limitibus, quae cliſuras ſiue clauſtra lingua vulgaris vocitat f), vt diximus, praeſidiis praeoccupauit.

§. 10.

‘Cum autem aliquanto poſt tempore apta expeditionibus tempeſtate g), in adiacentes Iſtro regiones veniſſe Comanorum exercitum ‘vna cum Pſeudodiogene h) didiciſſet imperator: praecipuos duces exercitus cognatosque ac neceſſarios ſuos omnes conuocat, cum iisque deliberat: Ecquid in occurſum Comanorum i) prodire cum exercitu e re foret. Negantibus omnibus, cum Auguſtum verecundia non fineret ſuam vnius ſequi ſententiam, Deo permittendum rei arbitrium putauit. Ducibus igitur ac tribunis ſacerdotibusque ſimul vniuerſis ad ſe vocatis, cum iis veſpere ad magnam Dei eccleſiam ſe confert, Patriarcha ipſo praeſente Nicolao (nam is patriarchicum iam thronum aſcenderat, indictione ſeptima anni ſexies milleſimi ſexcenteſimi k) nonageſimi ſecundi poſt Euſtratii Garidae abdicationem). Ibi deſcriptam in duabus tabulis interrogationem „ Prodeundum obuiam Comanis, an domi manendum eſſet

d) και λοιπον πολλην εκ της ημεδαπης επισυναξαι, πατροκλον ευρηκοτες τουτον προφασιν κατα της Ρωμαιων αυτοκρατειας χωρησαι εβουλευοντο, ως δηθεν τῳ πατρῳῳ τουτον εγκαθιδρυσαι θρονῳ.

e) ουκ ελαθε τουτο τον αυτοκρατορα. ενθεν τοι και τας δυναμεις ως δυνατον εξωπλιζε τε και προς την των βαρβαρων μαχην ητοιμαζετο.

f) τα γαρ τεμπη απερ κλεισουρας η ιδιωτις οιδε γλωσσα καλειν.

10. Ead. p. 273—275.

g) καιρου δε παρεληλυθοτος.

h) μετα τε ψευδωνυμου.

i) αυτων.

k) Quingenteſimi reſcribendum, quod in Gr. etiam eſt ςφϛβ.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1096.

ſet „ ? omnium coryphæo tradit ſupra ſacram menſam deponendam. Inde tota nocte per religioſam hymnodiam traducta, diluculo accedens qui depoſuerat, chartam recipit: delatamqe ac reſignatam coram omnibus legit. Quod recitatum eſt, non aliter, quam diuino editum oraculo, imperator accipiens, ſe totum expeditioni, quam Deus ſuadebat, apparandae dedit.

Litteris igitur quoquouerſum datis, copias vndique contrahit, paratisque ſatis omnibus ipſe Anchialum procedit m). Caeſare Nicephoro Meliſſeno et Palaeologo Georgio, nec non eius ſororis filio, Ioanne Taronita, Beroën dimiſſis, vt praeſidio eſſent tum illi vrbi, tum circumpoſitis regionibus. Ex caeteris vero ducibus tres item delegit, Dabatenum, Euphorbenum Georgium et Conſtantinum Vmpertopulum, quos, traditis vnicuique idoneis copiis, ad cuſtodiam mitteret anguſtarum faucium, quae circa iugum praebere aditum hoſtibus poſſent n). Vna ex iis Cliſuris, ſiue anguſtis vallibus, Chortarea dicitur, ad quam ipſe proceſſit imperator, indeque vniuerſum obiens luſtrauit Iugum, ſedulo explorans, an, quos ad excubias occultorum eiusmodi meatuum modo miſerat, demandata cuſtodia vigilanter fungerentur, o[illegible]raque omnia, quae ad id praeſcripſerat, perfecta iam eſſent: iis, quae comperiſſet nondum abſoluta, manum ipſe ſupremam impoſiturus, aut male inſtituta correcturus. Haec enim ſi, vt oportebat, ſe haberent, perdifficile futurum Comanis erat, illac penetrare,

§. II.

Omnibus e ſententia diſpoſitis, reuertens inde ad ſacram, quae dicitur, Paludem o) vallum figit, prope Anchialum. Eo ad impe-

l) καλως τοινυν παρασκευασμενης της κατα των Κομανων ὁδω ἀχετο. ἀπαν οὐν το στρατευμα μετακαλεσαμενος και καταλαβων την Αγχιαλον.

m) τον μεν ἰδιον γαμβρον omiſit Interpres. Cangius in Notis p. 348. *ſororis maritum*.

n) εἰς φυλακην των περι τον ζυγον διακειμενων κλεισουρων ἐκπεπομφει.

o) περι την ἱερην καλουμενην λιμνην. Cangius in Nott. p. 348. „ Iuxta Anchialum: illa forte, de qua Plinius lib. 4. cap. 11. hodie *Stagnara* „.

imperatorem de noctu venit Pudilus quidam e praecipuis Blachorum, nuncians, traiectum a Comanis eſſe Danubium. Quare primo mane proceribus aulae atque exercitus vocatis, quid opus eſſet facto, conſultabat. Cenſuere omnes, occupandum Anchialum. Paruit imperator p). ſed antequam eo pergeret, Cantacuzenum et Taticium ad Therma q), quae vocantur, miſit cum quibusdam ex auxiliaribus gentibus, Scaliario, Elcane et aliis quibusdam eximiis, vt excubarent ibi ad cuſtodiam partium illarum.

§. 12.

Vbi vero imperator comperit, impetum Comanorum ad Adrianopolin incubuiſſe, proceres ad ſe vrbis eius vniuerſos euocat. in quibus longe omnium principes habebantur Catacalo Tarchaniota et Nicephorus, Bryennii filius, olim imperio functi, ipſe ob arreptam non feliciter tyrannidem mulctatus oculis. His ad ſe Auguſtus arceſſitis ciuitatis ſuae r) cuſtodiam enixe commendabat: admonens praeterea, vt Comanis ad Adrianopoleos conſpectum promotis, non ignaue illi quidem et frigide repugnarent; verum ne nimio ſe efferri ardore ſinerent; ſed telis ac ſagittis eminus plerumque tuta e muris iaculatione fatigarent barbaros s), portis vrbis fere clauſis. Atque his mandatis ſi exacte obſequerentur, multa ipſis beneficia pollicebatur. Sic bene animatos Bryennium et alios imperator Adrianopolin remiſit. Idem porro Catacaloni Euphorbeno Conſtantino per litteras, vt, aſſumto ſecum Monaſtra (vir hic erat mixti generis ex Graecis et barbaris longo militiae vſu magnam peritiam rei bellicae adeptus) et Michaele Anema cum cohortibus amborum, ſimul penetratas a Comanis cliſuras didiciſſet, veſtigia ipſorum ſublegere pergeret: ſubitisque ex tuto impreſſionibus agmen extremum ſubinde carperet t).

§. 13.

p) Θερμα Cangius l. c. „Θρακων πολισμα Suidas. Vid. Not. ad Villhard. N. 235."

q) αυτος δε απερχεται εις Αγχιαλον.

r) τη πατριᾳ

s) μετα σκοπης και εκ διαστηματος τας κατ' εκεινων βολας ποιεισθαι.

t) και αφυμφανως αυτων αποσπασθαι.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1096.

§. 13.

Caeterum Comani, ducibus vſi Blachis ad anguſtorum perplexorumque callium flexus explicandos v) facile iugum transgreſſi, vbi primum acceſſerunt prope Goloën, ſtatim eius vrbis incolae, praefecto praeſidii ipſorum vincto et Comanis tradito, libentes et laeti cum fauſtis eos acclamationibus exceperunt. At Catacalo Conſtantinus praeſentem animo memoriam mandatorum imperatoris habens, Comanis pone aſſectandis in quosdam ipſorum incurrit e praedatione reuertentes x), in quos fortiter inuectus ad centum ex iis viuos captos ad imperatorem ducit, adeo delectatum ſtrenuitate viri, vt ſtatim eum Nobiliſſimi dignitate ornauerit.

Interim adiacentium incolae vrbium, puta Diampolis et finitimarum, perculſi nuncio occupatae a Comanis Goloës, vltro acceſſerunt, ad ſeque vocarunt barbaros, ciuitatesque ſuas ſponte ipſis dediderunt, Pſeudodiogenem Auguſtum acclamantes paſſim. Qui locis circum omnibus impune ſubiunctis ditioni ſuae, collecto omni Comanico exercitu, Anchialum recta pergit, experiri oppugnationem eius vrbis certus. Erat tum intra ipſam imperator, qui pro ea, quam continuis a pueritia expeditionibus parauerat, peritia rei militaris, cum et ſitum loci ad Comanos repellendos opportuniſſimum et munimentorum ac muri firmitatem cuiuis impreſſioni ſuſtinendae abunde parem probe noſſet, adeo ſecurus operiebatur aduentum hoſtium, vt, ſimul illi apparuere, ipſe contra portis omnibus apertis ſuos eduxerit, aciemque inſtruxerit y). Id ipſum cum ex aduerſo Comani quoque feciſſent, quidam e Romana phalange iniuſſu progreſſi obiectos ſibi barbaros circa primam ipſorum aciem vſque ad mare ipſum fuſos abegerunt z). Auguſtus

v) δια Βλαχων τας των κλεισουρων ἀτραπους μεμαθηκοτων.

x) Κομανοις ἐντυχων ἀς προνομην ἐξερχομενοις.

y) ἱνα την τε τοπου θεσιν διαγνωσας μεν Κομανοις ἀπαρυγουσαν της ὁρμης, ὀχυρωμα δε τα τειχη ὀντων, διελων τας δυναμεις, και τας πυλας ἀναπετασας τα κατα ἐξωθεν τοτε συνησπικοτας ἐλαθεν κατεστησεν.

z) περι δε το ἀλμυρον της Κομανικης παραταξεως ἐγκεκραγοτες μερη της Ρωμαϊκης Φαλαγγος, ἐτρεψαντο μεχρις αὐτης θαλασσης διωξαντες.

guſtus conſpicatus, et, nequaquam ſe ſatis numeroſum ad dimicandum plena acie habere exercitum, ſibi conſcius, 'edixit, ne quis in poſterum vltra ordines procurreret, ſed omnes tecti clypeis locum quisque ſuum et phalangis figuram tuerentur. Pari cautione Comani explicata ex aduerſo Romani exercitus acie ſua, ſtabant in veſtigiis et ipſi, tresque dies 'continuos b) in illis minis et oſtentatione vtrique manſerunt c): 'loci natura barbaros, paucitate propria Romanos deterrente a proelio vltro laceſſendo, ambobus vero fruſtra exſpectantibus, vt pugnae initium alteri facerent d).

Arcis porro huius Anchiali ſitus talis eſt. Habet a dextris mare Ponticum, ſiniſtris aſpero et vitibus implicito ac propterea non equitabili ſolo protegitur.

§. 14.

Tandem conſtantia imperatoris in loco tuendo ſatis perſpecta barbari deſperatoque ſucceſſu, aliam ſecuti viam Adrianopolin petunt, 'vanis ad id inducti promiſſionibus Pſeudodiogenis e), qui paſſim iactabat, Nicephorum Bryennium, 'Adrianopolitarum facile principem et res illic haud dubie moderantem, plane ſuum eſſe ſibique eſſe perſpectum f), ſimul 'Diogenem g) aduenisſe is reſcierit, ſtatim excepturum ipſum patentibus oſtiis obuiisque vlnis pecuniasque ac commeatus abunde praebiturum, quippe 'eius viri filium, quicum Bryennius i) olim non natura comparatam, ſed bene-

a) ἐκέλευε τὰ λοιπὰ συνησπικότας ἅπαντας ἵστασθαι. καὶ μηδένα πρόσθεν τῆς παρατάξεως.

b) ἐκ πρωΐας μέχρις ἑσπέρας.

c) τοῦτο ἐτέλεσε.

d) τῆς γε τὰ τότε θέσεως ἀπαργούσης τούτους ἐθέλοντας μάχεσθαι καὶ τοῦ μηδένα τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος προεκτρέχειν κατ' αὐτῶν.

e) ἐξαπατῶντος αὐτοὺς τοῦ ψευδωνύμου.

f) Addit haec interpres.

g) με.

h) καὶ παντοίας φιλοφροσύνης ἀξιώσαι.

i) τὸν ἐμὸν πατέρα.

Imp. ALE-
XIO I.
Comn.

a. C. 1096.

beneuolentia et virtutis ac voluntatum ſimilitudine conflatam neceſſitudinem fraternam coluiſſet k). — 'Et ea fiducia incumbebat in conſilium Adrianopolis petendae l). Sunt barbari omnes leuis inſtabilisque mentis, indeque ad quasuis ſuaſionum vices naturali quadam proprietate mobilitatis expoſiti. 'Magnificis itaque Pſeudodiogenis ſermonibus haud aegre impulſi m) Comani proficiſcuntur Adrianopolin, et extra ciuitatem caſtra locant.

Pugnatum ibi eſt continuis diebus octo ſupra quadraginta. Iuuentus enim ciuitatis eius egregie pugnax nullum diem abire patiebatur, quoad illic ſubſtitere Comani n), quin erumperent, pugnamque cum iis conſererent.

§. 15.

At Nicephorus Bryennius 'nunciis Pſeudonymi vocatus in partes, ad colloquium conſenſit. Proferensque caput e moenium turre o), vbi vocem impoſtoris audiuit: faſſus quidem eſt, ſe fraternam cum Auguſto Diogene, dum viueret, affinitatem coluiſſe, filium quoque eius praeclare ſibi et notum et carum, quoad ſuperfuerit, extitiſſe q): nam 'is r) quin apud Antiochiam interfectus ſit, nullum eſſe dubium. 'Improbe igitur atque impudenter agere eum, qui ſe alloqueretur, manifeſtum inuaſorem alieni nominis cum his confuſum exploſumque perſonatum mimum amandauit.

§. 16.

Cum vero, in tam longum tempus oppugnatione procedente, arctiora apud obſeſſos omnia fierent, ſcriptis ii ad imperatorem lit-

k) Quae ſequuntur de amore Romani Diog. erga Bryennium, ea prudens omiſi.

l) ὄυτω μεν ὀυν τα τȣ ψευδωνυμȣ τεχνασματα.

m) παθοντες τοις ἀυτȣ λογοις.

n. Id. p. 276 — 282.

n) Addit h. interpres.

o) ἐπα κατωθεν πυργȣ τȣ ψευδωνυμȣ ἐξητατο, πυργοθεν προκυψας.

p) τȣ ἀνδρος.

q) μητε ὑιον ἀυτον ἐπιγινωσκω Ρωμανȣ τȣ Διογενους.

r) ὁ ἐπ' ἀληθειᾳ ὑιος ἀυτȣ.

s) ταυτα ἀκων μετ' ἀισχυνης τῳ ὑποκριτῃ ἀποπεμψατο.

litteris auxilia petere coacti ſunt [t]. Is extemplo mandat Conſtantino Euphorbeno, vt ſelecto ſibi ‘ex copiis comitum, qui ſub ipſo erant, idoneo numero fortium militum [v], noctu Adrianopolin [x]) ingrederetur, per eam partem, quae Calathadorum dicitur. Paruit Catacalo, viamque confeſtim ingreſſus, quae ducit ‘Oreſtiadem [y], feſtinabat, ſpe optima ‘ fallendi Comanos, et, iis non aduertentibus, in vrbem ab illis obſeſſam, a parte minus cuſtodita, penetrandi [z]. verum fortuna coepto defuit. Nam odorati conſilium eius magno tum numero circum equitantes barbari, totis in eum habenis inuecti, recedere coactum etiam acriter inſecuti ſunt. Quo tempore ‘ducis eiusdem Conſtantini Catacalonis [a] filius Nicephorus, qui poſtea ſororem meam natu minorem, Mariam Porphyrogenitam in matrimonio habuit, haſtam longam ‘anſato brachio protendens [c] ſubito conuerſus eſt, et ‘primum inſtantium ipſis Scytharum [d] in aduerſo fodiens pectore, humi mortuum afflixit [e]. —

§. 17.

‘Caeterum poſt octo dies ſupra quadraginta pertaeſi obſidionis Adrianopolitani [f], iubente Nicephoro Bryennio, penes quem vniuerſa ciuitatis tum illius poteſtas erat, patefactis repente portis facto impetu erumpunt in Comanos, proeliumque acre cum iis conſerunt. Nullus ibi Romanorum ſibi parcebat itaque multi ‘pro patria [g] pugnantes generoſe occubuerunt: ſed longe pluribus a barbaris occiſis [h]. Quando Marianus Maurocatacalo *Tagortam* [i], ſummum Comanorum ducem, conſpicatus, in eum, ‘medio ſuorum exer-

t) ἠτησαντο.

v) των ὑπ᾽ ἀυτον κομητων.

x) μετ᾽ ἀυτων.

y) Nomen vetus Adrianopoleos.

z) λησεσθαι τȣς Κομανȣς ὀιομενος.

a) τȣτȣ. nomen interpres ſupplet.

b) ἐμος ἐις ὑστερον χρηματισας γαμβρος ἐπι τῃ μετ᾽ ἐμε ἀδελφῃ τῃ Πορφ. Μαρια.

c) ἐναγκαλισαμενος και συναντησας.

d) τον διωκοντα ἀυτȣς Σκυθην.

e) Sequuntur alia quaedam de Nicephoro.

f) ὀυπω τεσσαρακοντα προς ταις ὀκτω διηλθον ἡμεραις.

g) Addit h. interpres.

h) πλαȣς δε κτανȣσιν.

i) τȣ Ταγορτα An is, cuius ſupra §. 6. mentio facta eſt?

exercitu circumfuſum [k], haſtam longam manu vibrans totis habenis incurrit: occidiſſetque illum, ni Comani [l], eo mature ſubducto, vndique in Marianum coorti eſſent, quem vnum plurimi validis ictibus paene confecere [m]. Is Marianus, aetate licet iuuenis et pubertatem non longe ſupergreſſus, ſaepius ex vrbe Oreſtiade eruptione facta cum Comanis manum conſeruerat; totiesque aut interfecto, aut percuſſo hoſte, victor redierat: fortiſſimus reuera bellator et quaſi hereditaria virtute praeditus, generoſum parentum auorumque generoſior proles. Porro idem tum e praeſenti periculo ſeruatus, et ira non perfecti, quod deſtinauerat, facinoris adhuc aeſtuans [n], commodum Pſeudodiogenem aſpexit in ripa fluminis oppoſita ei loco, vbi cum Comanis [o] non proſpere pugnauerat paulo ante Marianus ipſe. In eum, purpura indutum regieque ornatum, caeterum dilapſis in pugnae tumultu circum comitibus deſertum [p], impetum Maurocatacalo faciens, flagelli verbere caput tyranni petiit, ementitum ipſum et plagiarium appellans principem [q].

§. 18.

Tandem imperator mora Comanorum in Adrianopoleos oppugnatione cognita, quotidianarum ibi pugnarum periculum veritus [r], faciendum ſibi putauit, vt eo ipſe ex Anchialo mouens ſe conferret. Concilio ergo conuocato ducum praecipuorum et reipublicae principum, ſententiam eorum exquirebat in re praeſenti.

Tunc ad eum accedens quidam cui nomen Alacaſeus, ſe [s], familiaritate, quae ſuum inter et Pſeudodiogenis patrem interceſſerit, fretum, perſuaſurum Pſeudodiogeni, promittit, vt arcem aliquam Romanam ingrediatur, qua ipſum capere et detinere poſſit.

Con-

k) Addit h. interpres.

l) ὡς περι αὐτον τυχοντες Κομανοι.

m) μικρα και τον Μαριανον ἀποκτειναντες.

n) ἀναζεων τῳ θυμῳ.

o) μετα των βαρβαρων.

p) και των περι αὐτον σκεδασθεντων.

q) ψευδωνυμον ἀποκαλων βασιλεα.

r) — μηνυθεντων, και τας συχνας ἑκαστε πολεμους.

s) Quae hic ſequuntur vſque ad verba *cum paucis Diogenes* in breuitatem contraxi.

Conſilio probato, ſe ipſum in facie lacerans ad Pſeudodiogenem confugit, ſeque ob veterem, quae ſibi cum ipſo eſſet, amicitiam ab imperatore ita tractatum fingens, eique ſuadet, vt arcem quandem Putzen t) nomine, loco commodo ſitam, occupet, vnde Comanos ſuos circum ad praedam ſpargere, comportataque, quantum ſatis ſit, annona, recta Conſtantinopolin poſſit petere: cuſtodem arcis ſibi notum eſſe, ſeque negotium cito confecturum. Facile aſſenſo Pſeudodiogene, Alacaſeus noctu epiſtolam ſagittae illigatam in arcem coniecit, qua praefectus, lecta, paratum ſe praebuit ad dedendum caſtrum (omnia enim, quae praeciperet Alacaſeus, facere ab imperatore erat iuſſus), datoque ſigno ingreditur cum paucis Diogenes. Mox gubernator Putzae comiter hoſpitem inuitabat ad balneum, adiuuante Alacaſeo et fabulae ſubſeruiente. Perſuadetur, apponuntur copioſae lauto epulae, vnaque famelicis Comanis v), qui tam ſtrenuam exonerandis lancibus x), et mero, quod totis vribus ſorbebant, exhauriendo poſuerunt operam, vt breui omnes ebrietate ſtrati ronchis late ſonantibus ſterterent y). Tum capto tempore praefectus et Alacaſeus cum paucis aliis circumueniunt vino captos, et, cum primum arma omnium et equos ſubduxiſſent, caeteros quidem interficiunt, et cadauera eorum in voragines quasdam, velut in ſponte parata ſepulcra, coniiciunt, ipſum interim Diogenem, vt erat, ſtertentem ibi, vbi eum crapula oppreſſerat, reliquere z).

Interim Catacalo, prout iuſſus ab imperatore fuerat a), veſtigia Comanorum legens, ſimul illum arce concluſum b) vidit Comanoſque vaga praedandi licentia paſſim ac ſecure circumſparſos c), caſtra prope vrbem poſuit, quam modo nominauimus Put-

t) Cangius in Notis ad Alexiadem p. 349: „Caſtrum in Adrianopolitano tractu, quod *Peutace* vocat Villharduinus N. 186.“

v) καὶ τινα μετ' αὐτοῦ Κομάνων.

x) ἐκκενωθέντες.

y) ἔκειντο ῥέγχοντες.

z) αὐτὸν μὲν αὐτοῦ που καταλιμπάνουσι ῥέγχοντα.

a) Vide ſupra §. 12.

b) ἰδὼν εἰσελθόντα τὸ κάστρον.

c) ὡς πρὸς νομὴν διασκεδασθέντας.

Ipm. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1096.

zam d). Verum Alacaſeus late inſeſſam Comanorum turmis omnem circa regionem reputans, mittere illinc indicem perfectae rei ad imperatorem non eſt auſus; ſed, captiuo ſuo ſecum aſſumto, recta Tzurulum petiit, Conſtantinopolin feſtinans. Diuerſabatur illic in palatio mater imperatoris, quae, fama capti Pſeudodiogenis accepta, extemplo drungarium claſſis, Cymineanum ſpadonem Euſtathium, ſumma celeritate miſit, qui auctorem turbarum ab eius comprehenſoribus acciperet, in urbemque induceret. Hic porro eunuchus Turcum quendam Camyren dictum ſecum habens, eius opera ad excaecationem Pſeudodiogenis eſt vſus.

§. 19.

At imperator Anchiali adhuc haerens, audita diſperſione Comanorum ad regiones depraedandas, promouet inde caſtra ad paruam Nicaeam. Ibi cum comperiſſet, *Citzen* e) (dux is erat unus e Comanico exercitu) ducentem ſecum duodecim millia barbarorum f), quos, poſtquam ad praedandum diſperſi fuerant, ‘rurſus iunctos vna in caſtra collegerat, cum iis ingenti praeda onuſtis et conſediſſe ad collem Taurocomi: ſuis et ipſe copiis ſecum ſumtis deſcendens ſtetit ad ripas amnis per planitiem iſti colli ſubditam fluentis. Locus erat plenus triſlaginibus et teneris adhuc ſtirpibus plantarum. Ibi ſubſidere ſuos iuſſit: Turcorumque auxiliarium ob iaculandi peritiam delectum agmen in Comanos immiſit, cum mandatis, vt eos eminus laceſſerent, equitationibusque apte temperatis ſenſim elicere conarentur ‘in decliuitatem, quae vergebat in campum h).

Hos Comani coſpectos effuſe perſecuti ſunt vſque ad ipſam Romanorum phalangem: illicque fraeno adducto modicum inſiſtere coactis equis, inſtruebant ordines, ad mox inuadendum cum acie Romana proelium. At ecce proſilit in medium vltra ſuorum ordi-

d) Nomen interpres ſupplet.
e) ὁ Κιτζης.
f) Κομανους.
g) λαιαν δε πολλων συναγαγων.
h) προς το πρανες.

ordines audacior quidam eques barbarus [i], 'ferociter obambulans deſpectansque Romanas legiones [k], ac tantum non prouocans vnum aliquem, qui conferre ſecum manum auderet. 'Hunc iamdudum menſus oculis, nec amplius tolerabilem ventoſi thraſonis inſolentiam ſtatuens imperator, ſtante vtrimque in veſtigio dextro laeuoque ſuorum cornu [l], primus ipſe ac ſolus calcaribus equo ſubditis prouocatorem audacem 'inuadens medium transuerberat haſta, hinc extra pectus illinc vltra dorſum exſtante. moxque diſtrictum enſem per equi corpus adegit, ne hunc quidem ſuo domino ſuperſtitem ferens [m].

Tale facinus eo die Alexius oſtendit, milite, aliquis dixerit, quam imperatore dignius. 'Tamen ea non exigua cauſa mox ſecutae victoriae fuit, Romanis legionibus magnam inde fiduciam [n], parem metum concipientibus 'Comanis [o]: 'quorum in confertum agmen ſtatim a primo illo ſucceſſu, tanquam in obſeſſae vrbis muros, ſe ipſum imperator admouens [p], perrupit contextum phalangis, duasque in partes diſcidit aciem. 'nec diu poſtea proelium conſtitit. Fieri vndique coepta fuga Comanorum, inſtantibus haud ſegniter Romanis [q]: qui ſeptem eo die barbarorum [r] millia interfecerunt, captiuos ad tria millia duxerunt.

§ 20.

Cum autem omni praeda, quam barbari corraſerant, potiti Romani eſſent; haud paſſus eſt imperator eam, vt moris eſt, inter victores diuidi, quod ex vicis agrisque finitimis raptam a barbaris ſciret; ſed illam decreuit dominis reddendam. Diſperſa eſt volucri cele-

i) Κομανων.

k) τας παρατάξεις περιθεοντα.

l) ουκ ἔφερεν ουτε το δεξιον κερ-γεραν ουτε το ευωνυμον κερας.

m) πρωτως παιει δια τε δορατος και ἀμφι στηθεσιν διαμπερες ἐλασας το ξιφος τε ἱππε κατεβαλεν.

n) μεγα τοινυν τοις Ρωμαϊκαις παραυτικα θαρσος ἐμβαλων παρατα-ξεσιν.

o) τοις Σκυθαις.

p) ὡς πυργος τετοις προσβαλων.

q) διασπαρεντες ἁπανταχη ἐφευγον ἀκρατως.

r) Κομανων.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1096.

celeritate tam iuſti edicti fama per circumiacentem regionem. Collectique ad caſtra ingenti numero, qui paſſi rapinam a Comanis s) fuerant, ſua quique rite agnita recipiebant, tundentes pectora, et ſupplicibus in altum manibus ſublatis, fauſta omnia tam humano, tam benefico imperatori precantes, aſſurgente ad coelum vsque mixtis virorum ac mulierum votis ac vocibus ſono murmuris aut potius vociferationis ingentis.

Sub haec imperator laetus ac gratulans, victorem exercitum reduxit, vnde proxime venerat, in Paruam, quae dicitur, Nicaeam. Ubi cum biduo reficiendis militibus t) ſubſtitiſſet, die tertia mouens inde Adrianopolin tenuit, multisque illic diebus in Silueſtri aedibus eſt diuerſatus.

§. 21.

Per id tempus praecipui quique Comanorum ad imperatorem vltro venerunt, ſermone ac ſpecie pacem optantium, et militare deinceps eius auſpiciis paratorum. Fucus hic erat et mera ludificatio tempus eximere volentium, ac ſpatium dare Comanicis copiis vlterius in loca opportuna ſe proripiendi x). Tres omnino dies ſimulatio durauit transfugarum mendacium. quarta nocte ſilentio elapſi patriam verſus fugerunt. Offenſus imperator fraude ac perfidia barbarorum, per ſtrenuiſſimos curſores mandata deſtinat ad eos, quibus anguſtorum Iugi collium cuſtodia erat tradita, ne indormiſcerent; ſed obſeptas ita vias omnes acribus et aſſiduis excubiis tenerent, vt elabi omnino repetentes domos barbari nequirent y).

§. 22.

s) Addit h. interpres.

t) Addit h. interpres.

w) τῶν γοῦν Κομάνων οἱ λογάδες πάντες ἀποκριθέντες τοῦ λοιποῦ στρατεύματος βουληθέντες τοῦτον ἀπατῆσαι, προσέρχονται τούτῳ ὡς αὐτόμολοι, σπονδὰς ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ προσποιούμενοι.

x) προχωρῶσι τοῖς ἔμπροσθεν.

y) ἐφ' ᾧ μὴ ἀναπίπτειν ἀλλ' ἐγρηγορέναι διαπαντὸς τὰς ἐκείνων κατέχειν.

§. 22.

Porro Comanicum exercitum cum ipſe comperiſſet quam maximis poſſet itineribus recedere z), aſſumſit ſecum, qui ad manum forte milites fuere, locum inſedit Scutarium nominatum, octodecim ſtadiis Adrianopoli diſſitum. Poſtridie Agathonicam peruenit. Ibi cum didiciſſet, Comanica caſtra ad Abilebum ſita (locus eſt non longe remotus a modo memoratis vrbibus): eo, exploraturus per ſe ipſe, procedens, facile intellexit, ex inſuito, quem notauit, numero ignium, quam multis partibus barbarorum multitudo Romanorum paucitatem excederet a). Hic Nicolaum Maurocatacalonem caeteroſque ex vniuerſo exercitu praecipuos duces arceſſit, cum iisque deliberat, quid tali articulo rerum opus facto eſſet. Viſum eſt, arceſſendos auxiliarium gentium ductores, *Vzam Sarmatam* b) et *Caratzen Scytham* c), tum mixtum ex barbarico genere Monaſtram, eisque praecipiendum, operam darent, vt ad quodcunque tabernaculum ſuorum quindecim ignes, aut etiam plures, accenderentur: quo nimirum Comanis, et ipſis procul ignes numerantibus, longe numeroſiores, quam re ipſa erant, Romanorum copiae apparerent d), eaque ſpecie conterriti minorem ad confligendum audaciam afferrent. Succeſſit egregie dolus e).

Poſtridiana luce orta, armatus imperator armatos ſuos educit in proelium contra Comanos f). concurritur. terga dant barbari g). Auguſtus, ſuis bifariam diuiſis, leuins armatos h) antecurrere iubet in ea loca, in quae fuga Comanorum ferebatur. Ipſe cum reli-

z) ἐπι τα προσω την πορειαν ποιουμενον.

a) ἐνταυθα γενομενος και τα ἀπειρα, ἁπερ ἀνηψαν, πυρα πορρωθεν ἐξελθων και κατασκεψαμενος.

b) τον τε Ουζαν, ἐκ Σαυροματων δε ὀντες, a genere nomen ſortitus dicitur ab eadem Anna p. 142.

c) Καρατζαν τον Σκυθην.

d) ὡστε τους Κομανους τοσουτους πυρσους θεασαμενους ἀπειροπληθες το Ρωμαϊκον νομισαι στρατευμα.

e) τουτο δε γεγονος ταις των Κομανων ψυχαις μεγαν φοβον ἐνεστησεν.

f) κατ' αὐτων.

g) οἱ Κομανοι.

h) τους ψιλους.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1096.

reliquis veſtigiis fugientium acriter inſtat: quos tandem deprehenſos ad eam cliſuram, quae *Sidera*, ſiue *ferrea*, vocatur [i]), egregie vincit, interfectis multis [k]), pluribus in ſeruitutem abductis. Qui vero ante Comanos miſſi fuerunt, praeda ipſorum omni recepta, reuerterunt [l]).

At imperator, cum per foedam hiemem ſupra verticem ferreae cliſurae imminentem pernoctaſſet, orta die Goloën ſe recepit: vti ea luce cum inſequenti nocte conſumta in laudandis et donis ingentibus remunerandis, qui nobili ſe aliquo facinore per eam expeditionem commendaſſent, confectis e ſententia rebus, milites laetos ac gratulantes in ſuam quemque dimiſit domum. Ipſe duobus diebus totidemque noctibus in regiam ſe vrbem contulit [m]).

§. 23.

a. C. 1109 — 1114 [n]).

12. QVOT — [tempore expeditionum Gallicarum] tulerint Augusti animum curarum fluctus, quis ſatis dixerit? — Qua vi autem quaue prouidentia tali periculo occurreret? — Nimirum alii Romanorum militum per Seruiam perque Dalmatiam anguſtos meatus vallium, clauſtra imperii, praeſidiis obtinebant; alii circa Iſtrum Comanis ac *Dacis* [o]), irruptiones aſſidue meditantibus obiecti ſtabant

i) την σιδηραν κλεισουραν.

k) πολλους μεν ανειλε.

l) οι δε γε προπεμφθεντες των Κομανων την λειαν πασαν αναλαβομενοι υπεχωρησαν.

m) His Anna ſubiungit: *Vbi vix paululum ex laborioſi belli laſſitudine refectus, nouam gerendae rei occaſionem habuit* (και μικρον ἑαυτον ανακτησαμενος των πολλων μοχθων). *Turcos nempe comperit infeſtare Bithyniam latrociniis, quod eam praeſidiis idoneis vacuam norant, laborante videlicet in occiduo limite per Comanicum tumultum* (Gr. *tantum* των ἀυτου πραγματων) *Romana re, ea conuerſare vt ad periculum vrgens viris imperii — conclus imperator fuerat.*

12. ANNA COMN. p. 434, 435.

n) Vid. *Patzinacica* §. 124. not. q. coll. infra §. 24. not. a.

o) An etiam hic vt p. 89, 93. et p. 188. [cfr. *Patzinacica* §. 54. in. variet. narrat. et §. 75.] *Vagros* Dacorum nomine Anna ntelligit?

bant. — Parturiebant caecas fraudes rapinasque ac bella ſolita clanculum parabant finitimi circum barbari, nihil omnium Auguſto neſciente: verum quia *Gallico* diſcrimini totam impendere prouidentiam decreuerat, donis et dignitatibus barbarorum duces occupauit, redemitque illo pretio ſecuritatem ab eo genere periculi.

CAPVT III.

Iteratae Comanorum in prouincias Romanas irruptiones, auctoribus inprimis Blachis [Bulgaris] factae; gentis a Tataris vexatae migratio, qua X. M. eorum in ſolum Romanum veniunt; reliqua Comanorum geſta; ab a. C. 1114 vſque ad a. C. 1327.

§. 24.

a. C. 1114 a). Indict. 8.

NONDVM annus in hac [qua Alexius poſt bellum Turcicum fruebatur] ei quiete ſeſe vnus euoluerat: cum ecce illum excitat fama rurſus percrebeſcens nouae irruptiones Comanorum ſub initium autumni, inſtante aut ineunte indictione octaua Iſtrum 13.

Hhhhhh 2 traii-

13. ANNA COMMENA p. 449, 450.

a) Cangius in Notis ad h. l. p. 412. „Alexius bellum in Comanos parans, ex vrbe proficiſcitur menſe Nouemb. Indict. 8. quae cadit in a. C. 1114. „

Ioan. Alexio I. Comn.

a. C. 1114.

traiicere parantium. Parat contra expeditionem illico Auguſtus, et menſe Nouembri proficiſcitur ex vrbe regia, arceſſitisque vndecunque copias Romanas vniuerſas certis in ſtationibus per illum limitem diſponit: alias Philippopoli collocans, alias Peritzum et Triaditzam, loca ſic dicta, obtinere iubens; alias thema, quod Neſi dicitur, cuſtodiendum attribuens vſque ad Buranitzobam, contiguam Iſtro vrbem ac regionem b). Militibus ſic in loca commoda diſtributis edixit vniuerſis imperator c), curam equorum gererent, darentque operam, vt ii pingues et robuſti ſatis eſſent ad ferendos die pugnae decretorio dominos armatos. Ipſe Auguſtus commorandi ſedem ſibi Philippopolin delegit.

Eſt ea ciuitas in mediterraneis Thraciae. Hebrus eam flumen alluit a Septemtrione fluens. — ſpecie [fuit] ac deſcriptione plane Auguſta, quamdiu quidem perſtitit primus vrbi ſplendor, prout coniicere ex eo licet, quod quanquam ſuperioribus temporibus a Tauris Scythisque, qui eam ceperunt, deformata plurimum eſt, illae ipſae tamen ſuperſtites reliquiae magnum hodieque inſtar praeferunt peramplae olim et perquam ornatae ciuitatis d). — Ibi et Armenii ſedes habuere et qui dicuntur Bogomili — et Pauliciani e). —

§. 25.

14. [Dum in Manichaeis iſtis ad veram fidem reducendis totus eſt Alexius,] quidam ecce curriculo ab Iſtro veniens traieciſſe nunciat Comanos. Rumpit ad eam vocem imperator moras omnes, et Danubium verſus extemplo mouet, aſſumtis raptim, quos forte circa ſe habuit, militibus. Cum his, ſumma celeritate vſus, peruenit ille quidem cito Bidynen, caeterum illic, vt ſperauerat, non

b) μεχρι και της περιοχης Βουρανιτζοβης. Cangius l. c. „ Malim Βρανιζοβης, de qua vrbe ad Iſtrum ſita, non ſemel agunt Cinnamus et Nicetas „. Cfr. *Vngrica* §. 39.

c) ἐπισκηψας.

d) Vberiorem vrbis huius deſcriptionem qui voluerit, eam apud Annam Comn. ipſam videat.

e) Sequitur Manichaeorum, quorum ſectae Pauliciani pars erant, hiſtoria.

14. ANNA COMN. p. 454.

a. C. 1124.

Imp. Alexio I. Comn.

non reperit barbaros. Nimirum hi, accepta fama ſtrenue contra ipſos vadentis Auguſti, traiecto iterum amne retroceſſerant.

Hic imperator ſegregatam ex omnibus copiis lectam fortium manum ire poſt fugaces iubet. Tranſeunt ſtrenui illi, et, tribus diebus totidemque noctibus ſumma vi hoſtes inſecuti, tandem eos vident quendam, vltra Danubium fluentem, ratibus quas ferebant ſecum, traieciſſe fluuium: quae res eos redire ad imperatorem irritos ſpei compulit. Is etſi moleſte tulit, non fuiſſe deprehenſos a ſuis exercitibus fugientes barbaros: tamen in victoriae parte numerauit fugam illam ipſam hoſtium, ſola procul fama repulſorum, accedente praeſertim ad lucri cumulum ea expeditione facti traductione tot hominum a nefaria Manichaeorum haereſi ad rectam noſtram et ſanam fidem. Bis igitur victor et tropaeo duplici erecto, altero vi armorum aduerſus barbaros, altero contentione diſputationis religioſiſſimae aduerſus haereticos, Philippopolin reuertit.

Sub

Ioanne II., Emanuele I., Alexio II., et Adronico Comnenis nulla fit Comanorum mentio.

§. 26.

Imp. ISAACIO *Angelo.*

Imp. Isaacio Ang.

a. C. 1185. g)

BVLGARI ſeu Blachi Petro et Aſane ducibus res nouas moliti, 15. Iſaacio Angelo, contra ipſos profecto h), in anguſtiis et inacceſſis locis abditi diu reſtiterunt. Sed Romani eos imprudentes oppreſ-

f) Ἰκω τες Κομανες ὑπεναντιώσεσθαι ἐπιφέρεσθαι χεδιαν, τον ἐκεισε τε Δανουβεως ῥεοντα ποταμον διαπεραιουντας. — 15. NICETAS CHONIATES p. 239.

Georg. Acropolita p. 11. et in Chronico Compend. p. 113.

g) Annus in Tabula Chronol. Nicetae praefixa adſcriptus.

h) Vide *Tom. II. P. II. Bulgarica §. 214, 215.*

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1185.

oppreſſerunt, et terrore attonitos ita diſſiparunt, vt ipſi in Iſtrum illapſi ad finitimos Scythas traiicerent. — Aſan vero, maximis auxiliaribus Scytharum copiis ſuo arbitratu delectis, reuerſus, cum Myſiam patriam perpurgatam et Romano exercitu vacuam repeiſſet, — maxima Romanis detrimenta inferenda — eſſe cenſuit i).

§. 27.

a. C. 1190.

16. VT res occidentis ſubinde in peius ruebant, et Blachi cum Comanis Romanas prouincias ferro et igni vaſtabant: imperator iterum egreſſus, Anchialo praeterita, per ambages Haemum montem adit. Sed cum nihil ſua praeſentia dignum gerere poſſet, bimeſtri tempore eam expeditionem circumſcripſit. — Et quia Scytharum quoque incurſionem timebat (tempus etiam id ad traiiciendum non erat incommodum), non diu ibi morari licuit.

§. 28.

Imp. ALEXIO III. *Ang.*

Imp. ALEXIO III. *Angelo.*

a. C. 1199.

17. SVB id tempus [quo Chryſus Bulgarus nuptias cum protoſtratoris Camytzae filia Theodora, a marito Manco ſeiuncta, celebrabat k)] Scythae, in quatuor exercitus diuiſi, maiori cum terrore, quam

i) Quem hic excerptum dedi, integrum vide locum in *Bulgaricis* §. 206. Caeterum ſub Scythis h. l. et alibi paſſim Comani intelligi videntur. quippe qui his temporibus Iſtri ripas Bulgariae oppoſitas incolebant, et ſuo etiam peculiari nomine vt Bulgarorum ſeu Blachorum ſocii memorantur. Res earum cum Bulgaris aduerſus Romanos geſtae ſuſe in *Bulgaricis* enarrantur, et quidem §. 220 — 224. 228. 230 — 232. 235. 241 — 243. 252. in variet. narrat. 259 — 261. 263. 265. 267 — 275. 278. in narrat. var. 280. 283. in variet. narrat. et §. 286.

16. NICETAS CHON. p. 274. Cfr *Bulgarica* §. 226.

17. NICET. CHON. p. 328.

k) Cfr *Bulgarica* §. 247.

Imp. ALEXIO III. Angelo.

a. C. 1199.

quam vnquam prius, per totam Macedoniam ſunt graſſati. Munitis etiam vrbibus et montium cacuminibus tentatis, ac monte Gano perueſtigato, multa monaſteria diripuerunt, multos monachos occiderunt, nemine cum eis ob multitudinem eorum ex periculi metu congredi auſo. 17

§. 29.

a. C. 1200.

SEQVENTI anno [poſtquam Caichoſroës Sultanus iterum ad imperatorem Alexium confugerat] Blachi cum Comanis impreſſione in Thraciam facta [l]), et optimis quibusque prouinciae partibus vaſtatis incolumes receſſerunt: ac forſitan ad terreſtrem imperatricis vrbis portam acceſſiſſent, niſi Roſſi, Chriſtianiſſima gens, eorumque principes, partim ſua ſponte, partim pontificis precibus adducti, admirabili ſtudio pro Romanis oppugnaſſent, Chriſtiani populi miſerti, qui a barbaris male tractabatur [m]). — Vnde Galitzae princeps, Romanus, magno et forti exercitu ſubito coacto, in Comanorum agrum irrupit, et ſine vllo negotio diripuit, et vaſtauit omnia: eoque saepius — facto, Comanorum excurſiones repreſſit, et Romanis in excidii periculo conſtitutis auxilium tulit inopinatum prorſus et improuiſum, diuinitus omnino procuratum per eiusdem religionis populum. 18

§. 30.

[Orto eo ipſo anno Romanum inter et Ruricum, Chabae principem ciuili bello] Romanus — tum quoque multos Comanos cecidit, qui optima et fortiſſima phalange Ruricum opem tulerant [n]). 19

Sub

18. NICETAS CHON. p. 337.

l) μετα Κυμανων παλιν ἐπεξιοντες οἱ Βλαχοι.

m) Hic et infra omiſſa vide *Tom. II. P. II. in Ruſſicis §. 98.*

19. Id. ibid. cfr *Ruſſica* l. c.

n) Irruptionum Comanicarum tempore Alexii III. meminit etiam Codinus de Originibus CPl. p. 81. his verbis: *Imperatore* [Alexio III. Isaacii Ang. fratre] — *Sardanapali inſtar viuente, et neque ipſo, neque miniſtris eius ad militarem diſciplinam et gubernationem imperii intentis; multa ex reliquis caſtris et regionibus occidentalibus et maritimis in Walachorum* (Βλαχων) *et Comanorum poteſtatem deuenerunt: plurima vero integre a Ioannitze occupata ſunt.*

Sub

Iſaacio Ang. iterum imperante, eius filio Alexio et Alexio Duca Murzuflo nulla fit Comanorum mentio.

§. 31.

Imp. IOANNE III. *Duca.*

Imp. IOANNE III. *Duca.*

a. C. 1222.

20. α) CVM q) Ioannes Ducas rerum potiretur – alter – Sitziſchanis [Tatarorum antea principis] filius, Telepugas, limitibus imperii ſui conſtitutis meridiem verſus Caucaſi cacuminibus et deinceps mari Caſpio, per Maſſagetarum et Sauromatarum terram proficiſcitur: nec eas tantum, ſed omnes gentes, quae Maeotidem paludem et Tanain accolunt, ſubigit. Deinde, Tanais fontibus r) ſuperatis, impetu aduerſus Europaeas gentes deſcendit: quae multae ac variae fuerunt. Nam quae in mediterraneis habitabant, partes quaedam ac reliquiae erant *veterum Scytharum*, in paſtores et aratores diuiſae: quae autem Maeotidis confinia et Ponti oram accolebant, *Zinchi* s) et *Abaſgi*, *Gotthi* et *Hamaxobii*, *Tauroſcythae* et *Boryſthenitae* erant: et Myſiae, quae eſt ad Iſtri oſtia, habitatores

w) GEORG. ACROPOLITA: *Per idem tempus* [quo Aſanus Bulg. rex filiam ſuam a marito Theodoro Laſc. iuniore auulſam abduxit, vid. *Bulgarica* §. 285] *Scytharum gens ab excurſionibus, latrociniis ac Tartarorum* (Ταταρων) *caedibus reliqua cum filiis et vxoribus, Bulgaris licet reclamantibus, cum innumera eſſet multitudo, vtribus Iſtro ſuperato, Macedoniae loca occuparunt; alii circa Hebrum et aequatas agri planities victus ſibi ſuppe-*

o) Quae ſub imperatoribus Latinis de Scythis Blachorum sociis apud Scriptores Byz. occurrunt, ea vide in *Bulgaricis* a §. 258. inde locis ſupra not. *i*. citatis.

20. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 20, 21. Georg. Acropolita p. 29 – 32. Id. in Chronico Compend. p. 126 – 128.

p) Annus margini apud Ducam adſcriptus p. 12.

q) Cfr. *Tatarica* §. 6.

r) τας πηγας τε Ταναϊδος.

s) Ζιγχοι.

Imp. IOANNE III. *Duca.*

tores. Hi vero *Hunni* et *Comani* vocabantur [t]: erant etiam, qui eos *Scythas* [v] nominarent.

Hi, graui et intolerabili Scytharum [x] impreſſione perterriti, mutandas ſibi ſedes cenſuerunt. Neque enim vllis ſatis fiduciae ad reſiſtendum erat; ſed omnes et vrbes et gentes trepidabant, et ſpicarum inſtar quaſi in area conterebantur et profligabantur. Vnde et hi Scythici belli ſucceſſu deſperato, pellibus palea plenis pro ratibus vſi, cum vxoribus et liberis Iſtrum tranſierunt, et ſatis longo tempore in Thracia oberrarunt, idoneam ſibi coloniam quae-

ditant, alii in loca inferiora et fluuium, quem communis lingua — Maritzam vocare ſolet, deferuntur. Hebrus namque re et nomine vſque Haemum (μεχρι και της Αἵμω τυς ἰνδρομας ποιεμενος· forte leg. Αἶνυ, ad quam vrbem Hebrus in Aeg. mare euoluitur.) *excurrit, indeque in Aegaeum pelagus influit. quod vero in eum alii fluuii ingrediuntur, et auctiorem reddunt, nomina accolarum, vti ſeſe offerunt, induit. Diripuere itaque*

t) και προς τετοις ὅσοι την περι τας ἐκβολας τε Ιςρε Μυσιαν ἐνεμοντο. Οὖννοι δε ὄντοι [Myſiae tranſiſtrianae incolae] και Κομανοι ἐκαλεντο. Adnotat ad h. l. Cangius in Nott. ad Hiſt. Niceph. p. 722. „Duplicem fuiſſe Comaniam, obſeruare eſt, alteram, quae ad Septemtrionem, Hungariae contermiuam, ſeu verſus Danubium, alteram, quae in Aſia, quo Comani cum aliis Septemtrionalibus nationibus iam olim migrarant, exſtitit. De priore hic ſermo eſt, quam Anna Comn. lib. VIII. [nihil haec de ſitu Comaniae, niſi vniuerſe, eos trans Iſtrum habitaſſe.] et Magiſter Rogerius de Deſtructione Hungariae cap. xx. circa Danubium, Tanain et Boryſthenem ſtatuunt. De ſitu vero regni Comanorum Aſiaticorum egit Haytonus cap. v. et ibi Reineccius, praeterea Vincentius Beluacenſis L. XXXII. c. XX. XXIII. Nos etiam in Notis ad Villharduinum N. CLXXXV. quaedam attigimus. Vt porro Comania Aſiatica a Tataris expugnata fuerit, ſcribit idem Beluacenſis eod. lib. cap. x.„

v) In ora adſcribitur: „ Comani vocantur in margine codicis Regii. Nam illic adſcriptum eſt: περι των προσφυγοντων Κομανων τῳ βασιλει„.

x) των ἀρτι ἐπιδραμοντων Σκυθων *Tatarorum* puta: vt ex ſerie narrationis et allato Acropolitae loco apparet.

Imp. IOANNE III. *Duca.*

a. C. 1222.

quaeritantes, decem millibus haud pauciores. Sed priuſquam vagandi finem feciſſent, imperator Ioannes magnificis muneribus aliiſque beneficiis eos ſibi adiungit: et ipſos etiam in Romanas legiones refert, alias aliis ſedes partitus, quibuſdam in Thracia et Macedonia, quibusdam in Aſia ad Maeandrum et apud Phrygiam.

Sub

Theodoro II. Laſc. et Ioanne IV. Laſcari nulla fit Comanorum mentio.

§. 32.

omnia, quae in Macedonia erant, adeo vt minimo tempore cultoribus ſpoliata, deſolaretur, et Scytharum ſolitudo, vt prouerbio dicitur, efficeretur. Oppidulis item captu facilibus bello, non ſine multorum ſtrage, potiti ſunt: rapinis ac populationibus omnia vaſtata, viri in ſeruitutem abacti, in maioribus vrbibus, Adrianopoli, Didymotoecho, Bizya, Callipoli, et ſi qua alia erat murorum tutiorum ſtrue circumdata, aut habitantium multitudine circumſepta, diuenditi ſunt. Cum haec ita ſuccederent, Latini quoque perpetuo in nos odio — ſibi Aſanum [Bulgarum] *conciliant — deinceps Scythas barbaros, errones, peregrinos et aduenas, munuſculis exiguis, ſed vberioribus promiſſionibus illectos, ſibi adſciſcunt, agendorumque ſibi ſocios allegant. Hinc magnis ex Scythis et Bulgaris auxiliaribus copiis recollectis Itali vna omnes ſimul aduerſus Ioannem imp. aciem inſtruunt. Et cum prope Tzurulenſe caſtrum eſſet, vires ad id oppugnandum conuertunt, eodemmet ipſo Aſano praeſente cum tot millibus Scytharum et Bulgarorum.* — Tandemque *Tzuruli caſtrum a Latinis oppugnantibus cum Scytharum auxiliaribus copiis rurſum expugnatur. Tunc eum cuſtodiebat Io. Petraliphas magni Cancellarii dignitate a Ioanne imp. decoratus, vir maximis corporis viribus et a puero militaribus negotiis exercitus; verum Latinarum copiarum abundantia, et innumera Scytharum vis tormentorumque ſpiſſum ac validum Italis deditionem parauit.*

§. 32.

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

Imp. MI-CHAELE *Pal.*

a. C. 1261. y)

β) HIS temporibus [quibus Tatari accepto ab Aeni incolis Azatine Sultano, e finibus Rom. abierunt z)] Aegypti et Arabiae Sultanus a), miſſis ad imperatorem legatis, Romanorum amicitiam ambit: vnaque petit, vt Aegyptiis, quos ipſe vellet, liceret quotannis ſemel per fretum noſtrum mercaturae cauſa nauigare. Quae res cum initio parui momenti eſſe videretur, facile conceſſa fuit. Progreſſu deinde temporis, qualis et quanta eſſet, patuit. Verum quia iam firmitatem ac robur oppugnatu difficile a conſuetudine acceperat, prohiberi non potuit. Traiiciunt enim quotannis vna, in- 21.

β) PACHYMERES: Tempore Michaelis Pal. Sultanus Aethiopum erat *genere Comanus, venditus olim in ſeruitutem, qua in regnum mutata, 'ſatagebat prudenti laudabilique conſilio, vt commeatus eſſet facilis popularibus ſuis* (το γενος ἐζητει, κατ᾽ αἰτιαν συνετην ὅτι και ἐπαινων ἐγγυς) *ad eos, quibus imperabat, indigere ipſos ſentiens tali auxilio.* — [praemiſſis generalioribus quibusdam de gentium auſtralium et borealium differentia, horumque in rebus bellicis et corporum robore praeſtantia, pergit] *His de cauſis et olim Aethiopes valde gaudebant affluente ad ipſos copia mancipiorum Scythici generis, quippe quorum opera cum ad omne laborioſum miniſterium, tum ad contentiones impetusque proeliorum in vſu neceſſariae tuendis finibus militiae percommode vterentur, 'quo minus mirum, imperitantem iam ipſis hominem, ortu et natalibus exterum, cum proprio, tum populi, cui praeerat, genio, ſuae gentis conſortium conſuetudinemque affectaſſe: militari vtique, qua egebat, manu non aliunde ipſi,*

21. NICEPHOR. GREG. T. I. p. 60, 61. Pachymeres T. I. p. 118, 119.

y) Annus ad quem in Obſeruationibus Pachymer. p. 533. referuntur. apud Niceph. Gregoram p. 58. a. C. 1264. adſcribitur.

z) Vide *Turcica* §. 383.

a) Cangius in Notis ad Niceph. Greg. p. 727. „Is [Arabiae et Aegypti Sultanus] eſt, quem noſtri *Noradinum* vocant, Chronicon vero Orientale ab Echellenſi editum, *Almanſurum Nuraddinum*, vbi regnum iniiſſe dicitur anno Hegirae DCLV. proinde Chriſti MCCLVII. — „

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1261.

terdum et altera naui oneraria ad Europaeos Scythas, Maeotidem paludem et Tanaim accolentes b): et ex iis partim ſponte oblatos homines accipiunt, partim a dominis venditos emunt c). Tum inde in Aegyptum, Babylonem et Alexandriam reuerſi, Scythicas legiones Aegypto ſuppeditant. Neque enim bellicoſos eſſe Aegyptios ferunt: immo timidos et effeminatos pleroſque: eaque de cauſa neceſſario ſibi peregrinum militem parare, et aere emtis mancipiis propemodum ſe ipſos ſubiicere velut dominis, omnis ſollicitudinis ea.

quam ex emta euocataque inde iuuentute, ſuggerenda (ποτε δε καὶ εἰς αὐτην την ἀρχην καταςαντος Σκυθε, το Σκυθικον ἀνεζητειτο, ὡς ςρατευματος σφισιν ἐκαθεν συςησομενε). *Quia vero Scythas ad ſe tuto deportare, niſi miſſis ad Euxinum nauibus, nequibat. Cuius maris fauces, cum haud dubie forent in poteſtate imminentis illis CPlitanae ciuitatis: facile videbat prudens barbarus, nequaquam ſibi, quod optabat, aliter, quam gratia et beneficio imperantis illic poſſe contingere. Quare, iſte vt placato beneuoloque vteretur, multis legationum et miſſorum cum illis munerum conabatur officiis aſſequi. Nec votis excidit. Auguſto quippe annuente, libere commeabant in Euxinum miſſi cum auro multo ab Aethiopum principe, qui Scytharum adoleſcentulorum maxima pecunia coëmtum numerum ipſi perducerent. quod ſaepe factitatum nouimus, ex quo blanditiis donorum delinitus imperator, eam aperiri et tuto frequentari permiſit viam. — Et erat forte in eo conducibile quidpiam, ſi quis in praeſentis vſu tranquillitatis acquieſceret: ſed qui longe conſuleret in poſterum, magnam ſummae rerum et nomini Chriſtiano parari perniciem iſta in barbaros indulgentia ſentiret. Experientia certe docuit, auctos et corroboratos Aethiopes iſto libere conceſſo commeatu, puerorum e borealibus tractibus, qui deinde in coelo mitiore affluente victus copia, in acres bellatores adoleſcerent, formidabiles euaſiſſe, conſcriptis exercitibus*

b) ἐς τους περι Μαιωτιν και Ταναϊν Ευρωπαιους Σκυθας.

c) Petrus Poſſinus in obſeruatt. Pchymerr. p. 450, 451. „ Quos hoc capite noſter Aethiopas appellat, hi erant Saraceni Aegypto per id tempus imperitantes —. Aperit autem hic clare Pachymeres originem famoſae militiae Mammaluchorum conflatae ex mancipiis maiori ex parte Scythicis, quae puerili aetate ex Euxino in Aegyptum deportata ibi educarentur, et adoleſcerent in milites fortiſſimos —. „

eorum, quibus humana vita eget, immunibus. Proinde tempore non adeo longo tantum per eam cauſam exercitum parauerant ii Arabes, qui Aegyptum incolunt, vt non occidentalibus tantum, ſed iis etiam populis, qui magis verſus orientem habitant, admodum formidabiles exſiſterent.

§. 33.

a. C. 1257. d)

[IOANNES nothus, Michaelis, Epiri diſpotae, filius, cum ru- 22
ptis crebro foederibus Romanas prouincias popularetur: Michael Palaeologus exercitum contra eum miſit], adiunctis etiam Comanorum et Turcopulorum turmis. — Ac fortaſſe [Ioannes] eo tempore viuere deſiiſſet, illiusque ditio ab imperatore occupata eſſet, niſi exterorum commilitonum immodeſtia et nimia licentia rem Romanam praeter ſpem labefactaſſet, et foediſſime peruertiſſet. Nam cum Romani impreſſionem in illius fines feciſſent, et, reſiſtente nemine, omnia facile ſubigerent, Comani cum iis militantes nihil frugi faciebant; ſed omnia fana, omnia monaſteria ſpoliabant, et impune cremabant, et venerabiles virgines captiuas abducebant, ac ſacris vt profanis abutebantur, cum aliis rebus, tum ſacroſanctis imaginibus, quas pro menſis habebant. Et quid multis eſt opus? ſine vllo metu faciebant omnia, quae impiorum hominum conſuetudo fert. Quamobrem belli exitus non bonus, nec principiis conſentaneus fuit. —

inuictis: nec iam, virium conſcios ſuarum, ſeſe intra cancellos olim fixos tenuiſſe; — verum auſos erumpere ac ſaepe bella finitimis inferre. — Aethiopes itaque *freti exercitibus ex iuuentute, vt diximus, Scythica conflatis, erumpentes e ſuis latebris, iſtas regiones* [Syriam, Phoeniciam et Palaeſtinam] *vniuerſas latrociniorum et praedarum campum habuerunt.* —

22. NICEPHOR. GREG. T. I. p. 67.

d) Nicephorus Greg. p. 64. eclipſeos ſolaris meminit, quae accideſrit, cum ſol quartam Geminorum partem praeteriret ſub horam ante meridiem tertiam, XXV. die Maii anni VI. M. DCC. LXXV,

Imp. MICHAELE Pal.

§. 34.

a. C. 1270. e)

23. EX prima [imperatoris Theodori Laſcaris ſenioris filia] ortus, qui nunc [imperante Michaele Palaeologo] regnabat in Pannonia [Stephanus] filius et heres regis patris, vxorem [Eliſabetham] e Comanis captiuam olim, ſed inſignis, vt aiunt, formae merito e ſeruitute in regnum euectam habuit, ex eaque genuit filiam [Annam] quam, vt Romano Laſcaricae gentis praenobilem ſanguine, dignam imperator duxit, quam filio et deſignato ſucceſſori deſponderet ſuo.

§. 35.

a. C. 1294.

24. [OSPHENTISTHLABI, Bulgarorum regis f),] pater Tertere e Comanis erat.

§. 36.

a. C. 1320. g)

25. [ANDRONICVS ſenior veritus, ne imperium ſibi per tyrannidem nepos vſurparet,] occultum ei cuſtodem appoſuit Syrgiannem. — Huic [Syrgianni] mater erat cum imperatoribus ſanguine coniuncta; — pater illuſtri loco oriundus e Comanis, illis ſcilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythis h) vti ſupra memorauimus, ad Ioannem [Ducam] imperatorem ſeſe tranſtulerant i).

§. 37.

23. PACHYMERES T. I. p. 214.

e) Ad hunc annum nuptias Andronici, filii Michaelis Pal., cum Anna Pannoniae regis filia, in obſeruationibus Pachymer. p. 537. refert Poſſinus.

24. Id. T. II. p. 180.

f) Locum integrum vide *Tom. II. P. II. in Bulgaricis §. 363.*

25. NICEPHORVS GREGOR. T. I. p. 182.

g) Nicephorus p. 177. abdicationis Ioannis Glycae patriarchae CPl. meminit, vbi interpres annum Chr. 1320. in margine adſcribit:

h) παρὰ τῶν Ὑπερβορέων Σκυθῶν.

i) Vide ſupra §. 31.

Syrgiannis meminit etiam Cantacuzenus T. I. p. 14. *quidam perilluſtri proſapia oriundus, cui maternum genus è ſanguine imperatorio, pater autem apud Comanos, qui Ioanni Batatzae imperium capeſſenti ſe dediderant, nobiliſſimus,*

Imp. MICHAELE Pal.

§. 37.

a. C. 1321.

[QVO tempore Andronicus, nepos, cum magno domeſtico 26. Cantacuzeno defectionis conſilia agitabat,] a Crale Stephano, Tribalorum principe, ad imperatorem auum (cuius filiam Simonidem habebat in matrimonio), aduenit legatio, ex cauſa huiusmodi. Imperator de eius exercitu mutuatus circiter duo Comanorum millia, eos non reſtituerat; ſed ad remanendum pellectos ita retinebat. Quare ardens iracundia Crales ad ſocerum Callinicum monachum, natione Tribalum mittit. Qui — ad animaduertendam a ſocero propter militem non redditum iniuriam, cum iuniori imperatore clandeſtinum voluit inire colloquium. —

§. 38.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1322 — 1324.

[BVLGARI] rege Tert. re [II.] ſine herede mortuo, Michaelem, Streantzimeri, apud eos dynaſtae cuiuſdam, filium, Bidynae praefectum, e Moeſis et Comanis per auos trahentem genus, 27. aduocant, regemque ſuum declarant.

§. 39.

a. C. 1327.

[ANDRONICVS Iunior auum fruſtra ad pacem hortatus] Didy- 28. motichum abiit, relicto Selybriae Apocaucho, magno cubiculario

barbari SYTZIGAN (Συτζιγαν), nomine vero eius, qui ipſum e ſacro fonte ſuſceperat, Syrgiannes nuncupatus: huius itaque Syrgiannis filius, patri cognominis noctu imperatorem nepotem [de aui conſiliis, poſt patris Michaelis obitum, ſollicitum] conuenit. —

26. CANTACVZENVS T. I. p. 25. Cfr Tom. II. P. I. Seruica §. 107.

27. Id. T. I. p. 103. cfr Tom. II. P. II. Bulgarica §. 399.

28. Id. T. I. p. 159.

k) Hunc locum perperam interpretatus eſt Pontanus. Non enim Andronicus Torhices et Manuel Laſcaris in iſtas inſulas deducti ſunt,

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1327.

rio —. Exercitus ad Didymotichum congregari iuſſus. Non ita multis interiectis diebus, qui erant in Thracia affuerunt omnes, extra Comanorum paulo minus duo millia, qui e Dalmatia Michaelis ſecundi caſtra ſecuti fuerant. [Quos] Edicto imperatoris ſenioris Andronicus Tornices et Manuel Laſcaris Thracia pulſi [pulſos] in inſulis Lemno, Thaſo et Leſbo ſe collocauerant k). Exſilii huius cauſa manifeſta non exſtabat. Ferebatur, eos cum Scytharum ſatrapis clandeſtina habuiſſe colloquia, vti in Thraciam copias mitterent, vnaque cum caetera praeda ipſos cum coniugibus atque liberis ſe illis dedentes ſecum l) abducerent. Huius criminis nulla erat probatio. Quare iunior imperator eos exſilio multatos indignabatur; ferebat tamen tacitus, ne quid ab aui ſententia diſcrepare videretur.

* * *

§. 40.

a. C. 1457.

29. EODEM etiam anno [a. M. 6966. a. C. 1457] a Comanis ad Mehemetem apocriſiarii atque ab Vſun — Haſane, Armeniae partibus Colchidi finitimis imperante, res quasdam viles nulliusque pretii flagitantes venere. Ipſi enim aſſerebant, deberi ſibi ſexaginta annorum pluriumue ſtipendia, quae ſingulis annis Mehemetis auus Vſun-Haſanis auo ſolui praeceperat, mille nimirum equis inſternendis ſtragula, mille tapetes, totidemque mitrarum redimicula. Reſpondit illis Mehemetes: ſecuri redite, anno proximo mecum iſta afferam et debitum ſoluam.

ſed illi potius Comanos eo deduxerunt. Graeca ſic habent: — πλην των Κομανων, ὅυς ὀλιγῳ ἐλασσους ὀντας διςχιλιων τον ἀριθμον, (ἦσαν δ' ὀυτοι οἱ ἐκ Δαλματιας τῳ βασιλει προσελθοντες Μιχαηλ τῳ δευτερῳ) προσταξαντος του πρεσβυτερου βασιλεως ὁ Τορνικης Ανδρονικος και ὁ Λασκαρις Μανουηλ ἀνεστησαν τε ἀπο Θρακης, και ταις νησοις — ἐγκατῳκισαν. non *ſe collocauerant*, ſed *Comanos*.

l) προς των Σκυθων.

29. DVCAS p. 191, 192.

m) παρα των Κομανων. Non ſunt illi Comani Scythae, ſed vrbis Ponticae Cappadociae, cui Comanae nomen fuit, incolae. Ptolemaeus illius nomen et ſitum tradit in Aſiae Tab. I. ad ripam Iridi fluuii conditae. Meminerunt huius vrbis Procopius de B. G. p. 48, 49. vbi duas huius nominis vrbes ab Oreſte conditas docet; idem de B. G. p. 576. et Auctor Chronici Paſchalis p. 35. et Anaſtaſius Biblioth. in Hiſt. Eccleſ. p. 39.

TATAR-

TATARICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE TATARIS.

Genus et Nomen Tatarorum.

De genere Tatarorum parum certi Scriptores Hiſtoriae Byzantinae prodiderunt. Nicephorus Gregoras vniuerſum fere Scytharum nomen huc trahit. Cum enim de Tatarorum gente, quae impeii Ioannis Ducae initio Romanis primum innotuit, narrare aggreditur, Scythas Galactophagos, Abios, Cimmerios, Scythas diuerſos, Cimbros, Teutonas, Sarmatas, Maſſagetas, Melanchlaenos, Amazones, Germanos, Celtas et Galatas recenſet. Eiusdem generis populos vtrum intelligi, an potius ſatis multos enumerare, vt, cui animus ſit, inter eos gentem, a qua Tataros deducat, eligendi eo liberior poteſtas eſſet, vo'uerit, me neſcire, fateor. A veritate propius abeſt a) Chalcocondylas, qui, eos cum Turcis eiusdem fuiſſe originis, opinatur.

Qui Tatari vulgo audiunt, eos ſuo ſibi nomine *Mugulios* (Μȣγȣλιοι) appellatos eſſe, Pachymeres memoriae prodidit. Prius vero nomen ſcriptores Byzantini non vno modo enunciant. *Tatari* enim, *Tartari* et *Tacharii* (Ταταρoι, Ταρταρoι Ταχαρoι et Ταχαριοι) a Georgio Acropolita, a Pachymere *Tochari* (Τοχαρoι, a vulgo autem, vt idem auctor refert, Αταριοι *Atarii*) vocantur. Reliqui vero, qui res eorum geſtas enarrarunt, plerique, proprio omiſſo, vago eos nomine *Scythas*, Cantacuzenus *Scythas Hyperboreos*, Chalcocondylas Scythas, *Maſſagetas* — etiam et *Sachataeos* (Σαχαταιȣς) appellant.

Sedes et Migrationes Tatarorum.

SCYTHAE olim, vt quidem Nicephorus Gregoras refert, omnium gentium maxime verſus Septemtriones habitarunt. Succedente

a) Vide b. FISCHERI noſtri *Quaeſtiones Petropolitanas* p. 46. ſeqq.

dente tempore antiquis ſuis ſedibus relictis, alii deſcenderunt ad Tanaim, eoque traiecto in Europam effuſi, oceanique oram peruagati, Germanorum, Sarmatarum, Celtarum, Galatarum, Cimbrorum et Teutonum, gentium a ſe deuictarum, nomina ſumſerunt, et in Africam adeo penetrarunt; alii vero, per Sarmatas Aſianos ad Caſpium mare profecti Maſſagetae, Sarmatae, Melanchlaeni, et Amazones vocati ſunt.

Qui initio ſaeculi poſt C. N. XIII. orbi innotuerunt Tatari [ſeu *Mogoli*], Czingis - Chano duce e locis Hyperboreis (vel vt in Chronico orientali relatum legimus, e planitie Sinis conterminа, *Hagin Magin* dicta) ad Caſpium mare commigrarunt. Inde *partim* quidem Iaxarte fluuio traiecto, Caſpiis anguſtiis ſuperatis, Sogdiana, Bactriana, et Oxo fluuio a tergo relictis, ad Taurum venerunt. Vnde in Indiam penetrarunt, eaque ſubacta per Arachoſiam, Carmaniam, Chaldaeos, Arabes, Babylonios et Aſſyrios in Meſopotamiam abierunt; Perſiam ſubinde, Parthiam, Colchidem et Iberiam, quid? magnam Aſiae minoris partem occuparunt. quarum regionum late domini, longos tandem errores, fixis ibi ſedibus, finierunt. *Partim* vero per loca magis verſus ſeptemtriones ſita, Caſpio mari et monte Caucaſo ad laeuam relictis, Tanai, Paludi Maeotidi et Euxino Ponto finitimas regiones, ad Sarmatiam Europaeam vſque et Iſtrum fluuium porrectas, ſubegerunt. quorum multi circa a. C. 1389 ad Baiazitem Sultanum tranſeuntes, in Thracia conſederunt; multi vero ſaeculo poſt C. N. XV. in Lithuania a Caſimiro rege collocati ſunt.

Vrbes Temir - Chani aetate Tataris ſubiectae, *Semarchanda*, *Cheria*, in quam Temir coloniam duxit, *Chataia* et *Tabrece*, illa Hyrcaniae, haec Aſſyriae vrbs; gentes vero Caſpio mari finitimae *Hyrcani*, *Saccae*, *Caddusii*, *Maſſagetae*, *Perſae*, *Aſſyrii*, *Chatagii*, *Chataidae*, (*Tzachataidae*, *Sachataei*.) memorantur.

Hiſtoria Tatarorum ante eorum diuiſionem.

TATARI, vel vt ſe ipſi vocabant, *Mugulii*, olim extra regni ſui fines parum cogniti, ſaeculo poſt C. N. XIII. ineunte et rerum

rum geſtarum, fama et terrore, nominis ſui Aſiam atque Europam impleuerunt. Tunc enim CZINGIS-CHANVS (Graece Σιτζιχαν et Τζιγκις χανις vocatur), quem fabrum ferrarium fuiſſe Pachymeres contendit, rerum apud eos potitus, legibus atque inſtitutis gentem breui tempore ita ad virtutem formauit, vt e ſedibus auitis eruptione facta gentes finitimas omnes ad mare Caſpium vſque primo impetu proſternerent. Hoc vita functo, duo eius, vt quidem Scriptores Byzantini referunt, filii CHALAV et TELEPVGAS, exercitu biſariam diuiſo, circa a. C. 1222. alter occidentem, orientem alter armis petere aggreſſi ſunt.

Hiſtoria Tatarorum Orientalium.

CHALAV itaque cum innumera multitudine Iaxartem fluuium tranſgreſſus, impetu in gentes, mare Caſpium orientem verſus accolentes, dato, facile omnes ſubegit. Sogdiana et Bactriana peragratis, Oxoque fluuio traiecto, in Indiam vſque penetrauit, eaque, qua ad vtramque Indi ripam patet, ſubacta, terras omnes, quae illam inter et Caſpium mare, Colchidem atque Iberiam ſitae ſunt, imperio ſuo adiunxit, et in Meſopotamia tandem ac finitimis orientem verſus regionibus, tertio poſt anno, quam Iaxartem tranſierant, ſedes ſtabiles poſuit.

Tatari, rebus ita ex voto ſuccedentibus, populorum deuictorum mores ac religionem amplexi, illorumque ſplendidiorem viuendi rationem victu, veſtitu atque armis, priori ſua et ſimpliciori repudiata, imitati ſunt.

Turci, Euphrati ab occidente oppoſiti, praeda proxima futuri, trepidabant, et Iconii Sultanus Lathatines, foedere cum Ioanne Duca, qui tum Nicaeae imperabat, percuſſo, eum ſibi aduerſus imminentes Tataros ſocium adiunxit. Theodorus Laſcaris II. qui patri, Ioanni Ducae, in imperio ſucceſſit, parum fiduciae in armis collocans, ad Tataros a Romanis finibus prohibendos, artem in auxilium vocauit. Legatos enim ſubinde plures ad illos miſit, qui nunc potentiam Romanorum extollerent, nunc imperatorem arma in ipſos conuertere paratum eſſe ſignificarent, nunc legatis Tata-

rorum viam monſtrarent, eosque de induſtria per montes ac loca aſpera, quaſi facilior ad terras Romanorum aditus non eſſet, deducerent. Milites praeterea armatos vbique occurrere legatis, et cum hi tandem poſt multas itineris moleſtias ad ipſum perueniſſent, quantum militum cogere potuit, per turmas ac manipulos diſpoſitos, totosque ferro rigentes adeſſe iuſſit. per quam demum terrorum pompam legatos admiſit, iisque, miram affectans ſuperbiam, reſponſa dedit, Haec tunc Romani.

Turci vero aliquamdiu quidem reſtitere Tataris; ſed tandem, internis, quas Tatari ſollicite alebant, diuiſi ac debilitati diſcordiis, genti potentiſſimae ſe ſubiicere annuumque pendere tributum circa a. C. 1256 — 1261. coacti ſunt. Quo tempore Azatines, Turcorum [Selzukidarum] Sultanus, Iconio, regia ſede, a Tataris capto ad imperatorem Michaelem Palaeologum confugit, ſed ſpe eius auxilio paternum recipiendi imperium excidit. Michael enim, pace iam antea cum Chalau facta, Sultanum Conſtantinopoli retinebat; cum validiſſimam Tatarorum gentem demereri, quam Sultanum, veterem licet amicum, adiuuando eorum odium colligere ſatius duceret. Affinitatem etiam per filiam notham Mariam cum dicto Tatarorum principe, vt eum ſibi arctiori vinculo adſtringeret, iungere in animo habebat. Miſſa hoc conſilio Maria, cum Chalau interea de vita deceſſiſſet, circa a. C. 1265. eius filio ac ſucceſſori APAGAE, nupſit. Et pacta hoc modo cum Tatarorum gente amicitia quamdiu quidem Michael Palaeologus ſuperſtes fuit, firmiſſime durauit.

Andronico, Michaelis Palaeologi filio, Romanis imperante, circa a. C. 1291., quo demum tempore Tatarorum orientalium rurſus meminerunt Scriptores Byzantini, ARGAN-CHANVS rerum apud eos potiebatur. Is Melecum Maſurium, Azatinis Sultani filium, in regnum reſtituit; quo tamen breui poſt ab Amurio, Tatarorum opibus adiuto, rurſus ſpoliatus eſt.

Haec inter cum Turci a Tataris in dies magis premerentur eorum multi in fines Romanorum irruperunt. quibus reprimendis impar Andronicus, Tataros ſibi conciliare, miſſis ad principem eorum de foedere et affinitate iungenda legatis, nitebatur. CAZAN, qui tunc

tunc genti praeerat, vir fortitudinis non magis, quam prudentiae ac iuſtitiae gloria inſignis, oblatum ab imperatore foedus admiſit, et ſimul Turcorum ſatrapas a terris Romanorum vaſtandis terrore nominis ſui aliquamdiu continuit. Qui cum res bello maximas geſſiſſet, et in Palaeſtinam atque Aegyptum victor penetraſſet; ſexto imperii anno in morbum incidens, fratrem Charmpantam, ex India, vbi is tum cum proprio exercitu morabatur, aduocatum et ſaluberrimis inſtitutum paeceptis ſucceſſorem declarauit. Mortuo itaque a. C. 1306. quinto et triceſimo aetatis anno Cazanie, Charmpantas imperium ſuſcepit. Hic ducta in matrimonium Maria, Andronici Auguſti ſorore Turcos non ſolum a Romanorum finibus vaſtandis abſtinere, ſed vrbes etiam antea occupatas deſerere et in inacceſſa Olympi montis in finibus Bithyniae et Myſiae ſiti loca concedere coegit.

Circa a. C. 1343. Tatarorum principes, internis diuiſi diſcordiis in ſe inuicem arma conuertiſſe memorantur.

Tempore aliquo interiecto TEMIR, *Sangalis* filius, et vt quidem Chalcocondylas refert, humili loco natus, rebus cum paſtorum manu contra hoſtes ſtrenue geſtis, regi Maſſagetarum cognitus eſt, a quo dux ſupremus exercitui praefectus, hoſtes eius, mira celeritate deuictos, Pagdatim compulit, ibique obſedit. Mortuo interea rege, Temir viduam eius ſibi matrimonio iunxit, regnumque obtinuit. Mox Semarchandam [a. C. 1369.] cepit. Bello deinde in Hyrcanos aliosque populos maris Caſpii accolas, moto, omnes perdomuit. Quibus ita proſpere geſtis, Arabes etiam armis aggreſſus eſt, quod Gadduſios, hoſtes ſuos, antea auxiliis iuuiſſent. tandem vero, cum bellum aequo marte gereretur, petentibus pacem dedit, hac lege, vt milites ſibi praeſtarent, et annuum penderent tributum.

Cum in his eſſet Temir-Chanus, Scythae [Tatari occidentales] a Tanai profecti, in terram eius incurſione facta, cum maxima praeda domum abierunt. Temir, Semarchandam redux, Chataidas, ad Araxem fluuium habitantes, debellauit. Conſcripto deinde ex illis, Perſis aliisque populis numeroſiſſimo exercitu, vim belli omnem in regiam Scytharum ſedem, quam Vrdam appellant, con-

conuertere decreuit. quod vt facilius ſuccederet, et propius a Scythia abeſſet, Cheriam, vrbem, vt quidam putant, in Aſſyriorum regione ſitam, coloniam deduxit. Hinc tandem cum omnibus copiis verſus Tanain, a dextra habens montem Caucaſum, contendit, et agrum hoſtilem inuaſit. Scythae cum exercitu obuiam facti, Temirem, proelio victum, finibus ſuis excedere coëgerunt. Aeſtate ſequenti rurſus comparato exercitu in Scythiam mouit; hoſtesque, qui hucusque proelium declinarant, nactus, clade affecit, multis etiam ſuorum deſideratis. Poſtea cum Scythae inſidiis rem gerere et Temiris exercitum reditu intercludere pararent; hic, conſilio eorum intellecto, praecipiti fuga ad Tanain delatus, eo traiecto, per Colchidem et Iberiam Cheriam reuertit. Scythae vero anno poſt tertio acceptam a Temire cladem vlturi, regionem eius incurſantes late vaſtarunt. quo Temir maxime territus, pacem cum iis fecit, et, vt hoſpites in poſterum et amici ipſius eſſent, impetrauit.

Hoc tandem compoſito bello, Temir cum exercitu in Coeleſyriam profectus, Damaſcum expugnauit, et Chalepiam ditioni ſuae adiunxit. Quae dum geruntur Chataiae rex, qui tunc etiam Indiae imperabat, Araxe flumine traiecto, cum maximis copiis fines Temirici regni inuadit, praedaque et mancipiis captis domum reuertitur. Quem cum Temir, e Syria redux, maxima licet vſus celeritate, aſſequi non potuiſſet; per legatos pacem cum eo compoſuit, annuo promiſſo pro Maſagetarum regione tributo.

Eodem fere tempore plures Turcorum reguli, a Baiazite Sultano regnis ſuis pulſi, Temirem adierunt, vt ipſius ope in illa reſtituerentur, rogantes. His motus Temir, legatos ad Sultanum miſit, qui eum Turcorum regulis iniuſte erepta reddere iuberent: quod ſi faceret, ſe ipſi amicum fore et contra hoſtes auxilia miſſurum pollicitus. Veſtem quoque, vt ſupremis Aſiae regibus mos erat, muneris loco Baiaziti miſit. Quo hic maxime irritatus, inter alia reſpondit, „ Ne poſthac et genere et opibus praeſtantiori homini eiusmodi munera mittere in animum induceret „. His ita accenſus Temir, denuo legatos miſit, „ Vt quamprimum ducibus imperia reſtitueret, „ iubens; ſin parere recuſaret, ſe illum pro hoſte habiturum „. Baiazites ſuperbius etiam, quam ante, reſpondit, contumeli-

meliamque addidit, dicens, „ Niſi ſtatim cum exercitu aduerſus ſe progrederetur, precari ſe, vt vxorem, ter repudiatam, rurſus aſſumeret „.

Hanc non ferens contumeliam Temir, maximo collecto exercitu, bellum aduerſus Baiazitem mouit, et Sebaſtiam vſque progreſſus, vrbem a. C. 1400. expugnauit. qua capta tertio, qui pacis conditiones offerrent, legatos ire ad Baiazitem iuſſit. Is cum pacem repudiaret, eadem, quae antea reſpondens: Temir vndique copiis coactis, aduerſus Baiazitem contendit, qui et ipſe cum ingenti exercitu maximis itineribus Chano obuiam procedens, eum ad Ancyram, Phrygiae vrbem, caſtra metatum offendit. Acerrimo ibi a. C. 1401. commiſſo proelio, victoria penes Temirem fuit, et Baiazites in fuga captus in eius poteſtatem venit.

Motis inde caſtris Temir, captiuum ſecum ducens Sultanum; Aſiam omnem torrentis more peruagatus, eam late vaſtauit, Smyrnam aliaſque vrbes plurimas expugnauit. Neque his contentus barbarus, proximo vere in Europam traiicere, eaque perdomita, Africam etiam ſuo adiicere imperio in animo habebat. quod tamen eius conſilium ſucceſſu caruit. Cum enim exercitum in Perſiam in hiberna reduxiſſet: vere proximo copias ab Indorum et Tzachataeorum rege, ſocio antea ſuo atque amico, miſſas Cheriam vrbem diripuiſſe cognouit. Illuc itaque maxima celeritate reuerſus rebuſque optime conſtitutis, bellum contra Indorum regem ſuſcepit. quod haud multo poſt, pace inter eos facta, compoſitum eſt. Breui tempore interiecto, Temir totum ſe tradens luxuriae de vita deceſſit. Poſt patrem SAOHRVCHVS filiorum natu maximus, rerum potitus eſt; cui primum PABANGVRES, deinde TZOKIES fratres ſucceſſerunt. Ortis denique inter filios et nepotes Temiris ciuilibus bellis, maximum illud imperium in plures partes diuiſum ac debilitatum eſt.

Hiſtoria Tatarorum occidentalium.

CVM poſt Czingis-Chani obitum Tatarorum alii, Chalau duce, fines imperii ſui orientem et meridiem verſus proferrent: alii

alii cum Telepuga verſus occidentem per Maſſagetarum et Sarmatarum terras, Caſpio mari et monte Caucaſo ad laeuam relictis, commigrarunt: qui gentes, ad quas acceſſerunt, omnes, ad Tanain inprimis, paludem Maeotidem et Pontum Euxinum habitantes, Zicchos, puta, Abaſgos, Gothos, Hamaxobios, Boryſthenitas et Comanos debellarunt, eoſque vel ſeruire ſibi, vel alibi ſedes quaerere coëgerunt.

Magna eorum multitudo circa a. C. 1265. Azatinis Sultani, qui tunc Conſtantinopoli detinebatur, conſilio a Conſtantino Bulgarorum rege ſollicitata, Iſtro traiecto vna cum Bulgaris in Thraciam irrupit. qui, omnia igne ferroque depopulati, Aenum vrbem, quo breui ante Sultanus venerat, oppugnarunt: eoque, cuius liberandi gratia hanc expeditionem ſuſceperant, ſibi dedito, cum maxima praeda domum abierunt.

Ad hoc quidem tempus vſque Tatari occidentales Chano magno, qui in oriente ſedem habebat, paruerunt. tunc vero vnus e ducibus, cum exercitu in occidentem miſſus, Nogas nomine, conciliatis ſibi, quos ſub ſignis habebat, militibus, excuſſo dominorum iugo, proprium in regionibus, quas armis ſubegerat, principatum conſtituit.

Circa a. C. 1270. Tatari a magno comite ſtabuli Andronico Tarchaniota, res nouas moliente, in fines Romanorum euocati, eos peſſime afflixerunt.

Sequenti anno imperator Michael Palaeologus, vt Conſtantinum, Bulgarorum regem, qui bellum contra Romanos parabat, coërceret, cum Noga iſto, filia ſua notha Euphroſyne ei in matrimonium data, affinitatem iunxit. Circa a. C. 1277. Tatari, incurſione in Bulgariam facta, obuia agebant ferebantque, quos tunc ſubulcus quidam, Lachanas nomine, collecta paſtorum manu ſemel iterumque adortus vicit. Has Tatari vlturi clades a. C. 1279. rurſus Bulgariam inuaſerunt, et Lachanam, qui iam rerum ibi potiebatur, proelio ſuperarunt. Non diu poſt Lachanas a Tertere quodam regno ſpoliatus, ad Nogam, vt eius auxilio in illud reſtitueretur, confugit eodemque tempore Aſan, qui et ipſe ad regnum Bulgarorum hereditatis iure adſpirabat, et ſororem vxoris Nogae in

in matrimonio habebat, a Michaele Palaeologo ad Tatarum miſſus eſt· Vtrumque auxilii ſpe vana lactans Nogas diu apud ſe detinuit, donec tandem Lachanam in conuiuio occidi iuſſit, Aſanem vero, Euphroſyne pro eo intercedente, incolumem dimiſit.

Tempore aliquo interiecto a. C, 1283. Nogas ſocero ſuo Michaeli Palaeologo aduerſus Ioannem ſebaſtocratorem, res nouas molientem, auxilia ſubmiſit. quibus Andronicus, Michaelis Pal. filius, patre in apparatu belli mortuo, vt Seruiam inuaderent, auctor fuit. Iis qui ſecuti ſunt annis Tatari ſaepius Romanas incurſarunt ac vaſtarunt prouincias.

Nogas cum diu tranquillo rerum ſtatu vſus eſſet, tandem circa a. C. 1294. a TVCTAI, e ſtirpe illa, a qua ipſe olim defecerat, orto, bello petitus eſt. Cui Nogas, iam annis prouectior, reſiſtere quidem conabatur, ſed acri victus proelio, ſtrenue pugnans occubuit. Tuctai in hunc modum regnum adepto; *Tzacas*, Nogae filius, cum idonea Tatarorum manu in Bulgariam conceſſit, vt eam, a Tertere iam antea relictam et ad ſe, qui filiam eius in matrimonio habebat, quodammodo pertinentem, occuparet. Haec ex voto ſucceſſerunt omnia, donec ab Oſphentiſthlabo, vxoris fratre, quem ſibi ſocium atque amicum adiunxerat, ex inſidiis captus et occiſus eſt.

Tuctais ſummam quidem rerum apud Tataros, qui Nogae olim paruerant, tenebat; ſed regio, propter bella ciuilia incolis exhauſta, diu adhuc deſerta manſit. Et haec forte cauſa fuit, cur a. C. 1307. Tuctais Alanos, qui olim a Tataris defectione facta ad Romanos tranſierant, reuocandos curaret. qui tamen in itinere a Turcopulis et Catelanis, ob veteres inimicitias intercepti et ad vnum omnes occiſi ſunt.

Ab a. C. 1319. vſque ad a. 1342. Tatari, nunc proprio conſilio, nunc a Bulgaris ſollicitati fines Romanorum ſaepius incurſarunt.

Circa a. C. 1343. inter Tataros, Cherſoneſi Tauricae incolas, et Genuenſes, qui Caffam vrbem, quam accepta a Tatarorum

principe facultate, ſtatuerant, tenebant, bellum exarſit: maiori Tatarorum, quam Genuenſium, quippe qui mari libere vtebantur, damno.

Quo tempore Baiazites Turcis imperauit, a. C. 1389. Tatarorum multi e Dacia ad ipſum tranſierunt. hos quidem in Thracia habitare, duces vero ipſorum perfide occidi iuſſit.

Bellum, vt ſupra narrauimus, cum Temir-Chano Tatari occidentales geſſerunt; quo victores magis, quam victi, Temiri roganti pacem dederunt.

Circa a. C. 1442. Tatari, Cherſoneſum Tauricam incolentes, qui a Sarmatia progreſſi in haec loca deſcenderant, ATZIKERIIS imperio paruerunt. qui Gothos et Genuenſes ſubegit, ac vectigales habuit; tandemque inſigni clade affectos inſulam deſerere coëgit. Sarmatiae quoque partem ſtipendiariam habuit.

Eodem tempore Tatari in Lithuania habitaſſe et Caſimiro regi paruiſſe memorantur.

Reges ſeu Chani et viri inter Tataros illuſtres.

CZINGIS-CHAN, (Σιτζισχαν vel Τζιγκις χανις) regni conditor, floruit circa a. C. 1222. cuius filii; ſecundum Byzantinos,

CHALAV a) (Χαλαυ), Tatarorum orientalium princeps, a. C. 1222-1261. et

TELEPVGAS b) (Τελεπουγας) verſus occidentem profectus, ibi imperium Tatar. conſtituit. a. C. 1222. ſeqq.

APAGAS c) (Απαγας) patri Chalau ſuccedit, a. C. 1265. ſeqq. cuius vxor Maria, imp. Michaelis Pal. filia.

ARGANES d) (Αργανης) Chanus circa a. C. 1291.

CAZANES e) (Καζανης) Chanus,

a) Aliis *Hulaku* rectius dicitur, Czingis—Chani e *Taulai* filio nepos.

b) Sunt, qui hoc nomine, aliis inaudito, *Batu*, Czingis—Chani e *Zuzzi* filio nepotem intelligi putant.

c) Haitono at aliis *Abaga* vel *Abaka*.

d) Eidem Haitono *Argon*, al. *Argun*.

e) Hoc nomine aliis quoque notus eſt, et *Arganis* filius fuiſſe dicitur.

nus, a ſtirpe Chalau et Apagae ortus a. C. 1294-1306. cui, ex voluntate ipſius, ſuccedit frater

CHARMPANTAS f) (Χαρμπαντας) a. C. 1306. ſeqq. cuius vxor, Maria Michaelis Pal. filia.

NOGAS (Νογας) primum dux, deinceps, defectione a Chano magno facta, princeps Tatarorum occidentalium, cuius vxor 1) Euphroſyne, Michaelis Pal. filia notha, 2) Alacca, ex qua ei natus eſt

Tzacas (Τζακας), cuius vxor, Terteris Bulgarorum regis filia. patre in proelio a Tuctai occiſo, in Bulgariam abit, ibi ab vxoris fratre, Oſphentiſthlabo occiditur, circa a. C. 1294.

TVCTAIS g) (Τεκταϊς) a ſtirpe Chanorum orient. ortus, Noga victo et occiſo, eius regnum occupat, a. C. 1294-1307.

Cuximpaxis (Κεξιμπαξις vel Κετζιμπαξις i. e. *princeps magorum*, vt Pachymeres interpretatur), ſub Noga olim militauit, a Romanis captus religionem Chriſtianam amplexus eſt, adhuc ſuperſtes a. C. 1307.

Taitach, h) *Toglun Torgan* et *Taſpugas* (Ταιταχ, Τογλε Τοργαν, Τασπεγας) exercitus Tatarorum circa a. C. 1324. in Thraciam irruentium duces.

Sangalis, priuatus, cuius filius

TEMIR i) (Τεμηρης vel Τεμυρ-χαν), rebus fortiſſime geſtis tandem ad Chani dignitatem euectus a. C. 1369-1404.

filii Temir-Chani, ſecundum Chalcocondylam:

SACHRVCHVS k) (Σαχρεχος) patri in imperio ſuccedit; huic

PAEANGVRES l) (Παιαγγερης).

Abdylatuphes m) (Αβδυλατεφης).

Vlies n) (Ουλιης), regionis Caddusiorum et Hyrcaniae princeps, a Paeangure victus in carcerem detruditur.

filii Paeanguris:

TZOKIES o) (Τζοκιης al. Κιοκιης)

Paeangures (Παιαγγερης) a fratre Tzokie Semarchanda ſpoliatur.

 Filia

f) Ab Haitono *Carbaganda*, ab aliis *Vreitu* vel *Algiaptu* Chan vocatur.

g) Forte idem, qui Abulgaſio *Tochtagu* Chanus in Kipzak, *Mangu*-Chani filius.

h) *Taragai* potius, Vrdae Burluſſ princeps.

i) Rectius *Timur* vel *Timur Lengh*, corrupte *Tamerlan*.

k) Alii eum *Schahrok* vocant.

l) Qui aliis integrò nomine *Sultan Gajateddin* GIHANGIR.

m) An *Abulfeth*, Schahroki filius?

n) Forte *Vlugbeg* aliorum, Abulfethi frater.

o) *Sultan Abuſaid Mirza* ab aliis vocatur.

Filia Tzokiis, vxor *Caraiſuphis* [p], e quo matrimonio natus

Tzaniſas (Τζανισας, Κιανισας, Ζαγνισα et Τζαγνισα) Bagdad, Babylonem cet. rexit.

ODIES (Οδης) Tatarorum occidentalium rex, quicum Temir bellum geſſit circa a. C. 1369. 1400.

ATZICERIES [q] (Ατζαιερης vel Αιικερης) Tatarorum Cherſoneſum Tauricam et finitimas regiones incolentium princeps circa a. C. 1442.

Scriptores de Tataris.

DE rebus Tataricis memoriae prodiderunt Georgius Acropolita, Ioannes Cananus, Georg. Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Ioannes Cantacuzenus, Michael Ducas, Laonicus Chalcocondylas et Auctor Chronici Orientalis.

De genere Tatarorum, vel Scytharum potius vniuerſe, eorum migrationibus, Czingis-Chano, eiusque ſucceſſoribus Chalau et Telepuga, et rebus ab illis imperante Ioanne Duca cum in Oriente, tum in Occidente geſtis apud Nicephorum Gregoram relatum legimus. habent de iis nonnulla Pachymeres, Acropolita et Auctor Chronici orientalis. Iidemque res eorum ſub imperio Theodori Laſcaris II., Ioannis Laſcaris et Michaelis Palaeologi, ſub hoc quidem omnium copioſiſſime Pachymeres, enarrarunt. Sub Andronico ſeniore ad a. C. 1308. vſque de iis Pachymeres fere ſolus memoriae prodidit, bis tamen eorum Nicephorus et ſemel Cantacuzenus meminerunt. his duobus vero rerum vſque ad a. C. 1337. geſtarum memoriam debemus, iidemque de hiſtoria huius gentis ad a. C. 1357. vſque ſparſa quaedam et pauca delibant. Ab hoc tempore vſque ad a. C. 1389. altum eſt apud ſcriptores Byzantinos de Tataris ſilentium. Res Timur Chani geſtas ab initiis vſque ad obitum eius fuſiſſime Chalcocondylas perſecutus eſt, multa de iis etiam Ducas habet. De rebus Tatarorum poſt Temiris obitum geſtis apud ſolum Chalcocondylam relatum legimus. Ioannes Cananus denique Tataros in Amurathis, Conſtantinopolin oppugnantis, exercitu militaſſe refert.

INDEX

p) Aliis *Cara Iuſſuff.* Al. *Mirza Gehan Schah.*

q) Al. *Hadſi Geray*, Polon. *Esi Keray*, a quo Chani Crimmenſes.

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT. I. *Antiquiora quaedam et incerta de Scytharum gente.*

§. 1. *Scytharum ſedes, vitae genus, nomina.*

§. 2. *Alii ſedibus patriis egreſſi ſunt, alii ibi manſerunt, qui Scytharum nomen retinuerunt.*

§. 3. *Variae eorum irruptiones tam aduerſus Aſiaticas, quam Europaeas gentes, victores deuictarum gentium nomina aſſumunt*

§. 4. *Scythae in Africam et Iberiam occidentalem penetrant. Laborum conſuetudo, multitudo innumera, agilitas corporum cet. eos inuictos reddunt.*

CAPVT. II. *Res a Tataris, Chalau et Telepuga Czinchis-Chani filiis, ducibus, usque ad foedus Sultanum Iathatinem inter et Io Ducam imp. contra Tataros initum geſtae; ab a. C. 1222–1233.*

§. 5. *Tatarorum pars, Chalau duce, Iaxarte traiecto in inferiorem Aſiam deſcendit.*

§. 6. *Alii, duce Telepuga, ad Paludem Maeot., Tanaim et Iſtrum profecti, gentes ibi habitantes ſibi ſubiiciunt.*

§. 7. *Io. Ducas ad famam erumpentium Tatarorum caſtella armis et commeatu diligenter inſtruit.*

§. 8. *Tatari orientales ad Taurum montem progrediuntur.*

§. 9. *Anno proximo in Indiam, eaque ſubacta occidentem verſus vsque in Meſopotamiam penetrant.*

§. 10. *Perſas, Parthos, Medos ſubigunt, per Armeniam in Colchidem et Iberiam excurrunt.*

§. 11. *In Aſſyriorum et Babyloniorum finibus ſedes figunt, finitimis tributa imponunt. ſacra, mores, victum cultumque Aſſyriorum cet. amplectuntur.*

§. 12. *Io. Ducas et Iathatines Sultanus contra Tataros foedus iungunt.*

CAPVT III. *Res Tatarorum orientalium ſub Chalau duce, bella inprimis aduerſus Turcos, vsque ad illius obitum, geſtae; ab a. C. 1255–1261.*

§. 13. 14. *Theodorus Laſc. II. varia prouidet, ad Tataros terrendos, et a finibus Romanorum cohibendos compoſita.*

§. 15. *Falſus de Tatarorum in terram Turcorum irruptione nuncius.*

§. 16. *Michael Comnenus Pal. ad Turcos profugus, eis contra Tataros proeliantibus adeſt, vincuntur Turci, Tatari, eorum terram hoſtiliter percurrunt.*

§. 17. *Turc. Sultanus pacem a Tataris obtinet, tributum pendit.*

§. 18. *Sultanus Azatines a fratre diſſidens, hoc a Tataris auxiliis adiuto, ad imp. Theodorum Laſc. fugit.*

§. 19. *Turcorum fines a Tataris infeſtantur.*

§. 20. *Multi Turcorum a Tataris deficientes, ad fines Rom. fugiunt.*

§. 21. *Tatari Syriam, Palaeſtinam et Arabiam ſubigunt, annua gentibus iſtis tributa imperant.*

§. 22. *Excurſionis Tataricae verſus ſeptemtriones Cappadocia verſus meridiem Cilicia limites; regia Turcorum [Iconio] potiuntur Tatari, Azatines Sult. ad Michaelem Pal. confugit.*

§. 23. *Michael Pal. Azatinem apud ſe retinens, Chalau principi gratificatur.*

§. 24. *Affinitatem cum Tat. principe iungendo, gentem iſtam ſibi conciliare nititur imperator.*

§. 25. *Chalau, ante quam ſponſa Maria, filia Michaelis Pal. notha, ad ipſum perueniret, moritur; Maria Apagae, illius ſucceſſori, nubit.*

CAPVT. IV. *Tatarorum occidentalium, a Sultano Azatine concitatorum, in Romanos prouincias facta, ſociis Bulgaris, irruptio, a. C. 1265.*

§. 26. *Romani imperatores donis et affinitatibus ſibi Tataros conciliant.*

§. 27. *Azatines Sultan., ſe ab imperatore Cpli diutius retineri, moleſte ferens, Conſtantinum Bulgarum et Tataros in fines Rom. euocat.*

§. 28. *Tatari tunc ſui iuris erant, nondum Nogae ſubiecti.*

§. 29. *Tatari, Bulgaris adiuncti per Haemum in terram Rom. irrumpentes, omnia vaſtant.*

§. 30. *Imperator a copiis imparatus Tataris ſe obuium ferre non audet, fuga, Tataris vndique imminentibus, periculorum plena.*

§. 31. *Imperator a ſuis fere omnibus deſertus, aegre triremem conſcendens Cplin euadit, alii Romanorum cum Azatine in ſummo periculo conſtituti.*

§. 32. *Hi cum Azatine aegre in Aenum arcem euadunt, vbi a Tataris ac Bulgaris dura obſidione premuntur.*

§. 33. *Romani de conditionibus pacis, a Tataris et Bulgaris oblatae, deliberant.*

§. 34. *Tatari ac Bulgari, dedito tandem ipſis Sultano, obſidionem ſoluunt.*

§. 35. *Claſſis imperatoria ſero appellit; imperator temere deditiSultani poenas a praefectis ſuis exigit.*

§. 36. *Fama de Nicaea a Tataris capta vana, cauſa illius.*

CAPVT. V. *Res a Tataris, Noga, tam ante, quam poſt eius defectionem, eius filio Tzaca et Tuctai, Nogae victore, ducibus in occidente geſtae; antiquiora quaedam de Czinchis — chano; ab a. C. 1270 — 1294.*

§. 37. *Andronicus Tarchaniota magnus Conoſtaulus Tataros in terras Rom. euocat, quas miſere vaſtant.*

§. 38. *Michael Pal. iuncta cum Noga affinitate, Conſtantini Bulgari minas reprimit.*

§. 39. *Nogas a Tat. Chano antea verſus occidentem miſſus, gentibus Ponti Eux. accolis debellatis, proprium ibi conſtituit principatum.*

§. 40. *Alanorum, Zichorum, Gothorum, Roſſorum cet. copiis auctus, priſtinis dominis reſiſtendo par eſt.*

§. 41. *Tatarorum vitae ratio ſimplex, eorum legislator Czinchis-Chan.*

§. 42. *Leges ab eo latae, ſcopus illarum et vſus.*

§. 43. *Munera Nogae ab imperatore miſſa; Nogas in iis vtilitatem luxuriae longe anteponit.*

§. 44. *Michael Pal. Nogae amicitia fretus, pactorum, cum Bulgaro initorum, ſecurus eſt.*

§. 45. *Tatari Bulgariam incurſant, Lachanas quidam cohortem eorum vnam atque alteram caedit.*

§. 46. *Michael Pal. regnum Lachanae, quo is potitus erat, mox a Tataris eripiendum ominatur.*

§. 47. *Lachanas et Aſanes, regni aemuli, ad Nogam, eius auxilium imploratum veniunt, ille tandem eius iuſſu occiditur, hic dimittitur.*

§. 48. *Michael Pal. aduerſus Ioannem Sebaſtocratorem a Noga auxilia impetrat.*

§. 49. *Tataris obuiam progreditur.*

§. 50.

§. 50. *Morbo oppreſſus Tatarorum principes e lecto alloquitur, breui poſt moritur.*

§. 51. *Andronicus Michaelis Pal. F. Tataros, ne vacui redirent, in terram Seruiorum immittit.*

§. 52. *Tatari Iſtro traiecto in Bulgariam irrumpunt, a Meſembriae praefecto caeduntur.*

§. 53. *Macedoniae et Thraciae incolae ob irruptionem Tatarorum in caſtella confugere iubentur.*

§. 54. *Andronicus ob imminentem Tatarorum irruptionem cadauer Michaelis Pal. Selybriam deportandum curat.*

§. 55. *Tatari boreales, orientales, horum princeps Cazanes, eius genus.*

§. 56. *Rerum a Noga vsque ad iunctam cum Michaele Pal. affinitatem geſtarum repetitio.*

§. 57. *Nogas a Tuctai, Tatarorum orient. principe, proelio victus, occiditur.*

§. 58. *Tzacas, Nogae F. cum paucis ſuorum, in Bulgariam venit, eam ſibi vindicandi animo; Oſphentiſthlabum, Terteris regis filium, vxoris ſuae fratrem, ſibi adiungit.*

§. 59. *Oſphentiſthlabus aliquamdiu Tzacae partes ſecutus, tandem dolo captum occidendum curat.*

§. 60. *Res Tatarorum nondum ſatis confirmatae.*

CAPVT. VI. *Res Tatarorum orientalium ſub Argane et Cazane geſtae; ab a. C. 1291 – 1306.*

§. 61. *Melec Maſur, Azatinis F. a Chano Tat. Argane in regnum paternum reſtituitur, ab Amurio, a Tataris adiuto, pellitur.*

§. 62. *Imp. Andronicus de imminente Tatarorum borealium irruptione ſollicitus.*

§. 63. 64. *Turci a Tataris pulſi, fines Rom. infeſtant; ab Alexio Philanthropeno coërcentur.*

§. 65. *Alani a Tataris profugi, ad Romanos tranſeunt.*

§. 66. *Andronicus Cuximpaxis Tatari ope Turcorum graſſationes reprimere nititur, euentus ſpei non reſpondet.*

§. 67. *Andronicus de foedere atque affinitate ad Chanum Cazanem legatos mittit, quos hic benigne excipit.*

§. 68. *Fama foederis Cazanem inter et imperatorem percuſſi Turcos aliquantum a Rom. prouinciis infeſtandis cohibet.*

§. 69. *Cazane mortuo, Turci Rom. prouincias liberius vaſtant.*

§. 70. *Cazanes Cyrum, Darium et Alexandrum ſibi ad imitandum proponit; eius exercitus, res bello geſtae.*

§. 71. *Cazanes mechanicarum artium peritus.*

§. 72. *Eius aequitas et iuſtitia; numus Cazaneus.*

§. 73. *Charmpantam fratrem ſucceſſorem ſuum declarat, atque ad omne officii munus inſtruit.*

§. 74 *Fama huius rei per Aſiam diuulgatur.*

§. 75. *Cazanis mors innoteſcit; Charmpantas ſe foederibus a Cazane initis ſtare velle declarat.*

CAPVT. VII. *Alanorum a Romanis defectio; ad Tataros, veteres ſuos dominos, tranſeundi conſilium, clades; a. C. 1307.*

§. 76 *Alani, dum Romanis contra Catelanos militant, fugam meditantes, a Tuctai, veteri domino, reuocati putantur, coniectura veroſimili.*

§. 77. *Cuximpaxis Tatarus ab imperatore Alanos reuocatum mittitur.*

§. 78. *Alani Cuximpaxin, quaſi a Tuctai, ut ipſos repeteret, miſſum, auide ſuſcipiunt; isque totus in eorum partes tranſit.*

§. 79. *Cuximpaxis de legatione, qua functus erat, rationem reddit.*

§. 80. *Alani ad Tataros tranſire parantes, ad Haemi radices a Turcopulis et Catelanis occidione caeduntur.*

CAPVT

CAPVT. VIII. *Foedus Imp. Andronicum ſeniorem inter et Charmpantam, Tatarorum orientalium Chanum, iunctum; a. C. 1308.*

§. 81. *Andronicus Mariam ſororem, Charmpantae nupturam, Nicaeam mittit.*

§. 82. *Maria rogante, Charmpantas XXX. M. Tatarorum aduerſus Atmanem, Turcorum ſatrapam, mittit.*

§. 83. *Turci metu perculſi, quieſcunt.*

CAPVT. IX. *Iteratae Tatarorum occidentalium in Romanas prouincias irruptiones; a. C. 1319 -- 1337.*

§. 84. *Michael, Bulg. rex, cum Tatarorum auxiliis Andronicum Sen. laceſſere non audet.*

§. 85. *Imperatores Rom. Tatarorum incurſiones cum armis non poſſunt prohibere, muneribus et affinitatibus redimunt.*

§. 86. 87. *Tatari partem Moeſiae et Thraciae ſemel iterumque incurſant.*

§. 88. *Iterum in Thraciam irrumpunt; quos Andronicus Iunior ad Promuſulum caſtellum ingenti clade afficit.*

§. 89. *Romani Didymotichum abeunt; Tatari a magno exercitu miſſi occiſos ſepeliunt, domum abeunt.*

§. 90. *Andronicus Tataros ad Tuntzam fluuium offendit, vterque exercitus, fluuio ſeparatus, conſiſtit.*

§. 91. *Andronicus cum vno e Tatarorum ducibus in colloquium venit, ab eo non agnitus.*

§. 92. *Tatari tandem diſcedunt; eos ab Andronico Sen. aduocatos, a vero alienum.*

§. 93. *Tataricae irruptionis fama agricolae in caſtella confugiunt.*

§. 94. *Proceres quidam Rom. ob clandeſtina cum Tataris colloquia in exſilium mittuntur.*

§. 95. *Michael Bulg. rex cum Tat. auxiliis ad Diampolin caſtra locat.*

§. 96. *Pauimentum dirutae Metochitae domus Tatarorum prin-cipi mittitur.*

§. 97. *Michael Bulgarus adiunctis ſibi Tatarorum auxiliis fines Rom. incurſat.*

§. 98. *Cum iisdem in Seruiam irrumpit.*

§. 99. *Alexander Bulg. rex, Tatarorum auxiliis adiutus, plures Rom. vrbes capit.*

§. 100. *Nouis Tatarorum auxiliis pacem cum imperatore fa-ctam rumpere parat.*

§. 101. *Alexander Tataros contra Romanos educit.*

§. 102. *Vincuntur Romani, Rhoſocaſtrum fugiunt, ibi rurſu pugnatur, Bulgaro victore.*

§. 103. *Pax iungitur.*

§. 104. *Andronicus Iun. Arcadiopolin, prohibendis Tatarorum incurſionibus neceſſariam, inſtaurat.*

§. 105. *Tatari Thraciam L. diebus continuis vaſtant, Turcas ſibi obuios caedunt; cauſa huius irruptionis.*

§. 106. *Mulier Tatarica Romanum captiuum emit, ei nubit, priorem eius vxorem poſtea captam, redimit, cum iis Cplin abit, baptizatur; Romana Tatarae litem intendit, eius exitus.*

CAPVT. X. *Bella Tatarorum occidentalium cum Romanis, et Genuenſibus Caſſam incolentibus; Tatarorum orientalium memoria; ab a. C. 1341–1357.*

§. 107 *Siſmanus, Michaelis Bulgarorum regis F., ad Tataros fugit.*

§. 108. *Tatari in fines Romanos irrumpunt.*

§. 109. *Scopelenſes praeſidiarii Tataros adorti, clade afficiuntur.*

§. 110. *Genuenſes, facultate a Tataris impetrata, in Cherſo-neſo Taurica tabernas, deinde vrbem Caſſam condunt.*

§. 111. *Inter Genuenſes et Tataros Caſſae rixa oritur, res ad manus venit; Tatarorum princeps Genuenſes Caſſa diſcedere iubet, fruſtra.*

§. 112

§. 112. *Tatari vrbem oppugnant, irrito conatu.*

§. 113. *Tatari orientales bellis ciuilibus diſtracti.*

§. 114. *Peſtilentia, apud Tataros orta multas alias terras peruagatur.*

§. 115. *Genuenſes alias gentes commercio cum Tataris excludere conantur, vnde bellum cum Venetis oritur.*

§. 116. *Sulimanes, Orchanis F., Galatas, Tataris orient. ſubiectos, bello adoritur.*

CAPVT. XI. *Baiazitis in Tataros occidentales, ad ipſum tranſeuntes, perfidia. Legatio a Temire ad Baiazitem de Turcorum ſatrapis reſtituendis, irrita; bellum a Temire contra Baiazitem ſuſceptum, vsque ad Sebaſtiam a Temire captam; ab a. C. 1389 — 1400.*

§. 117. *Tatari ad Baiazitem tranſeuntes, benigne excipiuntur, duces eorum perfide occiduntur.*

§. 118. *Turcorum ſatrapae, a Baiazite terris ſuis ſpoliati, Temiris opem implorant; qui ea de re legatos ad Baiazitem mittit, veſte muneris loco addita.*

§. 119. *Baiazites reliqua non adeo inique ferens, munere veſtis maxime irritatus; legatis ſuperbe reſpondet.*

§. 120. *Temires Baiazitem ſatrapis imperium reſtituere iubet, minans, ni faciat; Baiazites contumelioſe reſpondet.*

§. 121. *Vxor Temirem a bello Baiaziti inferendo dehortatur, reſponſo eius cognito, eum ad id incitat.*

§. 122. *Temir bello ſuſcepto, Sebaſtiam capit, Baiaziti pacis leges ſcribit.*

§. 123. *Conſilium Temiris arma etiam in Europam et Africam transferendi.*

§. 124. *Vana Baiazitis fiducia.*

§. 125. *Turcorum opes bello Temirico imminuuntur.*

§. 126.

§. 126. Prima haec fuit Temiris aduerſus Sebaſtiam expeditio.

CAPVT. XII. *Res a Temire tam ante imperium, quam in imperio geſtae; bella aduerſus Hyrcanos, Caddufios, Arabes, Chataïdas (ſeu Maſagetas), Tataros occidentales et Turcos geſtae; ab a. C. 1369 -- 1400.*

§. 127. Temir Sangalis, priuati, filius, equorum cuſtos, latro, claudus.

§. 128. Cum aliis paſtoribus rem contra hoſtes ſtrenue gerit.

§. 129. Rex Maſagetarum, cognita Temiris virtute, eum ſummum exercitus ducem declarat: Temir hoſtes vincit, Bajazinem fugat, vrbem obſidet.

§. 130. Rege mortuo, eius viduam ducit Temir, Semarchandam capit, Babylonem obſidet.

§. 131. Militia Tatarorum ſub Temire.

§. 132. Chaidares vnus ex amicis Temiris, eum ad bella ſuſcipienda inſtigat.

§. 133. Myrxies, alius ex amicis Temiris, huic, priuato, prorum felicia ominatus, occiditur.

§. 134. Bellum Temiris aduerſus Hyrcanos; Mare Hyrcanum ſ. Caſpium et gentes illud accolentes.

§. 135. Hyrcanis victis, Caddufios adortus, eos vincit, vrbem eorum capit Temir.

§. 136. Arabes bello petit; quos cum vincere non poteſt, tributo iis et militibus imperatis, pacem facit.

§. 137. Tatari occid. Temiris regionem depraedantur; Tum Chataidas vincit.

§. 138 Regia eorum potitur, milites ibi conducit, victis tributum annuum imperat; vrbs Chataia.

§. 139. Tataros occid. [Scythas] bello petiturus; gentis celebritate ad id magis accenditur.

§. 14

§. 140. *Temir, vt Scythis propior eſſet, in vrbem Cheriam coloniam ducit; ſitus huius vrbis incertus.*

§. 141. *Temir recta cum exercitu verſus Tanain contendit, Scythae anguſtias montium praeoccupant.*

§. 142—147. *Horum Scytharum tribus, ſedes; vitae genus, res geſtae, regni ſedes, Vrda vocata.*

§. 148. *Temir cum Scythis ſemel iterumque proelio congreſſus vincitur, domum abit.*

§. 149. *Iterum exercitum in Scythas ducit, qui proelium vitantes, exercitum Temiris fatigant.*

§. 150. *Tandem eos aſſecutus Temir proelio vincit; ne reditu intercluderetur veritus, per Iberiam, Colchidem et Armeniam Cheriam redit.*

§. 151. *Scythae in regionem Temiris irrumpunt, hic foedus cum iis percutit.*

§. 152. *Temir bello in Coeleſyriam translato, Damaſcum capit, et diripit.*

§. 153. *Chalepiam capit; Chatagiae rex Araxe traiecto, Temiris regionem vaſtat, Temir, Baiaziti bellum inferre parans, cum illo pacem facit.*

CAPVT. XIII. *Bellum Temirem inter et Baiazitem geſtum, a capta inde a Temire Sebaſtia vsque ad proelium Ancyranum; a. C. 1400. 1401.*

§. 154. *Temir Sebaſtiam capit, dum Baiazites in Peloponneſo bellum gerit.*

§. 155. *Baiazites ſuppetias venit, ſero; modus, quo vrbs capta eſt.*

§. 156. *Temir legatis ad Baiazitem miſſis, pacis leges fert, Baiazites contumelioſe reſpondet.*

§. 157. *Temir per Phrygiam et Lydiam Baiaziti obuius procedit, Baiazites exercitum magnis itineribus affligit.*

§. 158. *Omina Baiaziti infauſta, Alii bellum diſſuadent.*

§. 159. *Ducum Baiazitis de bello ſententiae.*

§. 160. *Vterque exercitus non procul Ancyra caſtra locat: Temir caſtra Baiazitis explorat.*

§. 161. *Proelium Ancyranum, quo Temir ſuperior diſcedit.*

§. 162. *Baiazites in fuga capitur; capiuntur eius filii et uxor.*

§. 163. *Vt Temir Baiazitem exceperit; Temir ei, accipitres et canes mittens, illudit.*

CAPVT. XIV. *Res a Temire poſt Ancyranum proelium vsque ad Baiazitis obitum geſtae; a. C. 1401, 1402.*

§. 164. *Temir in Ioniam proficiſcitur, ibi et in regionibus finitimis hibernaturus; vlteriora eius conſilia; legatio ad imp. CP. miſſa.*

§. 165. *Temir Baiazitis vxorem vinum infundere iubet, Baiazites id indigniſſime fert.*

§. 166. *Ducum Turcicorum Baiazitem liberandi conſilium irritum.*

§. 167. *Temir Pruſa, Nicaea, Nicomedia aliisque vrbibus vaſtatis ac direptis Magneſiam abit.*

§. 168. *Smyrnam expugnat, equites Rhodii, qui arcem tenebant, nauibus euadunt.*

§. 169. *Phocaeorum et Lesbi principes Temirem per legatos donis placant.*

§. 170. *Temiris nepos aliique duces Epheſum conueniunt, inde omnes cum Temire Mylaſum abeunt.*

§. 171. *Omnia vaſtans Temir in Phrygiam ſalutarem contendit.*

§. 172. *Baiazitis obitus.*

§. 173. *Temir in Perſiam redit.*

CAPVT. XV. *Rerum a Temire poſt bellum Turcicum vsque ad eius obitum, nec non a filiis eius*

ac nepotibus geſtarum memoria ; a. C. 1402 ſeqq.

§. 174. A rege Indorum miſſi Cheriam diripiunt, rex Ind. Temiri foedus renunciat, Temir Cheriam reuertitur.

§. 175. Regis Ind. et Tzachataae bellum aduerſus Temirem, regiones et vrbes ei ſubiectae.

§. 176. Rex iſte quomodo ad Indiae imperium peruenerit; religio Indorum, frumentum, arundo, Indorum genus, antiquitas.

§. 177. Temir Ind. regi bellum infert, pacem cum eo facit.

§. 178. Temiris filii, laſciuia, obitus.

§. 179. Sachruchus, patri ſuccedit, huic frater natu minimus Paeangures, ortum inter eum et fratres bellum.

§. 180. Paeanguri ſuccedit Tzokies filius; Paimpures eum bello petit; Tzokies bello victor, Semarchanda potitur; ſedem regni Taurezen transfert, Leucariae ducem, et Samachiam, Carailucis regiam, adoritur. Vrbes Taureze et Samachia.

§. 181. 182. Tzaniſas, Tzokiis ex filia nepotis, Caraiſuphis filii, res geſtae.

§. 183. Tatari Amurati, CPlin oppugnanti, militant.

§. 184. Tataris occidentalibus bellum inferunt Genuenſes, ob Caffam ab illis direptam.

§. 185. Genuenſes cum claſſe Caffam veniunt; exſtenſione facta dum incauti iter faciunt, a Tataris clade afficiuntur, nauibus conſcenſis Byzantium verſus nauigant.

§. 186. Tzaniſas ad Muhammedem II. legatos mittit, ne Sebaſtiae finitima populetur, rogans; res geſtae Tzaniſae.

§. 187. Rerum a Tzokie geſtarum repetitio.

§. 188. Trapezuntini imperatores cum Temiris nepotibus affinitates iungunt.

TATARICORVM

CAPVT I.

Antiquiora quaedam et incerta de Scytharum gente.

§. 1.

ante *Imp.* IOANNIS Ducae.

ante a. C. 1222. a)

1. GENS [Scytharum] eſt populoſiſſima, magis verſus Septemtrionem habitans, quam vllae aliae noſtri orbis: et quamuis non prorſus Arctico polo ſubiecta, in eo tamen ſita parallelo, qui maxime omnium, quotquot vniuerſum orbem circumſcribunt, verſus ſeptemtrionem porrigitur: vt et veterum hiſtoriarum ſcriptores nobis tradiderunt, et nos, quantum licuit, diuturna experientia comperimus.

Hos

1. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 17—20. Hic cum varia de rebus Ioannis Ducae ſub ipſum imperii eius exordium geſtis narraſſet, ad reliqua pergens tranſitus loco praemittit: *Poſtquam autem ad hunc hiſtoriae locum ventum eſt: non praetereundi ſilentio viſi ſunt Scythae* [Tatari], *qui his temporibus Aſiam et Europam ſunt peruagati. Nam progreſſu orationis ſaepe illorum mentio incidet. Quare breuiter, quantum fieri poteſt, oportet nos eorum res declarare, et ad intelligenda ea, quae ſequuntur, luculentiorem eorum notitiam praemittere; ne ea, quae ipſi ſcimus, narrando efficiamus, vt ii adhibitis commentis a vero aberrent, et alias ex aliis coniecturas ſequantur, veluti canes venatici, qui leporibus veſtigandis nares ad alia atque alia veſtigia transferunt. Gens eſt* —. reliqua vide in textu 1.

a) Vide infra §. 5.

ante a. C. 1222.

Hos *Galactophagos* et *Abios* b) et mortalium iuſtisſimos appellauit Homerus. Apud eos enim neque coquorum lenocinia excogitata neque ſumtuoſus menſarum apparatus. Plantatio autem et aratio quid ſit, ne per ſomnium quidem vnquam viderunt. Illis victus eſt herba ſponte e terra naſcens et ſanguis ac carnes iumentorum aliarumque pecudum, feraeque ac volucres, ſi quas capere poſſunt; id quoque ipſis alimentum eſt fortuitum c).

Veſtimentum nulla arte confectum, animalium pelles. Argentum vero, aurum, margaritae et lapis lychnites non pluris fiunt, quam puluis. Nulli ibi ſunt ſolemnes ludi, nulla ambitioſa ſpectacula, nullae deliberationes de naualibus, trierarchiis et aedilitiis functionibus: ſed quod ad haec quidem attinet, pacata omnia et vita ſeditionum omnino expers. Vt enim febres, quae humanis corporibus ſuperueniunt, e materia oriuntur, ac tamdiu vigent, quamdiu illa praeſto eſt; cum vero et inedia diuturna et potiones a medicis corpori adhibitae materiam omnem conſumſerint; ſtatim et febris deſinit, et morbus relangueſcit: ſic etiam apud illam gentem cum eae res non ſint, a quibus lites et contentiones oriuntur, mutuaeque inſidiae et caedes ſuſcipiuntur, neque iudiciis, neque curiis, neque legum recitationibus eſt opus; ac ne eloquentia quidem verborumque argutiae ac perplexae inuentiones locum habent; ſed innata quaedam iuſtitia illos regit et minime inuidioſa libertas. Quibus de cauſis et Homerus eos mortalium iuſtiſſimos nominauit.

Eorum vero appellationem Scriptores veteres nobis varie tradiderunt. Nam Homerus *Cimmerios* d) eos vocat: Herodotus vero Perſicae hiſtoriae auctor, *Scythas diuerſos* e); Plutarchus Chaeroneus *Cimbros* et *Teutonas* f), non ille quidem ſuapte auctoritate, ſed tamen nominat, velut ambigens ac ipſe ſibi diffidens. Nam pro-

 priam

b) Γαλακτοφάγους μὲν καὶ Ἀβίους. *lacte paſtos* et *inopes* vel *longaevos* in marg. adſcribit interpres.

c) καὶ τοῦτο δ' αὐτοῖς αὐτοσχέδιος ἐστι τροφή. haec in textu latino omiſſa in margine adſcripta ſunt.

d) Κιμμερίους.

e) Σκυθας πολυαδας.

f) Κιμβρους καὶ Τευτονας.

priam ſuam appellationem ipſi vtique ſua lingua norunt: qui vero Graecis nominibus eos appellant, alius aliter ſuo quisque arbitratu illos vocant, quicunque torrentis inſtar in noſtras prouincias irruentes alias alia loca occupant. Vt enim terrores ſaepe hominibus a Deo incutiuntur, de coelo quidem, vt fulgura, incendia et crebri imbres; e terra autem, vt telluris hiatus et quaſſationes; item ex aëre, vt typhones et nimbi: ita hi a Deo aſſeruantur Septentrionales et Hyperborei quodammodo terrores g), vt pro alia plaga h), quando et in quos prouidentiae viſum fuerit, immittantur.

§. 2.

Horum aliqui, patriis ſedibus relictis, multas prouincias vaſtarunt, plurimaſque gentes iugo ſeruitutis ſubdiderunt: non ſecus ac magni maris ſinus, per decliuia effuſus, omnia ſuo curſui obuia inundaret, ac proſterneret. Caeterum, cum inde nudi atque inopes i) exierint, mutata victus ratione, mores eorum imitantur, apud quos conſederint. — tamen — ii, qui proxime veterem Scythiam, ex qua primum egreſſi erant, conſederunt, nomen priſtinum integrum ſeruant. Nam et ipſi Scythae appellantur, et terra, quae eos alit, Scythia dicitur. Eiuſmodi ſunt ii, qui vltra Tanais fontes et ad ipſum Tanain olim habitarunt; poſtea, eo flumine traiecto, in Europam effuſi, Maeotidis maxime paludis latera ad occaſum ſpectantia occuparunt.

§. 3.

Poſt multa deinde ſaecula k) alii e prima Scythia, veluti ex magno fonte, erumpentes, in duas partes ſunt diuiſi: quarum *vna*, Sarmatis Aſianis l) euerſis, ad Caſpium vsque mare excurrit; qui, patrii nominis etiam obliti, *Sarmatas*, *Maſſagetas*, et *Melanchlaeni*

g) *ἀρκτικά τινα, ὡς εἰπεῖν, καὶ ὑπερβόρεια δείματα.*

h) *ἀνθ' ἑτέρας μάστιγος.*

i) *ἄσκευοι.*

k) *μετὰ δὲ μακρὰν μακρῶν ἤδη ἐνιαυτῶν περίοδον.*

l) *τὰς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ Σαυρομάτας.*

ni, et *Amazones* vocabantur m): et quae ſingulae ab eis domitae gentes nomina ſortitae fuerant, eadem et ipſi aſſumſerunt, ſuo vitae genere ad illarum mores translato, quaſi tinctu quodam profundo et indelebili expreſſo. *Alteri* vero verſus Europam profecti, 'et omnem oceani oram peruagati, *Sarmatarum* et *Germanorum* nomina ſibi vindicarunt n). Denique in Galliam o) quoque impreſſione facta, eaque ſubiecta, *Celtae* et *Galatae* p) ſunt appellati: vt *Cimbros* et *Teutones* taceam, qui multo poſt Alpibus ſuperatis, cum innumerabili multitudine, vxoribus et liberis etiam adductis, Italiam ingreſſi, vix illi quidem, ſed tamen caeſi ſunt a Romanis exercitibus, Caii Marii et Luctatii Catuli q) conſulum ductu atque auſpiciis.

§. 4.

Quid multa, cum in ipſam Africam ſaepe penetrarint, Iberis occidentalibus ſubactis, et freto Herculis traiecto? Nam quibus arma inferunt, eos omnes plerumque vincunt, et alienis regionibus dominantur. Eorum vero patriam, Scythiam, nemo vnquam ab omni aeuo videtur domuiſſe. In cauſa eſt, quod, delicatam et in luxu diffluentem vitae rationem ab initio peroſi, nec frumentum edunt, nec vinum bibunt. Quamobrem neque terram arant, neque vinum vnquam coluerunt, neque alias fruges ferunt, vnde interioris orbis incolae victitant. Quae cum Scythis, quippe aſſuetis, minime grauia ac potius iucunda ſunt: hoſtibus eorum acerbiſſima ſunt, impedimenta plura quam bellica inſtrumenta adducentibus, et vbi caſtra metati ſunt, mercatum omnis generis requirentibus, ne quid vel ipſis vel iumentis deſit. At illi expeditae ac tenui vitae ſemper aſſueti, facile bella ſuſcipiunt, ac tridui iter ſaepe vno die volucrum inſtar, conficiunt, et alias atque alias ante famam aduentus ſui terras occupant, nihil quidem ſecum adducentes, ſed iis rebus

m) Σαυρομαται και Μασσαγεται ἐκαλεντο, και Μελαγχλαινοι και Αμαζονες.

n) την παρωκεανιον πασαν καταδραμοντες ἠπειρον, ἐς τε Σαρματας και Γερμανες τα ὀνοματα ἠμειψαν και αὐτοι.

o) ἐς την Κελτικην.

p) Κελτοι και Γαλαται.

q) Κατλε Λατατιε.

ante a. C. 1222.

bus omnibus inſtructi, quibus victoria facile paretur. Eae ſunt, multitudo eorum paene innumerabilis, agilitas corporum ac celerrimae progreſſiones, et; quod his maius eſt, animus vitae omnino prodigus et ferarum more rectus in aduerſum hoſtem impetus [r].

CAPVT

r) Praemiſſis his de Scytharum gente generalioribus, ad res Tatarorum geſtas narrandas pergit: *Sed ad hiſtoriae ſeriem redeundum eſt. Nam cum Ioannes Ducas* cet. vid. *ſ. 5.*

CAPVT II.

Res a Tataris, Chalau et Telepuga, Czinchis-Chani filiis, ducibus, vsque ad foedus Sultanum Iathatinem inter et Ioannem Ducam imp. contra Tataros initum, geſtae; ab a. C. 1222 – 1233.

§. 5.

Imp. IOANNE *Duca.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1222 [a]) — 1233. [b])

CVM Ioannes Ducas rerum iam potiretur, Scytharum [c]) portio numeroſa, quae multis hominum millibus conſtabat, ab Hyperboreis effuſa [d]), ad Caſpium mare protinus deſcendit, 2.

Inte

2. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 20, 21.

a) Hoc anno imperium ſuſcepit Ioannes Ducas.

b) Vide infra §. 12. in variet. narrationis.

c) Tataros intelligi e ſequentibus apparet.

De prima Tatarorum eruptione in Chronico Orientali p. 83. haec narrantur: Sub Calipha Alhadelo Abu-Bacro — *Anno ſexcenteſimo decimo tertio fuit irruptio Tartarorum, qui colebant planitiem Sinarum conterminam, quae dicitur* HAGIN MAGIN, *qui robore aucti, prouincias Moſlemanorum infinita multitudine aggreſſi ſunt, et totam occuparunt prouinciam Haracam.* Ibid. p. 60. *Eius* (Caliphae Bagdadi Alnaſſero Ladin-Alla Abulhabbas, qui obiit a. Hegirae 621. caliphatu per annos 46. dies 324. lunares, a. 45. d. 189. ſolares potitus) *tempore erumpere coeperunt Tartari.*

d) ἀνωθεν ἐξ ὑπερβορεων ἀποσσωθασα.

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1222—1233.

Interim vero duce eorum SITZISCHANE e) defuncto, ambo eius filii, *Chalaus* et *Telepugas* f), exercitus principatum diuiſerunt. Ac Chalaus Caſpia et Iaxarte fluuio lato et profundo, qui e Scythiae montibus ortus, Sogdianam perfluens, in mare Caſpium irrumpit, ad ſeptemtrionem relictis g), per inferiorem Aſiam deſcendit. ſed de his loqui ſuperſedeamus. Nam de Europa prius eſt dicendum.

§. 6.

Alter enim Sitziſchanis filius Telepugas h), limitibus imperii ſui conſtitutis, meridiem verſus Caucaſi cacuminibus et deinceps mari Caſpio, per *Maſſagetarum* et *Sauromatarum* terram profi-

e) Σιτζιχαν. Du Cangius in Notis ad Nicephorum, p. 722. „ Pachymeri Lib. V. C. 4. [Tom. I. p. 237. quem locum infra §. 42. adfero] Τζιγχισχαν dicitur; vbi is haec addit: Τζιγγις γαρ ονομα το δε χαν βασιλευς. cuius vocis vim ac ſignificatum prodit etiam Vincentius Bellouacenſis lib. XXX. c. 69. et XXXII. c. 34. a quo *Chingis* nude, omiſſo *Cham* epitheto, interdum appellatur, vt eod. libro c. 8. Latini vero ſcriptores *Chingiſcham* [potius *Czingis-Chan* vel *Dſchinkis-Chan*, plane vt Pachymeres habet, ſcribi debet] hunc vulgo vocant, vt idem Bellouacenſis d. cap. 69. et aliis locis, qui Tartarorum defectionem ab Indiae rege, cui parebant, ad a. MCCVI. refert „.

f) ὁ τε Χαλαυ και ὁ Τελεπυγας. Du Cangius l. c. „ Aliter filiorum Chingiſchami nomina efferunt idem Bellouacenſis c. 13. eiusd. libri XXXII. Haytonus c. XVII. Paulus Venetus et alii „.

g) προς ἀρκτον ἀφεις την τε Κασπιαν και Ιαξαρτην ποταμον, ὃς ἐκ των Σκυθικων ῥηγνυμενος ὀρων, πλατυς τε και βαθυῤῥους δια της των Σογδιανων χωρας κατιων, ἐς την Κασπιαν ποιειται τας ἐκβολας. Du Cangius in notis ad Bryennii Commentarios, p. 201. docet, Araxidem fluuium eum eſſe, quem *Oxum* veteres, *Gichonem*, Arabes appellant, in mare Caſpium illabi, et Perſidi propiorem eſſe, quam *Iaxartem* veterum, Arabum *Sichonem*, qui vlterius verſus ſeptemtriones in idem mare euoluatur. [Oxus Bachariae minoris fluuius ab incolis hodie *Amu-Daria*, vt Iaxartes, Bachariae minoris fl., *Sir-Daria* vocatur].

h) Du Cangius ad Niceph. Greg. p. 722. „ Hanc Tartarorum in Europaeas prouincias irruptionem *Bathy* [*Batu*], Chingiſchami duci, ex Thoſſato filio [al. *Zuzzi* vel *Giuhki*] nepoti adſcribit idem Bellouacenſis Lib. XXXII. c. 15. „.

ficiſcitur: nec eas tantum, ſed omnes gentes, quae Maeotidem paludem et Tanain accolunt, ſubigit. Deinde Tanais fontibus ſuperatis, impetu aduerſus Europaeas gentes deſcendit: quae multae ac variae fuerunt. Nam quae in mediterraneis habitant, 'partes quaedam i) ac reliquiae erant '*veterum Scytharum*, in paſtores et aratores diuiſae k): quae autem Maeotidis confinia et Ponti oram accolebant, *Zicchi* et *Abaſgi*, *Gotthi* et *Hamaxobii*. *Tauroſcythae* et *Boryſthenitae* erant: et Myſiae, quae eſt ad Iſtri oſtia, habitatores. *Hunni* vero hi et *Comani* vocabantur. Erant etiam, qui eos *Scythas* nominarent l).

α) Ii m), graui et intolerabili Scytharum n) impreſſione perterriti, mutandas ſibi ſedes cenſuerunt. Neque enim vllis ſatis fiduciae ad reſiſtendum erat, ſed omnes 'et vrbes et gentes trepidabant et ſpicarum inſtar quaſi in area conterebantur, ac profligabantur. Vnde et hi, Scythici belli ſucceſſu deſperato, pellibus palea plenis pro ratibus vſi, cum vxoribus et liberis Iſtrum tranſierunt o). —

§. 7.

IOANNES Ducas, audita ſolum illorum [Tocharorum] fama, muniuit arces frumento et armis. 'ac frumentum quidem ea 3

α) ACROPOLITA: *Scytharum gens 'ab excurſionibus, latrociniis ac Tatarorum caedibus reliqua* (των Ταταρων [in Chron. Compend. Ταρταρων] καταδραμοντων αυτων, όποσοι το ξιφος ἱκανων ἐξεφυγον) *cum filiis et vxoribus, Bulgaris licet reclamantibus, — vtribus Iſtro ſuperato, Macedoniae loca occuparunt —.* locum integrum vide in *Comanicis §. 31.* lit. α.

i) τεμαχιωττα. In marg. τεμαχια τα Cod. Reg. forte pro τεμαχια τε ,,.

k) των παλαι Σκυθων, όσα ἐς νομαδας και ἀροτηρας ἐμεριζοντο.

l) Cf. *Comanica §. 31.* not. *t* et *v.*

m) Niceph. Greg. T. I. p. 21. Georg. Acropol. p. 29-32. Id. in Chronico Compend. p. 126-128.

n) Tatarorum, puta.

o) Reliqua vide in *Comanicis §. 31.*

3. PACHYMERES T. I. p. 87. Qui haec alieno loco, cum Michaelem Palaeologum in eo totum fuiſſe, vt Tataros ſibi conciliaret, dixiſſet, narrat. Vide infra §. 24.

copia, quae ſufficeret in vſum quam longiſſimi temporis, congeri iuſſit, obſignarique ſingula horrea bullis plumbeis; indicantibus, quantum in quoque conditum ſeruaretur. Atque vt certius is numerus conſtaret, praeceperat, eos, qui id frumentum comportabant, non inde ad proprium victum ſumere; ſed ipſis aliunde ſubminiſtrari, quo interim, dum ei conuectioni nauabant operam, veſcerentur p). 'Armorum vero redundantem etiam numerum neceſſarium putabat, tale id eſſe genus rerum ſtatuens, cuius nunquam affatim vtentibus ſit. quippe quorum etiam dum innumerabilis videbatur affluere copia, ſaepe in occaſione penuria ſentiatur. Quare illos, quibus incumbebat ex officio gratis quaedam ſuppeditare militibus, iuſſit adſcribere catalogis, ſuggerendarum e fiſco rerum, poſt ſacram iconem, arma cuiusque generis et vſus q). –

'Iſtius tam accuratae prouiſionis prudenti huic principi cauſam praebuit rumor procul auditus parantis erumpere gentis barbarae, numeroſae, vehementis; etiam cum nondum intelligeretur, quid eſſet, quantum poſſet, cur ſuis latibulis exiret r), quibus vteretur moribus, pacemque, an bellum praeoptatura videretur. 'Tam vulgo enim increbuerat cum horrore terroreque ad Tocharorum mentionem. quaſi panico iſtius eiusdem caeca quaedam ignoratio populi, vt eos plerique caninis deformes capitibus dicerent s): paſſimque audiretur de immani eorum genere victus, ac crederentur humanis carnibus ingluuiem explere t).

§. 8.

p) ὧν τον μεν κατ' ἔτος χρονες προσεταττε ἀποτιθεσθαι, βελλαις μολυβδιναις των ἐνοντα τοις ἐποικοις σφραγιζων, φεροντας δ' ἐξωθεν ἐπιταττων σιτιζεσθαι.

q) τα δε και ἀναγκαια ἐτιθα τοις κτησομενοις, ὡς ἱκανων και το εἰς περιουσιαν ὂν ὑστεραν. προικοδοτουντας γαρ μετα την σεβασμιαν εἰκονα, τα ὁπλα προσεταττε καταγραφεσθαι.

r) μη δε γαρ ἐχαν ἀδειαν, τι ἐξορμησαν των σφων φωλεων ἐθνος.

s) τοσον ἦν ἀδηλον ἑως τοτε τι ἐθνος, παρα πολλοις δ' ἐλεγοντο Κυνοκεφαλοι.

t) Quae his ſubnectit Pachymeres, ea infra §. 13. adfero.

§. 8.

VERVM iam in orientem eſt tranſeundum v) et ad illos longiſſime prouectos Scythas x) veniendum, qui in Aſiam velut magna vis locuſtarum effuſi, propemodum vniuerſam conturbarunt, et oppreſſerunt. Nam Caſpiis anguſtiis y) ſuperatis, Sogdiana a tergo relicta, et Bactrianis, et Oxo Sogdo flumine z), qui plurimis iisque magnis fontibus augetur, ad radices magnorum montium progreſſi hibernarunt, vbertate illius regionis et praeda ante parta fruentes. Montes autem illi et plurimi ſunt et maximi: qui, quod vna quadam continenti ſerie cohaerent, in vnum veluti montem conflantur, qui, nomine communi Taurus dictus, Aſiam vniuerſam perfecte mediam cingit, ac diuidit. Incipiunt illi ab occaſu, proxime Aegaeum mare. Inde vero exorſi, totam Aſiam in duas partes ſecant, donec ad ſubſolanum ventum iuxta ipſum oceanum terminentur. 4.

§. 9.

Vere igitur, cum omnis terra graminis viriditate veſtitur, relictis ad montium radices hibernis, Scythae velut haedorum greges, boumue armenta, montium cacumina ſuperant, et in populos ſubiectos irruunt; eosque omnes praedati, in Indiam penetrant, quanta in vtramque ripam maximi fluuiorum, Indi patet. Qua ſub iugum miſſa, verſus ortum vltra progredi deſtiterunt, ob aſperitatem et aeſtum loci: ſed itinere in Arachoſiam a) et Carmaniam b) conuerſo, gentibus illis facile ſubactis, ad Chaldaeos et

4. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 21 — 23. vbi haec iis, quae de migratione Comanorum [vide ſupra §. 6.] dicta ſunt, ſtatim ſubiunguntur.

v) Ad ea reſpicit Nicephorus, quorum narrationem ſupra §. 5. extr. abruperat.

x) τας υπερορίας [in marg. ὑπερβορεας] ἱκανας Σκυθας. Illos nimirum intelligit Tataros, quos Chalau, alteri e Dſchinkis-Chani filiis, paruiſſe dixerat.

y) τα περι την Κασπιων πυλα.

z) και Ωξον τον Σογδον ποταμον. in marg. Σογδον abeſt [in Cod. Reg.],. Cf. ſupra §. 5. not. g.

a) ἐπ' Αραχωσιαν.

b) Καρμανιαν.

Arabes peruenerunt. Deinde ad Babylonios et Aſſyrios tranſgreſſi, occupataque Meſopotamia, amoenitate loci allecti, longos ibi errores finiunt, tertio anno poſtquam Iaxartem fluuium traiecerant, et, a popularibus ſuis auulſi, Aſiam inferiorem ſibi vendicarant.

§. 10.

Sed quemadmodum ignis in denſam ſiluam delatus non eam ſolum, quam primum corripuit, conſumit, ſed et circumiectam omnem, ſi ei pariter obuia fuerit, facillime depaſcitur: ſic dux illorum Scytharum, totius Aſiae ad omnem humanam commoditatem opportuniſſima ſede ſibi delecta, poſtea non quieuit, neque finitimis abſtinuit: ſed tribunis ſuis et ſatrapis alio atque alio miſſis, Perſas primum, et Parthos, et Medos ſubigit. Deinde per Armeniam maiorem aſcendendo, verſus ſeptemtrionem ad Colchidem et finitimam illi Iberiam excurrit. Habebat porro in animo, ſequentibus annis interiorem quoque Aſiam peruagari et imperii ſui limites arenis littorum, qua mare et terra cöeunt, terminare. Neque enim ferendum eſſe, vt vlla gens eius ditioni non ſubeſſet, quae per totam Aſiae continentem ad maria vsque habitaret. Sed tum quiete ibi conſidere decreuerunt, prouinciis, vrbibus, habitationibus aliarumque rerum poſſeſſionibus praediiſque voluptariis et amoeniſſimis inter ſe diſtributis.

§. 11.

Aurum vero, argentum, varias pecuniae ſpecies ſumtuoſaſque diuitias, quibus loca illa abundant, cui vſui eſſent cum adhuc ignorarent, non ſecus ac lutum ac veluti res abiectas et inutiles negligebant. — principio ſolis neceſſariis iisque anguſtis, aſſueti: deinde in totarum regionum amoenitatibus verſati, quot Babyloniorum et Aſſyriorum confinia ſuppeditant, eos non eſſe deſerendas iudicarunt; ſed diuturnis illis laboribus et vagis curſibus repudiatis, ibi conſidendum et deinceps viuendum eſſe. Vnde iis gentibus, quas inuaſerunt, annua tributa impoſuerunt: nec ex eo deſiſtunt, eas exacti-

Imp. IOANNE *Duca.*

exactionibus et edictis pro mancipiis quotannis exagitare et velut ex magno tripode oracula reddere, ac pro ſua libidine quiduis in illas decernere.

Tandem cultioribus Aſſyriorum, Perſarum et Chaldaeorum moribus manſuefacti, ad eorum religionem inclinarunt, patrio numinis contemtu relicto [c]. illorumque mores et inſtituta in veſtibus, in ſumtuoſo victu caeteriſque vitae deliciis receperunt, tanta mutatione facta, vt, cum prius caput craſſo et promiſſo pileo tegerent, et reliqui veſtitus omnis felicitas in pellibus animalium et coriis illaboratis apud eos conſiſteret, arma vero eis eſſent clauae, fundae, haſtae, ſagittae et arcus, omnia ex tempore quernis et aliis ſimilibus lignis fabricata, qualia montes et ſiluae certis tempeſtatibus ſponte naſcentia producunt, iidem poſtea veſtes integras ſericas et auro intertextas vſurparent. Vsque adeo luxu immodico diffluere coeperunt, priſtinae vitae ratione prorſus in contrarium mutata.

§. 12.

β) Inter haec Turci, qui Aſiam intra Euphratem, et Ara- 5.
bes, qui Coeleſyriam et Phoeniciam tenent non parum apud ſe trepi-

β) ACROPOLITA: *Nec multos poſt dies* [quam Theſſalonicam Ioannes Ducas obſidere coepit] *Tachariorum* (Ταχαρων) *natio in Muſúlmanos inuadens, proelio cum illis dimicat, et fugat. De quo imperator ab imperatore Theodoro filio, quem in Pegarum partibus reliquerat, certior fit. Id vbi perſenſiſſet imperator, vt ſilentio ſcientes tenerent, et ne cui rem communicarent, iubet. Interim cum Ioanne, qui Theſſalonicae erat, foedus ferit, cum pro eo Theodorus Angelus, Ioannis pater, legatus acceſſiſſet.* Inter dies *XL ſanctiones factae ſunt, et iusiurandum finem habuit —. His completis, imperator in orientem remeat. — Nymphaei hiemat. Inde diſcedens, Lampſacum venit, vbi aeſtate et autumno tranſactis, — Pegas contendit —* 3.

c) τὴν πατριον ἀθεϊαν ἀφεντες.

d) τὴν μεν κεφαλην παχει τινι πιλῳ και ἀνωμαλῳ σκεποντες.

5. NICEPH. GREGOR. T. I. p. 23, 24. Acropolita p. 36 — 38. Id. in Chronico Compend. p. 130, 131.

trepidabant propter periculoſam Scytharum vicinitatem e). Itaque Turcorum princeps f) legatos ſumma rei gerendae auctoritate praeditos ad imperatorem Ioannem firmandae pacis cauſa mittit, timens, ne ipſe, Scythico bello diſtractus, grauem hoſtem a tergo haberet Romanum exercitum. Eas quippe extremas anguſtias eſſe et certiſſimum imperii ſui exitum, ſi Scytharum tantum incurſionibus vix audens reſiſtere, ob geminatum bellum vires ſuas partiri cogeretur. Id et imperatori in votis erat g) — quod firmiſſimum et opportuniſſimum vallum futuri eſſent Turci, inter bellum Scythicum

[quo venit]. *Decima octaua tum menſis Decembris dies numerabatur, annus VI.MDCCXLI. — Inde exiens* Nymphaeum *appellit, ibique ad vernum tempus permanſit. Muſulmanorum itaque exercitu diſſipato, vt diximus, a Tachariis* (Ταχαρων), *quibus Sultanus Iathatines praeerat, Sultani Azatinis filius, qui cum ſe vellet in pugna Tacharica experiri, debellatur. Et, paene rebus auerſis, legatos ad imperatorem Ioannem mittit, conſilium praeſentiſſimum petens, quanam tandem ipſe ratione hoſtem repelleret, et paululum a malis ſubleuaretur: id ſcilicet dictitans vtrisque ſalutare eſſe. Muſulmanis enim a Tacharis* (Ταχαρων) *proſtratis, in Romanas ciuitates aditus liberi ac ſine impedimento, quod et veriſſimum erat, hoſtibus, cum eos reprimere non poſſis, patebunt. Porro imperator Ioannes, vtpote in rebus ſimilibus ſagax et prudens, legationem libens accipit, et concordiam cum Sultano conglutinat, vt ſic aduerſarios repellerent. nam his duabus maximis potentiis conſociatis, veroſimile fuerit, hoſtem metum concipere, ſi, dum contra vnum inuehuntur, derepente contra duos ſe arma ſumſiſſe, deprehendant. Propter haec itaque in vnum animis coaluere, amboque, cum Ioannes imperator, tum Sultanus Iathatines,*

e) *πονηρον τες Σκυθας ὁρωντες γειτονημα.* Du Cangius in Notis ad Nicephorum p. 723. „ A quibus quidem Tataris pridem [Turci] impugnabantur, vti narrat Bellouacenſis Lib. XXXI. cap. 141. Quanta autem fuerit hac aetate nobilitas, magnitudo et opulentia regni Turcici, quique magnates eorumdem dominio ſubiecti fuerint, exponit capitibus ſequentibus „.

f) *Iathatines*, vt ex allato Acropolitae loco patet.

g) Hic omiſſa vide in *Turcicis* *§. 365.*

Imp. IOANNE *Duca.*

thicum interiecti, commune periculum ſuis corporibus excepturi, velut robuſti propugnatores, ac tanquam ſaxei obices, quos in maritimis plagis natura alicubi ſaeuientibus pelagi fluctibus opponit.

CAPVT

apud Tripolin, quam Maeander praeterfluit — ſemet humaniſſime excipiunt —, et pactis, quibus antea obſtringebantur, ſanctius confirmatis, vt ſimul vna ambo hoſtes proelio laceſſerent, abiere, Ioannes Philadelphiam petens, Sultanus Iconium, vbi regia illius erat. Et tunc quidem vterque tranquilla pace vſus eſt. Nam Tacharorum exercitus ſuis ſe finibus continuit, nec praeſcriptos, vt moris erat, tranſcendit, cum rebus domeſticis incumberet b).

h) Idem Acropolita p. 39. *Ioannes imperator tunc temporis occaſione arrepta, quod, vt diximus, natio Tacharorum cum aliis nationibus contendebat, cum Sultano pugna poſtpoſita, quando Babylonico, quem Muſulmani CaliphThe ſolent appellare, et illi proximis bellum inferret, ineunte aeſtate Helleſpontum tranat, filio ſuo Theodoro in Oriente relicto.*

CAPVT III.

Res Tatarorum orientalium ſub Chalau duce, bella inprimis aduerſus Turcos, vsque ad illius obitum, geſtae; ab a. C. 1255-1261.

§. 13.

Imp. THEODORO Laſc. II.

Imp. THEODORO *Laſcari* II.

a. C. 1255. a)

6. Cvm vero ad Theodorum in imperio recentem dicerentur [Tochari] ex Perſide legatos mittere (nec fama mentiebatur), magnum illi ea res metum et perturbationem admouit. b) Decreuit tamen imperator, diſſimulata formidine ipſos fallere. Ac primum miſit certos homines, qui nunciarent in Perſidem, Romanorum imperatorem comparare ſe ad mouendum in eos infeſtis ſignis. Hi alii ſuper alios varie mittebantur quam velociſſime, cum mandatis magnopere extollendi Romani imperii potentiam, vt cui reſiſtere nulla quamuis fera et numeroſa gens poſſit, in eaque affirmatione quam efficaciſſime inculcanda inſiſtendi, quoad fidem facerent c). Cuius rei periculo ne deterrerentur, prouiſum erat magnitudine promiſſae mercedis. conſtituebantur quippe his, qui illam operam reipublicae nauabant, ampla demenſa e publico et ſtatae perpetuoque duraturae in alimenta penſiones; quibus, ſi quid humani

6. PACHYMERES T. I. p. 87—88. Haec iis, quae ſupra §. 7. attuli, ſtatim ſubiungit Pachymeres.

a) Hoc anno imperium iniit Theodorus Laſc. II.

b) Φόβος δὲ καὶ ταραχὴ ...

c) εἰς ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐκστρατεύειν, ... ταχυδρομήσαντας κηρύττειν.

Imp. THEODORO Laſc. II.

manitus, vt in periculoſo miniſterio, pati contingeret eos, qui meruerant, vxores ipſorum liberique fruerentur d). Alios etiam deſtinauit in occurſum legatorum, qui monſtrarent iter: ſed his praecepit, vt eos de induſtria per loca maxime aſpera inuiaque ducerent, excuſantes ſoli naturam et difficultatem ſitus, indeque captata occaſione commendantes iſtud ipſum ipſis exhibitum officium: tanquam videlicet imperator, audito illorum aduentu, et conſcius aſperitatis itinerum, multa benignitate obuios deductores viaeque indices miſerit. Admonueratque, vt, ſi quis forte legatorum, inter aegre ſuperanda praecipitia rupium et ſaltuum perplexa offenſus, percontaretur, ecquid vel longo circuitu quaeri poſſet alibi commodior tranſitus? conſtantes concordeſque aſſeuerarent, nuſquam quidquam tolerabilius ſperandum; vbique enim ſimiliter praeruptam impeditamque terram Romanam eſſe Hoc ſiquidem facile credituros, audacter indigenis affirmantibus, peregre appulſos barbaros, ob neceſſariam ignorationem tam longinquae regionis e).

§. 14.

Quandocunque autem poſt multum denique laborem ad imperatorem peruenirent, excogitauerat modum obiectandi eis illic ſcenam plane terrificam, quaeque ipſos, quamlibet feros, primo aſpectu percellerent f). Praeceperat enim exercitum conuenire vniuerſum, omneſque milites armatos per manipulos, cohortes, legiones, ſtructis et digeſtis ordinibus, ad certa viarum interualla ſtationibus deſcriptis apparere cataphractos et totos rigentes ferro, inſuper monitos, vt artem adderent negotio, efferandaque, data opera, contumacia quadam oris, ac ſuperciliorum minis, quaſi per lu-

d) μισθος δ' ἦν τοις ἀγγελασι ταυτα ἃ κινδυνευοιεν ἐνισταμενοι, και την των Ῥωμαιων ἀρχην ἀνυποστατον πασιν ὁμολογουντες ἐθνεσι, ἀσφαλη τεκνοις σφετεροις και γυναιξι σιτηρεσια.

e) κἂν τις ἀπορουμενος ἐρωτῃ την δυσχωριαν, ἔτω πασαν ἔχειν την της Ῥωμαΐδος γην ἀποκρινεσθαι, ὡς ἑτοιμως ἐχοντων, τῳ μη εἰδεναι, πιστευειν.

f) ὡς αὐτικα και ἐκ της θεας φοβησων.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1255.

ludum formidinem augerent g). Senatores quoque cunctos ac quotquot in praecipua dignitate erant, praeſertim imperatorii ſanguinis principes, iuſſerat quam magnifice ac ſpecioſiſſime veſtitos peculiari cura maieſtatem ac faſtum affectare; immo trucibus oculis vultuque irato feros ſpiritus prae ſe ferre, velut mox obtrituros quemcunque occurentem h). Sicque ire redireque ſaepius, oſtentare ſe rurſuſque occultare ſtatimque denuo intrare, vt alii aliique viderentur, et numerus in ſpeciem. Sicut enim annulum pala carentem qui ſecundo videt, facile alterum credit, quippe non habentem, quo diſcernatur, aut vnde iudicet ſpectator, eundem vnum ſecundo tertioue ſumi; quare illi facile perſuadetur, multos eſſe plane ſimiles ſibi ſuccedentes: ita pronum erat, exteros intrantem in aulam offerentemque ſe ſubinde ſenatorem aut principem eundem pro diuerſis ſumere i). Porro ipſe [Auguſtus], imperatoriis veſtibus maxime auguſtis ſplendidiſſime ornatus, praecelſo reſidens ſolio, minaciter ſupinus, vultu ac fronte terrorem ſpirantibus, enſem diſtrictum manu vibrans, latebat intra ſeptum velis vndique pretioſiſſimis oppanſis clauſum, non ſtatim conſpicuus admittendis in aulam k), quae, aliis varie cincta terriculis, haud dubia formidine perfuſura erat quantumlibet conſtantem audacemque ſpectatorem. Traductos per iſtam terrorum pompam in ipſo conſpectu veli, thronum regium tegentis, mora longiuſcula detinuit: tum ſuſpenſos exſpectatione ſolicita repente aulaeis vndique reductis auguſta illa et verenda, de qua dixi, maieſtate perculit l). Iuſſos dehinc dice-

g) κατάφρακτας σιδήρῳ, φόβον κατὰ παίδας ἐμποιεῖν.

h) καὶ γοργῷ τῷ τῆς ψυχῆς παραστήματι, ὡς αὐτίκα τὸν κατὰ πόδας λακτίζοντας.

i) ὡς τοὺς αὐτοὺς μὲν εἶναι τοὺς ἀληθοῦς [ἀληθινῶν], δοκεῖν δ' ἄλλους καὶ ἄλλους, καὶ μηδέποτε τοὺς αὐτούς, τρόπον δακτυλίδων σφενδόνην μὴ ἐχόντων, ἣν τις βάλλοιτο ἐπ' ἐκείνῳ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον θεωρεῖν. ὡς τὸ αὐτὸ μὲν πολλάκις λαμβανόμενον εἶναι, δοκεῖν δ' ἕτερον τῇ μεταλήψει.

k) αὐτὸν δὲ βασιλικοῖς ἐκλάμπειν, μηδὲν τῶν φοβερῶν ἐλλείποντα, ἐπὶ τοῦ καθῆσθαι σπάθην φέροντα τῇ χειρί, βήλοις δὲ πολυτελέσι περικαλυμμένον.

l) ἔτι πρὶν χρηματίζειν τοὺς πρέσβεις, μακρὰν μὲν ἱσταμένους, ὡς ἀνιάζειν, τὸν βασιλέα [βασιλεῖ] καὶ ὁρᾶν τὰ δρώμενα, ἐξαίφνης δ' ἐξ ἀέλπτου τῶν παραπετασμάτων διανοιχθέντων οὕτως ἐγγυᾶσθαι σφίσι βλέπειν τὸν βασιλέα ἐπὶ τὰ θεῖα μάλα σοβαρευόμενον.

dicere, quae vellent, contemtim, aliud agens, audiuit, cuidam identidem, aliquid in aurem inſuſurranti, partem attentionis commodans m). Vbi perorarunt, perpauca, eaque minacia, reſpondit. Ita dimiſſos imperat extra limitem per eaſdem confragoſas et praeruptas vias duci.

'In hunc modum tunc ille ſuſpectam arrogantiam gentis barbarae ſimulata prudenter ſuperbia retundere ſategit, vtili tum conſilio n). Sed aliud ſecuta poſt tempora popoſcerunt. quare non minus ſapienter qui poſtea imperarunt, Tocharos et exceperunt venientes humanius, et viciſſim honorificis legationibus conuenerunt; 'omni eos ratione ſibi conciliare ſatagentes et foedere quam arctiſſimo coniungere o). —

§. 15.

[IMPERATOR cum poſt expeditionem contra Bulgaros ſuſce- 7.
ptam, Serras reuertiſſet; ibi p)] litteris ex oriente acceptis ab amico magno domeſtico Muzalone datis — certior redditur, a Tachariis Muſulmanos perturbari, omni feſtinatione properans diurna itinera longiora habere. Aſt vbi ad Hebrum, quem plebeius ſermo Maritzam nuncupat, ventum eſt, res in oriente non ita geri percipiens, — e via ad orientem deflectens, Didymotoechum indeque Adrianopolin transfertur.

 §. 16.

m) ὀλιγα τε ἀκων και ἀκεσαι μεταξυλογεντων τινων. Φοβερα δε και ταυτα δοκεντα, ὡς μονον λεγομενα καταπληξαι.

n) τα γεν προτερα, ταυτ᾽ ἠσαν, και ὀυτω δεδιοτας ξυνεβαινεν ἀντεφοβειν ἐκ συνεσεως.

o) ὡς ἀυτοις και κατα κηδη συνδεθηναι μελετων.

p) Vid. *Tom. II. P. II. Bulgar. ſ. 108.*

7. ACROPOLITA p. 64. Id. in Chron. Compend. p. 140. breuiſſime ita: Imperator *Serras deuenit. vbi litteras accipit a Muzalone, res Tachariorum fluctuare* (ὡς τα των Ταχαριων ἀυθις κυμαινεται) *inde diſcedens Adrianopolin venit.*

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

§. 16.

a. C. 1256. q)

8. [IMPERATOR Theodorus dum Theſſalonicae nuptias filiae ſuae Mariae cum filio Michaelis deſpotae Nicephoro adornat; e Bithynia ei ſignificant] Michaelem Comnenum Palaeologum, — cui vniuerſae illius regionis praefectura fuerat demandata, ad Muſulmanos confugiſſe. — Quando hic ad Turcomanorum ſedes peruenit (Gens iſta in extremis Perſarum confinibus aſſidet, odio aduerſus Romanos inexorabili atque inexpiabili furens, et rapinis eorum et bellicis ſpoliis admodum gaudens geſtienſque): hi tunc temporis potiſſimum, cum Perſarum res titubaret, et Tachariorum irruptionibus afflictaretur, in Michaelem Comnenum obuium, velut in theſaurum quendam, incidentes — vniuerſa illius praedam agunt. — Michael ſeruatus, ſpoliatus omnibus ad Perſarum principem confertur, qui eum — quam humaniſſime — amplexus eſt. — Verum cum in extremo diſcrimine res bellica et, quod aiunt, in nouaculae acie verſaretur (Tacharii quippe plerumque Muſulmanicae ditionis occupatum expilauerant, et apud Axara caſtra locauerant) impellenteque neceſſitate Perſae ad pugnam cum Tacharis inſtaurandam vrgerentur: Michaelem Comnenum Chriſtianis cohortibus praeſidere decreuere. Ille extorris — auxilio ſuo Muſulmanis ſubuenire nefas eſſe ducebat, ne inter pugnandum, vt ille aſſeuerabat, piorum ſanguis impiis ac conſceleratis ſanguinibus immiſceretur. Sed enim diuino praeſidio fretus, et mentem induens generoſam, pugnam committit. Pars itaque exercitus, quae ſub Michaele Comneno arma mouebat, aduerſos ſibi ipſi Tacharios vi pulſos deuicit, a Micha-

q) Annus apud Nicephorum margini adſcriptus.

8. ACROPOLITA p. 75, 76. Id. in Chronico Compend. p. 141, 142. breuius, Nicephor. Gregor. T. I. p. 33, 34. Locum integrum cum narrationis varietate vide in *Turcicis §. 368, 369.* In Chronico Orientali p. 69 haec leguntur: *Caliphatus Almoſtaaſami Billa. Anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, decima octaua Moharrami inuaſerunt Tartari vrbem Bagdadum, et obſederunt eam, ceperuntque die lunae duodecima Safari, quae reſpondet tertiae Amſciri, anno martyrum nongenteſſimo ſeptuageſimo quarto, occideruntque vniuerſum exercitum ac ciues vrbis, nec euaſerunt ex illa niſi perpauci.*

Michaele ipſo primum exercitus hoſtilis ductore ad mamillas vulnerato, qui, vt harum rerum periti affirmarunt, ex eo vulnere non diu poſt animam efflauit. Debellati itaque ex ea parte, cui Comnenus praeerat, Tacharii, iam fuga terga vertebant. At vir quidam inter Perſas celebris, dignitate Amyrachures — multo abhinc tempore in ſuam gentem parum fidus — cum vniuerſo milite ſuo Tachariis adhaeſit. Hinc contraria cerni: namque paulo ante victores ſeſe in pedes coniecere, tergaque hoſtibus ad lacerandum dare. Itaque Perſae Tachariorum iaculis dilaniati frequentes cadere, quos per longa ſpatia victores ſubſecuti ſunt. — [Michael et Peclarpacis r) in itinere forte coniuncti] per plurimos dies procedentes cum aduerſariis continuo ſubſequentibus ſingulis horis pugnam conſerebant, et ad Peclarpacis habitationem, quae Caſtamone erat, greſſum accelerarunt s). Tunc Tacharii vniuerſam Muſulmanorum regionem hoſtiliter percurrunt.

§. 17.

SVLTANVS, ad reſiſtendum Tachariis impar, cum proceribus conſilio inito, pacem et foedus a Tachariis accipit, ſeſeque illis ſubdit: et ex eo tributa Muſulmani Tachariis perſoluunt. 9.

§. 18.

AZATINES — Sultan —, Perſide adhuc ipſi ſubiecta perſtante, 10.
poſtquam eſt e medio ſublatus pater ipſius Iaphatines, — grauibus com-

r) Πεκλάρπακις, interpres latinus *Pelarpacis*. Ita maximum exercituum Stratopedarcham a Perſis vocari, h. l. Acropolita docet.

s) Horum etiam meminit Pachymeres T. I. p. 13. Michael Pal. *in Perſidem magnis contendit itineribus, Sultanemque conuenit —. Hoc interim ſpatio apud exteros ſub regiis vexillis, cum hoſtibus Sultanis congreſſus, fortiſſime ſe gerit.*

9. ACROPOLITA p. 79. Id. in Chronico Compend. p. 142. cfr. *Turcica* §. 370.

10. PACHYMERES T. II. p. 425, 426. qui haec ſub Andronico, Michaelis Palaeologi filio refert, cum Iſaacii Meleci, Turcae, qui Meleci, Azatinis filii, filiam Conſtantinopoli agentem, ſibi in matrimonium dari poſtulabat, meminit.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1256.

commiſſus diſſenſionibus eſt cum Rucratine, ſuo germano. Vertebatur enim inter ipſos controuerſia de principatu, quem hic pertinere ad ſe contendens, vi etiam armiſque vindicabat; inclinans, ideo quod illinc auxilia ſperaret, in partes Tocharorum t), qui iam inuadere Perſidem coeperant. Ab his inſtructus copiis; quae facile ſufficerent ad fratrem, praeſertim imparatum, opprimendum, toto in eum ruebat impetu. { Azatines, hoſtibus impar, ad imperatorem Laſcarim confugit. qui eum benigne quidem excepit; ſed poſtea, ne eum apud ſe retinendo Tacharorum odium colligeret, ipſi vt alibi perfugium quaereret, auctor fuit } v).

§. 19.

Imp. IOANNE *Laſc.*

Imp. IOANNE *Laſcari.*

a. C. 1259. x)

11. [DVM Romani proceres virum circumſpiciunt, qui, cum paruulus adhuc eſſet Ioannes, Theodori Laſcaris filius, imperium gubernarent;] Perſarum confinia ab irruptione aduerſus Perſas concurrentium Tachariorum, cum non adhuc ſtabili amicitia firmarentur, neque ad certam pactionem ac concordiam conueniſſent, notabilius turbabantur.

§. 20

Imp. MICHAELE *Pal.*

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

a. C. 1260.

12. VIRIS fortibus inter Perſas, quibus omnis vincendi ſpes et con-

t) ὡς Τοχαρους. ita Tataros vocat Pachymeres.

v) Locum integrum vide in *Turcicis* §. 370. *in varietate narrationis.*

11. ACROPOLITA p. 87.

x) Hoc anno obiit Theodor. Laſc. II.

12. PACHYMERES T. I. p. 8. qui haec inter alia, quae exordii loco hiſtoriae ſuae praemittit, narrat. Id. ibid. p. 6. haec habet: Romani *duplici vtrimque obſeſſi genere hoſtium, Perſis quidem ab oriente, ab occaſu Italis, non oram modo maritimam, ſed et ſuperiora occupantibus — aliquando quidem cum auxiliaribus Italis Perſas incurſabant, aliquando Scythicis adiuti armis, quae non ita pridem apparere in his partibus et ſocietate nobis iungi coeperant, repellebant Italos*

conditio in armis, erat, caeteris inclinatis ad Tocharos, qui nuper imperium Perſarum occuparant, rebellantibus, viſum opportunum eſt refugere ad clauſtra caſtellaque montium et inde vicina [Romani limitis] incurſando, raptu ac praedis victum quaerere.

§. 21.

a. C. 1260. y)

α) HIS temporibus [cum Michael Palaeologus imperator e Thracia Nicaeam rediit] Scythae etiam Euphrate ſuperato, Syriam ad Palaeſtinam vsque ſubigunt; item Arabiam. Neque enim auaritia hominis facile conquieſcit, dum conatibus fortuna reſpondet. Ac multas illic manubias nacti, domum redeunt plenis manibus 13.

α) PACHYMERES: *Tunc* [cum Michael Pal., Ioanne Laſc. exauctorato, imperio potitus eſſet] *Tocharis, quos Atarios vulgus ſolet vocare* (των Τοχαρων, ὡς ἡ κοινη Ἀταριας λεγει συνηθεια), *in Perſidem torrentis ritu confluentibus, Chalyphas auro liquefacto in os infuſo interemtus ab illis eſt* (χρυσοις και ἱκανων ψωμιζομενος ἐτελευτα z)): *non tam, quod non alium haberent eius tollendi modum, quam in exprobrationem caecae ipſius auaritiae, qui, cum facile potuiſſet, aurum effundendo, hoſtes vincere, maluerat auro parcere, quam vitae, ac ſaluti pro-*

13. NICEPH. GREGOR. T. I. p. 47. Pachymer. T. I. p. 83—85.

y) Annus apud Niceph. margini adſcriptus.

z) Poſſinus in Gloſſario Pachymer. p. 430. ψωμιζεσθαι χρυσοις. „Noſter obſcure dicit ψωμ. χρ. quaſi diceres, *offis aureis in os ingeſtis paſci.* Sed rem vti ſe habuit declarat Vaticanus Paraphraſtes [quem ſaepe in interpretatione ſequitur Poſſinus], hunc locum ſic exhibens: ὁ μεν Χαλυφας χρυσου ζεοντος κατα λαρυγγος ἱκανου χυθεντος ἐτελευτα —. Quod ita geſtum adſtipulatur Marinus Sanutus Lib. 3. partis 13. cap. 7. ſic ſcribens: *Capti Calyphae gutturi liquatum aurum iuſſit* (Hoalonus) *infundi, auaritiam exprobrans, quia, cum immenſis afflueret theſauris, cupiditate detentus, pro ſalute ſua eos expendere renuit*„.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1260.

nibus, poſt imperata annua tributa Syris, Arabibus et Phoenicibus; velut miſeris quibusdam mancipiis.

§. 22.

a. C. 1261. a)

Anno ſequenti etiam in Aſiam citra Euphratem b) irrumpunt, eamque praedati, facile ſubigunt: limitibus excurſionis et motus illius conſtitutis, verſus ſeptentrionem Cappadocia et flumine Thermodonte; ad meridiem Cilicia et Tauri, omnium Aſiae montium maximi, iugis, quae paulo poſt ſuum initium in multas partes diuiduntur.

Deinde Turcorum quoque regia c) potiuntur. Quare Sultanus Azatines, cum fratre Meleco exſul, ad Romanorum imperatorem Michaelem confugit. [Cui cum magna officia, exſuli olim praeſtita d), in memoriam reuocaſſet,] duorum alterum p-

priae poſpicere, iure ab illo, quod adeo perdite deamauerat, metallo, tragicum exitum nactus, et hic quidem in hunc modum ſtatuta ipſi proprie a diuino iudicio poena ſuffocatus eſt; res vero Perſidis grauiter laborabant, malis et periculis magnis vrgentibus, quae nec ipſum Sultanem Azatinem metu vacuum ſinebant. Horrebant enim Perſae vehementer gentem illam: et quaſi deſperato reſiſtendi ſucceſſu, negligentes in commune conſulere, priuatum ſibi, prout quisque poterat, mundinari ſalutem ſatis habebant. — Sultan — ſimul ob ſeſe oſtentantem terribili ſpecie Tocharorum gentem, ſimul ob peculiarem rerum ſuarum ſtatum, neſciens quo ſe verteret, — decreuit cum vxoribus et filiis — ad imperatorem [Michaelem Pal.] *confugere, a quo ſolo tali articulo rerum ſuarum iuuari poterat, et in poſterum auxilium ſperare, quo — tentaret reditum in principatum, validis Romanae potentiae ſubnixus copiis* — locum integrum vide in *Turcicis* §. 376.

a) Margini adſcribitur.

b) ἐς την ἐνδὸς Ευφρατε Ασιαν i. e. *in Aſiam minorem.*

c) τα των Τερκων βασιλεια. Iconium, Turcorum Sultani ſedem primariam Ducangius in Notis ad Niceph. p. 725.

d) Vide ſupra §. 16.

cit, vt vel opem ferat contra Scythas, vel partem aliquam Romani agri ac veluti proprii domicilii poſſeſſionem certam aſſignet, in qua cum ſuis ſedem figat. —

§. 23.

[IMPERATOR Michael Pal., vxoribus et filiis Sultanis Nicaeam miſſis, Sultanem ipſum tot pignorum caritate quaſi conſtrictum apud ſe retinere decreuerat.] e) quo ille faciendo demerebatur Tocharorum principem Chalaum, quicum certis iam conditionibus de pace transegerat: 'hic enim, Sultane procul alibi detento, et eius, ob abſentiae diuturnitatem, memoria ſenſim exoleſcente apud Perſas, tanto facilius feliciusque vniuerſae potiri Perſidis poterat, prout re ipſa fecit. imperatore quippe Sultanem ſuſpenſum ſpebus inanibus tenente, ſique diem ex die ducendo, moras aſſidue nectente, ne rediret vnde venerat, res Perſarum, omni alio deſtitutae praeſidio, tandem ad Tocharos inclinarant f), 'tam vniuerſali conſenſu, vt quidam g) ibi iam antea ſegreges, quos iure quis Scenitas dixerit, ſemper ſoliti a communibus abhorrere conſiliis, et res ſibi ſuas habere priuatim 'cum aliis omnibus ſponte ſubeuntibus imperium Tocharorum, illi vni ſubiicere ſe ipſi recuſarent h), coacti fuerint in arces, de quibus diximus, noſtri limitis recedere i). — 14.

§. 24.

Omni autem ratione ſibi conciliandam ſtatuerat imperator gentem Tocharorum, 'tunc nouo impetu et potentia ineluctabili motam k), vt cui hoſtiliter irrumpenti nihil poſſet obſiſtere, 'eam bene-

14. PACHYMERES T. I. p. 86.

e) Cfr *Turcica* §. 78.

f) ὡς ἂν εὐκαιρησοντος ἐντευθεν ἐκεινου τοις της Περσιδος, μηδ᾽ ὀνομαζομενου του Σουλτανου ἐν ταυτῃ, και δια τουτο ἡμερων ἐφ᾽ ἡμεραις τριβομενων, τα των Περσων ὑπεκλινοντο τοις Τοχαροις.

g) ὡς και τινας.

h) μη θελοντας ὑποταττεσθαι.

i) ἀρτι κινησαι.

k) κατα το ἀκον δοκειν ἐχειν.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1261.

beneficiis praeoccupatam ab infeſtis conſiliis auerteret [l]. Putauit etiam prudenter vtendum illo, quem memoraui, aduentu ſegregum Perſarum in arces Romani limitis. Et hos enim blandiſſime deliniuit officiis promiſſiſque, ſperans ſcilicet, iſtis ſe, quaſi ſepe obiecta, mediis vſurum ad arcendam Tocharorum vim, ſi quando, quod a gente bellicoſa et barbara timeri prudentia iubebat, bellum cum Romanis quam pacem mallent. Studebat autem imperator vehementer quam arctiſſima neceſſitudine foederis Tocharos ſibi deuincire [m]; quoniam armis cum ea gente decernere rem adeo terribilem putabat, vt ne cogitatione quidem prima tenus belli cum iis ſuſcipiendi mentionem admittendam duceret. Omninoque adeo id horribile putabat, vt, vel ſolo prolato iſtorum nomine, cauſam ſe habere idoneam duceret metus non ignaui et conſternationis non reprehenſibilis experiundae fatendaeque.

§. 25.

15. HAC vice rerum [cum Arſenius patriarcha CPlin reuocatus Michaelem iterum coronauit] imperator, ſuccedentibus ſibi ad votum negotiis et pace domi conſtituta, tempus aptum putauit mittendis ad gentes longinquas legationibus: ad principem videlicet Tocharorum Chalau et ad Aethiopas — [o]. Atque [p] ad Chalaum qui

l) Vide ſupra *§. 12.*

m) τας μεν κατα τα ὀχυρωματα Περσας (ſupra *§. 12.*) και λιαν ὑπεποιειτο, ὡς θριγγοις ἐλπιζων χρασθαι, ἁ ἐπιβρισαιεν ἱκανοι. ἱκανοις δ᾽ ἀχει δια μελετης και ἀλλως σπενδεσθαι δια κηδους.

n) ὡςτε και ἑως ἐκεινε, και τ᾽ ὀνομα μονον εἰς φοβον ἡγεισθαι και δεδιεναι.

15. PACHYMERES T. I. p. 116. in obſeruationibus Pachymer. T. I. p. 533. haec ad a. C. 1261. ſecundum vero imperii Michaelis Pal. referuntur.

o) Hic omiſſa vide in *Turcicis §. 379.*

p) Horum infra etiam meminit Pachymeres T. I. p. 273. *Princeps* [quem nonnulli ad thronum patriarchalem euehendum Ioſepho exauctorato cenſebant] — *legatione functus eſt ad orientales Tocharos* (προς τες Ανατολικας Τοχαρες), *et Maria, imperatoris filia notha in ſponſam eo ducta coniunctaque Apagae, reuerſus in quadam cellula Hodegorum tranquillae vitae ac contemplationi ſe reddidit.* Id. T. II. p. 497. Laſcari defuncto, Amatines

quidem, Principem monachum et ſacerdotem miſit; qui filiam ipſius notham, nomine Mariam, quam ex Diplobatatzina ſuſceperat, deſponſam ipſi coniugem comitaretur. Et Princeps cum tunc eſſet archimandrita monaſterii Pantocratoris, ſplendidiſſima ſpecie molliſſimi ſimul ditiſſimique apparatus iſta ſponſae deductione functus eſt. Circumferens inter caetera templum ſolutile tabernaculi ritu craſſis e ſerico velis circum et ſuperne tectum, ſanctorum formas auro elaboratas habens, crucibus et ſunibus firmatas, praeterea vaſa ſancta pretioſiſſima ad vſum diuini ſacrificii. Tali magnificentia nuptialis iſta conuentio celebrabatur.

Verum Chalau mortuo, antequam ad eum Princeps cum ſponſa perueniſſet, puella ſero licet adueniens re infecta non rediit. Nupſit enim filio q) et ſucceſſori Chalau in principatu, vocato APAGA r).

fretus contracta ſibi cum Michaele Pal. adhuc priuato amicitia *ad nouum imperatorem conuolat, quin eſſet ab eo impetraturus auxilia non dubitans. quanquam ſua illum in hoc quidem large fiducia fefellit. Nam imperator Palaeologus Michael foedus cum Tocharis longe Sultanis amicitiae praeoptans, ſpes huius et vota poſteriora cuncta ſuae iſti deſtinationi habuit. quam eo promouit vſque, vt filiam ſuam notham Mariam principi Tocharorum Chalau connubio ſociandam miſerit: quo inter apparatum nuptiarum fato functo*, frater *ipſius*, *idemque in principatu ſucceſſor, Apagas, Mariam duxit.* Quae his ſubiunguntur, vide infra §. 34. not. r.

q) *Fratri* potius, vt agnoſcit ipſe Pachymeres loco. not. *p.* allato, et teſtantur ſummo conſenſu Hiſtorici Arabes. Cfr. quae fuſe in hunc locum commentatur Poſſinus obſeruatt. Pachymer. Lib. III. c. VII. p. 583—598.

r) τῳ Απαγᾳ. Eodem nomine ab aliis vocatur. *Abaka—Chan* vel *Abaga*, Hayton, Bergeron et alii eum Hulaku—Chanis filium fuiſſe dicunt.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

CAPVT IV.

Tatarorum occidentalium, a Sultano Azatine concitatorum, in Romanas prouincias facta, ſociis Bulgaris, irruptio; a. C. 1265.

---

§. 26.

a. C. 1265. a)

16. 'TOCHARORVM — in clades Chriſtianorum ferociam adhuc quidem vtcunque coërcemus, non armorum vtique metu aut viribus noſtris, quibus quam parum fidamus ipſi norunt; ſed precario emendicata gratia illorum, ſiue, vt vero vocabulo rem, vt eſt, exprimamus, ſeruilibus obſequiis b), affinitatibus illos honorantes et ditantes donis creberrime miſſitatis: quam in rem optima et pretioſiſſima noſtrorum impendimus.

Huc pertinet, quod aliquanto poſt haec tempora foedus iniuit imperator cum Tocharis occiduis, ex prius ignotis prodere ſe ac proferre in lucem incipientibus et quae noſtris finibus a Semptemtrione obiacent vi maxima occupantibus. Quorum principi NOGA c) dicto imperator aliam ſuam filiam, et ipſam ex pellice genitam, dedit vxorem, Euphroſynen nomine. Vnde contigit, ipſos vltro

16. PACHYMERES T. I. p. 120.

a) Hunc annum habet Tab. Chronol. in obſeruatt. Pachymer. p. 534.

b) Τοχαρων δε τα θρασεις και ετι ἀνεχομεν, ὀ δυναμεσιν ἡμετεραις θαρσυλεως, ἀλλα φιλιαις, ἀς ἐπιδολικαις ὑπελευσεσι.

c) τῳ ἀρχοντι τετων Νογᾳ. Vide infra §. 28.

a nobis amicitiae nomine condonata auferre, quae ancipiti et laborioſo bello vix vnquam acquirere potuiſſent.

§. 27.

a. C. 1264. d)

[SVLTAN Azatines] poſtquam diu apud Conſtantinopolin 17.
taedioſa contabuiſſet mora, [et ſpem ope Romanorum principatum recuperandi, ob ictum inprimis ab imperatore cum Apaga foedus, iam nullam haberet: per abſentiam imperatoris] e) allegat fidum ſibi hominem ad quemdam e cognatis in ſeptentrionali Euxini ponti tractu praepotentem, orans, vt ſibi ſubueniret, citra ferrum et vincula cuſtodia detento ab imperatore amico in ſpeciem, reuera nihil ab hoſte differente. Poſſe enim illum facile, ſi vellet, auxiliari f) —. Veniret tantum, et eductos ſecum Tocharos cum Conſtantino Bulgariſque in communem expeditionem traheret. [Spem eſſe, fore, vt imperatorem ipſum capiant, vel, ſi id minus ſuccedat, ſpoliis tamen potirentur maximis g).] 'His arcano expoſitis patruo, litteriſque ipſius mutuis aſſenſu ipſius fideque accepta h), [Vt praeſens ipſe imperatori inſidias ſtrueret, ſe eius conſpectum maiorem in modum deſiderare ſimulauit, litteriſque miſſis eum adeundi facultatem rogauit. Qua facile impetrata, CPli egreſſus, ad imperatorem feſtinabat. Interea Sultani patruus Conſtantinum accedens, ei, vt contra imperatorem bellum ſuſciperet, perſuaſit i).] Ipſe k) ſtatim, certis hominibus ſubmiſſis, magnum ad ſe Tocharorum numerum euocauit. 'nec difficile fuit pel-

17. PACHYMERES T. I. p. 153—160. Niceph. Greg. T. I. p. 59, 60. Hunc poſteriorem locum integrum vide *Tom. II.* in *Bulgaricis* §. 323.

d) Annus apud Nicephorum margini adſcriptus, in obſeruatt. Pachymer. T. I. p. 534. haec Conſtantini et Tatarorum irruptio ad a. C. 1265. refertur.

e) Cfr *Turcica* §. 383.

f) Cfr. *Turcica* §. 383.

g) Cfr *Turcica* l. c.

h) τα παρα ἑκαθεν λαβων δια γραμματων.

i) Cfr *Turcica* l. c.

k) *Conſtantinus*, Bulgarorum rex,

Imp. MICHAELE Pal.

pellicere, ſpe oſtentanda ingentis ac parati lucri, ſi coniuncti Bulgaris praedatum in Romanorum terras exirent l).

§. 28.

Tocharorum numeroſa gens tunc adhuc ſui iuris erat. nondum enim eam ſibi plene *Noga* m) ſubiecerat.

Hic videlicet Noga rebellare tunc primum et dominorum iugum excutere incipiebat. 'amici familiaritate cum militibus ſuis Tocharis et aequalitate ciuili viuens, ſocios tunc illos defectionis habere contentus. Nam cum ipſis miſſus, opera illorum ſubactas regiones non *Cani* (principem illi ſic vocant) acquirebat n); ſed vberes atque opimas illac eſſe terras animaduertens, ſuo proprio atque illorum obtinebat nomine.

§. 29.

'Hi tunc audita, quam diximus, inuitatione, ad praedam accurrerunt quali canes ad ſaginam ruunt impetu o), fertiles et opulentas deuoraturi regiones. Nondum foedus affinitatis vinculo adſtrictum Nogam imperatori coniunxerat, quod ille, filia notha, Euphroſyne, Nogae in vxorem danda deinde contraxit p).

Tunc porro eodem prorſus articulo temporis et imperator vrbem verſus, rebus in occidente compoſitis, iter capeſſiuit: et illi, 'de quibus diximus q), iunctis cum Conſtantino copiis, repente 'per inuias aſperasque Haemi ſaltuum ac faucium anguſtias

l) ὡς κερδανοῦντας αὐτοὺς, ἂν ἐπεξίοιεν, ἅμ' αὐτῷ καὶ Βουλγάροις.

m) Νογᾶ. quem *Ogtaï Kaan*, ſecundus Mogulenſium imperator, ſeptemtrionales tractus ſubiugaturum, miſerat, praepoſito cunctis *Batuo*, fratris ſui filio. vid. Poſſini obſeruatt. Pachymer. T. II. p. 586.

n) καὶ φίλος ἦν κατ' αὐτοὺς ἐν ἴσῳ διάγων, ὅτι καὶ μετ' αὐτῶν ἐκστρατεύσας κατ' ἐκείνων, ὁ τῷ Κάνῃ, ὡς αὐτοὶ φασιν, τὰς χώρας ἐκτᾶτο.

o) ἅμ' ἀκούοντες τότε ἔσπευδον, δίκην κυνῶν.

p) Cfr infra §. 38. 43.

q) Addit h. interpres.

ſtias r), ingenti multitudine populabundi erumpentes, palam ſe hoſtes declararunt, caſtris in Romanorum terra poſitis s). Non erat autem vna eorum manus, neqne vni pariter omnes imminebant loco: ſed gregatim per cohortes aut manipulos diſpergebantur: et inſidiis multis ſimul locis varie poſitis, vno omnia tempore infeſtabant, ſpoliantes, mactantes, abducentes obuios, nullum non paſſim barbarae rapacitatis ac crudelitatis edentes exemplum.

§. 30.

Non potuit non ſtatim haec audire imperator; vtique cum iſti non diſſimulanter, aut clanculum has graſſationes exercerent, 'ſed libere ac palam, more ignis luculenter emicantis, et cunctis, quae vi ſaeua comprehenderit, arentis ſiluae partibus exſuperantem alte flammam oſtentantis procul. Ardentis igitur improuiſo iſto incendio vniuerſae late regionis raptim ad imperatorem euolans fama perculit vehementer eius animum et in magnos eum cogitationum aeſtus anguſtiasque coniecit. neſciebat, quid conſilii caperet, quoue ſe verteret t). Non erat inſtructus ad gerendum bellum; copiis enim 'pace confecta v) paullo ante ſacramento ſolutis, domum militem quemque dimiſerat, et cum paucis ipſe, domeſtico duntaxat comitatu, 'quippe per pacatas, vti crediderat, prouincias, in vrbem reuertebatur x). 'Et nec, ſi haberet exercitum, auderet committere cum Tocharis, terribili tunc Romanis gente, nec bello a noſtris ſuperabili credita y). 'Reſtabat fugae conſilium: ſed eam intercludebant validae hoſtium manus, quorum praeſidio loca edita vniuerſa faucesque, denique aditus exitusque omnes

r) τας δυσχωριας του Αἱμου.

s) διεκπαιοντες, παμπληθει φανερως ἐστρατοπεδευοντο.

t) ἀλλα δικην πυρος ἀγριου δια ταχεων τον χωρον ἁπαντα διελαμβανον, τας φρενας κατασεισας ἀθροον ἐπεισπεσουσης της φημης, ἐν ἀμηχανιᾳ παντοιᾳ του ποι τραποιτο ἦν.

v) Addit h. interpres.

x) Graeca vno verbo, ἐπαναζευγνυ.

y) και ἀλλως δε ἀμαχητα προς Ρωμαιους τα των Τοχαρων.

omnes tenebantur. Probabantque vbique ſe adeſſe nusquam non ſtragibus edendis, et ſolutiſſima metu omni quoquouerſum incurſandi licentia z). ‘cunctis pariter locis partim trucidatorum aceruatim cumulos ſtruentes a), partim raptantes libera corpora omnis aetatis in ſeruitutem ad barbaros miſerabilem: ‘ita, vt omnino, quocunque quis prodire cogitaret, nullam viam a praeſenti exitio non dico plane tutam, ſed ne talem quidem, cui veriſimiliter aliquatenus poſſet fidere et caput ſaluteinque ſuam cum nonnulla, vel dubia, ſpe committere, vllam vsquam reperiret b).

‘Caeterum ii omnia per circuitum in hunc, quem dixi, modum velut indagine amplexi, ita ex omni parte properabant, vt tantum non contigui telis ac manibus in momenta ſingula cominus adorituri timerentur c); vix tanto ab illis pone inſtantibus ſpatio, quantum itinere dimidiae diei facile poſſent emetiri, ‘imperatore cum familiaribus paucis equitante d), eodemque aſſidue turbato accurrentibus ab vtroque latere ‘trepidis nunciis direptionum ac caedium, quae nusquam non circumſtantium locorum exercebantur e). Admonebatque metum, quod fere contingebat, vnde mane diſceſſiſſet imperator, ibi hoſtes tabernacula veſpere figere; et in quo pago, aut oppido ipſe heri pernoctaſſet, ex eo prodire hodie infeſtas ita licenter ac ſecure latrocinantium manus, vt manipulatim palare diſperſi et, quocunque alliceret praeda, inordinati accurrere non dubitarent; ‘eo fiduciae ac contemtus noſtrorum armorum, impune hactenus auſorum experientia deuenerant f).

§. 31.

Ductabat in propinquo ſeiunctum a Tocharis ſuorum agmen Conſtantinus, curru vehens. fracto enim quondam crure ita nunc ad-

z) ἅτε μὴν φεύγειν ἔνδα, κυκλῷ γὰρ διειληφότες καὶ περιέχοντες τὰ ὀχυρώματα, σὺν ἀδείᾳ φόβου διαθεῖν πανταχῆ.

a) οὓς μὲν σφάττοντες παμπληθεῖ.

b) ὡς μηδὲν ἀκαι, ὅπῃ προσβαίς τις ἤθελε σώζεσθαι ἐκτόπως ἐλευθερ.

c) καὶ δὴ κύκλῳ περιϊόντες ἐν ἄντικρυ προσμίξειν τῷ κρατοῦντι.

d) Gr. vno verbo, ἐξηλαύνοντι,

e) οἱ πολέμιοι ἠγγέλλοντο τὰ δεινὰ πράττειν.

f) ὑπὲρ δέος τὰ πάθη ἀεί.

adhuc vtebatur debili, vt nec pedes incedere, nec equitare potis eſſet. 'Tenebat circa ſe Bulgaros plurimos expeditos in eqnis, euagari eos, vt Tocharos, non ſinens g); ſed intenta cura ſemper inquirens, vbinam diuerſaretur imperator, propoſito ſcilicet ac cupiditate eo confeſtim irruendi capiendique ipſum iam ſolum relictum. Nam quae turba illum familiae ac miniſterii domeſtici comitari coeperat hoc iter ingredientem, 'diffluebat in horas, metu fidem ac reuerentiam vincente, vnoquoque pro ſe ſollicito, modo ſuam ipſius veloci fuga et penetratis latibulis ignotis hoſti, ſalutem in tuto poſuiſſet, parum penſi habente, quid ſociis, quid ipſi contingeret principi h). 'In quo erat mira et miſera varietas incondite quoquouerſum ruentium i). cum alios prudens timor, alios panica conſternatio, alios rumor falſus, quoſdam ignaros alioqui, quid ageretur, ipſe tumultus anxie circumſpectantium et curſantium contagione inquietudinis quadam abriperet, quo ſaluum ſe quisque ſperabat fore; 'hoc iam effuſius et verecundia minori, quod nec, ſi quid cuiquam praeſentis ad reſiſtendum eſſet animi, facultas eius rei adeſſet vlla k); vtique ipſo ductore nouitate mali ſubiti perculſo, 'ſpem palam repugnandi damnante omnem, et nihil aliud quam fugam et latebras quaerente l).

Hic ergo cum paucis, quos habebat ſecum reliquos ex maxime intimis ac fidiſſimis, 'prorſum, retrorſum, laeua, dextra, in partem omnem ſe circumagebat vitabundus et incurrens. hinc repulſus terrore conſpecti mali, peius illic, quo refugerat, reperiens, tum a quaeſito alibi perfugio ſpecie terroris inde ſe oſtentantis exitii excluſus m); 'anxius ſemper et aeſtuans, perturbatae,

g) τες Βελγαρες ἀμφ' αὐτον ἐχων.

h) ἀμφ' αὐτοις ἑκαςος δεσαντες, ἀλλος ἀλλο σεπη ὁρμη παση φευγοντες, παρεδυοντο, ἀφεντες και βασιλεα περι ἑαυτε φροντιζειν ὁπως σωθειη. σπεδην γαρ ἑκαςος ἐποιειτο τε μονον σωθηναι, και ἀμελειν παρεσκευαζον τε πλησιον.

i) Addit h. interpres.

k) ε γαρ ἠν συνησπικοτας κατα συνταξεις, ἐπιοντας δεχεσθαι τες ἐχθρες.

l) και ὁπη φυγοι ἐσκεπτετο.

m) συν ἱκανοις ἁμα μεν τας ὑποχωρησεις των φοβερων ἐποιειτο, και ἁμ' ἑτεροις φοβεροις προσεκρεεν, ὡς τες μεν ἀποδιδρασκειν, τοις δ' ἐμπιπτειν, και των προτερων μη φθανειν ἀνεσθαι φοβων. και δευτερες ἐκδεχεσθαι μειζες.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1265.

vt ſit, menti errore oculorum formidinem addente, ac iuga montium aliaque obiter apparentia in hoſtes armato irruenteſque deformante n). Ingeminabant ſubinde miſeriam deſperantis iam principis obuiorum vndecunque atroces nuncii, vera, dubia, ficta, triſtiſſima omnium horrendaque referentium. Id ſaepe comites experti, ſubmouebant deinde venientes, nec affari principem ſinebant: vnde etiam vtilium indices, qui de hoſtibus, quo loco eſſent, et quid agerent, neceſſaria ſcitu ſuggeſturi aduolarant, inauditos repelli contingebat, imprudentia ſane excludentium magna; ſed ſua eos excaecauerat conſternatio, nimio, vt ſit, exitii metu in exitium ruentes. Tandem aegerrime, fauentibus noctium tenebris, iuuante ad latendum ſolitudine callium inuiorum, Ganum montem conſcendit imperator, relictis comitibus, et ſibi, prout quisque poſſet, iuſſis conſulere. nam eos ſuorum, qui pone aſſectabantur, magis magisque deſperabat effugere poſſe manus hoſtium. Erant autem hi, qui penum et pecuniam imperatoriam portabant, et Sultan Azatinus cum ſuis.

Porro imperator vbi montem ſubiit, celeres in diuerſa mittens, hinc quidem hoſtes aduentantes ſpeculabatur, attentione ſumma ſatagens latere ipſos et effugere. In aliam vero partem miſſos curare diligentius iuſſit, vt triremis quam primum occurreret monti, qua mare tangit, confeſtim ſe admouens. Et hoſtes quidem, mox apparentes, locum ex loco mutans, ſolerter eluſit, nunquam iis, etſi acerrime indagantibus, conſpectus o). Triremem autem cum cognouiſſet inſtructam praeſto eſſe ad deſignatum littus p), eo cum exiguis comitatus dilapſi reliquiis r) deſcendens e monte conſcendit in paratam nauim, et ſic Conſtantinopolin ſaluus tenuit. Alii paſſim diſperſi per Thraciam partim capti ſunt, partim praeter opinionem incolumes euaſerunt.

§. 32

n) και γαρ και αυτα τα των ορων ανασηματα φαντασιαν παρεχον πολεμιων, ἐπασπιζοντων δαλειας ἀφατε.

o) κατα το λεληθος διεδιδρασκε.

p) την δε μαθων ἐυτρεπισθεισαν παρειναι.

r) τοις λοιποις.

§. 32.

At illi domeſticorum, ‘quibus erat imperatoriae ſupellectilis et pecuniae deferendae cura commiſſa [s]), quibuscum, vt eſt dictum, Sultan ibat, aegre manibus hoſtium elapſi, Aeni arcem ſubeuntes, paululum a grauiſſimis aerumnis reſpirarunt. Sed non longa illis contigit remiſſio laborum. Nam hoſtes, cognito de Sultane vbi eſſet, et eum ‘cum aliis [t]) in Aeni arce verſari, ſtatim congregati cum Conſtantino vrbem vniuerſi obſederunt, oppugnantes quam poterant ferociſſime, ac plane prae ſe ferentes, deſtructuros ſe oppidum cum arce.

Corona igitur cinctam munitionem ſagittis vndique ac iaculis per diem continue petebant, et atrociſſima quaeque praeſidiariis, ni ſe dederent, minabantur. ‘Qui autem intus erant, in arcto ſe deprehenſos, admota cominus et iam cutem exorſa vrere ineluctabilis vi mali, ſentientes, aeſtuabant anxii, et tantum non deſpondebant animos, reputantes haudquaquam, ſeſe pares repellendis aſſultibus hoſtium, ſi, quod mox futurum apparebat, totis viribus irruerent; quippe qui ſe tanto ipſis inferiores numero viderent [v]). ad haec arce incluſos ſe infirma et ſemidiruta, cuius quae reſtabant integra haud eſſent tam ſolidi operis, vt poſſent machinarum, ‘mox vndique admouendarum [x]), ſuſtinere impetum. Tamen, in tantis malis memores virtutis [y]), nullam diligentiae prouidentiaeque partem omittebant, ‘omni ratione ſatagentes, et ſe ipſos et ſibi commiſſam ſeruare arcem [z]). Peculiaris inter haec ſolicitudo erat ‘cuſtodum imperatoriae ſupellectilis ac pecuniae publicae [a]), quo ferrent et vbi ſaluum in tuto deponerent ‘tantum aceruum

s) ὅις τε το κοινον ταμιειον ἐπετετραπτο.

t) ἅμα δε και περι των ἄλλων ἑκασε πανδημα [μαθοντες].

v) ὅι δε ὁρωντες μεν και τα δεινα ἐν χερι σφισιν ὀντα, και ὡς ὀυ φυκτα τα κατα σφας ἀ ἐπιβρισαιν, πληθος ὀντες ὀυδ᾽ ἐπι μικρον λογιζομενοι.

x) Addit h. interpres.

y) Addit h. interpres.

z) προνοαν ἑαυτοις τα ἀς σωτηριαν.

a) ὁι περι το κοινον ταμιειον.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1265.

rerum pretioſiſſimarum, quantum in ciſtis conditum numerum ferebant, partim aureae argenteaeque monetae, partim vaſorum ac veſtium conſpicuae artis ac pretii b). Tandem rei momento et ſui ipſorum officii debito perpenſo, ſuarum eſſe partium ſtatuerunt, vitam potius profundere, quam tanto theſauro in manus hoſtium tradendo irreparabili damno rempublicam affligere. 'Certi ergo conatu omni atque induſtria contendere in cuſtodiendo tanti pretii depoſito c), primum pretioſiſſimas gemmas et margaritas velis, quibus erant intextae, detrahentes, vna cum ornamentis imperatoriis et eo, quod in tota penu erat exquiſitioris pretii, abſtruſiſſimis infodientes ſub terra commendarunt latebris. Ipſi, ſic expediti, accinxerunt ſe cum caeteris ad quam fortiſſime pugnandum, iaculantes ſimul omnes e muris in oppugnatores arcubus et fundis. quamquam in hoc quidem proficiebant parum, obruente multitudine hoſtium, qui etiam praeparatis ſcalis in muros inſilire conabantur. ' addebat enim ruentibus calcar odor ſubemanans tantae in propinquo ac quaſi ſub manum pecuniae iacentis. cuius opimae obiectae faucibus, ac quaſi famem afflato ex vicinia nidore proritantis confeſtim abliguriendae admota praedae ſpes, immane quantum rapaciſſimae gentis toto dudum niſu incumbentis ad perrumpendum quiduis obſtans, nouis cumulis furoris inflammabat impetus d). Eae tamen cogitationes erant vulgi duntaxat minoris, ac militaris faecis, lucrum intuentis vnum, eo cuncta referentis, extra id nihil magnopere curantis. Alia ſentiebant optimates et duces, quorum arbitrio deliberationes concludebantur, et regimen vertebatur vniuerſum. Hos cupiditas inhians et auarae ſpes in huius arcis oppugnatione non tenebant, facile vtique videntes, affatim extra proſtare per regionem vniuerſam ſpoliorum ac praedas e), quae raptu congeſtuque facilior ad exſaturandam quantamuis

b) τοσος σωρος χρηματων, όσος ἐν νομισμασι, και όσος ἐν διαφοροις θεωρουμενος είδεσι.

c) προνοιαν φυλακης ἐποιουν.

d) παρωτρυνε γαρ ἱκανως πλεον και ἡ των χρηματων εἰς χειρας όσον ούπω γενησομενων ἐλπις, και ἐπεβρισαν ὡς λαφυξοντες.

e) οἱ δε γε προεστωτες και οἱς ἡ σκεψις το μεν κερδαινειν τοις ἐκεινων και ἐξωθεν ἐκ της χωρας ἐιχον ἑτοιμον ὀν.

tantis auiditatem ſatis eſſet. Sed eo mouebantur, quod prouidebant, ſe, niſi deſtinata perficerent, riſum debituros, impuneque fore ludibrio. ‘quare ad finem propoſitam rectam hanc eſſe viam rati; territos, vt par erat credere, apparatu atque inſultibus primis Romanos cuſtodes arcis per certos homines tentarunt: admonentes, haud eſſe ipſos reſiſtendo et ſatis pro ſua prudentia videre, poſſe Conſtantinum et Tocharos facile perficere, quod erant aggreſſi et arcem vnam iſtam a fundo diruere. conſulerent igitur ſibi, et cladem vltimam matura nec indecora pactione praeuerterent f). Has leges compoſitionis fore: Sultanem cum populo et pecunia dederent; ipſi ſalui abirent, quo luberet, omnis ab ſe moleſtiae ſecuri.

§. 33.

His Romani auditis in duas ſe contrarias ſententias ſciderunt. Quibusdam videbatur praeſtabilius, ‘dari vltro mature, quod mox extorquendum vi erat; et beneficio exitium redimere, cum ſibi, tum iis pariter impendens, quae ſtulta ſupra vires obſtinatione tueri contenderent g). ‘Ab his alii diſſentiebant, contra differentes: iſta quae ab hoſtibus exitia metuerentur, iuſtius ab imperatore formidanda, qui vtique ipſos, ſi iuratam fidem terrore abiicerent, meritis legum ſuppliciis mactaturus ſit. Quare aiebant, obfirmandum animum in reſiſtendi conſtantia h), et patienter exſpectandas copias imperatoris, ipſis ſine dubio non ita multo poſt auxilio venturas. non enim neglecturum ‘prudentem principem i) tantam ſuam pecuniam ſeruare, ‘miſſa ſtrenue claſſe, quae patente mari auxilia portaret, obſidioni ſoluendoe ſuffectura k). Id vel ſi

f) ὅθεν καὶ πέμψαντες μετὰ τὴν παράστασιν τῶν δεινῶν, καὶ τὸ δόξαι, ὡς ἱκανοὶ ὦσι περιγενέσθαι καὶ αὐτ' ἔχειν.

g) ἄττον ἑκουσίως ἐκδόντας τ' ἄλλα περιποιεῖν, ἢ μὴ θέλοντας πρὸς τῷ συναποβαλεῖν αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ αὐτοὺς κινδυνεύειν.

h) οἱ δὲ τὸν ἐκ τοῦ βασιλέως ἀντετίθεσαν φόβον, καὶ ὡς ὑπομενητέον ἔλεγον.

i) Addit h. interpres.

k) καὶ προσβοηθῆσαι διὰ θαλάσσης καὶ ἡμῖν ἐπαμῦναι τὸν κίνδυνον.

ſi deforet, cenſere ſeſe, abſciſſum Sultanis caput ad hoſtes e muro ſuperne iactandum: 'aut enim, quos ibi detinuiſſet eatenus cupida exſpectatio recipiendi Sultanis, deſperato iam eius voti effectu, receſſuri confeſtim erant, aut, ipſis irritatis amici caede, et ſaeuius in nos, ad vltionem experendam, ruentibus, optabilem nobis occaſionem datum iri, vel fidei erga imperatorem noſtrae obita pro eo pugnando morte obſignandae, vel glorioſae, ſi Deus adiuuerit, victoriae l).

Talia vbi altercantes vtrinque aliquamdiu iactarunt, media tandem ſententia praeualuit, decernens, perſeuerandum adhuc et exſpectandum auxilium imperatoris. 'nec tamen plane praecidendam hoſti deditionis ſpem, quin eam potius alendam induſtria et ſimulatione, quo ipſi ſuſpendantur animis, et extremis temperantes conatibus re in longum tracta otium auxiliis noſtrorum huc ſe admouendi praebeant m). Rebus interim noſtris, quam fieri poterit optime prouidendum, vt quam diutiſſime reſiſtamus, tardante quantumlibet auxilio: ac ſi vis interea maior ingrueret, nunquam eo tamen deueniendum, vt aut abſcindamus, aut proiiciamus Sultanis caput. 'nam id facinus eſſet temere furentium et inſana deſperatione mortem ſibi vituperabilem accerſentium n). 'Quae porro, quoad vires ſuppetierint, defenderis fortiter, ea vel potius reliquias eorum ſemiconſumtorum, defenſione ipſa extremo iam diſcrimine vrgente pro ſalute ac capite paciſci o), ſapientis affine prouidentiae cenſetur.

§. 34.

In haec decreta vbi omnes conſenſiſſent, mittunt ſtatim, qui hoſtibus promittant, facturos ſe, quod iuberent, poſtquam aliquam

l) ὡς ἢ καραδοκησασιν ἀποχωρειν, ἢ ὁρμηθεντων ἀμυνεσθαι, ἡμας ἀντεχειν ἑως θανατε, και ἢ [*f.* ἢ] Θεε πρ συνεργια [f. συνεργιᾳ] περιγενεσθαι, η πιπτειν ὑπερ της εἰς βασιλεα πιϛεως.

m) και τοις μεν ἐξω ἀνηρτη ἐλπιδας ὡς ἐκδοσεοντας.

n) παραβολων γαρ ἀνδρων και θυνατωντων το τολμημα ἀναι.

o) τε δ' ἐν σπονδαις ἀποδιδοναι τε σωζεσθαι τα λοιπα.

quam, ceſſatione oppugnandi, liberam ipſis indulſiſſent ad conſultandum moram. Conceſſae in vnum illum diem induciae. quas cum produci poſtulaſſent, nihil vltra impetrare valuerunt: quin potius die ſtatim ſequente omni ex parte vehementiſſime oppugnati, ſumma vi reſiſtendo contendere ſunt coacti. Certatum vtrimque totis viribus; quoad iam fatiſcentes obſeſſi et futurum clare cernentes, vt mox opprimerentur praeualente multitudine p), mittunt tandem, qui deditionem pollicerentur, ea tamen conditione, ſi prius in pacta conuenta iusiurandum ſolemne per Deum et diuina rite ab oppugnantibus daretur.

Ea legatio directa ad Conſtantinum eſt, quicum ſecurius tractari poſſe videbatur q). quo aſſentiente oblatis, etiam de conſilii et ducum exercitus ſententia, adhibitus ad iuramenti caerimoniam loci antiſtes, pontificalem indutus ſtolam, ſacras imagines manu geſtans, cum ſuo vniuerſo clero prodiit ad Conſtantinum. Nullam ille moram fecit promiſſorum a ſe fidem Deo teſte ſanciendi conceptis rite verbis, ſub auctoritate ac nutu epiſcopi praeſentis. qui cum ad ſuos rediiſſet, ſtatim, qui arcem tenebant, Sultanem dimiſerunt cum ſuis rebus cunctis vniuerſoque ipſius comitatu. Eo recepto, confeſtim hoſtes receſſerunt, nihil amplius faceſſentes moleſtiae. Cautum enim ſacramenti formula diſerte fuerat, vt, Sultane ipſis tradito, contenti, nihil vltra requirerent. Hoc euentu apparuit ineluctabilis diuini decreti potentia, cui fruſtra obſiſtere conetur vis ac prudentia quantauis r).

p) *και ὁ κινδυνος ἠν κατα κεφαλης.*

q) Addit h. interpres.

r) Horum etiam meminit Pachymeres T. II. p. 427. *Sultanem* [haec iis, quae ſupra §. 25. not. *p.* adtuli, ſubtexit Pachymeres] *porro Michael in vrbe iam e Latinis recepta, honorifice ſecum habens, variis, ſed vanis, aſtute lactabat ſpebus. qui, eius artes quo ſpectarent, non ignorans, arrepto, vt in libris prioribus memorauimus, tempore ex Aeno arce fugit et deducentibus Tocharis, tum in occiduo militantibus tractu* (ξυν Τοχαροις τοις κατα Δυσιν), *ſimulque Conſtantino, principe Bulgarorum, tutum nactus eſt receptum in partibus borealibus Euxini.*

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1265.

§. 35.

Die ſequenti, ſecunda ab ea, qua deditus Sultan eſt, apparent in mari triremes imperatoriae: quarum appulſu vicino tantum non iam ſubeuntium portum ſera feſtinatae deditionis poenitentia imperatorios inuaſit. Sed quae facta erant, infecta fieri nequibant. Cum ergo aliud non poſſent, ne ſupellectilem et pecuniam imperatoris, e tantis tam aegre hactenus periculis ſeruatas, in a iquo adhuc diſcrimine relinquerent, vtique in regione hoſtibus, iiſque rapaciſſimis, redundante, ordinatis vtrimque in binam ſeriem ab arce in portum militibus armatis, regias illas gazas eduxerunt impoſueruntque triremibus: tum ſuper et ipſi conſcendentes ſoluerunt. Inde vbi appulerunt Conſtantinopolin, cognitis imperator quae contigerant, immane quantum excanduit. Ac antiſtitem quidem ad tribunal eccleſiaſticum reum fecit: parumque abfuit, quin is acerbo ſupplicio lueret functionem recepti iuriſiurandi. Domeſticos quidem ſuos, ab Aeni arce reduces, prius flagellatos, inde muliebribus ad exprobrationem ignauiae dehoneſtatos ſtolis, a conſpectu imperator remouit ſuo, palatinis officiis priuatos. Tum miſſa militum manu, Sultanis vxorem et filiam, matrem praeterea et ſororem filioſque eiuſdem cum domeſticis et cuncta familia omnium eorum, ſecurae cuſtodiae mandauit. quantum porro eidem Sultani diuitiarum ibi fuit, in auro argentoque ſignato aut facto

veſti-

Ad hanc Tatarorum irruptionem ea etiam ſpectare videntur, quae Pachymeres T. I. p. 161. habet: Patriarcha imperatorem reducem ob bellum cum Michaele deſpota geſtum cum reprehendiſſet, *Nunc autem*, inquit, *benedictus Dominus, qui liberauit te ab hoſtibus a lege Chriſti alienis, quos immiſit in te, vt admoneret: non iuſte a te illos hoſtiliter impeti, quos hoſtes tibi quaeſiſti: exhiberet autem et tuis oculis obiiceret veros hoſtes, quaſi diceret: En in quos fas piumque ſit, ſi pugnare libet, omnem belli vim effundere; quos ipſos tamen fruſtra debellare proelio adorſus conaberis, niſi ego volens et propitius adfuero. Oſtendit igitur tibi hoſtes, et terruiſſe contentus, eorum a te vim arcuit, e periculis inſidiarum in tutum incolumem transferens.* —

velisque inſignibus, ſtolis ac zonis, vnionibus quinetiam et varii generis exquiſiti pretii gemmis, quod ex vſu luxuriae Perſicae plurimum omnino fuiſſe aiunt, totum corraſit, et in publico aerario depoſuit.

§. 36.

EIVSDEM — anni menſe Martio, cum ſacri dies Ieiunii celebrarentur, die ſecunda hebdomadis ſecundae — primo — trihorio diei illius, eminente ſupra horizontem ſole quaſi partibus ſigni triginta, cum operibus homines vacarent alii ſpiritualibus, corporeis alii, confeſtim fama diſſipatur [Nicaeae], non in hac quidem vrbis patre, in illa vero non; ſed late per vrbem totam vno circum vndique tenore; Gentem Tocharorum, multitudine fretam, trucidatis portae cuſtodibus in ciuitatem irrupiſſe rapidiſſimo et ſaeuiſſimo ſimul impetu, ita vt paſſim ipſis inopinato vbiuis occurrentes, momento ab iis immaniſſime omnes conciderentur. 'Dum vndique ad portam quandam ruunt Nicaeni, alii fugiendi, alii hoſtes repellendi animo', in fine — huius viae ludibrium riſumque repererunt. — Non tamen omni adhuc ſollicitudine vacabant, reputantes, potuiſſe fieri, vt per alias portas hoſtes in vrbem penetraſſent. Immo cum attentius cogitauerant, illa ipſa, quam videbant, nimia ſecuritas cuſtodum curam ipſis admouebat, augebatque reputantibus, pari forte negligentia ſolutos aliarum portarum praeſidiarios, facile oppreſſos ſubito incurſu hoſtium, aditum Tocharis in vrbem praebuiſſe. 'Portis tandem omnibus luſtratis, hoſtes nullos adeſſe, et panicum ipſorum fuiſſe terrorem, deprehenderunt'. Solutis iam animis, inueſtigabant, quae origo falſae opinionis, quisue auctor mendacis indicii fuiſſet. — Poſtquam vero diu et diligenter in iſta ſunt inquiſitione verſati, explorantes circum omnia, nihil aliud reperire potuerunt, niſi mendacem famam multis eodem momento locis ſimul increbeſcentem, ſimul vulgi compleſſe aures, 18.

18. PACHYMERES T. I. p. 162—166. Quae hic de vulgato Nicaeae falſo nuncio inuadentium eam vrbem Tatarorum fuſe narrantur, excerpta dediſſe ſufficiet.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1265.

ſimul animos inani terrore perfudiſſe. 'Vnam tantum, quae aliqua veriſimilitudine niteretur, publici erroris cauſa memorabatur. Supplicatio tunc forte per vrbem ducta, circumlata de more in Thenſa per ſolemnem ea die pompam imagine Deiparae, turba mulierum ſequente, quod ſolet in ſupplicationibus acclamari ab mala deprecantibus, carmen pone frequentantium, ac videlicet quae tunc maxime timebat, diſtincte poſcenda eorum liberatione, nominatim exprimentium, nec ſine eiulatu ingeminantium: *Defende nos Deus a Perſis, a Tocharis erue, a barbaris nos Deus protege.* Talia cum meticuloſum genus muliercularum et in iis conſternatiores aniculae quaedam vociferarentur acutius; credibile eſt, voces illas *Perſarum* et *Tocharorum* percuſſiſſe aures quorumdam aliud agentium [s]), et nouitate ipſa ac tono formidinem ciente, multos indiſcuſſo ſtatim indicio gliſcente, in abſurdam ingreſſorum vrbem iſtorum, quos appellari audierant, nominum, opinionem ac fidem fuiſſe ridicule pertractos. — Imperator vbi ea poſt cognouit — litteris ſcriptis — duces praeſertim primoreſque reprehendit, 'qui inani fama temere turbati eſſent'. Quomodo enim hoſtes intra vrbem et in ciuium iugulis, de quibus auditum nondum eſſet, foris approximaſſe, circumſidere muros, turribus ſe admouiſſe? quomodo, qui paullo ante dicti eſſent haerere in Perſide, ſubito alis ſumtis volucris exercitus ſupra ſtarent, imminentes deſuper ceruicibus: tantum interuallum, vbi et arces et praeſidia Romana ſint, victoris momento emenſos. —

CAPVT

s) το δ' ἐκ προχειρου και πιθανον ἐς αἰτιαν, το της εἰκονος της Θεομητορος καθ' ἱκεσιαν ἐκφερομενης πληθος ἑπεσθαι γυναικων, ἃς δη και ἐκφωνειν ἀναγκαιον την δεησιν κατοκτω ἠχοις. τουτων ουν ὀλοφυρτικως κατα Περσων και Τοχαρων θρηνουντων, ὁσα τα της φωνης διελθειν, και συμβηναι τας μεν κατ' ἐκεινων μεγαλοφωνησεις πετυχηκεναι. τους δε περιξ και ἐξωθεν την φωνην δεχομενους ect.

Imp. MI-CHAELE Pal.

CAPVT V.

Res a Tataris Noga, tam ante, quam poſt eius defectionem, eius filio Tzaca, et Tuctai, Nogae victore, ducibus, in occidente geſtae; antiquiora quaedam de Czinchis-Chano; ab a. C. 1270–1294.

§. 37.

a. C. 1270. a)

MAGNVS conoſtaulus Andronicus Tarchaniota, ſororis Michaelis Palaeologi filius, audita promotione Michaelis, fratris ſui minoris, in dignitatem magni domeſtici, incredibiliter offenſus, conſilium iniit tranſfugiendi ad ſocerum Ioannem Ducam.] Quia vero tranquillo, vt tunc erant, rerum ſtatu, tuto atque impune id ſe facere poſſe deſperabat, — turbare prius ac miſcere omnia conſtituit, accitis in Romanas terras Tocharis. qui ſtatim ad oſtenſam accurrentes praedam magno numero intra fines imperii ſunt viſi. 'Quantum autem illi tunc cladis et omnis generis iniuriarum miſeris illorum tractuum hominibus intulerint, proprii nec parui operis argumentum eſſet, pro magnitudine atrocium malorum non litteris, ſed lacrimis, ſcribendi b). Caeterum id dici ſine mentiendi 19

 peri-

19. PACHYMERES T. I. p. 217, 218.

a) Ad hunc annum ea in obſeruatt. Pachymer. T. I. p. 536. referuntur.

b) ἃ τοίνυν ἐκεῖνοι τοτηνικαῦτα τοὺς ἀνθρώπους ἔδρασαν, ἰδίαν ἄπαιτα σχολὴν πρὸς τὴν τῶν δεινῶν ἐξαγγελίαν οὐ γράμμασιν, ἀλλὰ δακρύσι γραφομένην

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1270.

periculo breuiter poteſt: 'calamitatem vaſtitatemque iſta occaſione huic importatam regioni nihilo mitiorem, minusue acerbam, crudelitate caedium auaritiaque rapinarum, ea fuiſſe, quae aliquanto ante iisdem populis irruptione Conſtantini Bulgari, Tocharos ſecum ducentis, fuerat illata c). Per hanc ille ſibi ad finem deſtinatum vtilem confuſionem rerum ad ſocerum vna cum coniuge profugit.

§. 38.

a. C. 1271. d)

20. [MARIA, Michaelis Pal. e ſorore Eulogia neptis, poſtquam Conſtantino, Bulgarorum regi, pepererat Michaelem filium, maritum aſſidue ſollicitabat e)] ad repetendas bello, iniuſte negatas [ab imperatore] vrbes. Vnde multa mala orta ſunt: et plura 'grauioraque f) prodiiſſent, niſi Auguſtus mature ſibi praeoccupaſſet nouo foedere Nogam, data in vxorem ei filia ſua notha Euphroſyne. 'Qua neceſſitudine deuinctus imperatori Nogas, palam oſtendit, irrupturum ſe cum Tocharis, quibus praeerat, in Bulgarorum fines, ſtatim atque Conſtantinus regiones incurſare Romanas coepiſſet. Suſpendit hic metus conſilia Bulgari, et malorum inducias Romanis fecit g).

§. 39.

Hic porro Nogas," potentiſſimus Tocharorum erat, bellicae artis longis experimentis multam peritiam adeptus, vſu rerum in tra-

c) ουχ ἧττω ταυτα μετα τα Κωνσταντινου προτερων σφαγων. cfr ſupra §. 27—34.

20. PACHYMER. T. I. p. 236—238.

d) Vide Obſeruatt. Pachymer. T. I. p. 537.

e) Cf. *Tom. II. Bulgarica §. 326.*

f) Addit interpres.

g) [ἅμη] ἀνειχε τας ὁρμας ἐκεινου [του Κωνσταντινου] τῃ προς τον Νογαν δεξιωσει, και διελυε τα βουλευματα, ὡς αὐτικα κατοπιν ἐπιδραμουμενων των Τοχαρων, ὧν αὐτος [ὁ Κωνσ.] ἐπιῃ τοις βασιλεως.

tractatione negotiorum tritus. Is cum magnis copiis ⁽e genere, cuius erat et ipſe, Tocharorum, qui ſe ipſi *Mugulios* nominant [h]), miſſus a principibus eius gentis, ⁽*Canidas* appellant [i]) circa portas Caſpias degentibus, irruperat in boreales Euxino gentes, Romanis quondam ſubditas; ſed quae, poſt captam ⁽a Latinis [k]) vrbem et res imperii redactas in arctum, neceſſario neglectae a dominis ſui tunc iuris erant. Has facile ac ſine magno certamine prima ſtatim oſtenſione ſui cepit, ſibique ſubiecit. Et animaduertens vberes terras, ac populos ad conſtituendum per ſe regnum idoneos, ⁽fraenum excuſſit imperii eorum, a quibus erat miſſus, et res agere ſuas inſtituit, proprio principatu conſtituto [l]).

§. 40.

Proceſſu deinde temporis miſcentes ſe ipſis, qui mediterranea illic incolunt, ⁽*Alani* videlicet, *Zicchi*, *Gotthi* et *Rhoſſi* [m]), quique finitimas hiſce habitant terras diuerſorum generum populi, mores paulatim ipſorum didicerunt, et cum vitae vſu linguam etiam ac veſtitum eorum vſurpantes, in militiae quoque conſortium aſſumti, ⁽non ita multo poſt exercitus confecerunt innumerabiles. quarum conſcientia vſuque virium in potentiam immane quantum Tocharorum gens profecit [n]), adeo vt, quocunque ſe verterent, ineluctabiliter cuncta proſternerent. ⁽Et cum e ſuperioribus dominis quidam ad ipſorum defectionem vlciſcendam eoſque ſub iugum reuocandos bellicas in eos expeditiones ſuſcepiſſent, non modo ipſos non vincerent, ſed magnis acceptis cladibus in lucro ponerent, quod, pleriſque ſuorum bello cadentibus, pauci ſaluum reditum haberent [o]).

§. 41.

h) ἐξ ὁμογενων Τοχαρων, ὃς αὐτοι Μεγαλιες λεγεσιν.

i) ὃυς Κανιδας ὀνομαζεσιν.

k) Supplet h. interpres.

l) ἀφηνιαζει μεν των πεμψαντων και ἑαυτω τα ἔθνη προσκτατο.

m) Ἀλανοι, Ζικχοι και Γοτθοι Ῥωσοι. De Alanis poſt Nogae caedem ad imp. Andronicum tranſeuntibus vid. Pachym. T. II. p. 211—213. locum ipſum *Tom. IV.* in *Alanicis* §. 52. adfero.

n) και μετ' ὀ πολυ ἐις πληθος ἀριθμω κρειττον ὁ ἐπελθων των Τοχαρων λαος ἐνδιδωσι.

o) ὡς και τινας των ἀνω κυριων πολεμω νομω ἐπ' αὐτες ἀποστατας ἰοντας, ἐχ ὁπως περιγενεσθαι, ἀλλα και ἀγαπαν τω ολιγοι σωθηναι.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1271.

§. 41.

Gaudet haec gens vita ſimplici, ‘haerent inuicem multo nexu ciuilis caritatis p), ‘tolerantes ſunt laborum, in bella promtiſſimi q), paucis ad victum cultumque indigent, nec ſollicite congerunt, aut conſulunt in futurum auara prouidentia.

‘Ad hanc ſcilicet formauit eos diſciplinam priſcus ipſorum legislator quidam r), non ſane Solon, aut Lycurgus, aut Dracon — ‘ſed idiota, ignobilis, vilis opificii labore tritus, prius faber ferrarius; ex officinae ac fornacis fuligine in imperium productus et *Canis* declaratus (ſic illi principem appellant) s). Hic gentem excitauit iſtam, vt e Caſpiis portis prodire non dubitaret; ‘polliceri auſus, quocunque bellum inferrent, nunquam victoria fraudandos, ſi legibus a ſe propoſitis accurate obſeruandis attentam diligentiam impenderent t).

§. 42.

Summa legum haec erat: Delicias auerſantor: obuiis contenti ſunto: mutuae ſocietatis caritatem ſeruanto: priuatim ſibi pro arbitrio conſulere vitanto v): nihil in vita victuque exquiſitum affectanto: cibis quibuſcunque ‘ſine mundi immundiue diſcrimine x) vtuntor. Vxores ſimul plurimas habento; et his curam parandarum ‘rerum ad victum veſtitumque vtilium y) mandanto: inde multiplicationem gentis, indidem neceſſariorum abundantiam nacturos. ‘Praediorum ac ſoli poſſeſſiones aſpernantor z). Fabricandis domibus non immorantor: ‘vitam deſultoriam hinc illuc, quocunque

p) φιλαλληλιᾳ [χαιρον].

q) ὀξυτε προς πολεμους και πονηρον.

r) ἐχρησαντο γαρ ἀνεκαθεν νομοθετῃ.

s) ἀλλ' ἀνδρι ἀγνωτι και το παν πονηρῳ, χαλκει μεν το πρωτον, ἀτα δε και ἐς Κανιν, ἀρχοντα τις ὁποι, καταςαντι.

t) και σφισιν ἀει το νικᾳν ὑπεστηθαι, εἰ τοις ἰδιοις νομοις προσεχοιεν.

v) το αὐτονομον ἀποστρεφεσθαι, το κοινωνικον ἀσπαζεσθαι.

x) μηδεν των βεβηλων ἐχοντι.

y) των ἀναγκαιων.

z) το μηδεν των καθ' ὑποστασιν προσκτασθαι κτηματων.

cunque vtilitas vocauerit, aſſidue migrabundam adamanto a). Vbicibus deſuerit, aut ſagitta et venatu paranto, aut ſecta equi vena, ſanguinem ſugunto. Si ſolidiori opus alimento ſit, inteſtinum ouis ſanguine oppletum ſub ephippium ponunto; ſic mora concretum et illo calore coctum ſanguinem, cum veſcendi deſiderium fuerit, voranto. Vbicunque cuiuis panni, aut pellis lacerae ſegmentum forte abiectum occurrerit, ſublatum ſtatim veſti, qua tegitur, aſſuito, etiamſi bona ſit, nec ſarto egeat. Nimirum, hoc citra neceſſitatem fieri iubens, id agebat, vt, cum opus foret, neminem puderet, indumentum manu ſua proprium ſarcire, et conſarcinatis per veterameta nouis aſſuta pannis veſtiri centonibus b).

Porro his praeſcriptionibus ſperabat aſſecuturum ſe, vt ſui ſumma vitae ſecuritate fruerentur, expeditoſque ad nutum haberet ſemper omnes, nulla vſpiam ſollicitudine affixos c): quippe quibus ſariſſa, ephippium, veſtis et alimenta, quibus vnis egebant d), muliebri miniſterio cuncta e gynaeceo ſuppeditarentur. ipſi rei bellicae vni vacarent, ſpoliandiſque alienis, nihil praeterea negotii habentes, aut curioſe inquirentes, quid futurum eſſet e).

Talium auctor legum TZINCISCANIS fuit. Nam cum proprio nomine *Tzincis* hic vir vocaretur, *Canis* vocabulum, quod *regem* ſonat, eius priuatae adiunctum appellationi, Tzinciſcanis nomen efficit, nunc memoriae commodum occurrens: nam cum agere de hoc coeperam, nondum venerat in mentem.

Caeterum his eius praeſcriptis acquieſcentes f), contingebat iſtos populos veracitatem in loquendo, aequitatem in agendo, tenere, quorum illud libertati animi conuenit, hoc rectitudini morum. illud rur-

a) ἀλλα μεταβαινειν και μεταφοιταν προς το χρησιμον.

b) τοις παλαιοις τα νεα προσεπεμβαλλοντες.

c) και ἐτως ἀυτας μεν ἐν ἀνεσει παντοια ζην.

d) και ἀυτην ζωην.

e) μηδεν πολυπραγμονουντας.

f) ταυτα τα νομοθετα Τζιγκισκανι (νυν γαρ ἀνεμνησθην τοὔνομα Τζιγκις γαρ το ὄνομα ὁ Κανις βασιλευς) τα παραγγελματα ἐν ἀσφαλει ἐχοντες.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1271.

rurſus tutum praeſtat audientem a circumuentione fraudulenta mentientis ſocii, hoc a cunctis quemque inſidioſe graſſantium dolis liberat.

§. 43.

Huius gentis principem tunc Nogam ſibi foedere conciliatum g) imperator, cum miſſis affatim luxuriae noſtratis inſtrumentis ad delicias Romani vſus inuitaret, minimum profecit, quod ad mollitiem quidem veſtium ei ſuadendam ſpectat. Nam cum ciborum ei exquiſiti guſtus offerri curaſſet variam copiam h), vinique odorati tota dolia, his i) quidem non illibenter eſt vſus aurum item et argentum in vaſis poculiſque dono datis probans, admiſit. At verſicolora varii generis tum capitis tegmina tum membrorum indumenta caeterorum, quarum item rerum vim magnam regia eidem munificentia imperator miſerat, haec, inquam, aſpernabundus in manus ſumens k), percontabatur ab offerente, an id certo praeſtaret bellus iſte pileus l) capiti, quod tegeret, vt nullo deinceps mali appulſu laederetur, nullum dolorem ſentiret? an inſertae huic vnioni caeteraeque inſertae gemmae vim haberent arcanam quampiam fulgura fulminaque auertendi a geſtante? veſtes item illae ſpecioſae ac molles num membra, quae ambirent, laſſitudine in labore prohiberent? Tum illo ſcilicet negante, Nogas, quicquid horum interrogans attigerat, faſtidioſe reiectabat m). At quamquam amicitiae mutuae conteſtandae cauſa vnam e miſſis ab Auguſto veſtibus ſibi circumdare ſuſtinuit, breuiſſimo eam tulit ſpatio, familiare ſtatim e canina vel ouina pelle veſtimentum reſumens, eo ſe magnifice oſtentans, nec minus, vt apparebat, in illo ſibi, quam quouis regio paludamento n), placens. Sic et in operimentis capitis fecit, opportuna et ſibi aſſueta prae ſpecioſis pretio-

g) κηδεύσας.

h) πέμψας οὐκ ὀλίγα πλακοῦντα, ἔν τε ἐνδυμάτων χρῆσιν, καὶ ὅσα πρὸς τρυφῶν ποικιλίαν.

i) τὸν μὲν εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν.

k) ἐφαρμένος ταῖς χερσίν.

l) ἡ καλύπτρα.

m) ἅπαν οὐκ ἔλεγον, παρερρίπτει.

n) ταῖς πολυτελέσι στολαῖς.

a. C. 1271.

Imp. MI-CHAELE *Pal.*

tioſisque eligens o). Quod ſi, qui haec ipſi attulerat, forte fingens respondiſſet, ineſſe iis, quam requirebat, vim doloris ac fatigationis, malique omnis arcendi p), tunc ſane ille ſtatim credens cuncta induiſſet, perſeueranterque geſtaret q), non gemmas aut margaritas videlicet, verum promiſſam vtilitatem curans.

§. 44.

Iſtum igitur tam potentem principem r) habens paratum imperator ad irrumpendum in Bulgariam; quoties inde ſe commouiſſet Conſtantinus ad depraedandas, aut quoquo modo infeſtandas regiones imperio ſubiectas s), non Meſembream ſolum et Anchialum ſecurus pactorum, mordicus tenebat; ſed praeterea Sozopolin, Agathopolin, Sanſtritzin et alias quasdam arces, a ducibus eius, oblata illis occaſione, captas t).

§. 45.

a. C. 1277. u)

VALETVDINE tum [cum Lachanas in Bulgaria res nouas moliebatur x)] Conſtantinus [rex] infirma vtebatur. Nam crure dudum fracto facultatem inceſſus amiſerat, et, ſi quopiam eſſet neceſſe proficiſci, curru pondus iners trahebatur. Ea res contemtum illi conciliauit plurimorum. In his Tochari finitimi, nihil a claudo [illegible] prin- 21.

o) την [καλυπτραν] προς χρησιν ἐντυγχανων των περιττων, καν ἡν των πολυτελων ἀνθηραμενος.

p) ει δ' ἐκεινος πλαττομενος ὀνησιν φερειν ἐλεγε τῳ φορουντι το κνεφας την οιανουν και ὁπωδηποτε.

q) ἐφορει.

r) τουτον τοιγαρουν.

s) τα Κωνςαντινε καταδραμεσθαι, και την ἐκεινε συλευειν χωραν, ει τοις τε βασιλεως ἐκανος ἐπιοι.

t) Reliqua vide *Tom. II. in Bulgaricis* §. 326.

De Noga familia infra narrat Pachymeres T. II. p. 178. ſeqq.

21. PACHYMERES T. I. p. 295, 296.

Vide obſeruatt. Pachym. T. I. p. 339.

x) Cf. *Tom. II. Bulgarica* §. 331, 332.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1277.

principe timentes, liberrimis in Myſiam excurſionibus, agebant ferebantque paſſim cuncta: et veteri celebratas prouerbio praedas Myſorum impune frequentabant. In horum vnam manum incurrens cum ſuis Lachanas, eam internecione delet. Alia die deprehenſam ſimiliter cohortem iſtorum alteram priorem interficit. 'vnde nomen huius viri inter Bulgaros inclaruit' y).

§. 46.

a. C. 1278. z).

22. [MICHAEL Palaeologus, Mariam, Conſtantini Bulgarorum regis viduam, Lachanae nupſiſſe, moleſtiſſime ferens, curam tamen ac ſollicitudinem diſſimulans,] oſtentauit — plauſibiliores alias de facto iſto dolendi rationes. — Nam regnum, quod homini, nulla re niſi mala digno, turpiſſime tradidiſſet, ipſi mox extorquendum a Tocharis, quorum potentiae irruptionem in Bulgariam parantium nihil poſſet Lachanas opponere, quod par reſiſtendo foret.

'Tocharos autem, vt monere quamprimum in Lachanam non omitterent, duae cauſae incitabant: etenim quod eos prior ille laceſſiuiſſet, eorum copias caederis, vlciſcendi hoſtem apertum neceſſitate ad eam expeditionem impellebantur; et rei ad id audendum facilitate incitabantur, quod Lachanam eſſe ſcirent hominem nihili, exoſum et ſpretum etiam ſuis Bulgaris a). — b)

§. 47.

a. C. 1279, 1280.

23. α) [LACHANA a Tocharis proelio victo, Aſan rerum in Bul-

α) NICEPHORVS GREGORAS: *Lachanas firmandae tyrannidis cauſa — in Scythiam proficiſcens, clandeſtinis imperatoris inſidiis profuſo illic ſanguine dat poenas.*

y) Cf. *Bulgarica* §. 332.

22. PACHYMERES T. I. p. 304.

z) Vid. Obſeruatt. Pachymer. T. I. p. 539.

a) — ἐκ Τοχάρων δύναμιν, ἣν ἀ-νον δεκεντων, ἅμα μεν ὡς ἐχθρον, ἅμα δε και παρα των οἰκειων κατα-φρονουμενον.

b) Locum integrum vide *Tom. II. in Bulgaricis* §. 343.

23. PACHYMER. T. I. p. 305. Locum integrum vide in *Bulgaricis*

a. C. 1279, 1280.

Imp. MICHAELIS Pal.

Bulgaria potitus eſt. Hoc aliquanto poſt Ternobo egreſſo,] et Tertere illic regnante, decreuit Lachanas confugere ad Nogam et eius opem implorare. Aliunde imperator haud negligens res Bulgaricas, Aſanem ad Nogam eumdem mittit cum donis plurimis maiorem in modum rogans, ne auxilio deſtitutum ſineret legitimum et iure generis hereditario nitentem Bulgarorum regem, ipſi Nogae quaſi fraterna neceſſitudine deuinctam, quod vxores Aſanis et Nogae ſorores eſſent. Nogas vtrumque benigne excepit, diuque detinuit. Cauſam vero perorantes propriam ille ſic audiebat, vt ſententiam expediret nunquam, infinitaque eos mora ſuſpenderet. Tandem Lachanam, nihil tale ſuſpicantem, inter epulas occidi iuſſit c) 24. Aſanem vero, Euphroſyne, vxore Nogae, pro eo intercedente, incolumem dimiſit d).

§. 48.

a. C. 1283. a. M. 6791.

β) FESTINABAT — imperator [Conſtantinopolin], tum quod 25. filiae [Ioanni, Lazorum regi, matrimonio iungendae] nuptias

Tttttt 3 con-

β) NICEPH. GREG.: Michael Pal. *omni pacificationis* [cum Ioanne ſebaſtocratore] *mentione ſublata, legatos mittit ad Nogam Scytham, qui vltra Iſtrum ſedes et domicilium habebat. Erat enim huic cum imperatore firma amicitia ob affinitatem: quippe Irenen, filiam illius notham, paullo ante duxerat; atque idcirco eius amicus erat. Ab eo accepta quatuor millia dele-*

§. 346. clades, quam a Tataris Lachanas accepit, in obſeruatt. Pachym. T. I. p. 541. ad a. C. 1279. refertur.

24. Id. ibid. p. 319, 320. Niceph. Greg. T. I. p. 80. cfr *Bulgarica §. 350—352.*

c) Caedis Lachanae meminit Pachymeres T. II. p. 125: locum ipſum vide in *Bulgaricis §. 359.* caedes vero haec in obſeruatt. Pachym. T. I. p. 542. ad a. C. 1280. refertur.

d) Locum integrum vide in *Bulgaricis §. 352.*

25. PACHYMERES T. I. p. 356—360. Nicephor. Greg. T. I. p. 91—93. Annum in marg. adſcriptum habet Pachymeres p. 360. et Nicephorus p. 93.

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1283.

conficere quamprimum e re duceret; tum quod nunciarentur ex occiduis partibus aduentare Tochari, quos a Noga impetrauerat aduerſus Ioannem Sebaſtocratorem auxilio ſibi mitti. Tunc igitur ſeptembri menſe deſinente regreſſus in vrbem, nuptias filiae celebrat. Octobrem inde totum conſumſit copiis inſtruendis expeditioneque apparanda.

Cauſa huius expeditionis fuit, quod Ioannes — rurſus foedere nuper inito violato conabatur inuadere non ſua. Ea res Auguſtum mouit, feros eius audaceſque impetus compeſcere aliter non valentem, ad eum proſcribendum vt rebellem, Tocharoſque in eum immittendos, qui, vaſtitate terris ipſi ſubiectis inferenda, ſpes reſque ipſius in arctum cogerent. Talia verſantem animo vrgebat hiems imminens, ineptum rei a ſuis gerendae tempus, quamuis opportunum Tocharis, qui libentius ea tempeſtate prodire ad bellum ſolent. Tamen ſua et ſuorum cauſa praeuertere oportebat, mature occurrendo extra vrbem Tocharis, vt illos bene animatos dimitteret ad diripiendas ferroque ac flamma deformandas ditioni Ioannis ſubditas gentes e). Cogitatio haec erat bellatori quidem forte non incongruens, at Chriſtianum dedecens vel maxime. Impia

ctorum Scytharum et iis adiunctas aliquas Romanas vires miſ*ſurus erat imperator aduerſus Theſſalum Ioannem* ſebaſtocra*torem, tum vt eum ipſum deleret, tum vt omnes* adultos, qui *militiae operam nauarent, ac Theſſaliae flos quodammodo* eſſent, *iugularet. Sed priusquam conſilium hoc ad rem* conferretur, *proſperum eius curſum mors repente abrupit. Nam* cum prope *Lyſimachiam verſaretur, iuxta pagum, qui* inter Pachmium *et Allagen (locorum haec nomina ſunt) ſitus eſt*, ibique *Scythicam exercitum inſpiceret, Romanosque duces iis* copiis *praeficiendos deligeret, eosque, quid agendum eſſet*, moneret *— praeter ſpem ſuam fato functus eſt anno ab orbe* condito 6791.

e) ταυτα ἐπι νουν στρεφων, Τοχαρους ἐπηγεν, ἐυκαιρον δ' ἀχι και τον ἐφεστωτα χειμωνα. χειμωνος γαρ και συνηθες ἱκανοις στρατευειν, ὁν και στ... καταλαβειν ἐσπευδε, ὡς ἐξω πολεως συμβαλειν Τοχαροις.

pios enim in Chriſtianos armare, et atheos ſacrilegoſque raptores in ſacra et templa immittere, facinus fuit immane quantum alienum a timente Deum et Chriſti cultore principe. 'Tamen exercitus barbarae illius gentis, a Noga, precibus imperatoris flexo, miſſus jam e finibus egreſſus ſuis ad nutum paratus ſtabat, vt in ditionem Ioannis hoſtiliter irrumperet f).—

§. 49.

Tunc ergo ſub medium Nouembrem procinctus imperator in expeditionem imminebat cum paratis copiis; haud tantum harum multitudine confiſus, 'quantum robore feritateque Tocharorum g). [Morbo vero correpto imperatori haud ſuppetebant vires militiae, praeſertim hibernae, laboribus ferendis.] Igitur, vtcunque ſimulabat aliud, reuera non vltra Thraciam decreuerat progredi: deſtinabatque, viſis ibi Tocharis et ad rem ſtrenue gerendam animatis, cum allocutione, tum donis, non quidem in hoſtem eos vna ſecum ducere, ſed poſtquam eos eſſet comitatus aliquanto eius viae ſpatio, commendatos ſuis, qui porro cum iis pergerent, et vice ſui, quid fieri vellet, praeciperent, ipſe dimittere ac ſic reuerti domum. —

Ergo — vale neceſſariis dicto, egreditur vrbe: ac Selybriam vſque ipſe cum filiis eques vectus, cum inualeſcere morbum ſentiret, nec itineri terreſtri iam eſſet par, mari et naue decreuit vsque ad Rhaedeſtum vti. Conſcendentibus ſuperuenit nuncius, indicans, in proximo eſſe Tocharos, vt cunctandi iam amplius facultas nulla reſtaret, ſed, quantumuis retardaret morbus ingraueſcens, occaſio vrgens neceſſario traheret. —

§. 50.

[Imperator cum ſuis in mari tempeſtate oppreſſus, vix ſeruatus Rhaedeſtum appulit.] Ibi diebus paucis e iactatione recreati equis

f) ἀλλ' ἐκεινας μεν ἐξηγεν ἡ ἀπο βασιλεως ἀξιωσις προς Νογαν, και το θελειν παντως ἐκεινον ἐξαφανισαι και χωρας ἐκεινας και τον ἐχθρον.

g) ὅσον Τοχαροις θαῤῥων.

equis rurſum inſcenſis peruecti Allagen ſunt. — Cum — ibi fixis tentoriis haererent imperatores pariter et exercitus, ingrauatus ſeniori Auguſto morbus eſt. 'Eodem porro breui occurrerunt feſtinatis acciti nunciis Tochari [h]; 'ſed iis frui non licuit optato vtrinque conſpectu [i], imperatore decumbere ob morbum coacto, ac ne in equo quidem valente ſe ſociis oſtendere, coramque illos, 'vt cuperet [k], affari. —

Interim exſpectatione melioris rediturae valetudinis differebatur congreſſus affatuſque Tocharorum. Verum imminuta eius rei ſpe propter ingraueſcentem in dies morbum, 'et metu maiori accedente [l], ne gens effera, 'deſperata ſalute principis [m], 'regiones, in quas erant eius accitu ingreſſi [n], ſolita ipſis rapacitate depraedarentur, coactus imperator eſt admittere ad audientiam duces ac primores Tocharorum, eosque e lectulo alloqui. Ergo vulgus quidem militum nationis eius donatiuis curauit deliniri, proceres autem in cubiculum, vbi aeger decumbebat, accitos audire coram affarique conſtituit. Id quam decentiſſimo, pro ſtatu praeſenti rerum, apparatu ſic actum eſt. Circumſtabant vtrinque neceſſarii ac familiares imperatoris, ipſe connisu, quantum debilitas corporis ferebat, erectus et lectulo inſidens, obſequium beneuolorum ſociorum ad amicam inuitationem ſtudioſe occurrentium, impenſe commendauit, gratum id ſibi et memori animo condendum officium profitens. 'Inprimis ſe Nogae gratias agere habereque plurimas conteſtatus eſt; quod is tam promte, tam prolixe, petenti ſibi, quod optarat annuiſſet. quo nomine vt ipſis, quos ſpectabat praeſens, qui tam ſtrenue auxilio veniſſent, ſic illi, qui benigne miſiſſet, aeternum ſe obſtrictum fore [o]. Perincommodum tali articulo ſibi morbum hunc interueniſſe, plus ideo moleſtum, quod quibus deſtinauerat

h) ἐφθασαν δε και οἱ Τοχαροι σπευσαντες συμβαλειν βασιλει.

i) Addit h. interpres.

k) Addit h. interpres.

l) και τῳ ἀπο ταυτης [της νοσυ] δεει και ἡ ἀπο του ἐθνους ὀξξωδια συνηπτο.

m) του βασιλεως μεταλλαξαντος.

n) το προς ποσιν.

o) χαριν μεν ἐχειν ἐκφαινων τῳ Νογᾳ, τα κατ᾽ ἀξιωσιν ἐκτελεσαντι, χαριν δ᾽ ἐχειν κἀκεινοις ὡς προθυμως ἐπι βοηθειαν ἀπαντησασι.

Imp. MICHAELE Pal.

nauerat officiis indiciiſque veri amoris excipere generoſos ſocios, ſua cauſa tam longe profectos, interim prohiberetur p). Caeterum ſperare, breui remittendum: ſibique valetudine recuperata optatam mox facultatem affore, gratam ſuam erga ipſos voluntatem conſentaneis et merito ipſorum ac ſuo ſtudio beneficiis expromendi.

Haec eo paucis et aegre q) locuto, Tochari prae ſe tulerunt, Dolere ſe incommodo principis amici, cupereque ac ſperare, breui eum reſtituendum in ſalubritatem priſtinam, tuncque ſinceriori percepturos gaudio promiſſa ab ipſo bona. Ita illi: caeterum morbus inde augeſcens — haud obſcure Auguſtum in interitum vrgebat. — cuius mox cognita mors non minus Tocharorum, quam ipſi ſubditorum, honorata lacrimis eſt.

§. 51.

Imp. ANDRONICO Sen.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

γ) DEFVNCTO in hunc modum imperatore Michaele, filius 26.
eius Andronicus — capeſſere ſolus habenas reipublicae coactus eſt, vrgen-

γ) NICEPHORVS GREGORAS: *Cum autem ad filium Andronicum ſuprema auctoritas et imperii ſucceſſio tranſiiſſet, magno tumultu plena erant omnia. Hinc enim ii, qui ab eccleſia abſciſſi erant, bellum eccleſiaſticum ſuſcitabant, —: inde auxilia Scythica, quae quatuor millium numerum excedebant, magnum reipublicae periculum minitabantur, ne propter obitum eius, a quo arceſſita fuerant, noui aliquid in hac rerum mutatione molirentur. Erat autem eis facillimum, ſi vellent, cum Romanae legiones nondum adeſſent, omnia miſcere caedibus, et praedas agere et pecuniam vna cum ipſo imperatore et patribus conſcriptis abducere. His igitur de cauſis Andronicus plerisque*

p) ὅτι μη καθαρως ἐχ [ἡ νοσος] την προς αὐτους ἐντυχιαν γινεσθαι.

26. PACHYMERES T. II. p. 4, 5. Niceph. Greg. T. I. p. 96, 97.

q) Addit h. interpres.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1283.

vrgente ad id maxime cura Tocharicarum copiarum; quae, euocatae e patria priori tractatu r), praeſto aderant, paratae ad imperatoris nutum. Non enim, iam eo progreſſi s), perſuaderi facile poterant, vt domum vacui redirent. Sanguinaria quippe gens et lucrum ac quaeſtum vnice ſpectans, vnde, aut e quibus, praedas ageret, nihil penſi habebat: neque vel primam mentionem audire ſuſtineret ſanae admonitionis, ſi quis eis, vt cupiditatem iuſtitiae ſubiungerent, perſuadere conaretur t): vt periculum eſſet, niſi occaſio eis ſpoliorum ex terra quadam extera rapiendorum offerretur, ne ipſi ea ſibi Romana regione, inermi tum et ad omnem iniuriam expoſita, agenda ferendaque, magno publico damno, conficerent; quippe homines innutriti latrociniis, et nullam vnquam iuris et aequi ſoliti habere rationem.

Tali vice rerum ac periculi publici deſtitutus, parentis obitu iuuenis imperator, annos natus quatuor ſupra viginti, merito ad tantam impendentem rerum molem exhorreſcebat. — Ac negotio quidem tum maxime vrgenti Tocharici terroris abunde prouidit Andronicus v), prudenti vſus conſilio cum multorum aliorum, tum potiſſimum Muzalonis Theodori, quem pater in magni logothetae

negotiis dilatis ac praeteritis, omnem ſuam curam ad id conuertit, quod maxime vrgebat. Eos porro manibus non plenis domum dimittere, nec Scytharum inſtituto conſentaneum eſſe id videbat, neque alias citra tumultum et pugnam abituros. Romana vero pecunia eos explere velle, nec facile erat, et nefas eſſe videbatur. His igitur de cauſis viae duce adiuncto Michaele Glaba, magno comite ſtabuli, — aduerſus Triballos, qui et ipſi infeſti hoſtes erant, et Romano imperio magnas quotidie clades inferebant, abire eos quamprimum iuſſit, vt eadem opera et Triballorum vires imminuerent, et ipſi maxima praeda inde domum, Iſtro traiecto, recederent. Et haec quidem ex ſententia ſucceſſerunt.

r) κατα τας προθεσμιας ὁμολογιας.

s) Addit h. interpres.

t) ὁποθεν δη και τινος, μηδ᾽ ἰσ-ιων ἐχοντας.

v) τα μεν ουν παρα πολυ και λιαν ἐξηρτημενα.

a. C. 1283.

thetae dignitatem, loco Acropolitae mortui, promouerat. Ex huius igitur ſententia cum Tarchaniotem Glabam ex magno papia et poſtea pincerna magnum conoſtaulum declaraſſet, ducem praeficit Tocharis, Romanas copias non paucas circa ſe habente Michaele deſpota, vt eos ex Romanorum terris in Triballos ducerent. non quod magna tunc neceſſitas Triballici belli eſſet, ſed vt obiiceretur, vnde auaritiam explerent mercenariis, accitu imperatoris ea ſpe profectis; qui non facile inducerentur ad reuertendum vacuis manibus. quare illis praedarum opimarum, ſpoliorum rapinarumque ſeges erat alicubi quaerenda, in quam famelicorum, ex amicis, ſi hoſtes deeſſent, paratorum lucra congerere, impetus aucrteretur x). Igitur imperator eos, verbis et donis delinitos cum deſpota magnoque Conoſtaulo ac ſequentibus vnumquemque horum copiis, eo, quo diximus, dimiſit, ſane volentes, vt in expeditionem ipſis quaeſtuoſam.

§. 52.

a. C. 1284. y)

NVBES Scytharum e circumdanubianis collecta tractibus, quo animo z), quaue occaſione, incertum, numerum fere implens capitum decies mille, transcurſa Bulgaria, viciniſque iſti regionibus vaga direptione vaſtatis, ad iugum exterius conſedit: non ibi haud dubie quietura; ſed procellam minans irruptionis barbaricae a), e finitimis Macedonia vel Thracia praedas mox, quas aiunt, Myſorum, abacturae. 27.

x) ὀυ χρεια τινος πολεμε, ἀλλα κερδυς των κεκλημενων και σκυλων [f. συλων] και λημματων ἑνεκα, ὡς μη κενην σφισι γενεσθαι την ἐκστρατειαν, και μαλλον παρακεκλημενοις παρα βασιλεως, ἐξ ὧν και καταδραμεντας μισθοφορησειν.

27. PACHYMERES T. II. p. 50.

y) Cum Pachymeres panem conſecratum in ſacra pyxide corruptum et plane putrefactum repertum eſſe, narraſſet (id quod in Obſeruatt. Pachym. p. 606. ad a. C. 1284. refertur) pergit, *Illa porro tempeſtate nubes Scytharum* cet.

z) ἐκποθεν.

a) και δη προσδοκιμον ἦν ἐκδραμεμενον.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1284.

Praeerat tum forte Meſembreae circumſitisque terris auctoritate ducis ſummi Curopalates Vmpertopulus, vir et probitate gaudens et prudentia ornatus. Hic fretus religione imperatoris, qua oppignoratum eius armis diuinum fauorem crederet, quas ſub ſe habebat, modicas copias committere ſtatim cum quantacunque iſtorum multitudine minime dubitauit, eo ſucceſſu, vt virtus numerum vinceret, et pauci longe pluribus cladem inferrent multo maximam [b]. Siquidem plerisque Scytharum gladio caeſis in acie, permultis aliis vicino amne hauſtis, qui rari effugerunt, ignari locorum per calles auias quanta maxima poterant pedum pernicitate ferebantur, triſti tum primum experimento edocti, expertem conſilii turbam conſilio certius, quam fortitudine ſuperari. His imperator cognitis, [Deo pro victoria gratias egit, Curopalatam vero ſplendidis donis remuneratus, magni papiae dignitate ornauit.]

§. 53.

28. PIRATICO — latrocinio vbique per mare impune crebreſcente, — et nunciato trepide tumultu erupturientium e finibus ſuis Scytharum, 'quibus intercludere ſe in Romanam ditionem tranſitum poſſe, adeo Terteres [Bulg. rex] diffideret, vt, an ſibi ipſi ac regno proprio ab eorum inſultibus tuendo par eſſet futurus, dubitaret [c]: imperator — piratarum rapinis expoſitos maris accolas recedere in interiora praecepit. — Eos porro, qui ſedes habebant in mediterraneis Thraciae ac Macedoniae, quoniam ſciebat, haud dubie incurſandos 'a minantibus irruptionem in eas partes Scythis [d], niſi quis prohiberet, intercludendo 'hiſce barbaris [e] in eas regiones tranſitu, cuius rei nulla nunc ſpes apparebat; 'quam ſolam iis conſulendi reliquam rationem habuit, ea vſus eſt: edicens, vt confugerent in arces illorum tractuum, iisque res perſonaſque, periculo rapi-

b) ὁις δη και συμμαχιας ἐξαιφνης, θαῤῥησας τῃ τȣ βασιλεως θεοσεβειᾳ, ὀλιγοις [*f.* ὀλιγȣς] ἐπαγων, πολλοις τȣ προτερηματος ἐγεγονει.

28. PACHYMERES T. II. p. 65.

c) ὁ γαρ Τερτερης ὀυχ ὁιος τ᾽ ἠν, ȣ̓χ ὁπως ἀλλοις ὀυδε ἑαυτῳ προσαρκειν.

d) Addit h. interpres.

e) τȣς ἐξελαυνοντας.

a. C. 1284.

rapinarum obnoxias, concluderent; vtcunque ſatis norat, haud adeo munita tamque validis inſeſſa praeſidiis caſtella iſta eſſe, vt multam iis ſecuritatem ſponderent *f*). —

§. 54.

a. C. 1285.

SVB hanc [de Blachis, quos tunc imperator magno numero 29.
in Aſiam deportandos curauit *g*)] et alia cura inceſſit Andronicum reputantem, in ea regione, quam mox vaſtandam incurſione Scythica metus erat nimium veriſimilis, iacere corpus Michaelis Augusti, patris ſui: quod apparebat rapaces barbaros a nullo facinore, quod quaeſtuoſum putarent, abhorrentes, violaturos et aſportaturos inde, vt eo ſcilicet nomine a defuncti memoriam colentibus pecuniam exprimerent. Ex quo alterum duorum in ſe redundaturum eſſet incommodum, vt aut ingentem ſuperbo arbitrio auariſſimorum latronum profligare auri numerum deberet, redimendo patris corpori, aut inſignis ſibi foret ſubeunda infamia neglecti officii tam pii, Auguſtis reliquiis Chriſtiani principis, qui ſibi vitae atque imperii auctor exſtitiſſet, in poteſtate profanae impiaeque barbariei ad ludibrium relinquendis *h*). Huic occurſuros malo quos ad patris tumulum ei cuſtodiendo praefecerat, iis, vt ſtatione decederent, indulſit. — Mandauit autem eis, vt ſecum ablatum ſui parentis, imperatoris, cadauer Selybriam deportarent. —

§. 55.

a. C. 1294. *i*)

DE borealibus porro Tocharis (nam orientales principem 30.

 ſiue

f) τοις ἐκασε φρουριοις, ὅν πολυ το ἀσφαλες ἐχειν, ἐνακελας.

29. Id. ibid. p. 66.

g) Cfr *Tom. II. Bulgarica* §. *358.*

h) τοτε δε δεισας και περι τῳ του βασιλεως σωματι ὁ Κρατων, μη ἐξελθοντες οἱ Σκυθαι, και τον τοπον καταδραμοντες, συν πολλοις ἀλλοις και τουτο λαβοντες, ἡν μη τις πολλα ἐξωνοιτο, ὡς αὐτοις δοξοι, βασιλικον σωμα πωλησι, αἰσχυνωσι και λυμηνωνται.

30. PACHYMERES T. II. p. 178 — 180.

i) Vid. obſeruatt. Pachym. T. II. p. 611.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1294.

ſiue, vt ipſi loquuntur, Canin, agnoſcebant *Cazanem* k), qui ex Chalau et Apaga l) deducebat genus), de illis, inquam, qui ſeptemtrionales obtinebant tractus, eſt quod modo, repetito paullo altius principio, narremus.

§. 56.

Nogas igitur, de quo eſt ſuperius a nobis dictum m), miſſus olim a principibus gentis, non dux ipſe ſupremus, ſed 'praefectus copiis auctoritate vicaria n), cum exercitu numeroſiſſimo 'in obuerſae Aſiae continentis boreales partes o) irruptionem fecit. Sedes illic habebant gentes variae, Romanis olim ſubiectae, ſed, poſt captam a Latinis Conſtantinopolin, ſui iuris factae diuiſaeque 'in plures toparchias ſingillatim debiles, nec vno in commune conſilio vtentes, nullam idoneam irruentibus barbaris opponere defenſionem potuerunt; quare ad primum ſtatim incurſum metu ipſo debellati, facilis citra certamen vincentibus praeda ceſſere p).

'In illa felicitate inſperati ſucceſſus animaduertens Nogas cum ſuis, habere ſe ſub manum frequentiſſimas et confertas populo regiones, easdemque ſoli vberis et omnium vitae tuendae vtilium feracis, non amplius precaria poteſtate iis praeeſſe ſunt dignati, aut ducum veterum, a quibus erant ad iſtam expeditionem deſtinati, nutum reſpicere curarunt. Proprio illas nulli que obnoxio ſubiectas imperio Nogas habuit q); ac repetentium ius ſuum antiquorum principum gentis Tocharicae 'querelas conatusque partim eluſit ambiguitate reſponſorum et fictarum ad tempus promiſſionum induſtria ſolerti; partim, vbi aperta vis intentata eſt

k) τον Καζανην. de quo vide et infra §. 67.

l) Vid. ſupra §. 25.

m) Cfr ſupra §. 28. 39.

n) ὑποστρατηγος σφων.

o) ἐπι της κατα βοῤῥαν περαιας.

p) και τοπαρχιαις πλεισι μεριζομενων [ἐθνη] ὡς ἐρημων καταδεδραμημενος, ἐκεινως τῳ κατα σφας δια μη χαρεται, και ὑποκλινα Τοχαροις ὀνομαζομενα [f. αὐτον.] προτερον.

q) ἁμα γουν τοσουτων ἐθνων ἠρξαν, και ἁμα πολυανδρεντα ταυτην ἰδοντες, και ἀρετωσαν γην προς παντα τα ἀναγκαια, ἑαυτοις ὑποποιηται τας χωρας, και καθ' αὐτας ἠκα.

eſt, oppoſitu numeroſiſſimarum copiarum repulit r). ʻNec ita multo poſt, quaſi firmato iure poſſeſſionis longi praeſcriptione temporis, ſine controuerſia regnauit: pleno iam nec reuocato a quoquam in dubium dominio s) ſuperiores Euxino Ponto regiones ʻobtinens t).

Is ſtatus illic diuturno ſpatio rerum fuit: ʻquando ad caeteram Nogae claritatem acceſſit haud parum eum illuſtrans affinitas cum Michaele Auguſto contracta, cui gener factus eſt nuptiis filiae Euphroſynes v).

§. 57.

Interim multis mortuis eorum, ʻquibus forte natalium ſucceſſio ex genere competebat imperii, a quo Nogas defecerat x), reliquus ex ea ſtirpe *Tuctais* y) ʻius auitum recuperare tentauit ſuſcepta in eum expeditione, eo ſucceſſu, vt iam ſenex Nogas, proelio victus ingenti, inter cruentiſſimam ſuorum ſtragem ipſe in acie confoſſus occubuerit z). Quo bello quae magna multaque ac memoria inprimis digna contigere, deſolatis terris illis vniuerſis ʻmortalibusque omnis aetatis innumerabilibus varie ferro, fame, fuga conſumtis a), ita, vt eorum exiguae reliquiae, paucis huc nauibus deportarentur, haec, inquam, argumentum eſſe poſſunt iuſtae hiſtoriae, nec indiſertum ad idoneam ſui expreſſionem requirentis ſcriptorem.

§. 58.

Perſtitit Tuctais in terris, quas victoria ſuas fecerat, ʻcum iis, quos eo duxerat, quosque illic repererat, Tocharis, Nogam alias

r) ἐκεινος συνεσει τε και τῃ καθ᾽ αὑτον πληθει περιεγενετο.

s) τα λοιπα ἀνεδην ἠυτονομαντο.

t) ἀρχοντικως ἐκαρπιζοντα.

v) και τῳ τε βασιλεως κηδει ὁ Νογας ἠγλαϊζετο.

x) οἱς δη και το ἀρχειν ἐκ γενους προσηιν.

y) ὁ Τεκταις.

z) και ἠδη γεγηρακοτι τῳ Νογᾳ ἐφεστηκει, και συμβοληϛ τερρας γεγονυιας περιην κατα κρατος, και ὁ Νογας ἐπιπτε.

a) και ἀνθρωποι διεφθαρμενοι.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1294.

alias ſecutis: nam et hi maxima ex parte victori ſe ſubiecerant b), paucis duntaxat fidem olim Nogae promiſſam ſeruantibus huius filio, quem ex muliere, *Alacca* vocata, ſuſceperat, *Tzaca* nominato c).

His Tzaca fretus viribus in Bulgariam irrupit, a rege tunc deſtitutam ſuo d). Nam qui regnarat illic Terteres, iam antea minis adhuc viuentis Nogae territus, confugerat ad imperatorem: quo non auſo eum admittere, ne repetituro mox Nogae ſupplicem prodere cogeretur: metu iram eius et arma in ſeſe concitandi, miſer interim Terteres alicubi circa Adrianopolin latitans degebat. At Tzacas, cum his, quas dixi, copiis in Bulgaros irruens, ſubiicere hos ſibi tentabat, ius quoddam ad regni eius ſucceſſionem ab vxore trahens: habebat enim e) in matrimonio Terteris filiam. quare, vt eam ſpem magis firmaret, tantoque ad ſe alliceret efficacius gentem Bulgaricam, Oſphentiſthlabum ſibi adiunxit, vxoris ſuae fratrem, eius apud populares ob ſtirpem regiam grati profecturo ſibi fauore confidens aſſecuturum eſſe, vt regnum ſponte iſtud vniuerſum ſuae ipſius ditioni cederet f—g).

§. 59.

Sequebatur ille [Oſphentiſthlabus] interim Tzacae fortunam, eum vt dominum venerans, ac videlicet pro intima cum eo, vt ſuae ſororis viro, neceſſitudine, praecipuum apud illum gratiae locum obtinens. Vnde intra Ternobum, vrbem regiam Bulgariae, illum

b) και το Τοχαρικον ὑπ' ἐκεινῳ γινεται.

c) ὀλιγων τινων προσμενοντων τῳ ἐκ της Ἀλακκης του Νογα ὑιῳ Τζακα τουνομα.

d) Addit haec interpres.

e) ὁ γαρ ἐκεινου ὑιος Τζακας, του Νογα ἐκ μεσου γεγονοτος, θαρρων τοις περι αὐτον Βουλγαροις ἀπεχρα. πλην ἐν διχῃ προφασεως, ἀλλ' ἐχων cet.

f) προσλαμβανει τε και τον της ἀδελφον Οσφεντισθλαβον, και σὺν αὐτῳ Βουλγαρους δουλαγωγειν ἤθελε.

g) Cfr *Tom. II. Bulgarica* §. *363*, *364*. Vxoris Tzacae, poſt mariti caedem, Romoforto Latino in coniugem oblatae meminit Pachymeres T. II. p. 423. Locum ipſum adfero in *Bulgaricis* §. *389*.

illum ſecutus, et eius regimen primum quaſi alienis exercens auſpiciis, ſenſim ad ſe vim imperii attraxit. Donec, factione iam ſatis firmata, Tzacam, cognationis fiducia ſecurum, improuiſo adortus comprehendit, tutaque tenuit aliquamdiu cuſtodia; tandem Iudaeis ad caedem miniſtris vſus, clauſo in carcere fauces eliſit: Ioachimum quoque illic patriarcham, ſuſpectum quaſi prodere Bulgariam Tocharis tentaret, praecipitio necauit. —

§. 60.

[Rebus Oſphentiſthlabo ex voto ſuccedentibus, imperator Michaelem, Conſtantini, olim Bulgarorum regis, ex Maria filium, in Bulgariam miſit [h],] quando res Tocharorum, infenſorum ipſi, confirmatae nondum erant in plenum robur, ex concuſſu belli atrociſſimi ciuilis, cuius vtcunque victo Tuctais, et multos amiſerat ſuorum, et regio, quam vincendo acquiſierat, vaſtata deſolataque in longum adhuc tempus erat. —

Smiltzus — regnum Bulgarorum paullo ante obtinuerat, in eo principatu ſubſtitutus a Noga transfugae ad imperatorem Terteri: ſed ſolio ceſſerat Tzaca primum praeualente; mox a ſubinſinuante ſeſe Oſphentiſthlabo, initio quidem Tzacae, cui parebat, gratia, deinde opibus dotalibus conflata factione, Tzacam quoque ipſum deiiciente, funditus euerſus amotusque e medio fuerat [i].

h) Locum integrum vide in *Bulgaricis* §. 365.

i) *ἃ καὶ κατὰ μικρὸν διὰ τὸ κῆδος καὶ τὸν Τζάκαν προτιμηθέντος τοῦ Ὀσφεντισθλάβου μετὰ τὸν Τζάκαν φθόνος ὁ Σμίλτζος γίνεται.* Locum integrum vide in *Bulgaricis* §. 366.

CAPVT VI.

Res Tatarorum orientalium ſub Argane et Cazane geſtae; ab a. C. 1291 – 1306.

§. 61.

a. C. 1291. a)

31. α) MELEC Maſur b) — patri [Azatini] diu ſocius longi per boreales tractus erroris, poſtquam illic ex Aeno arce liber emiſſus eſt, prout ſuperius narrauimus c), eo denique mortuo, traiicit Euxinum, et Thymaenam appulſus, ‘inde procul Tocharorum principe, quem ipſi Canin vocant, (huic tunc proprium fuit ARGANES nomen) donis delinito ac in ſui fauorem tracto d), ex

eo

α) NICEPHORVS GREGORAS: *Cum Sultanus Azatines ex oppido Aeno, vt dictum eſt, vna cum filio ſuo Meleco profugiſſet, Iſtrumque traieciſſet, ipſe quidem id, quod deſtinarat, conficere non potuit, morte praeuentus. Melecus vero cum illic vitam peregrinam et parum gratam aliquantiſper egiſſet, per pontum ad Scythas Aſianos tranſiit: a quibus poteſtate accepta,* (ἀφ᾽ ὧν τε ἐνδόσιμον ἀληφὼς) *Turcorum principatum, vt paternam hereditatem, poſtulauit.* ‘ab Amurio vero fugatus, ad imperatorem profugit’.

31. PACHYMERES T. II. p. 226. Niceph. Greg. T. I. p. 83.

a) Cfr obſeruatt. Pachym. T. II. p. 609.

b) Occaſionem, qua haec narrantur vide in *Turcicis* §. 407.

c) Vide ſupra §. 34.

d) μακρόθεν τὸν Τοχάρων Κάναν [alias Κάνιν vocat], ὡς αὐτοὶ φασι, Ἀργάνην δώροις ὑποποιησάμενος.

a. C. 1291.

eo tempore locis illis, vt paternae hereditati, dominatus eſt, — Amitrius autem, Halis pater, 'cum prece ac promiſſis ambiiſſet Tocharos, et validum ex iis armatorum agmen aſſumſiſſet *e*), toto impetu ad obſiſtendum Meleco incubuit; adeoque proeliis cum eo congreſſus, non ſemel illum fudit, fugauitque, eoque redegit deſperationis rerum ſuarum, vt decerneret vna cum vxore ac liberis ſupplex ad imperatorem confugere *f*). —

§. 62.

a. C. 1297. *g*)

IMPERATORI acrem admouebant ſollicitudinem commouentes 32
ſeſe hinc quidem Tochari, quotquot boreales tractus inſederant;
inde autem Triballi, ad id vtentes Cotanitza. —

§. 63.

a. C. 1275. *h*)

TVRCI — qui [poſt Meleci caedem] ſatrapias varie diuiſe- 33
rant, cum a Scythis pellerentur, Romanos pellebant: et quam infirmi erant aduerſus Scythas, tam aduerſus Romanos inualeſcebant; vt Scytharum incurſio non calamitatis cauſa, ſed ſummae felicitatis occaſio illis eſſet. —

§. 64.

a. C. 1294 — 1296. *i*)

CVM — T..ci illinc a Scythis fugarentur, hinc a pincerna 34
[Alexio Philanthropeno, Romanarum copiarum duce] euerterentur

e) ὑπελθων Τωχαρεs, και ἀλκιμὸν ἐξ ἀυτων προσλαβομενος.

f) Cfr *Turcica* §. 407. not. *n.* vbi alium locum ex Pachymere (T. II. p. 427.) adfero, quo his ſimilia narrantur.

32. PACHYMERES T. II. p. 174.

g) Vid. obſeruatt. T. II. p. 614.

33. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 84.

h) Apud Nicephorum haec ſub Michaele Pal. adhuc narrantur, et p. 83. margini adſcribitur a. C. 1275.

34. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 129, 121.

i) Anni apud Niceph. Greg. p. 118 et 123. margini adſcripti.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1294—1296.

tur: neceſſario plerique finitimorum — cum vxoribus et liberis ad pincernam confugiebant, non tam hoſtem tergis inhaerentem metuentes, quam pincernae benignitate — tracti ac deliniti.

§. 65.

a. C. 1301. k)

35. β) SEQVENTE anno aliqui Maſſagetae ex iis, qui vltra Iſtrum habitant (Alani vulgo dicuntur) clandeſtinam legationem ad imperatorem, cum poſt [affinitatem cum Seruiae Crale deſponſa ei Simonide filia iunctam] l) in vrbem rediret, mittunt. Qui cum iam inde antiquitus Chriſtiani eſſent: poſtea a Scythis per vim ſubacti, corporibus inuiti ſeruiebant; animis vero deſiderio libertatis tabeſcebant, et impios abominabantur. Petunt igitur locum ſufficientem ad habitandum amplius decem millibus hominum. Qui ab imperatore benigne ſuſcepti, armis et equis inſtruuntur. Subinde cum Michaele, Andronici filio, in Aſiam tranſgreſſi; proelio a Turcis vincuntur m), atque inde in Europam traiiciunt, non aliter, quam ſi ea de cauſa duntaxat e Scythia arceſſiti eſſent, vt Turcis maturius, quam oporteret, iter ad mare monſtrarent.

§. 66.

β) PACHYMERES: *Alanorum — magnanima gens, capitum numero fere ſedecim millium, quorum plus dimidio bellis apti et exercitati erant, deſtituti a Noga et ab huius iam ſeruitio liberi, poſtquam in proelio ceciderat, quaerebant in imperatoris militiam tranſire.* Re imperatori per epiſcopum Bitzines ſignificata, ipſe ac proceres annuerunt. *'Reputabant', fuiſſe hos quaſi triarios, aut etiam praetorianos Nogae, praecipuum robur exercitus ipſius* (αὐτας γαρ ἀνεῳ και τας τῳ Νογᾳ παραγκιζοντας), *quorum vi ac forti fidelique opera tot ille tantaque perfeciſſet, quibus eſſet eius nomen inclytum redditum.* — reliqua vide in *Alanicis §. 52.*

35. NICEPH. GREGOR. T. I. p. 126, 127. Pachymeres T. II. p. 211 — 213.

k) Obſeruatt. Pach. T. II. p. 646.

l) Vid. *Tom. II. Seruica §. 92.*

m) Locum integrum adfero *Tomi IV. in Alanicis §. 52. 53. 56. ii variet. narrat.*

CAPVT VI.

§. 66.

a. C. 1303. [n]

[DE rebus patriarchae Ioannis, qui ſe dignitate abdicarat, 36. inquirendi, tempus opportunum] minime tunc aderat, quando vtique cum maxime ſitae ad portas [CPlis] et his viciniores vrbes ac terrae a Nicomedia vsque ad fretum Thraciam dirimens, barbaricarum incurſionum malis intolerabilibus vrerentur. His quoniam mederi bello aperto et commiſſis aequo campo proeliis male paratus a re militari nequiret imperator, aliam inire viam ſtatuit hoſtes coërcendi; vtendo videlicet ad id opera *Cuximpaxis* Tochari.

Fuerat hic olim Nogae familiaris, 'ſuperſtitioni tunc Perſarum addictus, adeo vt inter principes illic ſacrorum, Magos, vel inprimis ipſe numeraretur [p]. Poſtea, Noga exſtincto, vxore ac filiis in nauem impoſitis, vela inde fecit verſus orientales Perſas: ſed vento repulſus, incidit in manus Romanorum Heracleam Ponticam obtinentium. vbi non fruſtra implorata imperatoris gratia, incolumis liberque ſeruatus, ſponte Chriſtianam ſuſcepit religionem, et cum domo vniuerſa baptizatus eſt. ex quo carus intimusque Auguſto coepit eſſe. 'Cui tota ſagacitate mentis intento disquirendis viis leuandarum, aut minuendarum, quae cunctos fere ſibi ſubditos opprimerent, cladium, quiddam ad hoc percallidum ac ſolerter excogitatum fore viſum eſt, vti hoc velut hamo ad vnum ex infeſtatoribus Romaniae barbaris aut in partes attrahendum, aut certe mitigandum, vt moderatius ſaeuiret. Palam igitur permiſit, cuius ſcilicet illi rei clam auctor fuerat, vt filiam Solymampaxi collocaret, duci exercitus barbarorum, viciniae inſidentis [q]; vt ſic eum neceſſitudine generi obnoxium Cuxim-

 paxs-

36. PACHYMERES T. II. p. 237, 238.

n) Obſeruatt. Pachym. T. II. p. 619.

o) του Κεξιμπαξιν Τοχαρον. De eo vide et infra §. 77—79.

p) τα Περσων δ' ἐσεβε, και των περι ἐκεινον Μαγων τα κρατιςα ἠν.

q) τοτε τοινυν βασιλευς κρυπτον τι και συνετον παρωμενος ἐννοειν, κηδευοντατον ἐπι θυγατρι τον Σολιμαμπαξιν ἐγχωρει, ὁς δη και των πλησιον ἐχθρων ἡγεμονευει.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1303.

paxis habens, deliniret conciliaretque imperio, cuius ipſe partes ſequeretur. 'His ex voto imperatoris perfectis, aliquantum Romani, iſtarum regionum incolae, reſpirarunt; ſed breuis admodum haec ipſis contigit malorum remiſſio, neutro diu in fide permanente r)'.

§. 67.

a. C. 1304. s)

37. [CVM res Romana ob crebras Turcorum irruptiones in ſummis anguſtiis eſſet, et imperator] nullam iam ſpem haberet in Romanis copiis, extera vero auxiliari [Alanorum t)] militia haud ſatis fida vteretur, 'vertit cogitationem ad certius auxilium a CAZANE, Tocharorum orientalium ſupremo principe, Canin ipſi vocant, Romano imperio conciliandum v). 'Mittit ergo ad hunc, qui foederis ſecum conditionem nuptiali neceſſitudine firmandi offerant, orentque, vt, qua valebat auctoritate in duces barbaros, Romanam ditionem crudeliſſime vaſtantes, eis, vt ab iniuriis deſiſtant, imperet, ac, ni faciant, vlturum ſe minetur; ſicque ſuccurrere dignetur extreme laborantibus ac pene iam perditis Romanis rebus x).

'Talia Cazanes audiens, haud aſpernatus affinitatem eſt y): oblatasque puellae, quae proles naturalis Andronici Auguſti putabatur, admittens nuptias, ample ac ſolemniter promiſit, 'ſeſe coërciturum, et, ni parerent, armis oppreſſurum iniquos graſſatores z).

§. 68.

r) Locum integrum vide in *Turcicis* §. 414.

37. PACHVMERES T. II. p. 279—281.

s) Obſeruatt. Pachym. T. II. p. 621.

t) Ἀλανων μεν ἱκανων omiſit interpres.

v) πεμπει και προς Καζανην τον των ἀνατολικων Τοχαρων, ὡς αὐτοι φασιν ἀν Κανιν. vid. infra §. 69. not. *f*.

x) και γαμικης ἐπιμιξιας προτεινει, και ἐπαμυνειν προσαξιοι, τοις των Ῥωμαιων ἐσχατως ἐχουσι πραγμασι.

y) ὁ δε και την ἀξιωσιν δεχεται.

z) μετελευσεσθαι τας ἀλαστορας.

a. C. 1304.

§. 68.

'Hac apud barbaros per Romaniam impune latrocinantium duces late Cazanis, cuius potentiam norant, comminatione vulgata, moti omnes ſunt, ſi minus ad continendam, ſaltem ad moderandam timidiuſque deinceps exercendam ſaeuitiam. Nam a plerisque ipſorum, parum iſtas minas curantibus, ſimulatione tenus ſola, nec ea longa, delatum edicto Canis eſt, abſiſti a Romanorum infeſtatione iubentis a).

'Vnius inter iſtos Alaïdis paullo forte minus cantumacem audaciam haec denunciatio concuſſit b). Is tunc Lydiam incurſans, quaſi verteret vetus prouerbium, Myſorum e Lydis congerebat praedas. 'Quod dum agit, noui Cazanis cum imperatore foederis fama improuiſo ictus c), in quandam ſuae ac ſuorum ſecuritati conſulendi ſollicitudinem ingreſſus, hanc praedae, quam ingentem parauerat, et cui potiſſimum timebat, in tuto collocandae rationem excogitauit. [Romanis, qui arcem Sardes praeſidio tenebant, perſuaſit, vt partem illius, muro ab altera ſeparatam, Perſis dederent, conuictum indemnem ſibi prope degentibus pollicitus.] — Stetit haec aliquamdiu ſocietas —. [Sed] cum lapſu temporis formido, quam minae Cazanis Alaïdi et eius comitibus incuſſerant, elangueſcere coepiſſet, redierunt illi ad ingenium, et — ſtatuerunt vti commoditate viciniae ad ſpoliandos nouos hoſpites d). —

§. 69.

a. C. 1306. e)

'CAZANES igitur, Orientalium Canis Tocharorum f) cum 38
ad ſex annos imperaſſet, et plurima digna memoria feciſſet, quin-

a) τυτο φημιϑεν, ὡς εἶκος, τοις μεν λοιποις ἄλλως ὑπονομευτο ἢ περι τας συνολας σπυδη κἂν ἠφροντισαν το τεως.

b) ἐνι δε τυτων τῳ Αʹλαΐδη.

c) κατασειϑεντι τῃ φημῃ των λεγομενων.

d) Locum integrum vide in *Turcicis §. 421.*

38. PACHYMERES T. II. p. 318 — 321.

e) Obſeruatt. Pachym. T. II. p. 624.

f) Καζανης μεν ὑν ὁ των ἀνατο-

quinto et tricesimo expleto aetatis anno, rapitur. 'Periit cum eo ſimul tota, quae arridere coeperat, ſpes reſtituendae imperio Romano tranquillitatis. Et eo, qui ſolus poterat, et velle oſtenderat, atque adeo iam coeperat, coërcere barbaros ipſi ſubiectos a noſtris regionibus vaſtandis de medio ſublato, non eo ſolum tenore, quo coeperant, ſed augmentis exaggerata grauioribus mala in nos vbique

λικων Καvις Τοχαρων. P. Poſſinus in Gloſſario Pachym. p. 485, 486. in v. Καvις haec adnotat: „ De voce Καvις, aut, vt alibi noſter ſcribit, Καvης dixi quaedam [ad Pachym. T. I. p. 155. vid. ſupra. §. 28. haec vero dixit, Καvης nomen eſſe principis, a quo Nogas cum Tocharis miſſus ſit; agique de principe Tartarorum, qui Magnus Canes ſuo adhuc tempore appellatus ſit] Gloſſario Priori [p. 391. in voce Καvης]. Iis nunc haec habeo quae addam. Animaduerti in Chronico Arabico Abulpharagii —, duplicem in vſu orientalium gentium affinis ſoni vocem fuiſſe ſupremae indicatiuam poteſtatis, quarum altera communis Tocharis cum Praeſtejanenſibus et Sinenſibus, alia Mogulenſium fuit propria. Voces hae ſunt *Chan* et *Kaan*. Priore inſignitus legitur, qui vltimus ei praefuit imperio, quod *Presbyteri Ioannis* appellabatur, ex cuius euerſione *Mogulicum* ortum eſt. Refert enim Abulpharagius. extremum illum Ioannem fuiſſe proprio vocabulo *Vng — Chan* appellatum. Hunc qui occidit, eiuſque occupauit ſolium, *Tamujinus* primum dictus, nouo deinde adſcito *Gingiz* nomini *Chanis* nomenclationem, vt regni indicem, addidit *Ginkis - Chanus* nuncupatus. Huius filius et heres, prius vocatus *Ogtai Kaanis* in auſpiciis regni vocabulum accepit, quod et illuſtre reddidit geſtis rebus victoriisque clariſſimis. Inde ſuctum puto [minus recte: nam *Kaan*, Graecorum Χαγαν, iam diu ante ſummum principem iſtarum gentium indicabat] vt quidam eius poſterorum nomen illud pro regni inſigni vſurparent. Dico, quidam; non enim omnes, cum qui Kaani huic ipſi ἀμεσως ſucceſſit, eius filius Cayuchus, non *Kaanis*, ſed *Chanis* appendicem ia imperii notam priuato nomini adiunxerit, vocatus conſtanter *Cayuch-Chan*. Primus, qui Cayucho decedenti ſuffectus eſt, *Munkakaus* non *Chanis*, ſed *Kaanis* epitheton adſciuit. Munkakao mortuo, et eius ſucceſſione incerta propter *Kublai* et *Aribugae* candidatorum imperii, per 18. annos bella ciuilia, *Hulacu*, frater Munkakai, miſſus dudum ab eo, vt pro ſe praeeſſet occiduis imperii tractibus, cum etſi, nunquam rite lectus, inauguratus imperator, haud obtinere videretur verum ius regni Mogulenſium, tamen quia de facto tali poteſtate fungebatur, ab Abulpharagio ali-

que irruebant [g]; praeſertim autem Philadelphiae, redeuntibus ſeſo impetu ad eius oppugnationem Carmanis.

§. 70.

Cazanes (vt de illuſtri in paucis principe breui digreſſione pauca, non indigna ſcitu, memorem [h]), principatum iniens, Cyrum et Darium, imitandi ſtudio, ſpectabat, actaque ipſorum olim commendata litteris auide perlegens, plus ex eorum cognitione voluptatis hauriebat, quam e cunctis inſignibus ſummae, qua pollebat, poteſtatis. Sed et 'hos ipſos veteres Perſarum tranſcendens reges [i]), Alexandrum, Darii victorem, mente potiſſimum

quando appellatur *Hulacu - Il - Chan.* Hoc vero mortuo, vbi legitimis ſuffragiis gentis collocatum in Mogulenſium ſolio *Abakam*, Hulacu filium, retulit, ſemper illum deinde *Abaka - il - Chan*, Abakam Chanem, nominat, vt emphaſin *αὐτοκρατορικῆς* monarchiae in voce *Chan* non dubiam agnoſcat. *Cazanem* deinde quem Pachymeres celebrat principum veterum in paucis illuſtrium ambitioſum aemulatorem, facile crediderim, *Kaanis*, ſecundi ſuae gentis longe clariſſimi monarchae, cognomen potius optaſſe, quam *Chanis*, quod in reges quoque ſuae gentis non laudatiſſimos vulgatum et in aliis inſuper populis vſitatum nouerat. Etenim Sinarum rex, quem Kaan vicit, et ad necem vltro ſibi conſciſcendam adegit, *Altun — Chan* nominatus traditur. Haec cum ita ſint, Pachymeres, vti et multi alii ſcriptores, ex Chan et Kaan vnicam conflarunt appellationem, Tatarorum, vt putant, peculiarem principum: cum tamen ſit, meo iudicio, veriſimilius, vocem quidem *Kaan* propriam gentis Mogulicae fuiſſe; *Chan* autem Sinenſibus ſaltem et Praeſtejannenſibus, fortaſſis etiam et aliis interioris Aſiae gentium dynaſtis tribui praeterea fuiſſe ſolitum „.

g) *συνεφθιτο δὲ καὶ ἡ ὑπ᾽ αὐτῷ τῶν ὅλων ἔλπις, καὶ τὰ δεινὰ ηὔξανε πανταχȣ.*

h) *ἵνα μικρόν τι τῷ λόγῳ προσδιατρίψω.* Poſſinus in Notis ad Pachym. p. 551. „ Quae, inquit, deinceps pertexit de Cazanis laudibus Pachymeres, ſatis congruunt cum iis, quae Aythonus, Villanius, Sanutus et S. Antoninus de illo memorant, quae vide collecta apud continuatores Baronii Henricum Spondanum et Odericum Raynaldum, ad annos 1294., 1301. et 1304. „

i) Addit haec interpres.

ſimum verſabat; et ſuper omne aliud hiſtoriarum argumentum, res ipſius geſtas ſuſpiciens amabat; eius ſimilem, qua ſe ille inclytum fecerat, et ipſe aſſequi deſiderans gloriam: et, iſtius exemplo, facinoribus cuiuſque generis arduis edendis, immortalem ſibi famam heroicae virtutis acquirere. ‘Hinc ille, prout erat conſentaneum facere talia meditantem, numquam non ſpecioſe ſuccinctus apparebat numeroſa et lectiſſima praetorianorum manu. Cum bellandum porro eſſet; Iberis potiſſimum vtebatur, optimo et ſibi probatiſſimo militum genere k): ‘ quippe quibus praeterquam inerat pugnax a ſtirpe indoles generoſaque alacritas periclitandi, accedebat maior etiam ab inculpatis amabilitas moribus, quod ii Chriſtianam religionem pure inoffenſeque profiterentur l). ‘Quare non ignarus, quantum vincendi omen in crucis ſigno conſtitutum eſſet, cui proſperorum experientia ſucceſſuum celebrem appellationem tropaei Chriſtianorum merito peperiſſet, huic praeſertim Ibericae legioni, pro vexillo labarum cruce inſigne praeferenti, confidebat in proeliis; eam ſibi ſolitus circumdare et loco triariorum extremo in agmine ſecum habere m). Qua bellandi ratione cum alia grauia Sultani Arabum damna intulit; tum ipſis quoque Hieroſolymis hoſtiliter admotus n), parum abfuit ab vrbe illa

k) ὅθεν καὶ πολλοῖς μὲν ὤγκατο τοῖς παρασπίζουσιν. Ἴβηρσι δὲ καὶ μᾶλλον ἐπὶ πολέμοις ἐχρᾶτο. De Iberis, Tataris tributariis, vid. Chalcocondylas p. 249. cfr. *Tom. IV Iberica* §. 86.

l) πλεῖστον μὲν τὸ γενναῖον καὶ ἐκ τοῦ γένους ἔχουσι, πολλῷ δὲ πλέον καὶ ἐκ τοῦ τῶν Χριστιανῶν καθαροῦ καὶ ἀμωμήτου σεβάσματος.

m) παρ᾽ ἣν αἰτίαν καὶ σταυρὸν μαθὼν τὸ τῶν Χριστιανῶν τρόπαιον ὄν, ἤγαγε σφίσι παρασπίζειν κατὰ πόλεμον.

n) Poſſinus in Notis ad Pachym. p. 551. „Haec Cazanis aduerſus Sultanum Syriae expeditio oculatum ab Aythono, qui, ei ſe interfuiſſe, narrat, teſtimonium habet. Refert is Hiſt. Orient. cap. XLII. Caſſanum regem Tartarorum Chriſtianum vna cum regibus Armeniae et Georgiae, pariter Chriſtianis, expeditione communiter ſuſcepta, duxiſſe contra Melechnazerum, Sultanem Aegypti, Syriae dominantem, exercitum ducentorum millium, magnam partem equitum, et occurrentem ſibi Sultanem apud Hamam, antiquis Emeſam, dictam, cum centum equitum millibus et infinita multitudine peditum ingenti proelio fudiſſe fugereque in Aegyptum coëgiſſe. Idque praeſens Aythonus contigiſſe ait die

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

illa tanta, ‘cui Sultan Chriſtianis ereptae dominabatur o), expugnanda ſuaeque ſubiungenda ditioni: id aggreſſus inſtinctu maxime gratificandi ſuis Iberis: ‘quos ſciebat aegre ferre, Saracenos, Chriſti Domini hoſtes, viuifico ipſius victores inſiſtere et inſultare monumento. In quo etſi haud illi contigit perficere, quod optabat: tamen haud parum afflixit Sultanis partes p), ‘vaſtans quin etiam Aegyptum, cladeſque illic Arabibus non leues inferens, longe pluribus et grauioribus ſine dubio damnis illos affecturus, niſi ei, ne penetraret interius, locorum arenis inuiis et aquae inopibus late ſquallentium inſuperabilis difficultas obſtitiſſet q).

§. 71.

‘Omitto accenſere tanti viri laudibus humilem induſtriam vilium opificiorum, quibus latiſſime licet ac ſplendidiſſime dominans princeps perlibenter impendebat propriarum operam manuum; haud ille quidem lucri vſusue gratia, quaſi talibus egeret, ſed quod inſtitutione philoſphica quadam pulchrum exiſtimaret vniuerſalitatem iſtam ad cuncta deſcendentis, in cunctis eminentis ingenii. Ergo non quiſquam illo concinnius ephippia r), calcaria, habenas equis flectendis, ocreas, gladios, galeas, ‘aut id genus militaria capitum tegmina cuderet, ſueret, ex quacunque ſcitiſſime materia formaret, nitidiſſime poliret s); remiſſiones ſolitus militarium laborum mechanicis iſtiuſmodi artificiis addicere.

Mercurii ante feſtum Natiuitatis Domini. Exiſtimat Spondanus ad a. C. 1300. n. 1. id referendum ad Decembrem ſuperioris a. C. 1299. quo cyclus ſolis 20. lit. dominicam *D* habuit, cuius indicio cognoſcemus, Chriſti natalem illo anno incidiſſe in feriam ſextam, quare 23. Decemb. feria quarta die ante C. N. tertia clades illa Sultani contigerit. niſi quis retro eam mouere ad a. C. 1298. malit, quo vigilia N. C. dies Mercurii fuit „.

o) Addit. h. interpres.

p) Addit h. interpres.

q) ὁμοίως κακῶς καὶ τὴν Αἴγυπτον ἔδρα, εἰ μή γ' ἐκείνῳ τὸ ἐν τῷ πρόσω χωρεῖν τόπων ἀμμῶδες καὶ ἄνυδρον ὡς πολλὰ προσίστατο.

r) καὶ ἔω τὰς αὐτουργίας αὐτοῦ, ἐν ὅσαις ἀσμένως ἄρχων ὢν καὶ τῶν ὑπερτάτων, ἐβαναυσίζετο· οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον, ἀλλὰ κατά τινα τὴν ὑφ' αὐτὸν παίδευσιν, ἐφεστρίδας oct

s) καὶ πᾶν ἄλλο βαναύσου τέχνης ἐξεργαζόμενος.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1306.

§. 72.

Iam ſenſa mentis eius familiaribus declarata ſententiis quam erant in barbaro inopinata mirandaque! 'Dictitabat: Bene ac ſancte imperantis hominis officium, Dei, ſupremi omnium domini, acri affectanda ſtudio imitatione contineri [t]. Sicut enim apud conditorem vniuerſorum diſcrimen nullum eſt Romani, aut Scythae, Sarmatae, aut Graeci, ac ne iuſti quidem vel iniuſti, quod largiendi profuſionem attinet: 'vtique cum eius liberali gratia aeque in omnes communia beneficia ſpargantur, pluuiarum, tempeſtatum, ſolis annuo ſurgentis gyro [v]: pari quoque penitus affectum indulgentia debere principem praeſtare ſe indifferentem cunctis ſubditis neceſſariorum ad vitae cultum et deſideratorum vnicuique praebitorem, gratis beantem vniuerſos [x].

'Caeterae porro Cazanis in rebus ex vſu publico adminiſtrandis aequitatis ſpecimen exſtat in re momenti non parui ad fidem in commerciis ſeruandam, monetae ſignatae probitate. Ab ipſo enim auctore celebre habet nomen Cazaneus ille nummus, ex auro cuſus exquiſitae puritatis [y].

Nec abſimili diligentia in reliquis regiminis partibus verſatus, cuncta vbique inſtitutis temperauit laudatiſſimis; nihil ſe habere antiquius, aut ducere potius perfecta in omnibus abſolutione iuſtitiae, nulla non actione prae ſe ferens.

§. 73.

Idem morbo ſe abſumi ſenſim diuturno et incurabili ſentiens, curam ingreſſus ſibi parandi e conſanguinitate ſucceſſoris, quod liberis

t) ἡγεῖτο γὰρ εἶναι μίμημα θεοῦ τὸν καλῶς ἄρχοντα καὶ ὁσίως.

v) κοινῶς εὐεργετοῦντι καὶ ὑετοῖς, καὶ ὥραις, καὶ ἡλίῳ.

x) οὕτως ᾤετο δεῖν δικαιοῦσθαι, καὶ τὸν δικαίως ἄρχοντα σὺν ὅλοις τοῖς ὑπ' αὐτὸν, τὰς δωρεὰς διοικούμενον.

y) ἔκοψε δ' ἐξ ἀπέφθου χρυσοῦ καζάνειον νόμισμα.

beris carebat [z], Tuctainem, quem habebat fraterno e genere proximum, quoniam huius mores ac ſenſus a ſuis ipſius abhorrentes certis ex indiciis agnouerat, promouere ad ſpem imperii noluit. ac ne ille, ſe mortuo, principatum commendatione generis malo publico arriperet, praecludendum ipſi ad hoc aditum, ſtabiliendo in ſolio ipſius fratre, probatioris ſibi iuuene indolis, putauit. Hunc igitur, cui erat *Carmpantas* nomen, arceſſiuit vſque ab India, illis in partibus cum proprio exercitu morantem [a]: eundemque occurrentem ſtrenue, proprio quodam ipſorum ritu ad ius legitimae in

 impe-

z) Poſſinus in Obſeruatt. Pachym. T. II. p. 551. haec adnotat: „ Haec quae Pachymeres hoc loco de Cazane ſcribit: caruiſſe illum liberis [diſertis verbis hoc neque dicit Pachymeres, vid. not. *a.*], non bene cohaerent cum iis, quae Villanius lib. VIII. cap. XXXV. et ex eo Sanctus Antonius Titulo XX. cap. VIII. §. 9. ex relatione cuiusdam ciuis Florentini, diu in Perſide morati, memorant, Nimirum Caſſano vxorem fuiſſe filiam regis Armeniae ſpecioſiſſimam, eamdemque Chriſtianam. Ex qua cum ei natus eſſet filius ita deformis, vt vix humani aliquid habere videretur, Caſſanum vxorem, quaſi compertam adulterii, vna cum monſtroſo, quem ex ſe negaret editum, foetu incendio perimi mandaſſe. Sed cum impetraſſet a Caſſano mulier, vt ſibi per eum liceret, antequam flammis cum puero traderetur, confeſſione apud ſacerdotem purgare animum et ſacram Euchariſtiam percipere, filiumque baptizare, contigiſſe, vt ſacro lauacro tinctus puer repente formoſiſſimus euaderet. Quo motus Caſſanus, non modo reuocauit praeceps iudicium; ſed et Chriſti paſtam religionem eſt amplexus. Ita illi: quae non innotuiſſe CPli, etiam alio ex hac hiſtoria ducto argumento ſuadetur. Superius enim lib. V. cap. XVI. [p. 280. vide ſupra §. 67.] ſcripſit Noſter, Andronicum certiorem factum de potentia Cazanis, vt eum ſibi adiungeret, offerendam ei curaſſe filiam ſuam notham in coniugem, quam et ille propoſitionem benigne acceperit „.

a) Quae ab initio §phi hucvsque leguntur, in Graeco ſic habent: ὅυτος ἀυτανεψιον ἔχων Τεκταϊν, ᾧ δη προσηκεν ἐκ γενες και ἡ ἀρχη, ἐπει προς θανατῳ ἦν, και ἐ τοις ἰδιοις τροποις τες ἐκεινε συμβαινοντας ὑπετοπαζε, παριδων αυτον ἔφεδρον ἐις ἀρχην ἐκ τε ἀναγκαιε ὄντα, πεμψας μετακαλειται τον ἀυτε ἀδελφον περι τα της Ινδιας μερη ἐν ἰδιῳ στρατευματι διατριβοντα· ᾧ Χαρμπαντας τ᾽ὄνομα. Poſſinus in Obſeruatt. Pachym. T. II. p. 552. „ Etiam Aytonus cap. XIV. Hiſt. Orient. et Sanutus Lib. III. Par. XII. cap. VIII. diſerte affirmant ſucceſſorem Caſſani fratrem ipſius. licet Blazeus, his poſterior, et minus [illegible] ſibi diſſentit,

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1306.

imperium ſucceſſionis deſignauit; erudiuit quin etiam, pro tempore, ad regni, quod illi deſtinabat, rectam adminiſtrationem, adeo efficacibus praeceptis, vt quaſi arte manſuetarii fera cicurata, vel pullus indomitus parere lupatis a magiſtro doctus agaſone, breui tempore plane compoſitus et per omnia deceſſori ſimilis, imperii candidatus apparuerit; nihil iam minus de ſe ſperandum praebens quam ſi Cazanis cretus ſanguine inſtitutiſque a pueritia formatus, non autem frater educatus peregre ei decedenti ſubrogaretur b).

Hunc talem compertum, nihil vltra moratus, in principatus poſſeſſionem Cazanes miſit c): enixe vetans, ne toto triennio quidquam in conſtitutis a ſe legibus, aut foederibus, ac toto inchoati regiminis tenore d) mutaret; poſt illum terminum ſuo illum vti arbitrio ac libere, prout cenſeret, res gerere permittens.

§. 74.

Haec ita geſta diuulgata breui per Aſiam ſunt: nec enim ea ſatrapas, bellum illic gerentes, ignorare ſinebant litterae de his ad arces Romani limitis, quas tunc Perſae obtinebant, actaque publica cum diplomatibus iſta firmantibus rite miſſa e). Audiuit ergo Chuluchaimus, qui regionibus ad Euxinum ſitis praeerat, quod acciderat

fide dignus, filium Caſſano morienti ſucceſſiſſe ſcribit lib. VIII. rer. Perſic. Diſcrepant tamen hi omnes in huius nomine a Pachymere, dum Carbandam, ſeu Carbagandam vocant, quem Noſter hic Carmpantam, alibi Carmpantanem [Gr. nomen eodem modo tam hic quam infra §. 81. vbi interpres *Charmpantanes* perperam habet, ſcribitur.] appellat. Tradunt autem modo laudati Autores, iſtum Caſſani fratrem, matre Chriſtiana editum et ipſum Chriſtianum, Nicolai nomen in baptiſmo accepiſſe, perſeueraſſeque in vera religione, quoad vixit mater; ſed ea mortua, quod poſt ſex annos contigit, ad Mahometiſmum defeciſſe „.

b) Ὁρμώμενον ἀρχῇ τις ἂν ἐκεῖνον, ἅτε συμβιῶν ἐπὶ τῇ γεννήσει, φανέντος εὐθὺς τοιούτου, ὡς οὐδ' εἰσὶ σφίσι γεννωμένοις ποιεῖν κατά τι νόμιμον, καὶ τοῦτον εἰς ἀρχὴν cet.

c) καὶ τοῦτον εἰς ἀρχὴν κατέστησε.

d) τὰ αὐτοῦ συνθήματα τε καὶ νόμιμα.

e) τοῦτ' ἀνάπυστον γεγονός, ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰς ἄκρας εἰς γραφὰς διεδέδοται.

rat: excepitque mox rei famam Solymampaxis Perſa, gener Cuximpaxis. Inde ad imperatorem quoque facti notitia peruenit.

§. 75.

Secuta poſt paulo Cazanis mors varie dimiſſis ex aula legatis ſignificata per ciuitates eſt, luctum paſſim ingentem declarantibus ſatrapis, quos imperator, deſtinatis ad vnumquemque ſuis talis interpretibus officii, conſolari humaniter ſtatuit. Illud tunc non incommode praeter ſpem contigit; Amurium, quem, ſola Cazanis reuerentia paululum antea repreſſum, haud vanus erat metus eo ſublato rediturum ad ingenium, continere ſeſe tamen et pacis voluntatem prae ſe ferre *f*): ſiue a Carmpanta timuit, qui foederibus, a Cazane fratre initis (inter quae nota erat cum imperatore conuentio *g*)) ſtare ſe velle declarauerat, ſiue imperatoris gratiam ad ſuos ſibi fines vtilem affectauit. —

CAPVT

f) ὁ τοῦ Καζάνου θάνατος τοῖς ἐκείνου [τοῦ βασιλέως] πρέσβεσι κατὰ πόλεις δῆλος γίνεται, καὶ τὸ πένθος σφίσι αἴρεται μέγα. ὅμως δὲ καὶ παρακαλεῖται βασιλέως πέμψαντος. πλὴν, ἀλλ' Ἀμούριος καὶ ἔτος καθυπεστέλλετο.

g) Addit haec interpres.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

CAPVT VII.

Alanorum a Romanis defectio, ad Tataros, veteres ſuos dominos, tranſeundi conſilium, clades; a. C. 1307.

§. 76.

a. C. 1307. a)

39. α) [Cvm, ſuſcepta contra Catelanos rebelles expeditione, iunior imperator Michael, Andronici filius, prodium committeret: qui Romanis militabant] Alani — ſpeciem fugae praebuere; facile opinatis, qui ſpectabant, deſperata ipſos victoria cedere. At quibus erat interiore notitia perſpectior horum barbarorum animus, non abs re ſuſpicabantur, meditatam eos ad proelium attuliſſe voluntatem flagitii militaris palam conſciſcendi, loco vltro deſerendo; quoniam haud perſolutis ſibi retro ſtipendiis, gratuita periclitari militia ſtultum ducerent. Sunt, qui addant, emanaſſe ad ſenſum eorum, reuocatos ſeſe a *Tuctaine* ipſorum principe, qui, miſſis ad imperatorem nunciis, ſuos ad ſe remitti poſtulaſſet. Erant hi videlicet ex gente Tocharorum, Tuctaini ſubiecta. nec erat obſcurum, veniſſe reuera legatos ab eo ad Auguſtum, qui commodatas ipſi olim ſuas copias repeterent b). His illi

α) NICEPHORVS GREGORAS: Vtraque, Romanorum et Catelanorum, acie in occurſum progreſſa, *Maſſagetae, qui iam olim defectionem parturiebant, quod Romanorum moribus haud delectarentur, et iam occulte ab Europaeis Scythis inuitarentur, dolum, cum iam in procinctu ſtarent, aperuerunt — nec Romanos adiuuantes, nec aduerſus hoſtem pugnantes.* — Locum integrum *Tom. IV.* in *Alanicis* adfero.

39. PACHYMERES T. II. p. 381, 382. Niceph Greg. T. I. p. 140, 141. Cfr. *Tom. IV. Alanica.* §. 80. ſeqq.

a) Obſeruatt. Pachymer. T. II. p. 627.

b) το ἀπο Τακτοῦ προς βασιλεα μηνυμα περι της αὐτων ἀνθυποστροφης. δηλον γαρ ἠν και ὁ Τακτοῦς ἱκανας, ὡς ἰδιας και της των Τοχαρων ἀρχηθεν χωρας, ἀπῃτει παρα τον ἀνακτα πρεσβευομενος.

illi de cauſis remittentes impetum, ac ſponte langueſcentes, in obliqua deflexerunt. —

§. 77.

[Alani a reliquo exercitu diuiſi] cum vt amici haberentur, 40.
hoſtes ſe feris maleficiis monſtrabant. His Andronicus — cognitis — Cutzimpaxim c) — dimiſit ad Alanos, ſperans, reuocaturum eos ad officium; [quippe qui] 'Alanis etiam familiaris ex eo iam tum tempore [erat], quo militiae cum ipſis ſocietatem Nogae, communis ducis, auſpiciis habuerat d); praetereaque legatione functus ad Tuctainem erat: vnde credebatur auctor idoneus futurus ſuadendae ipſis emendationis oſtendi ab ipſis coeptae audaciae et reditus ad frugem meliorem, reſumendo, quod decet ſubditos, erga principes obſequio. —

§. 78.

Alanis vero Cutzimpaxis, vt eſt prius dictum, ſuperueniens 41.
breui dedit occaſionem opinandi, haud iſtum cum iis congreſſum ad procuranda Romanorum commoda, ad quod mittebatur, fuiſſe collatum. Coeperunt enim ſtatim ab hoc audito Alani animoſius quam antea, partes imperatoris auerſari: 'prae ſe ferentes, certo credere iam ſe, id de quo prius dubitauerant, timide duntaxat ſuſpicando, perſuaſum, inquam, plene iam habentes, miſſum a Tuctaine ad imperatorem Cutzimpaxim ad repetendos ſuos antiquos milites Alanos, eosque ſecum poſtliminio reducendos ad terras Tocharorum, ad quos pertinerent, quorum dudum auſpiciis militauiſſent e).

Adue-

40. PACHYMERES T. II. p. 384. Cfr *Tom. IV. Alanica* §. *83*.

c) Κατζιμπαξιν. Tatarum, de quo vide ſupra §. *66*. et infra §. *79*.

d) ὅτι συνηθης ἦν Ἀλανοις ἐν Νογᾳ.

41. PACHYM. T. II. p. 401, 402.

e) και δη και πιστευθηναι ἥ τε Τουκταϊ προς βασιλεα και περι αυτου ζητησις, και ἐπει συναμ' ἐζητειτο αυτος τε και Αλανοι, ὡς ἀρχηθεν τῃ των Τοχαρων ἀρχῃ προσηκοντες, αυτου γε, και μαλλον συν ἑτεροις ἀρχουσι παρα βασιλεως προς ἐκανος [f. ἐκανον] πρεσβευοντος.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1307.

'Aduenisſe is nuncius in tempore viſus eſt Alanis, quando eos multis de cauſis Romanae ſocietatis taedium ceperat. Itaque cum rem ipſam exceperunt auide, tum eius ad ſe miſſum negotii miniſtrum omnibus demereri officioſae beneuolentiae declarationibus ſtuduere. Nec ſegnis ille, aut parcus fuit in exhibenda mutua gratia. Vnde qui ad deliniendos imperatori exacerbatos Alanorum animos vtilis conciliator acceſſiſſe ſperabatur, breui totus in eorum tranſiiſſe partes haud dubiis eſt compertus indiciis f). Vtique qui eouſque ſe illis agglutinauerit, vt ſororem Curſitae, primas apud ipſos obtinentis, aliam vxorem duxerit. —

§. 79.

42. [TVRCOPVLOS] niſi ab imperatore praeoccuparentur promiſſione ſtipendiorum, quanta ipſi peterent, ad Oſphentiſthlabum [Bulgarorum regem] acceſſuros, — reuertens ad imperatorem affirmauerat *Cutzimpaxis*, quod nomen, ſi Graece interpreteris, *primum Hieromagorum* ſonat.

§. 80.

43. CAETERVM cum Maſſagetae, clandeſtinis pactionibus ad Scythas praemiſſis, velle ſe ad eos vna cum omnibus familiis tranſfugere, ſignificaſſent, iamque, vxoribus et liberis ad ſe reuocatis, per Haemum tranſituri forent, (qui quidem mons Romanos a Bulgaris hodie diſterminat) in eos Turcopuli [qui et ipſi a Romanis defecerant] frequentes et conferti cum Catalanis quamplurimis circa radices montis impetum faciunt, et, paucis exceptis, omnes promiſcue occidunt. —

CAPVT

f) ταυτ' Αλανοι ὡς περι αυτων ἐκ τε τυχης και αυτοματα γεγονεναι δοξαν, και λιαν αποδεξαμενοι, ὑποποιειν ταις παντοιως τον πρεσβευτην. και ὁ τοις ἐξημερωσων σφας βασιλει, ὡς δοξαι, ἱκανων γενεται.

42. Id. ibid. p. 412.

43. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 142. Cladis Alanorum, quos hic et alibi Nicephorus Maſſagetas vocat, meminit quidem Pachymeres T. II. p. 420—422. vid. *Alanica* §. 88—90. ſed nihil ibi de Scythis, ſeu Tataris habet.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

CAPVT VIII.

Foedus Andronicum Seniorem inter et Charmpantam, Tatarorum orientalium Chanem, iunctum; a. C. 1308.

§. 81.

a. C. 1308. a)

[IMPERATOR cum de foedere cum Iberis orientalibus per legatos 44.
fruſtra egiſſet,] proniori ſpe ſucceſſus affinitatis cum CHARMPANTANE contrahendae negotiatio procedebat. adeoque ſtrenue incumbebatur in apparatum deſtinati connubii proximum. Vrgebant enim ad maturandum nuncii ad imperatorem appellentes crebri, regiones circa Nicaeam bello infeſtari Perſico ferentes. Igitur ſororem propriam Mariam, quae titulo *Dominas Mugúliorum* paſſim honorabatur b), cum idoneo comitatu deduci Nicaeam curat mandans ipſi, vt illic confidens, ex proximo ſuum cum Charmpantane

44. PACHYMERES T. II. p. 433.

a) Obſeruatt. Pachymer. T. II. p. 630.

b) την και Δεσποιναν των Μουγουλιων θρυλλουμενην. Poſſinus in Gloſſario Pachym. in voce Μουγουλιοι haec habet: „Quos plerique Latinorum *Tartaros*, Graeci paſſim et Arabes *Tataros*, Pachymeres *Tocharos* (Plinium ſecutus, qui lib. VI. cap. XVII. inter Scythicas gentes diſerte *Tocharos* recenſet; non longe abludente Strabone, qui lib. XI. eosdem *Tocharos* appellat) eos dixerat iam T. I. idem Hiſtoricus noſter lib. V. cap. IV. [*p.* 237. vid. ſupra *§.* 39.] ſeſe ipſos vocare *Mugulios* conſueuiſſe. *Mogulenſes* conſtanter appellat Gregorius Abulpharagius in accuratiſſimo Chronico Arabice ſcripto ſub idem tempus, aut non multo ſuperius, quam ſuam hanc hiſtoriam Pachymeres commentaretur. Quin et Aytonus, eiusdem aeui ſcriptor, cap. XVI. Hiſtoriae ſuae orientalis, quae Latine extat,

pantane coniugium promoueret, 'nec prius, quam re perfecta, deſiſteret, tumque daret operam exarmandae Perſarum in Romanos

Mogli eosdem vocitatos eſſe memorat. quod nomen Leunclauius indicat proprie deſignaſſe aliquot ſingulares populos (ſeptem ab Aytono numerantur) communi Tocharicae, aut Tataricae gentis appellatione cenſitos, ita vt adiuncto quodam inter ſe diſcernerentur, quemadmodum in Gothis, Oſtrogothis, Viſigothis fieri videmus. Nam, vt is ſcriptor ait, *Sumogli* dicebantur accolae Tatari amnis, quae vox ipſorum lingua *Mugulios aquaticos* ſignificet: ac ſic alii aliis differentiis ad notitiam inſigniebantur. Huius porro peculiaris ſpeciei Tocharorum, quae Muguliorum vocabulo generalem Tocharicae, aut Tataricae gentis nomenclationem contrahebat, proprium fuit illud imperium, quod ab anno Chr. 1202. per centum, et quod excurrit, annos, late per Aſiam et partem ſeptentrionalis Europae magnis victoriarum ſucceſſibus inclaruit. — Gingizchanes videlicet, autor eius imperii, ex illa Tocharorum parte ſtirpem trahebat, vt innuit Abulpharagius, quae peculiari *Mogulenſium* appellatione noſcebatur. certe, quod idem diſertiſſime affirmat, Mogulenſium concordi electione et delato vnanimiter obſequio, idem Gingizchanes primam ſuam et, vt ſic dicam, originariam potentiam accepit, transmiſitque in poſteros. Non eſt incredibile, habitaſſe hos populos in regione antiquitus *Megala* vocata, quam in confinibus Mediae prope Elymaidem collocat Plinius Lib. VI. H. N. cap. XXVI. vbi ſuſpicari licet, mutationem irrepſiſſe aliquam, qualis in translatione ex vna in aliam linguam nominum peregrinorum fere ſempes interuenit. *Mogola* ſane aut *Mugula* facile e Graecis, omnia ad ſui origines idiomatis trahere ſolitis (vt in *Byrſa* pro *Boſra*, in *Axino* et *Euxino* pro *Aſcenez* et aliis ſexcentis cernimus) in *Megala* potuit deformari, quod ex his, vt alia pleraque, ſumſerit Plinius. Equidem arbitror, maximum hodie ac potentiſſimum imperium *Mogolis*, ſuperſtitem iſtius *Mogolae* appellationem ſeruare. Ferunt enim, illud conditum a Baburxa, magni Tamerlanis pronepote. Tamerlanem autem ſe genus a Mogulenſibus antiquis principibus duxiſſe, haut vane gloriatum, ſatis eſt veriſimile —,,

Idem Poſſinus Obſeruatt. Pachym. T. II. p. 558, 559.,, — Hanc [Mariam] ait Hiſtoricus vulgo fuiſſe nominatam *Dominam Muguliorum*. Sic enim Mogulenſes principes primariam et prae caeteris nobilem vxorem ſolebant a caeteris diſtinguere, addito ei *Dominae* titulo. Id diſerte teſtatur Abulpharagius p. 429. ſui Chronici Arabici, agens de Iingizchano, primo imperatore Mogulenſium, cuius vxorem primariam et nobiliſſimam الخاتون *Al-Cha-*

nos irae, ipſiſque viri auctoritate reuocandis ab imperio vexando *c*).

§. 82.

PER orientem et maxime circa Nicaeam malo ſane loco res erant: Atmane cuncta illic agente ferenteque. praeſertim ex quo ſoror imperatoris Maria, Muguliorum domina vocitata, Nicaeae reſidens, alto Atmanem deſpicere ſupercilio viſa eſt, accuſaturam ſe illum apud Carmpantanem fidenter comminata. Nec minae fuerunt vanae. Nam a compellato per Mariam Carmpantane, triginta, vt fama fuit, armatorum millia ex interiori Perſide verſus orientalem Romaniae limitem miſſa ſunt *d*). cuius indiciis rei mature ad imperatorem praemiſſis, ſtuduit ille obuiam venientibus mittere, qui quam gratus ſibi foret illorum aduentus, cunctis demonſtrationibus beneuolentiae et xeniis magnificis teſtarentur. Sed nihil horum Atmanem terruit, aut ſegniorem ad deſtinata exſequenda reddidit, quin et aucto ex his impetu incumbere vehementius ad coepta ſtrenue perpetranda videbatur *e*). — [Tricocciam, arcem Nicaeae vicinam, vi cepit]. Ea in munitione, a ſe inſtaurata et praeſidio ſibi fidiſſimorum praeualido inſeſſa, perfugium habere ſe tutum ac paratum aduerſus omnes caſus belli, quod imminere ipſi diceretur a Tocharis, ſuppetias Auguſto venientibus, Atman credidit *f*). 45.

tun, hoc eſt, *Dominam* vocatam, proprio nomine nuncupatam fuiſſe ait *Oviſuniin Begi*. Similiter in aliis, quorum ordine meminit, imperatoribus eius gentis plerumque memorat praecipuam cuiusque coniugem, ſemper illi vni tribuens titulum *Chatun*, ſiue praepoſito articulo *Al-Chatun*: quem titulum Eduardus Pocockius, Latinus eius Chronici interpres, ſolet exprimere vocabulo *Dominae*. Maria igitur Palaeologa, vti iam nunc primaria vxor Carmpantanis Kanis Muguliorum, a ſuis Graecis, titulum *Chatun* ei a Mogulenſibus tributum, ſua lingua reddentibus δεσποινα *Domina* Muguliorum vocitabatur „.

c) και τα των Περσων διλαγωγων ὡς ὁιον τα πραγματα.

45. PACHYM. T. II. p. 444, 445.

d) περι ὁυ τα ἑωα μερη Περσιδος ἐξεπεμποντο.

e) ἀλλα και μαλλον παρωτρυνον.

f) ἑαυτῳ δε τα πιστα δειναι, ὡς γε ἐρυμα προς την των Τοχαρων, ἁ ἐπεστασιν, ἐπιθεσιν.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1308.

§. 83.

46. SANE hoc tempore g) quaedam pro triſtitia praeteritorum ſatis laeta ſermonibus celebrabantur. Nam — triginta circiter millia Tocharorum a Carmpantane in auxilium imperatori miſſa plane magnum etiam ſupra quam ſperari veriſimiliter potuerat, Perſis, per Aſiam graſſantibus, inferre trepidationem coeperant: qua illi percuſſi, non ſolum ſe continebant a nouis incurſationibus et oppugnationibus tentandis, ſed et multa loca prius inuaſa, et quotquot arces Romanorum prius inuaſerant, paſſim relinquebant h), ſeſe intra Olympi montis inacceſſa teſqua, arcto tranſitu et praeruptis hinc inde munita rupibus, recondentes.

CAPVT

46. PACHYM. T. II. p. 454.

g) Quo eccleſia ſub Athanaſio Patriarcha variis motibus concuſſa eſt.

h) ἀνατολὴν ἐργάζεσθαι ἄρχονται τῶν Περσῶν, ὥστε, καὶ ὅσα φρούρια Ῥωμαίων ἑαλώκεσαν πρότερον.

Cantacuzenus T. II. p. 683. haec habet: Amurius a Cantacuzeno de affinitate cum Orchane incunda ſententiam rogatus, reſpondit — *ſe nullum crimen ideo incurſurum, ſi quidem non pauci ſuperiorum temporum imperatores, quo ſubditorum rationibus prouiderent, Scythis et aliis quibusdam barbaris filias ſuas deſpondiſſent.*

Imp. ANDRONICO *Sen.*

CAPVT IX.

Iteratae Tatarorum occidentalium in Romanas prouincias irruptiones; ab a. C. 1319 – 1337.

§. 84.

MICHAEL, Streantzimeri filius, rex Bulgarorum declaratus, 47.
copiis ſuis in vnum conductis, cum non ſpernendis Vngroblachorum, Scytharumque auxiliis Romanum imperatorem, Philippopolin obſidentem, laceſſendum, quod ſe illi imparem ſciebat, non putauit.

§. 85.

ante a. C. 1319. a)

SCYTHAE — ad montes Hyperboreos incolentes b), infinita 48.
propemodum gens, et omnium vbique gentium potentiſſima, priſca memoria anniuerſarie fines Romanorum incurſantes, plurimam cladem dabant, quicquid occurriſſet, in ſeruitutem abripientes. Imperatores Romani, ad certamina cum illis miſcenda parum ſe poſſe animaduertentes, muneribus et humanitate quadam eorum ſatrapas demulcendo, vaſtitatem ab iis redimebant: quos praecipue emolliebat et Romanis conciliabat, quod ex imperatoria familia vxores nanciſcerentur c). hoc enim etiam decertatione dignum ducunt; pro-

47. CANTACVZENVS T. I. 108, 109. Locum integrum vide *Tom. II. P. II. in Bulgaricis §. 399.*

48. Id. ibid. p. 116 — 119.

a) Vide infra *§. 86.*

b) το ἐξ Ὑπερβορεων Σκυθων.

c) Cfr. ſupra §. 38. 81.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

ante a. C. 1319.

propterea quod imperatorem Romanum Alexandri, Macedonum et Perſarum regis, ſucceſſorem eſſe arbitrantur. Scientes id Romani imperatores, eximia pulchritudine virgines, non generoſas tantum, ſed plebeias quoque in palatio alebant, et plenis iam annis nubiles Scytharum ſatrapis collocabant d): qui, huiuscemodi commento et tali ratione deliniti, perdiu quieuerunt e).

§. 86.

a. C. 1319. f)

Sed quo anno Michael imperator, Palaeologorum ſecundus, e rebus humanis exceſſit, partem Moeſiae et Odryſos, vsque Adrianopolin, incurſarunt, haud magna cum pernicie, quod numero pauci erant.

§. 87.

a. C. 1320.

Anno ſequenti, iuniore imperatore h) cauſa belli aduerſus auum iuxta Conſtantinopolin conſidente, ingens eorum multitudo i) Thraciam populabunda peruaſit. Sed ideo parum nocuit, quod praefecti, rem ſubodorati k), per agros ſparſim habitantes in oppida coëgerant kk),

§. 58.

d) ὡς θυγατερας ἑαυτων ὁποτε δεοι τοις Σκυθων Σατραπαις κατηγγυων.

e) ἐπι πολλοις ἐτεσιν ὀυκ ἀσεβαλον εἰς την Ρωμαιων.

f) Ad hunc annum Michaelis, Andronici Sen. filii, obitum vulgo referunt.

g) την Μυσιαν Σκυθικη καταδραμοντες στρατια, μερος τι ἀυτης και την Οδρυσσων ἀχρι Αδριανυπολεως ἐπηλθε.

h) Andronici Sen. nepote.

i) Σκυθικη στρατια ὀυκ ὀλιγη.

k) δια το τους ἀρχοντας των κατα Θρᾳκην πολεων την ἐφοδον προγνοντας, cet.

kk) Nicephorus Greg. T. I. p. 186. haec habet: Andronicus et Syrgiannes, Andronici Iun., contra auum rebellantis, ſocii, *nunc impreſſionem Scytharum, Danubium accolentium, nunc Turcicae claſſis ex Aſia aduentum proclamabant, vt ſub eius famae obtentu ſuſpicionem* [rebellionis] *vitarent.*

CAPVT IX.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

§. 88.

a. C. 1324.

Septima demum indictione inchoata, duodenae myriades (id eſt centum viginti millia l)) ſe intulerunt cum myriarchis et chiliarchis ſuis, '*Taetach* et *Toglu Torgan* duobus ſummis imperatoribus m). Et hanc depopulationem, caſtris in media Thracia poſitis, diu, nempe ad quadraginta dies exercuerunt, multiſque mortalibus ſeruitute multatis et immani praeda capta, 'eam quam maxime attriuerunt n).

Imperator nepos vniuerſum exercitum congregare non potuit, quod eius bona pars in diuerſis vrbibus praeſidiarios agebant: congregato autem, quantum licuit, circumeundo manipulos hoſtium inueſtigabat, 'vt iniurias pro viribus perſequeretur o). Quod cum diebus quinis denis continenter fruſtra feciſſet: Adrianopolin conceſſit; vbi, quoniam ea vrbs commeatu abundabat, militem multum reliquit, pauciſque et magno domeſtico aſſumtis, Didymotichum ſe conuertit. Inter quam vrbem et Adrianopolin apud Promuſulum caſtellum in Scytharum globum, cum captis mancipiis et ingenti praeda venientem, inciderunt; quos pro natura loci videbant ipſi quidem, ſed ab illis minime videbantur.

Conſulto prius magno domeſtico, viſum in eos impetum dare tametſi amplius triplo plures apparebant: erant autem plures decies. Nam et alii iuxta tendebant, qui prope Hebrum latitabant et pugna coepta eos adiuuabant. Conſilio militibus patefacto, cum congrueret illorum voluntas et ſententia, ſeque imperatore ipſo pugnandi cupidiores oſtenderent, de equis deſcenderunt, Deum ſuppliciter orantes, vt tam iniquos praedatores punire et iniurias iuſte ſe defendentium vlciſci vellet.

Tum

l) Addit haec interpres.

m) και αὐτοκρατορες ϛρατηγοι δυο, Ταιταχ και Τογλε Τοργαν.

n) και μεγιϛα ἐκακωσαν την βασιλεως γην.

o) εἰπε μερα τινι της Σκυθικης ϛρατιας ἐντυχων, ὁσαι ἀν ἐξῃ ἀμυναιτο αὐτες.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1324.

Tum ſigno crucis communiti, rurſum equos aſcenderunt, conſtantique ac fidenti animo in barbaros ſe incitarunt. Scythae cum his, qui vna veniebant, viſo Romano, contra gradum inferebant p). Pugna atrox conſeritur; Romani, Deo auxiliante, vi et virtute victores euadunt, partimque hoſtium mactant, partim in fugam vertunt, partim in flumen Hebrum compellunt, ac ſubmergunt: quorum octo et viginti tantum tranando vitam retinuerunt.

§. 89.

Romani, cadaueribus ſpoliatis vaſiſque et ſarcinis direptis, cum praeda et captiuis ipſoque imperatore Didymotichum ingreſſi ſunt.

Barbari ſuperſtites ad exercitum q) reuerſi, infortunium ſuum ducibus narrarunt. Ii fortiſſimorum delectam manum r) in eundem locum, vbi proelium erat factum, miſerunt: vt, ſi Romanos reperirent, pugnam inſtaurarent, victoreſque vincerent; ſin minus, certe corpora ſuorum exanimata tumulis mandarent, et, ſi quos inter eos adhuc ſpirantes offenderent releuatos cura diligenti tractarent. Illi, ſociis ſepultura donatis (viuum enim nullum inuenerunt) ad exercitum non redierunt, domum ſuam quisque abeuntes.

§. 90.

Imperator, vt Scytharum copias iuxta Morrham conſiſtere didicit, Didymoticho quam potuit feſtinato in eos duxit. Qui cum Hebrum prope vrbem Tzernomianum traiecisſent, et imperator ſuos eodem loco traiiceret, relicti ab eo Adrianopoli vna cum ducibus ſuis hic ſe cum illo coniunxerunt, reportatam de barbaris victoriam gratulantes. Verumtamen dolentes, non ſe in tempore pugnae huic affuiſſe, cum commilitonibus fugientes perſecuti ſunt.

Vbi

p) καὶ οἱ Σκύθαι ἰδόντες, ἀντεπῄεσαν καὶ αὐτοί. προσεβοήθουν δὲ καὶ οἱ ἐγγὺς ἐστρατοπεδευόμενοι.

q) εἰς τὸ μέγα στρατόπεδον.

r) στρατιὰν οὐκ ὀλίγην.

Vbi ad Tuntzam fluuium peruenerunt, Scythas modo tranſiiſſe, ſignificatum eſt. Ibi ob ſitum loci idem, quod ante, contigit. Quippe cum ipſi totum agmen Scythicum intuerentur, ab illis tamen, exceptis paulo minus centum primanis s), in quibus ipſe imperator, non conſpiciebantur. Viſis Romanis t), etiam ipſi pedem repreſſerunt; ſed ad certamen non proceſſerunt, tum quod fluuius vere iam procedente reſtagnaret, tum quod, hoſtibus nondum omnibus conſpectis, metuerent, ne ſi numero ſuperati eſſent, parum honeſte proelio defungerentur. Romani ſimiliter cladem timebant, ſi plures decem partibus et amplius aggrederentur.

§. 91.

Caeterum imperator cum primis illis Romanis, et *Taſpugas* v), vnus e Scytharum ducibus cum totidem barbaris ex altera ripa fluminis breuem quemdam dialogum habuerunt.

Interrogante Scytha, „ Quinam mortales eſſent „, Imperator per quendam, Graecae et Scythicae linguae gnarum, reſpondit, „ Homines eſſe, qui quaererent, quemadmodum et ipſi, quod caperent. Eos autem non recte nec viriliter facere; ſed latrones imitari, qui, aduentu ſuo celato, hoſtilem in modum graſſarentur x), et agricolis, belli inſuetis, ſeruitutem imponerent. Oportuiſſe impreſſionem ſuam denunciare et cum militibus pugnare, aſſuetis pedem conferre: quos ſi vincerent, tum mirum non eſſe, ſi et hos imbelles praemium virtutis abducerent. Tum Taſpugas „ Nihil hoc ad ipſos, qui ſub aliena eſſent poteſtate, vt proinde iuſſi vel incurſarent, vel abirent, vel manerent etiam. Percunctabatur deinde, ipſine nuperrime Scythicam manum congreſſi deuiciſſent, ac deleuiſſent. Ad haec imperator „ Neque ipſos eſſe, neque hac de re quidquam audiuiſſe. Fieri tamen potuiſſe, vt, in alios incidentes pugna victi perierint: quod idem nunc ipſi paterentur, niſi fluuius in medio vetaret „. Aſſenſit barbarus, vt veriſimili: „ crudeles nihilo

 minus

s) των προτακτων ἑκατον.
t) ὡς ἰδοντες οἱ Σκυθαι.
v) Τασπυγας.
x) ἀκηρυκτοι τε ἐπερχομενοι.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1324.

minus fuiſſe, qui, neminis miſerti, alios iaculis, nullo diſcrimine confixerint,,. Haec locutus, abſceſſit, neſcius, Romanum imperatorem ſecum verba feciſſe.

§. 92.

'Pars autem magna Scytharum *y*), multis inſuper diebus 'Thraciae *z*) immorata, tandem ſuis ſedibus ſe reddidit. Fama communis percrebuit *a*), ſeniorem imperatorem prius quoque illos contra iuniorem in prouinciam induxiſſe, et nunc occulta legatione idem auſum, quo Thraciam, vtpote illius ſtudioſam, vaſtitati ſubiicerent. Sed ea fama nihil probabile continebat, et, quamuis a multis iactata, purum putum mendacium erat: nec antea enim nec poſtea in cauſa fuit, vt Scythae irrumperent.

§. 93.

a. C. 1326 *b*).

49. IN eo — itinere *c*) non paucas experti ſumus difficultates; cum Scythicae incurſionis fama Thraciam peruagaret ac terreret, et homines ex agris in caſtella ſe reciperent. —

§. 94.

y) το δε πολυ της στρατιας.

z) τη Ρωμαιων.

a) Huc forte ſpectant, quae Niceph. Greg. T. I. p. 243, 244. narrat: Andronicus Iun. contra auum inſurgens, in oratione ad Byzantios habita, inter alia, *Dicat*, inquit, *mihi quiſpiam, vulnera, quae in corpore meo geſta, qua de cauſa acceperim, cum Rom. hoſtibus pugnando, qui ex Aſia in Thraciam traiiciunt, et cum barbaris, qui Iſtrum accolunt, vnde factis excurſionibus et ipſi pariter miſeram Thraciam vaſtant? Ego enim — cum imperatorem prae ſenio ad ſecordiam — labi viderem — neque dolere, cum Chriſtiani ſemper noctu atque interdiu partim velut victimae a barbaris mactentur, partim captiui trahantur et in ſeruitutem abducantur, partim nudi ex aedibus atque vrbibus expellantur — aegerrime tuli* cet.

49. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 230.

b) Indict. 8. d. 2. febr. coronatus eſt Andronicus Iun. anno ſequenti quae hic narrantur, contigerunt.

c) Quo noſter cum aliis nonnullis in Serbiam miſſus eſt, vt Ioannis Pal. ibi defuncti viduam reduceret. cfr. *Tom. II. P. I. Seruica §. 112, 113.* vbi locum integrum affero.

§. 94.

a. C. 1327 [d])

[QVO tempore Andronicus Iunior bellum parabat], edicto imperatoris ſenioris Andronicus Tornices et Manuel Laſcaris, Thracia pulſi, in inſulis Lemno, Thaſo et Lesbo ſe collocauerant. Exſilii huius cauſa manifeſta non exſtabat. Ferebatur, eos cum Scytharum ſatrapis clandeſtina habuiſſe colloquia, vt in Thraciam copias mitterent, vnaque cum caetera praeda ipſos, cum coniugibus atque liberis ſe illis dedentes, ſecum abducerent. Huius criminis nulla erat probatio. 50.

§. 95.

a. C. 1328.

[DVM Byzantio adſunt, qui, ſe vrbem Andronico Iuniori proditurοs, pollicentur,] medio in ſermone aduolat Scopelo a praefecto nuncius, Michaelem, Moeſorum regem, in ſuis et Romanorum confiniis apud vrbem ſuam, nomine Diampolin, caſtra locaſſe, Scytharum comitatum auxiliis —. 51.

§. 96.

[METOCHITAE, magni logothetae, domus Andronico Iuniore CPlin ingreſſo diruta cum eſſet,] euulſum — pauimentum omne occidentalium Scytharum principi [e]), pauimentum ad ſuas aedes ornandas ſplendidius requirenti, dono miſſum eſt. 52.

50. CANTACVZENVS T. I. p. 159, 160.

d) Hoc anno Andron. Iun. denuo rebellare coepit.

51. Id. ibid. p. 180—182. Locum integrum vide *Tom. II. P. II. in Bulgaricis* §. 418—420.

52. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 283. vbi Nicephorus Metochitam ab Andronico Iun. reuocatum narrat.

e) τῷ τῶν δυτικῶν Σκυθῶν ἄρχοντι.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1326.

§. 97.

53. PRIVSQVAM triginta dies [poſt captam ab Andronico Iun. CPlin] elaberentur, cum audiſſet imperator, Michaelem Bulgarorum principem finitimas Romanorum vrbes et prouincias incurſare ſtatimque Didymotichum et Adrianopolin vsque, Scytharum ad Iſtrum habitantium non parua manu mercede conducta, progreſſurum eſſe: ipſe Adrianopolin profectus — legatos ad illum mittit et rupti foederis cauſam quaerit.

§. 98.

Imp. AN-DRONICO *Iun.*

Imp. ANDRONICO *Iuniore.*

a. C. 1330. *f*)

54. MICHAEL [Bulgarorum princeps] ingenti coacto exercitu (nam indigenarum millia duodecim, Scytharum mercenariorum tria millia erant) per ſeptemtrionalem montis Haemi partem in Triballorum ditionem impetum facit *g*). —

§. 99.

a. C. 1332.

55. [ALEXANDER, Bulgarorum princeps] ſimul ac regnum iniuit, quidquid erat in Moeſia copiarum, adiuncto praeterea Scytharum non exiguo numero, contra ciuitates, quae ſe imperatori tradiderant, eduxit; ac praeter Meſembriam alias armis, alias deditione occupauit.

§. 100.

53. Id. ibid. p. 264. Cantacuzenus T. I. p. 199. Locum integrum vide *Tom. II. P. II. in Bulgaricis §. 424.*

54. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 280.

f) Annus margini adſcriptus.

g) Locum integrum vide in *Bulgaricis §. 432.* in narrationis varietate.

55. CANTACVZENVS T. I. p. 280. Niceph. Greg. Tom. I. p. 282. cf. *Bulgarica §. 435. ſeqq.*

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1332.

§. 100.

[Andronicus et Alexander cum die XVI. Kal. Sextiles pacem 56.
feciſſent; ſequenti nocte] Scythae Alexandro ſuppetias venerunt, contra patruum Belaurum ab eo inuitati, qui ſeditione concitata parteque regni ad ſe auulſa et reliqua diuexanda importunus erat. Exiſtimans autem, ſe iſta commoditate opportune vſurum, ſi eos fallacia quadam in imperatorem immitteret, patruum prope adeſſe dixit, et eum improuiſo aggrediendum: quem, rei totius ignarum, acriter pugnaturum ſit veriſimile; ſed a multo pluribus facile ſuperatum et interfectum iri, et ita ipſos a labore longi itineris adhuc emetiendi fore liberos. Iſto modo barbaris fucum fecit: nam ſi ſciſſent, propter foedus recenter cum imperatore initum nunquam in eum ſe intuliſſent.

§. 101.

Die igitur exoriente armis induti, anguſto calle in Romanos procedunt. [Re cognita imperator] deluſum ſe, ideo dolebat, quod bonae parti militum, propter ſpem foederis, miſſionem conceſſerat. Verumtamen cum ſolis Moeſis ſibi pugnandum ratus, fidenter in eos gradiebatur. Et ecce dum incedunt, tubam Scythicam exaudiunt, quae non inſtar aliarum tubarum, ſed horridum quiddam et abſonum ſonat: quale barbaris ad martem accendendum ſufficit. Quare quamuis procul audiatur illud tubae genus, ſtatim agnoſcitur. Putans tamen imperator, non eſſe Scythas, (neque enim pacem ſecum pactam diſſoluiſſe) ſed trans Iſtrum Getas b), qui, iisdem, quibus Scythae, armis vtentes, plerique omnes ſunt ſagittarii, Getas, inquam, qui Moeſis ad auxilium adeſſent, et ad terrorem incutiendum Scythica tuba clangerent, quorum virtute nixus Alexander hilariter ad certamen prodiret, ipſe quoque bona ſpe plenus contra ingreditur.

Poſt-

56. CANTACVZENVS T. I. p. 283—286. Niceph. Greg. T. I. p. 298. Loca integra vide in *Bulgaricis* §. 440—442.

b) τυς πέραν Ἴςρε Γέτας.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1332.

Poſtquam inter ſe conſpexerunt, et ſol altius ſupra finitorem elatus rerum diſcrimina clarius oſtendit, tum liquido apparuit, aduentantium agmen Scythas eſſe: nam Moeſis non intermixti ſuos ordines obtinebant.

§. 102.

Cum iam facienda eſſet impreſſio, Scythae imperatorem, cum iis, qui erant in fronte, paullum declinantes, ſuccenturiatos inuadere: quos parum reſiſtentes in fugam dederunt, et vsque Rhoſocaſtrum fugientibus inhaeſerunt. Ibi conuerſi Romani, barbaros a muris abſtinuerunt — 'Imperator cum reliquis aliquamdiu fortiter contra Moeſos pugnauit; tandem vero ab hoſtibus multitudine ſuperatus et ipſe terga dare coactus eſt. Qui Rhoſocaſtrum peruenientes', coniuncti cum reliquis, ſimul contra Scythas atque Moeſos vsque ad horam tertiam proeliabantur alacriter. Ceciderunt captique ſunt de Romanis equites quidem ſeptem et triginta, — pedites quini et ſexageni, paucis occiſis, paene omnes a Scythis capti ſunt.

§. 103.

'Hoc proelio licet victor Alexander, de pace et affinitate ad imperatorem legatos miſit. Imperator, ſe pacem quidem amplecti: affinitatem autem non modo, ſed cum ſibi libuerit, ingreſſurum, reſpondit.' Si igitur eadem illorum ſit voluntas, quaerendum de Scythis, cur illi videlicet pacem ruperint. — Paucis vtrimque dictis, res conuenit, eademque die foedus inter reges iureiurando ſolemni more firmatum, et captiui Romanorum — abſque pretio dimiſſi. —

§. 104.

a. C. 1332 — 1337.

57. IMPERATOR Andronicus] Arcadiopolin — Scytharum incurſionibus prohibendis neceſſariam, maioribus impendiis inſtaurare et

57. CANTACVZENVS T. I. p. 328.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

et nobilibus incolis ibidem collocatis, felicem ac beatum et inter ciuitates Thraciae ſecundum magnam illam vrbem [CPlin] longe principem efficere voluit.

§. 105.

a. C. 1337. [i]

VERE iam ineunte multitudo Scytharum, Iſtro traiecto, Romanam Thraciam vsque ad Helleſpontium mare incurſarunt. Vbi quosdam Turcos, ex iis videlicet, qui per latrocinium traiecto Helleſponto continenter maritimam oram populantur, caſu fortuito nacti, partim vinctos abducunt, partim reſiſtentes occidunt, hoſtes hoſtibus infeſti, veluti canes in cadauer ſubinde violento impetu irruentes [k]. Verum in ea incurſione nouum illud habebant Scythae, quod prius velut torrens e monte ſubito decurrens, obuiis quibusque raptis, poſtridie recedebant. Tum vero tamdiu manſerunt, donec quinquaginta diebus perpetuis omnia rapiendo et vaſtando conſumtis, prouinciam in extrema mala coniecerunt demumque abeuntes captiuorum vltra trecenta millia, vt vulgatior fama eſt, ſecum abduxerunt. 58.

Eius incurſionis cauſam afferebant, quod Romani Scytharum duci et eius nobilitati ſolita munera non miſiſſent. Eam cladem ſolis et lunae defectus, intra dies ſedecim ſeſe conſecuti, portenderunt

i) Annus margini adſcriptus.

58. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 329.

k) Simile quid narrat Chalcocondylas p. 8. *Ea tempeſtate* [qua Orthogule imperante Turci in Europam traiecerunt circa a. C. 1300.] *Scythae parua manu a Sermatia prodeuntes, feſtinabant ad Iſtrum, quo transmiſſo, Turcos, quos eo loci deprehenderant, atroci proelio inito fuderunt: et propemodum omnes, demtis paucis, necauerunt. Qui autem integri ex eo proelio abierunt, fuga in Cherſonem delati, et hinc in Aſiam transuecti, tandem ab Europa abſtinuerunt.*

Imp. AN-
DRONICO
Iun.

a. C. 1337.

derunt. Ac lunaris quidem contigit, cum ſol in prima piſcium parte eſſet; ſolaris l), cum in decima quinta verſaretur.

§. 106.

59. His temporibus m), mulier quaedam apud Scythas, eos nempe, qui trans Iſtrum habitant, cum neque virum neque liberos haberet, et aduectos e Thracia captiuos ante ſuas fores traduci videret (longo autem iam tempore ad Romanos ſe conferre et ſacrum baptiſmum ſuſcipere cupiebat); vnum e Chriſtianorum captiuorum turba eductum redemit, et coniugem ſibi adſciuit; adactum prius iureiurando, ne contubernium ſuum deſereret, etiamſi alio commigraſſent. Dum vero migrationis opportunitatem quaerunt, annus integer teritur: quo tempore binos liberos, alterum peperit, alterum in vtero geſtauit. Vnde magis etiam maritum diligebat.

Quae cum ita ſe haberent, altero anno accidit, vt et prior eius quem diximus, viri vxor captiua abduceretur: qua is conſpecta illacrimauit. Verum Scythiſſa, moeroris et lacrimarum cauſa intellecta neque ſuccenſuit marito, nec prae zelotypia odio perſecuta eſt mulierem: ſed et ipſam emit, vt et domeſtica miniſteria obiret, ſimulque marito dolorem conſpectu ſui leniret, in proximo futura.

Sed cum opportunitatem nacta et ſacro baptiſmate initiata et in vrbem imperatricem profecta eſſet: prior vxor ad patriar-
cham

l) In margine: „ſolaris ponitur a Caluiſio Martii d. 2. a. C. 1337. 59. Id. ibid. p. 334, 335.

m) Cometa circa ſolſtitium aeſtiuum apparuit, qui a Perſei pedibus ſumto initio, recta quotidie verſus ſeptemtriones aſcendit tribus ferme gradibus, cum autem polum arcticum praeteriiſſet, ac poſt eum viſam minorem et ſpiras Draconis, dextrum etiam Herculis pedem attigiſſet, coronam Ariadnes et ſiniſtram Ophiuchi manum percurriſſet, euanuit. His narratis, pergit Nicephorus, *His aliam narrationem, auditu dignam*, attexam. [illegible]

etiam accurrit, vociferans et pectus plangens, ſibique iniuriam a Scythiſſa fieri quiritans, quae ſibi maritum rapuiſſet. Caeterum cum et illa prodiiſſet, ac rem omnem, ita vt geſta erat, ordine explicaſſet; nemo iure illam reprehendere potuit, vt quae amborum domina eſſet, ſuaque pecunia ex immanibus, vt ita dicam, beſtiis ambos redemiſſet. Tamen, tacentibus vniuerſis, nec de vlla re eam accuſantibus, taudem hanc ipſa ſententiam tulit. Marito, propter conſuetudinem et ſuſceptos ex eo liberos, redemtionis pretium condonauit. Erga mulierem vero ſe cupere quidem eadem vti liberalitate; ſed poſſe negauit propter inopiam, quod cum duobus infantibus in terra peregrina viueret. Quamobrem ipſa, inquit, ſui pretio allato, cum marito abeat: ego vero poſthac cum infantibus manebo, et benignas clementis Dei manus intuebor„ Hoc iudicium omnes cum patriarcha ſummis laudibus extulerunt, et hanc animi magnitudinem in muliebri ingenio admirati ſunt. Caeterum haud multo poſt is iudicii fuit exitus; qui debuit, clementi Deo aequiſſime iudicante. Nam cum mulier redimendi ſui cauſa ad colligendam pecuniam exiiſſet, ac per Thraciam, vbi domicilium habuerat, vicinas circumiret, ſubita incurſione Scytharum denuo captiua eſt abducta; vir autem eius poſthac bonae illius Scythicae matronae coniugio acquieuit.

CAPVT X.

Bella Tatarorum occidentalium cum Romanis, et Genuenſibus Caſſam incolentibus; Tatarorum orientalium memoria; ab a. C. 1341 –.

§ 107.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

Impp. IOANNE *Palaeologo* et IOANNE *Cantacuzeno.*

a. C. 1341. a)

60. SISMANVS alter [Michaelis, olim Bulgarorum regis, ex Stephani Cralis ſorore natus] filius [matre a Bulgaris regno pulſa] ad Scythas exſulatum abierat: nec longo tempore ibidem exacto, poſt mortem imperatoris [Andronici Iunioris] ad Romanos ſponte confugerat.

§. 108.

a. C. 1342. b)

61. [BELLO Ioannem Palaeologum inter et Ioannem Cantacuzenum durante Apocauchus] magnus dux parno in Empythii [quod ca-

60. CANTACVZENVS T. II. p. 353. locum integrum vide *Tom. II. in Bulgaricis §. 446.*

a) Hoc anno Ioannes Pal. imperium ſuſcepit.

61. Id. ibid. p. 516, 517.

b) Hoc anno bellum ciuile inter Ioannem Pal. et Ioannem Cantac coepit.

caſtellum Cantacuzeniani tenebant] obſidione conſumto, vt allatum eſt, Scythas ingenti multitudine in fines Romanos ſe infudiſſe, anxius obſidionem ſoluit, nulloque ſeruato ordine, Adrianopolin feſtinauit —.

§. 109.

Scythae totam Thraciam peruagati, quoniam populationi nihil reſtabat, quod bello inteſtino regio iam exinanita et exhauſta eſſet, et, quod ſuperfuerat, ſe in vrbes recepiſſet, vacui reuerſi, non procul a Scopelo tetenderunt. Scopelenſes intellecto eos ſine praeda domum remeare, conſueta imprudentia temere concitati, armis, vt quisque poterat, correptis, etiam vrbis praefectum, Michaelem, praeſidiariis, quotquot erant, aſſumtis, cum barbaris cominus confligere cogunt. Quo facinus tam audax detrectante, hortanteque, vt conatu abſiſterent, quia certo perituri, non modo bene monenti non obtemperarunt: verum etiam cuſtodiendum quibusdam tradiderunt, ſupplicium proditionis in eum expenſuri, vbi e pugna reuertiſſent. Non enim quoniam eorum imbecillitatem noſſet, ideo in hoſtes ire nolle; ſed ipſis hoſtibus gratificari, vt qui ab obſidione Didymotichi Apocauchum magnum ducem, iſtam iam vrbem, commeatu defectam, occupaturum, ſubmouiſſent. quos inuadere ac debellare, non ſolum quia hoſtes ſint, ſed etiam ſtudio magni ducis, debeant, cuius metu, nulla Romanorum prouinciae illata vaſtitate, breui ſpatio ſe domum referant.

Talia infelices illi nouarumque rerum cupidi fabulati, contra Scythas, militibus ſequi iuſſis, prodierunt. Qui inuito ſequebantur, optabilius rati, cum barbaris, ſi opus eſſet, pugnando interfici, quam plebis furore cum tota domo deleri. Scytharum caſtris appropinquantes, eminus ſublato clamore, in eos incurrunt: non enim vel parum ſe oppoſituros exiſtimabant; ſed timore exanimatos, pro captiuis abducendos ſe praebituros. Ideo funes quilibet ad barbaros illos conſtringendos ſecum portabat: ne, ſi absque vinculis ducerentur, aufugerent. Scythae, credentes, peditum agmen aduentare, equos conſcendunt; caſtris egreſſi progrediuntur. Scopelenſes, ſimulatque illos caſtris viderunt egredi,

Impp. IO-
ANNE *Pal.*
et IOANNE
Cantac.

a. C. 1342.

obliti prioris inſolentiae, in fugam ſe penetrant. Sed per plana campi, nullo prorſus obuio nemore, praeter equites nemo euaſit: conciſi ad vnum omnes. Illi enim, equites, inquam, quod Scythae adhuc longius diſtabant, quando fuga iniri coepta eſt; deinde, quod iidem in peditibus mactandis erant occupati, incolumes in vrbem peruenere. — Apocauchus poſt Scytharum irruptionem — Byzantium repetit.

§. 110.

a. C. 1343. e)

62. FVNDATA eſt a Latinis Genuenſibus colonia, quam accolae *Caphas* d) nuncupant, diſtatque a Maeotico Boſporo MCCC. ſtadiis, ſita propter ſiniſtrum Euxini ponti latus, ſi quis ſeptemtriones verſus nauigare ac Borealem polum et Helicen habere ob oculos velit. Cum enim omnes Latini, ac praeſertim Genuenſes, vitam vt plurimum agant mercaturae et nauigationis laboribus vexatam, atque inde pecuniam cogant tam publicam, quam priuatam, communi pridem ſcito ac decreto eorum reipublicae ſaluberrimo cautum eſt, vt foedera et amicitias iungant cum rectoribus earum vrbium maritimarum, quacunque commodi portus — alluunt. — Vbi itaque promiſerunt, vectigalia ſe ſoluturos, quanta et qualia vtrinque conuenerit, et ea, quae vſui ſint, vndecunque aduecta, libere emendi copiam cuilibet facturos, atque ita certis legibus datam licentiam acceperunt; diuerſoria et tabernas aedificant, vbi ſedere ipſi poſſint et habitare et apothecas capiendis mercibus pares habere.

In hunc modum et illa, quam diximus, vrbs ante annos non multos fundata eſt a Latinis Genuenſibus, poſtquam nempe Scytharum ducem conueniſſent, et facultatem ab eo accepiſſent. Non tamen et muris et magnitudine, vt nunc ſe habet, ita ſtatim ab in-

c. NICEPHORVS GREG. T. II. [illegible] et ſeqq. marg. adſcriptus, a p. 427—4[illegible]. Cantacuzenus T. III. pag. [illegible]. inde a. 1344. ponitur. p. 112, 113. d) Καφᾶς.
e) Annus apud Nicephorum [illegible]

Impp. IOANNE Pal. et IOANNE Cantac.

initio ſit data eſt: ſed breue quoddam agri ſpatium foſſa ac vallo cum definiiſſent, habitauere illic abſque muris. Pedetentim deinde et paulatim, procedente tempore, lapidibus terra ac mari connectis in latum et longum aedificarunt, tecta ipſa in altum attollentes; ſic, vt furtim plus ſpatii, quam ſibi datum fuerat, breui tempore occupauerint. Plura vero et maiora aedificia exſtruendi cauſa (quaſi importatae ſarcinae et res ad vendendum emendumque propoſitae exigerent, atque cogerent) foſſarum et vallorum ambitum latius porrexerunt, et ea iecerunt murorum fundamenta, quae maius aliquid pollicerentur: atque ita partiis parua incrementa addendo vrbem munitionibus firmauerunt; ita vt iam in tuto eſſet habitantium ſalus, nec facile ab vllo obſideri poſſent.

§. III.

a) Eo ſucceſſu animi Latinorum ſic elati ſunt, vt arrogantia, quam illi habent ingenitam aliqui habent, maiorem in modum aucta, iam quaſi ſuperiore de loco Scythis de more adeuntibus reſponſa redderent. Itaque cum inſolentius vni eorum Scytharum, qui in foro erant, reſpondiſſet vnus ex Latinis mercatoribus, eum Scytha ſtimulo percutit. Ille eum, a quo percuſſus fuerat, gladio interimit. Tumultus inde plurimus forum peruagatur.

Ea

a) CANTACVZENVS. *Cauſa — belli — Venetis et Genuenſibus, quod vtriſque magnae cladi fuit, erat, quod Tanais ambobus mercatus gratia nauigantibus, Genuenſi cum Scytha quodam altercante lis vſque ad caedem peruenerat. Dumque Scythae tuentur ſuum et Latini ſuum ſimiliter, communis et publica inter vtramque gentem pugna commiſſa eſt, multique Latini, ſed amplius altero tanto Scythae oppetiuerunt. Poſtea Latinis ad naues reuerſis, Scythae, quia nocere nequibant, vtpote maris expertes funditus, Copham, Genuenſium oppidum, in maritimis Scythae aedificatum, oppugnare inſtituerunt, obſederuntque biennio continenter. Quo tempore et de ſuis aduerſo marte multos amiſerunt, et Latinos ad grandes impenſas adegerunt. Nam muris oppugnandis haud ſatis valebant, quod caſtellani viriliter ſe acriterque defenderent: mercatorum vero mercimonia, et*

Impp. IO-ANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1343.

Ea re audita, Scytharum princeps ira percitus et ſpiritu barbarico plenus (nam maximo ſui contemtu factum eſſe duxit, vt in medio ſuo imperio mediaque ditione facinus illud perpetraretur), ad Latinos mittit, qui iubeant faceſſere eos quam primum ab illo loco, vtpote ſuo. At illi ad arma eunt, munitaque vrbe, legatos aſpere ac ſuperbe allocuti dimittunt. Id vero Scytham vehementiſſima ira denuo affecit.

§. 112.

Scytharum itaque partem legit; tum aliam ſtatim adiungit, nec ceſſat alios mittere, vrbem obſeſſuros. At hi [Genuenſes], munito introrſum vallo viris armiſque ac tormentis cuiuſquemodi miſſilibus, Scythica tela prorſus irridebant. Ad haec, quia maris imperio potiebantur, et rerum neceſſariarum copiam omnem ſibi inde comparabant; idcirco Scytharum impetum et circumſtantes exercitus minimi faciebant: et, quod maius eſt, triremibus quamplurimis totam Scytharum maritimam oram circum ac praetervecti, duplicem illis moleſtiam, eamque maximam exhibebant: primo

*illa multa, per Scythiam accepta et conductitios ad oppidi praeſidium alere cogentes, non parum eis detrimenti creabant. Verum vt labor inanis apparuit, bellum foedere diremerunt. Quo diremto, Genuates neque Romanum, neque Venetum mercatorem, nec de ſuis vllum Tanain nauigare voluerunt: verbo, ne rurſus ipſis belli cum Scythis gerendi naſceretur materia, re, ut magnorum vectigalium cauſſam ſibi pararent. Sic enim ratiocinabantur, ſi vndecunque adeuntibus Capha commune emporium fieret, quaeſtum vberem argenti exactione collecturos: aut, ſi iſtuc non probarent, belli ſumtum vna tolerarent. At Venetis, Tanai prorſus excludi, non videbatur e republica, de communitate autem ſumtuum horrebant audire: aiebantque, neminem ſibi nauigationem, quo ſperata inuitaret vtilitas, ademturum, ſimulque, nolentibus etiam Genuenſibus, Tanain curſum dirigebant, qui per vim obſiſtebant, et quosdam mercatores cum onerariis intercipientes, mercibus eos multabant. Inde bellum atrox conflatum *).* —

*) Cfr infra §. 115.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1343.

primo, quia nuſquam appellere emendi ac vendendi cauſa patiebantur nauem vllam onerariam; quod iſtos quidem valde angebat, quibus minime vtile eſſet id, quo abundarent, ac minime parabile id, quo egerent; deinde, quia nauibus exſilientes aliquando et certis in locis, multum praedae ex Scythia agebant in triremes, ita, vt obſidionis ordo inuerteretur, et magis obſideri Scythae viderentur, quam obſidere.

In his cum eſſet multum tempus conſumtum, coepere interim Romanae vrbes laborare inopia frumenti et eorum cibariorum, quae ſale condita ex Maeotide viciniſque fluuiis afferuntur. —

Eam Latinorum contumaciam aduerſus Scythas cum Trapezuntii animo reputaſſent, vererenturque, ne in ſe ſimile aliquid inceptarent ii Latini, qui et ipſis pariter vicini habitabant, circumſiſtunt ſubito, ac pleroſque gladiis conciderunt. Qui vero ſuperſtites inde euaſere, eos humiliores poſtea experti ſunt Trapezuntii.

§. 113.

SCYTHARVM illud genus, quod Aſſyriorum, Medorum, Per- 63.
ſarum et vlteriorum gentium ditionem iampridem occupauit, et omne auctoritatis robur apud eosdem obtinet, nunc in multa imperia diſtracti, arma in ſe inuicem quotidie mouent; minaturque eorum diſcordia magnas caedes, magnum belli incendium, fumum videlicet et flammam late ſparſurum.

§. 114.

a. C. 1347. *f*)

β) FILIO [Ioannis Cantacuzeni, Matthaeo] ad priſtinam ple- 64.
namque patris obedientiam reducto, Byzantium reuerſa eſt [Irene, Au-

β) NICEPHORVS GREGORAS: *Ea tempeſtate* [qua Ioannes, Irenes frater, Alexii Apocauci filiam Andronico Pal. antea nuptam vxo-

63. NICEPH. GREG. T. II. p. 431. Varia, quae tunc temporis per terrarum orbem exarſerunt, bella ciuilia memorans, haec de Scythis refert Nicephorus.

64. CANTACVZENVS T. III. p. 730. Niceph. Greg. T. II. p. 501.

f) Annus apud Nicephorum marg. adſcriptus.

Impp. IO-
ANNE *Pal.*
et IOANNE
Cantac.

a. C. 1347.

Auguſta], vbi minimum natu Andronicum peſtilentia exſtinctum reperit, quae tunc graſſabatur; quaeque a Scythis Hyperboreis incipiens ferme omnes oras maritimas peruaſit, magnamque indigenarum partem abſumſit.

§. 115.

a. C. 1350. g)

65. GENVITAE, elati friuolo — ſucceſſu naualis pugnae, quam cum Byzantiis parum memorabilem geſſerant, iam animo ſuo minime moderabantur, ſed totius maris imperium ſomniabant. Ac primo Pontum Euxinum, vt quaeſtuoſum ſibi vindicantes, non ſolum Byzantiis imperioſo faſtu maximaque audacia interdicebant, ne circum Maeotidem, et Tanain, Cherſonemue nauigantes, aut reliquam Scytharum maritimam oram, quae eſſet vltra Iſtrum, circumuecti negotiarentur, niſi vbi licentiam a ſe accepiſſent, ſed et Venetos ipſos eorumdem locorum commercio arcebant. [Quae res grauiſſimi belli Genuitas inter et Venetos, quibus ſe Cantacuzenus ſocium adiunxit, tunc temporis exorti cauſa fuit.]

§. 116

a. C. 1357. h)

66. SVB idem tempus [quo Ioannes Pal. in Tenedo inſula nihil pro imperio aſſerendo omittebat] Sulimanus i), Orchanis filius, in

rem duxit] *morbus quidam peſtilens homines inuaſit, ortо ab Scythis et Maeotide Tanaidisque oſtiis initio; recente adhuc vere, annumque illum perpetuum durauit, peruadens et corrumpens ſolam praeciſe maritimam terrae oram.* —

65. NICEPH. GREG. T. II. p. 551. cfr. ſupra §. *111, 112. var. narrat.*

g) Annus marg.

66. CANTACVZENVS T. III. p. 864.

h) Hoc anno Ioannes Cantacuzenus ſe imperio abdicauit.

i) Chalcocondylas p. 15. *Sulaimanes oppidum oppugnabat ad Taenarum fluuium. diſtans a Callipoli ſtadiis circiter ſeptuaginta, plurimis tentoriis, quae eo aduxerat, per circuitum fixis, in quibus Scythae Turcique, quotquot paſtoralem vitam ſequuntur, quam ſuauiſſime degunt.*

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1357.

'in Galataeos in Scythia orientali magnas copias agens k), per aeſtatem illam duas eorum vrbes inſigniores, Ancyram et Crateam, expugnauit.

CAPVT XI.

Baiazitis in Tataros occidentales, ad ipſum tranſeuntes, perfidia; Legatio a Temire ad Baiazitem de Turcorum ſatrapis reſtituendis miſſa, irrita; bellum a Temire contra Baiazitem ſuſceptum, vsque ad Sebaſtiam a Temire captam; ab a. C. 1389–1400.

§. 117.

Imp. EMANVELE *Palaeologo.*

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1389—1398. a)

IMPERANTE Paiazite, fama eſt non modicam Scytharum b) magnum veniſſe in Daciam et hinc legatos miſiſſe ad Paiazitem, 67.
qui peterent pecuniam et regionem: quibus freti, tranſituri eſſent Iſtrum

k) ἐςρατευσε Γαλαταις μεγαλῳ ςρατοπεδῳ ὑπο Σκυθων ἑωων κατεχομενοις.

67. CHALCOCONDYLAS p. 52.

a) Anni ab initio imperii Baiazitis vſque ad legationem a Temire ad eundem miſſam.

b) Interpres in marg. *Tartarorum.*

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1389 — 1398.

Iſtrum cum Paiazite et bella Europae geſturi. Paiazites plurimum delectatus illorum ſermone, munera magna promiſit, ſi traiicerent, quemadmodum eſſent polliciti, Iſtrum: dicens, ſe ipſis aſſignaturum Europae agros, vt ſinguli ibi viuentes ſuos duces ſectarentur. Qui in hunc modum per Europam diſperſi, equites facti ſunt optimi, reique militaris peritiſſimi c).

Deinceps Paiazites timens, vt duces illi Scytharum Europae ſtatui aliquam innouationem inducerent, omnes comprehenſos, cum in vnum conueniſſent, obtruncauit. Etiam hodie Scytharum magnam copiam vndique per Europam morantium videre eſt, quos ſedes capere in Macedonia Thermae et Axio flumini finitima Amurates iuſſit.

§. 118.

a. C. 1398. — 1400. d)

68. TVNC [cum Paiazites Melitinem, vrbem Euphrati impoſitam, in deditionem accepiſſet] accedentes Aſianorum Turcorum duces, precibus fatigarunt regem TEMIREM, vt ſinguli ab ipſo in ſuam redcerentur regionem e). Quoque magis mouerent, religionem communem et generis propinquitatem g), qua ipſum contingerent

c) καὶ σκεδασθέντας οὕτω αὐτοὺς χρησίμους γενέσθαι ἐς τε ἱπποδρομίας καὶ ἐς πόλεμον.

68. Id. p. 53.

d) Anni ab initio belli Turcici vſque ad Sebaſtiam a Tataris captam vid. infra §. 154. not. a.

e) ὑπὸ Τεμήρεω βασιλέως, infra §. 119. in variet. narrat. Τεμὴρ Χάν.

f) Idem Chalcocond. p. 34. *Hi* [Aedines, Sarchanes, Mendeſias, Tecoes et Metines] *cum forent ſuis ſedibus pulſi, iter inſtituerunt Suſam, ad regem Temirem. Vt autem, praeter Caramanum, cognomine Aioſorium et Turgetum, Phrygiae ducem, venerint in conſpectum regis, infra dicetur. Reliqui exceptis his duobus, duces regnis ſuis exacti, aſcenderunt Samarchandam, quae Temiris regia exſtitit.*

g) Quae de hac generis propinquitate fuſius narrat Chalcocondylas p. 4, 5. ea vide in *Turcicis* §. 493.

tingerent, praetendebant: addentes, ſe ipſum ſuae regionis et patrem et patronum elegiſſe. His adiiciebant, vt cogitaret, ſe propterea Aſiae eſſe regem, vt nullo modo ſineret ſui generis homines, cum nullas facerent iniurias, a quoquam contumeliis et iniuriis affici. Arbitrio autem eius permittebant, poenas daturi, quaſcunque iuſſiſſet, ſi contra foedera quid in Paiazitem commiſiſſe deprehenderentur.

Temires Paiaziti non indignabatur, quia hactenus ſtrenue res geſſiſſet contra hoſtes Turcicae religionis gg) — Paiaziti autem nihil ſuccenſebat Temires, propterea quod fortiter pugnaret pro herois 'Mechmetis h) religione: immo cenſebat, 'ab omnibus i) ei plurimas gratias habendas. Haec eius ab initio erat ſententia. Vbi autem plurimis ad ſe venientibus cognouit, eum neutiquam aequitatis eſſe ſtudioſum, nec contentum Aſiae regno fore: verum cum eſſet vehementioris ingenii, vt facile turbini aſſimilaretur, expeditionem contra Syriam et Aegyptum et contra Memphiticum regem eum moliri. His perſuaſus, legatos ad Paiazitem 69.
miſit, vt eum, ſi aliquo modo poſſet, reconciliaret ducibus. Miſit per manus legatorum etiam veſtem, vt moris eſt regum Aſiae imperium tenentium, 'munus Paiaziti k).

§. 119.

α) Legati vbi ad Paiazitem venerunt, huiuſcemodi orationem habuerunt: „ Nobis Temires legationis onus impoſuit, mittens tibi veſtem hanc, munus; dicens „, „Se tibi gratias agere ingentes, quod

α) DVCAS: *Baiaziti voluptatibus indulgenti* [Pruſae] *nuncius affertur, ex Perſia legatos aduentaſſe, qui eum conuenire peterent. Cumque interrogaſſet, a quo et vndenam ad ſe mitte-*

gg) Additis nonnullis de Chriſti et Muhammedis religione, ad priora redit *Paiaziti autem* cet.

h) Nomen Interpres addit.

i) ξυμπαντας τυς της Μεχμετεω μοιρας.

69. CHALCOCOND. p. 54 — 57. Ducas p. 31.

k) ὡς δη φερε χαριεσθαι τῳ Παιαζητῃ.

quod herois noſtri hoſtes magno animo debellas, et amicos ſemper acriter dimicando ad maiorem felicitatem producis, religioniſque noſtrae negotium auguſtius conſtituis. Decet te profecto, hoſtes noſtros ſeueriter vindicare, at amicos et ſocios nobis coniunctiſſimos, nequaquam inimicos et hoſtes facere; nec etiam iniuriis obruere; verum beneficiis eos tibi obnoxios reddere anniti. Si enim parum dextre erga tuos affectus fueris, quomodo hoſtes cum gloria domabis? „ . . „ Quapropter edicit rex Temires „, „ Aſiae imperium ducibus ademtum reſtituas, cum nihil, ſecundum ea, quae pactis conuenerant, in regnum tuum deliquerint. Si obtemperaueris, feceris mihi rem gratiſſimam, nec non Aſiam Europamque incolentibus, qui tibi gratias agent immortales. Sin autem quid contra foedera eos feciſſe putas, regi Temiri eius rei iudicium man-

rentur, dixerunt, a Temyre Chan (παρα τε Τεμυρ Χαν), *Perſiae et Babylonis Sultano miſſos. Iuſſit itaque hoſpitium illis, vt ſe reficerent a via, praeberi. Poſt paucos demum dies vocat ad ſe legatos, et ab eis, quae in mandatis habebant, petit. Accedentes itaque ad eum dixerunt: „ Magnus Chan Temyr per nos, ſeruos ſuos, tibi nunciat: Non licere tibi alias rapere et hac ratione te praepotentem principem euadere. Contentus eſto illis, quae Deo concedente infidelibus abſtuliſti. alias prouincias, quas caeteris principibus more praedonis eripuiſti, animo mutato ſtatim reſtitue, vt Deum tibi propitium facias, aliorumque principum gratiam demerearis, laudemque ab eis conſequaris. Sin minus haec facere tibi libuerit; eorum, Deo iuuante, vindex ero „. Cum haec aliaque plura expoſuiſſent, iuſſit Baiazites barbas iis nouacula abradi, contumeliisque affectos dimitti, reſponſumque tale dedit: „ Abite, renunciate domino veſtro, vt celeriter veniat, quodque eum venientem exſpecto. Si vero non acceſſerit, ab vxore legitima ſeparetur „. Hisque per faſtum ac iactantiam factis, verbis contumelioſis eos dimiſit. Ipſe vero rerum ſuarum haud negligens, cum vniuerſis copiis in Armeniam ſuperiorem contendit. Cumque prius Sebaſtiam magnam in Cappadocia occupaſſet, hac expeditione Armeniae maioris limites tranſcendit, inque Turcoperſarum regionem penetrauit, quandamque vrbem, nomine Arſyngam, in poteſtatem ſuam redegit m): indeque relato pede Pruſam reuerſus eſt.*

mandarunt, ſubituri poenas iniuriarum, ſi quae illorum in te exſtant, quaſcunque imperauerit „.

Paiazitem memorant caetera non iniquo animo, quae ab legatis afferebantur, auſcultaſſe: verum grauiter offenſum eſſe munere veſtis, quam Temires miſerat. Hinc irritatus, in hunc modum reſpondiſſe fertur: „ Renunciate regi veſtro, quod mihi Temires, nec non reliqui, qui in Aſia degunt, gratias agunt, dum me incunctanter, vt religionem noſtram tuear, hoſtibus impigre opponam, me admodum mirari. Inprimis autem admirationem mihi infert, dum pecuniam et milites reliquaque ad iſta certamina neceſſaria offert: nec tamen in huiuſcemodi negotio a partibus noſtris ſtare deprehenditur [l]. Verum in me hoſtilia meditatur, adimendo regionem, quam meo marte, deuictis aduerſariis et inſidiatoribus meis, in poteſtatem meam redegi et poſſideo. Quomodo igitur mihi gratias habes atque agis, quemadmodum modo verbis declaraſti? Porro quod ad veſtem attinet, regi veſtro nunciate, ne poſthac et genere opibuſque praeſtantiori huiuſcemodi munera mittere in animum inducat „.

§. 120.

Haec vt relata ſunt ad regem Temirem Semerchandam, ita grauiter accenſum ferunt veſtitus contumelia, et ſtatim miſit praeconem, qui imperaret, ne quamprimum ducibus imperium reſtituere dubitet: ſe enim ſic decreuiſſe. Sin parere recuſarit, ſe ipſum pro hoſte habiturum. Cauſam illam diſceptauit Temires, atque talem ſententiam dedit: Turcorum duces iniuriis a Paiazite eſſe affectos. Proinde ſe ipſos, dum vita fruatur, haud neglecturum vagos oberrare per Aſiam, exutos regno ſuo.

Paiazites nuncium cum huiuſmodi reſponſo dimiſit: „ Niſi cum exercitu aduerſum nos procedat, precor vt vxorem ſuam ter repu-

l) ὅπως ἂν δέοιτο (in marg. δέοι) δὴ τοιαῦτα ἡμῶν ἐξηγημένον. συμβάλλειν.

m) In marg. adſcribitur „ Sebaſtia a. 796. Hegirae 1394. Chriſti capta. Hegirae 798. Chriſti 1396. ex hiſtoria Muſulmanica Leunclauius „.

repudiatam tandem iterum aſſumat„. Hoc quidem vergit in contumeliam Turcorum, videlicet ter vxorem ſuam recipere, niſi perſuadeatur. Quia legem habent Turci, qua cauetur, vt is, qui vxorem dimittit, edicat, ſe non amplius ipſam in ſua admiſſurum. Quaſi id factitare haud fas ſit, poſtquam ſibi ad tres ſplenes matrimonium diſſidiſſe dixerit maritus, recuſant ad idem matrimonium redire: niſi quis, ter ſplene in medium procedente, denuo ducat ab alio adulterio pollutam. Haec vbi nuncius accepit, iter ad regem Temirem maturauit.

§. 121.

Aiunt, Temiris vxorem admodum in rebus maximis ſuperſtitioſam extitiſſe [n]), nec permiſiſſe Temiri, vt infeſta arma inferret Paiaziti, viro laude digno, qui magna cum gloria pro Mechmetis religione [o]) contra Chriſti fidem dimicaret. Verum monuiſſe regem, vt virum tantum quieſcere patiatur, nec ei negotia faceſſat, qui non commeruerit, vt aliquid mali ab eiusdem religionis conſortibus [p]) accipiat. Vt nuncius Temiri mandata explanauit, vxorem ſuam vocauit, nunciumque eadem, audiente ipſa, recenſere iuſſit. Qui cum dicto paruiſſet, et Paiazitis mandata expoſuiſſet, aiunt, Temirem interrogaſſe vxorem, an adhuc iuſtum eſſe cenſeat, Paiazitem, iniuriis certantem, miſſum facere, et ſinere tales impune ferre? Et ſane manifeſtus erat, etiamſi ad priorem inclinaſſet vxor ſententiam, bellum inferre Paiaziti. Sic enim ſe legibus vxori coniunctum eſſe dicebat, vt teſtaretur, ſe illius iniurias vindicaturum, quicquid tamen patiendum foret [q]).

Vxor autem eo tempore tale reſponſum dediſſe dicitur: „Verum o rex, quod ille vir furit, taliquo morbo implicitus non am-

n) δεισιδαίμονα τινα ἐς τα μεγιστα γεγονεναι.

o) ἐς την κατ' αὐτας θρησκειαν.

p) ὑπ' αὐτων.

q) και ἀνεδηλε, ὡς εἰ ἐπι θατερα δικαιοι Παιαζητῃ, οὐκ ἐτι δεοι αὐτῳ ἱκανην συνοικειν τε λοιπα, εἰ δ' ἐπι θατερα γενοιτο ἡ γνωμη ὡς τι ἀμυνεσθαι του πολεμου, οὑτω δη νομιζεσθαι αὐτην οἱ γυναικα, και μεταδιωκειν, ὁ, τι ἀν αὐτῳ γενεσθαι ἀναγκαζειν [in marg. ἀναγκαζοι].

amplius ratione recte fruitur, notum eſt cum aliis, tum mihi, quae modo eius audiui reſponſum. Profecto ſi iſtum virum iure vltus fueris, prudenter feciſſe videberis: eique hoc modo oſtendes, qualis ipſe exſiſtens, quali viro adeo foeda nunciet. Hoc quidem tibi perſpectum eſſe volo, quod contra eum virum, qui pro noſtro heroë bella gerit contra Graecos et contra alias epiri gentes [r], bellum ſuſcipere haud quaquam fas eſſe duxero. Sin autem mihi ſtulte illudit, non arbitror iuſtum eſſe, vt eas contumelias inultas abire ſinamus [s]. Proinde bellum viro illi indicito, nec tamen ipſe pugnaturus: verum ſi eius vrbem Sebaſtiam dirueris, ſatis eum vltus fueris propter vrbem Melitinem Euphrati impoſitam et propter duces, qui apud nos aetatem agunt.

§. 122.

a. C. 1400.

His in iſtum modum peractis, arma cepit, bellum geſturus cum Paiazite, quem ſua ſponte ad bellum prouocabat. Quidam perhibent Temirem tranſita Melitine veniſſe Sebaſtiam: et poſtquam eam vrbem ſubegiſſet [t], legatos miſiſſe ad Paiazitem, petitum, vt ducibus regionem reſtitueret. Iisdem quoque mandauit, vt butyrum et tentoria flagitarent. Poſtulabatur butyri tantum, quantum duo millia camelorum ferre poſſent. Praeterea petebantur tentoriorum pileatorum [v], cuiuſmodi vtuntur paſtores [x], duo millia. Ad haec volebat, vt per omnia templa, quae eſſent iu regione Paiazitis, rex publice pronunciaretur. Filium Paiazitis in ſuis ianuis [y] morari cupiebat. His addebat, vt in regionem ſuam Temiris numiſma admitteret, eoque ſolo vteretur [z].

-Sep-

r) *και ἐς τα ἀλλα τα ἐς την ἀλλην ἠπειρον ἐθνη.*

s) *ἠν δε τι ἱκανος ἀφροσυνῃ. μη διασκωπτοι* [in marg. *διασκοπῃ*], *ὀυ δικαιον ἐςιν ἐπιτρεπειν ὑβριςῃ τοιαυτῳ μεγα φρονειν.*

t) Hoc infra bis repetit Chalcocondylas p. 58. et p. 76. vid. §. 126. et 155. vbi etiam Ducae locum in varietate narrat. adfero.

v) *σκηνας πιλινας.*

x) *οἱ Νομαδες.*

y) *ἐπι τας Τεμηρεω θυρας.*

z) *και νομισματα δε ἀυτε ἐς την χωραν ἀυτε νομιζεσθαι.*

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

a. C. 1400.

Septem iſtas petitiones, Sebaſtia capta, Paiaziti obtulit. Paiazites, his grauiter accenſus, iuſſit Temiri, quae ante de vxore eius recenſuimus, explicari [a].

§. 123.

Temires itaque arreptis armis contra Paiazitem, animo agitabat eius regionem in Aſia ſui iuris facere, et exinde in Europam tranſgredi. Nec prius redeundi erat animus, quam limites eius attigiſſet, progrediendo vsque ad oceanum, qui eſt prope Herculis columnas. Ibi enim eſſe traiectum maris anguſtiſſimum acceperat, diſtinguentem Europam a Libya. Hinc igitur in Africam tranſmittere decreuerat. qua in ditionem recepta, domum tum demum remeare ſtatuerat. Haec quidem Temires animo voluebat: verum poſtulabant maiorem fortunam, quam Temiri a Deo conceſſa foret.

§. 124.

Paiazites vero in ſpem erectus erat, ſe facile victurum Temirem, hoſtili animo accedentem. Spem iſtam faciebat coniectura, quam ab antiquis ducebat temporibus, quae confirmabat, Aſianos reges nunquam quiuiſſe deuincere Europam: verum Europae homines in Aſiam progreſſos, regem ſuis principatibus ſpoliaſſe. Haec animo ſecum verſans, ingentes concipiebat ſpiritus, tanquam breuiſſimo bello etiam Temiris regnum diſiecturus.

§. 125.

Cum huc vsque ſermonis ſerie ſim tractus, cogitemque primam et ſecundam Temiris regis expeditionem, nec non mala, quae iſtis temporibus contigere [b], cogitatio ſubit, Turcorum res incredibile incrementum aſſumere potuiſſe, ſi verſus occidentem ire cupi-

a) ἐπιστολὰς ἐκείνῳ τὰ περὶ τὴν γυναῖκα.

b) τὴν ἐπὶ Παϊαζήτῃ πρώτην τε καὶ δευτέραν ἔλασιν Τεμήρου βασιλέως, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον γενομένην.

cupientes, non inhibiti fuiſſent a rege Temire. — Propterea enim ad Aſiae regnum emerſit rex Temires, et Semarchandae regno potitus eſt. quae ſingula vt euenerunt, me commemorante accipietis. Fama eſt, hunc virum ab minimis et peroblcuris principiis profectum, magnam ſibi potentiam in Aſia peperiſſe.

§. 126.

Temiris expeditio prima aduerſus Sebaſtiam, Cappadociae 70. vrbem opulentam ſuſcepta eſt. Nam cum accepiſſet, Paiazitem parum pacato eſſe animo erga duces Aſiae, Turcorum genere natos: nec voluiſſe cum his in gratiam redire, poſtquam eos omnes ſuis fortunis expuliſſet: praeterea cum, ſaepius legatis miſſis, nihil aequi impetrare poſſet, verum audiret, iſtum vsque contumelias ſonare: haud cunctandum ratus, bello Sebaſtiam adortus eſt c).

Primordia autem regni haec erant, videlicet vt bellum gerens Paiazitem domaret, reliquos vero metu perculſos in ditionem redigeret, nec prius bello abſtineret, quam totius Aſiae dominium acquiſiuiſſet. quae quidem omnia accidiſſe cognouimus.

70. CHALCOCOND. p. 58.

c) Quae ordine temporis ſequuntur, vide infra §. 154.

CAPVT XII.

Res a Temire tam ante imperium, quam in imperio geſtae; bella aduerſus Hyrcanos, Cadduſios, Arabes, Chataidas (ſeu Maſagetas), Tataros occidentales et Turcos geſta; ab a. C. 1369 – 1400.

§. 127.

a. C. 1369 — 1400.

71. Hic Temires fuit filius *Sangalis* a), viri priuatam vitam agentis, cui, vbi duxit vxorem, tale quid accidiſſe comperimus. Temires cum eſſet adultus, iamque per aetatem iſti officio idoneus foret, deferentibus oppidanis, oppidanorum equorum curam nactus eſt. Tandem in colloquium veniens cum reliquis iſtius regionis paſtoribus, effecit, vt inter ſe coniurarent, ſe velle furtis colligere opes et deinde ad aliam confugere regionem.

Temires cum furandi foret peritiſſimus, plurimos equos et iumentorum ouiumque multitudinem immenſam nactus eſt: neque quicquam integri aut ſatis ſani in iſto homine erat. Ferunt, cum quon-

71. CHALCOCONDYLAS p. 59 — 64.

a) πατρι Σαγγαλεω, ἀνδρος ἰδιωτου. Poſſinus in Gloſſario Pachymeriano v. Μεγαλεω iis, quae ad §. 81. attuli, ſubiungit „Tamerlanem [potius *Timur Lengh*] ſe genus a Mogulenſibus antiquis principibus duxiſſe, haud vane gloriatum, ſatis eſt veriſimile. Nam etſi hunc viliſſimo genere, patre pecuario, natum in Sogdianis montibus, Turci praeſertim Hiſtorici, Ottomanicis principibus adulantes,

quondam, vt pecoris ſtabulum intrare poſſet, conſcendiſſe murum animaduertentemque, ſe eſſe viſum a patrefamilias, deſiluiſſe in terram (ſolent enim homines in iſta regione iumenta et pecora muris circumdare altiſſimis, quae difficulter aſcendi poſſint), quo caſu fregiſſe crus et hinc claudicationem contraxiſſe. Nec deſunt qui perhibent, eum fortiter pugnam cientem, vulnere in pedem accepto, claudicare coepiſſe.

ſcripſerint, ad infamandam eius memoriam, qui Baiazetem bello victum ac captum dira vſque ad mortem cuſtodia tenuiſſet: tamen Alhacenus Arabs, qui ei comes indiuiduus expeditionum omnium adhaeſiſſe dicitur, et ideo merito creditur res eius prae caeteris perſpectas habuiſſe, in eius, quam ſcripſit, vita teſtatur: illum inclareſcere ſtupendis facinoribus circa Chriſti a. 1390. coepiſſe: non ex priuata et ſordida fortuna, ſed ex auito, quem hereditario iure creuiſſet, Samarkandae principatu in eam claritudinem emerſiſſe: fuiſſe quippe illum oriundum e regio Tatarorum, h. e. Mogulenſium imperatorum ſanguine. Quod innuens Bizarus lib. IX. fatetur a nonnullis in litteras relatum: fuiſſe Tamerlanem filium (h. e. vnum e poſteris) Magni Chani Tatarorum et diſerte Alſjanabius et Ahmedus, Hiſtorici Arabes, ab Eduardo Pocokio laudati in Supplem. Chronici Abulpharagii p. 5. Tamerlanem e Gingizchane, primo imperii Mogulenſium conditore, ſtirpem duxiſſe, affirmant. Porro licet, vt Chalcocondyles lib. III. [81 ſeqq. vid. infra §. 170. ſeq] et Herolddus in continuatione Belli Sacri Lib VI. Cap. V. docent, mortuo Tamerlane (quod contigit a. C. 1402.) vaſtiſſimum eius imperium breui diſcerptum eſt, infelicitate, aut imprudentia, ſucceſſorum eius, ex huius tamen ſtirpe memoratus paulo ante Baburxa [vid. ſupra ad §. 81. not. b. verſus fin.], Sadruchi, aut Paianguris, filiorum Tamerlanis, nepos, dynaſtiam obtinuiſſe hereditariam inter Mogolos, gentem Scythicam, a Chronologis recentioribus traditur: indeque contractis copiis vicinos primum Parthos, ſiue Patanas, debellaſſe, felicibusque inde progreſſibus vſque ad conſtituendum transmittendumque ſtirpis ſuae poſteris Mogolicum hodie florens imperium profeciſſe: adamato, prout ſuſpicatu pronum eſt, potiſſimum iſto nomine, quod id Gingizchanidum regum maiorum ſuorum, olim inclytam vocabulo Mogulenſium principum potentiam e veteri repetitam memoria, praeſentibus obiiceret".

a. C. 1369 — 1400.

§. 128.

Proelio autem facto cum finitimis, ‘profecti ſunt paſtores; qui ab initio conuenerant, duce Temire, contra hoſtes, rapientes quaecunque caſus obtuliſſet *b*). Conſilium dedit, vt caperent locum latrociniis et furtis commodum, in quem, quaſi in munimentum tutiſſimum, ſeſe receptarent. Hinc profectus, ‘latrocinando crudeliter graſſatus eſt in praetereuntes, nulli parcere ſtatuens *c*). ‘Corradens autem magnam pecuniae vim ex iſtiuſmodi latrociniis *d*), alios viros duos in ſocietatem pellexit, *Chaidarem* et *Myrxiem* *e*), quos *Maſſagetas* *f*) fuiſſe accepimus. Quibus Temires adiutus, irruit in hoſtes regionem depraedantes, eos fugauit, hoſtium equitatum ‘vniuerſum *g*) perimens.

§. 129.

Fama huius vt in vrbem delata eſt, ciues non modicam manum ei tradiderunt, addentes etiam pecuniam, qua militum animos conciliare poſſet. Deinde in hunc modum inſtructus, ſuos confirmans et incitans, in hoſtium regione verſatus eſt, mancipia et iumenta plurima mittens in vrbem, quae hoſti extorſerant.

Rex Maſſagetarum ‘explorata viri virtute *h*), eum in maximo honore habuit. Nam imperatorem *i*) declarauit, vniuerſoſque ſuos exercitus ei commiſit, ‘qui, acceptis copiis regis, mirabili celeritate vſus eſt in deuincendis hoſtibus *k*), ſubito in eos incidens, atque ‘temporis momento *l*) omnes *m*) perdens. ‘Temires *n*), vbi ad manus

b) ἐλαυνοντα αὐτον τε ἁμα, και οἱ συνεθεντο την ἀρχην την ἱππων φορβην, οἰχεσθαι ἐπι τους πολεμιους ἐντευθεν προσλαβομενον, ὁτῳ ἀν περιτυχοι.

c) λῃστευειν τους διιοντας και κατακρινειν ἀφειδως.

d) και χρηματα ἐπικτησαμενον.

e) Χαϊδαρην τε και δη Μυρξιην.

f) Μασσαγεται.

g) Addit hanc vocem interpres.

h) ἐνιδοντα τουτο ἐς τον Τεμιρην.

i) στρατηγον.

k) και ἐντευθεν δη δρομους τε ἀνυσαι μεγιστους των πωποτε γενομενων συν τῃ στρατιᾳ.

l) Addit h. interpres.

m) τον ἐκεινων στρατον.

n) Nomen interpres ſupplet.

nus ventum eſt, hoſtes terga vertere coëgit, ipſosque fugientes inſecutus, compulit in Babylonem, Pogdatim nuncupatam, quam obſidione cingens, dominum ſuum regem arceſſiuit.

§. 130.

Dehinc tempore medieo interiecto, rex mortuus eſt: eiusque o) vxorem viduam connubio ſibi iunxit Temires p), regnique regimen ſortitus eſt. Cum autem iam pro rege ſe gereret, Pogdatim et Semarchandam oppugnauit q). Nec multo poſt cum oppidani in militum ſtationes excurrerent r), nec vincerent, verum vincerentur, reuerſi in vrbem grauiſſima obſidione affligebantur s). Quam cum tolerare amplius non poſſent, pactionibus intercedentibus ſe Temiri dediderunt t).

Cum in poteſtatem veniſſet Semarchanda, proditionis conſilia iniit cum iis, qui erant in Babylone, vſus ad eam rem miniſtro Chaidare. Myrxes vir exſtitit aequi ſtudioſiſſimus: adhortabaturque Temirem, vt iram ſupprimeret, nec ad rem conferre pararet quae ipſa dictaret. Non ipſi conuenire imperium Babylonis v).

§. 131.

Hinc etiam Temirem edocuit Syſſitiorum rationem x). Nam vniuerſum ſuum exercitum ſecernens y) Temires, in decumas et manipulos et cohortes, iubebat decurionem praebentem ſuis alimenta

o) τε δεσποτε αὐτε.

p) Supplet interpres.

q) ἐπειω τε, τε Πεγδατι, και το Σαμαρχανδ [ſupra Πογδ. Σεμ.] ἐπολιορκει.

r) ἐξοδον ποιησαμενων.

s) ἐπολιορκεντο.

t) προσεχωρησαν αὐτῳ καθ' ὁμολογιαν.

v) θυμε κατεχειν ἐμφερομενον ἐφ' ὁ, τι ἀν ἡγησαιτο, μη προσηκειν αὐτῳ την ἀρχην.

x) ἐξηγεισθαι τε αὐτῳ την ἐς τα Συσσιτηρια Τεμηρεω ἐσηγησιν.

y) Μυρξεω ὑποτιθεμενα, omiſit interpres.

menta, continuo, quandocunque vſus poſtularet, praeſto eſſe cum ſuis militibus eosque manipulorum duci tradere. Hos praeterea volebat, vbi aditi fuiſſent manipulorum duci, ſuo parere ſingulos ductori z). Cum veniſſent in Syſſitia, nullus erat, cui non eſſet locus deſignatus. Cibum mercari iuſſit in reliquum exercitum, iuxta ea, quae communi conſenſu decreta fuerant. Imperauit, vt ſinguli duces minores frequenter, ſicut praeciperent maiores duces, ſuos monerent, ne eos otio torpeſcere ſinerent. Hinc contigit, vt nullus explorator vel peregrinus aliquis clam in Temiris caſtra penetrare et in iisdem morari poſſet. Ordinauit virum, cui hoc negotium poſuit, vt peregrinos, ſi qua re indigerent, aduenientes hoſpitio exciperet. Quapropter haec diligens diſciplina effecit, vt a) vniuerſus iſte exercitus ad nutum et arbitrium regis, quocunque vellet, facile moueretur: eoque ducente exciti, vno ſigno confeſtim aduolarent, parati ſe regi vtendos dare, quacunque in re voluiſſet b). Veſpere appetente, accipientes ſignum a duce ſuo magno, ſinguli maturant iter ad tentoria et ad conturbernales ſuos. Vbi autem milites in tentoria ſua ſe receperunt, vigiles ad hoc creati in caſtris oberrant, ſi quem inueniant extra tentoria morari. Si talis occurrerit, eum capientes ſupplicio capitali ſubdunt. Si autem quis explorator acceſſerit in caſtra, is, vt cui nullus ſit adſcriptus locus, extra tentoria cubare cogitur. Proinde rerum omnium ignarus, dubiusque quo ſe vertat, continuo a vigilibus in vincula ducitur.

Hic modus et haec eſt forma Syſſitiorum regis c).

§. 132.

Chaidares, regis amicus, laborumque ſocius, ei admodum diligenter in neceſſariis miniſtrare nouit. Regem quoque incitare nun-

z) τὰς δὲ αὖ παραγινομένας τῷ σφετέρῳ.

a) ὥς τε.

b) καὶ ἱκανὰ δὴ ἄγοντος τοῦ παντὶ, ἐφ' ἐν συνθήματι ἰέναι αὐτίκα ἐν τάχα παραγινομένους, ἐπὶ τὸ χρεῶν ἐθέλοντας αὐτίκα μάλα ὄντα.

c) ταύτῃ μὲν δὴ λέγεται γενέσθαι τὰ Τεμήρου Συσσίτια.

nunquam deſtitit, vt bella aggrederetur plurima, ne otio et quiete corrumperetur [d].

§. 133.

Aiunt, Myrxiem, antequam Temires ad Semarchandae regnum euaſiſſet [e], tale quippiam feciſſe. Cum Temires cum ſuis oberraret, latrociniis gaudens, accidit, vt familiares Myrxiis de felici rerum Temiris ſucceſſu differerent, eoque tandem venirent, vt dicerent, eum breui etiam Semarchandae regnum conſecuturum. At Myrxies reſpondit: „ Regnum Semarchandae firmius eſt, quam vt occupari poſſit a latrone et priuato homine [f]. Sin autem aliquando contigerit, vt Semarchandae regno iſte potiatur, precor, non amplius ſuperſtes maneam, ſed confeſtim vt mendax obtruncer. Haec quidem ſerio, non ioco, locutus eſt. Nec tamen ſatis proſperum ſermo iſte habuit euentum. Deinde, tempore interpoſito, cum vrbis regimen Temires eſſet adeptus, honores maiores Myrxies, quam Chaidares, apud regem inuenit [g]. Hinc commotus Chaidares, dixiſſe fertur: „ Tempus iam eſſe, vt ſermo ille, quem locutus fuerat Myrxies, ad rem conferatur. exſtare enim eius ſermonis teſtes quamplurimos [h] „. Vt igitur ſermo ille effectum ſortiretur, Myrxiem capitali ſupplicio ſubdi iuſſit Temires, in memoriam redigens, ſe nactum eſſe Semarchandae regnum, ipſumque falſum eſſe animo, proinde mortis reum teneri [i]. Dubitabat autem, quo pacto eum mori cogeret, qui olim regi, priuato adhuc, dextram ſocietatis dediſſet, ne pactis contrauenire videretur. Orationem igitur huiusmodi cum Myrxie habuit.

Haud

d) ἐποτρυνάν τε ἀυτον βασιλεα ἐπι τους πολεμους, μηδαμη ἐς ῥαστωνην τρεπομενον [marg. τραπομενον].

e) ἐπειτε παρελαβε την Σεμαρχανδης βασιλειαν.

f) ὑπο Τεμηρεω, ἀνδρος λῃστου και ἰδιωτου.

g) τιμησαι μεν ἀρετης ἑνεκα ὑπερ τον Χαιδαρην.

h) Φασκοντα δε ἀυτῳ, ὡς ἐκεινο δη το ἐπος ἐπι μαρτυρων ἀλλων ἀρημενον ἀυτῳ, δεοι μεταδιωκειν.

i) ὅπερ διϊσχυριζομενος, ὑπελαβεν ἑαυτον θανατῳ, ἀναμιμνησκων, ὡς ἀπερ τα Σεμαρχανδης βασιλεια παραγενοιτο, πευθαιη τε ἀυτος της γνωμης, ἐνοχος ἀ του θανατου ὑπο Τεμηρεω.

„Haud arbitror, latere eos, o Myrxies, vosque duo et rell. qui omnes, quibus artibus imperium auxerimus. Duo illa ſemper ſumma diligentia ſectati ſumus, dum nobis regnum ampliſſimum pararemus, nempe ſtudium vehemens in rebus gerendis, et vt bona fide coleremus pacta, quae cum amicis hoſtibusque feciſſemus. Nec ſolum iuramento, verum et ſermone declarauimus, nos concordiam cum iis agitare, quaſi nihil vbique terrarum et tutius armisque omnibus firmius in vita humana inueniri poſſit, quam concordiam amplecti, ‘nec ab amicis diſſentire nunc hoc, nunc aliud ſequi conſilium proponentes [k]: ſiquidem ſaepe commemorauimus, nos illo ſolo Dei imaginem repraeſentare. Si autem quis mortalium nihil ſani vnquam dixerit, quomodo, ſi quid facere aggrediatur, ei bona obuenient? Meminiſtine, meam cum prehenderes manum, te dicere: ‘Si Semarchandae nanciſcerer regnum [l], paratum te eſſe oppetere mortem? Haec igitur, cum ſub multis teſtibus [m] ea pronunciaueris, tempus eſt vt conficias, noſtramque dextram iſto pacto liberes „.

Myrxies, ‘vt dicendi finem fecit rex, talem exorſus eſt orationem [n]: „ Verum enimuero, o rex, ad hoc imperium vt deueneris, et tu noſti, et omnes, quotquot praeſto ſunt. Nec etiam horrui ſumma vitae adire diſcrimina, vt iſtam tibi parares felicitatem. Vulnera videre eſt, quae accepi, dum tibi inſeruire et gratificari cupio. At enim ſi quid temere diximus, annon id aequum eſt mihi, aduerſa fortuna vtenti, et amicis, a quibus beneficiis affectus fueris, condonare? ‘Illud autem, o rex, priuato homini non admodum impedimento fuerit [o]. Vbi autem alia affulſerit regni forma, tum non fas eſt, ſi quid pactus fueris, irritum facere et tranſgredi. Etiam Deus plurima nobis bona largitur, ſi in nos delinquentibus veniam dederimus. Si igitur mihi peccati impunitatem conceſſeris, maiora a Deo tibi obuenient tandem bona„

His

k) και μη διαφωνεντι φρονειν ἀλλοτε ἀλλως.

l) ἀ ἐπι τῃ βασιλεια παρειμεν.

m) ἐπι μαρτυρων.

n) ἀμειβετο τοις δε.

o) ἐκεινο δη βασιλευ ἰδιωτῃ μη ὀντι τἀνθρωπῳ, ὀυ κατα τι ἐμποδων και ἐκοντι βιῳ.

a. C. 1369 — 1400.

His dictis, non perſuaſit Temiri, qui reſpondebat: „ Venia danda eſt erroribus eorum, qui quid praeter voluntatem admiſerint. Quo pacto autem fortunam retinere potero propitiam, ſi hoſtem meum non necauero?„

Haec vbi locutus eſt, Myrxiem peremit. Peremtum regaliter ſepeliuit, longoque tempore luxit.

§. 134.

Poſthaec bellum ſumſit aduerſus Hyrcanos et contra gentes, quae mare Hyrcanum accolunt: quas omnes perdomuit p).

Idem mare et Caſpium dicitur q), verſus meridiem *Saccas* habens accolas et *Cadduſios*: triginta millibus ſtadiorum verſus orientem et ſeptemtrionem accolas habens *Maſſagetas*, genus hominum bellicoſum. Longum eſt viginti millibus ſtadiorum r). Maſſagetae s) dicuntur profecti eſſe in Perſiam, ibique multas occupaſſe vrbes. Ferunt etiam Temirem ex iſto hominum genere ortum, cum Maſſagetis feſtinaſſe contra Semarchandae regnum, et, debellata Aſſyriorum monarchia, id obtinuiſſe.

Mare autem iſtud cum ſit receptaculum multorum et magnorum fluminum, maximum Cyrum nomine eſſe cognouimus: et ad plurima ſtadia excurrit, nullibi in exterius mare, quemadmodum dicitur, ſe fundens. Attamen ego foſſam audiui ex iſto mari progredi, qua in Indicum mare effunditur. Accolunt mare iſtud gentes plurimae et bellicoſae. Etiam piſces ſuppeditat plurimos

p) και την ταυτης θαλασσαν και ἔθνη τε ουκ ὀλιγα ἐς την θαλασσαν. Την δε Υρκανιαν ἐνοικεντα παραλια κατεστρεφετο.

q) λεγεται δε ἀυτη [ἡ Υρκανια] και Κασπια, ἐς την τε ἔθνας τετε ἐπωνυμιαν.

r) ὁμορα δε κατα μεσημβριαν, Σακας δε ἐχων και Καδδασιας, ἐπὶ σαδιους τρις μυριας, προς ἐω δε και βοῤῥαν, Μασαγετας, γενος ἀλκιμον τε και ἐν πολεμοις ἐυδοκιμαν, ἐπι σαδιους δισμυριους μαλιςα. male, vt ex his apparet, diſtinxit interpres.

s) τετο δε το γενος.

mos et bonos. Largitur et oſtreas, quae margaritas habent? Supra hoc mare, Indicum mare viſitur. Naues onerariae plurimae nauigant viciſſim nunc hoc, nunc illud mare [t]. Mare iſtud verſus orientem maxime ea parte qua Aſia eſt [v], vergit. In hoc ſe effundunt Araxes fluuius maximus et Choaſpes verſus orientem fluens, et alii fluuii plurimi.

§. 135.

Gentes quidem illas, quae huic mari adiacent, a Cadduſiis regnari et tributa quotannis in Cadduſiorum vrbem inferre, aiunt. Hos bello appetere inſtituit Temires, vbi deuicerat Hyrcanos, horumque regem e mortalium numero ſubtraxerat.

At Cadduſii contrahebant copias quam potuere maximas, fortiter repugnaturi accedenti Temiri. Temires, vt didicit, Cadduſios in armis eſſe, quamprimum Chaidarem mittit oppugnatum ipſorum vrbem, et vt eam ſubito caperet. Ipſe autem exſpectabat rei euentum, quamproxime Cadduſiis caſtra ſua locans. Cadduſii, vt intellexere, hoſtem in ipſorum vrbem contendere, palantes nullo ornatu et ipſi in ſuam vrbem iter inſtituere. Temires venientes ex inſidiis adoritur, acieque inſtructa eos aggreſſus fudit, fuſosque inſequens ad vrbem vsque tractus, eam, cum aliquanto tempore oppugnaſſet, tandem cepit.

§. 136.

His ita peractis, Arabiam bello petere ſtatuit. [x] — Hanc regionem armis infeſtis aggreſſus eſt Temires, incolis crimini dans operam ſtrenue nauatam Cadduſiis, cum eos bello ſtatuiſſet domare. Bis conflixit cum Arabum exercitu. Cumque eos victos dare non poſſet

t) ᾗπερ δη και ἡ Ινδικη θαλασσα, και πλοια πολλα πλει την θαλασσαν ταυτην, παρα ἀλληλες ἐπιπλεοντα, φορτιων πλεα.

v) προς ἑω μαλιστα της Ασιας.

x) In iis, quae ſequuntur, Arabes eorumque terram deſcribit Chalcocondylas.

poſſet, legatos mittens, militibus tributoque, quod quotannis penderent, imperatis, pacem cum eis fecit. Ea tempeſtate, priusquam in foedus coiretur y), Arabum legati ad Temirem acceſſere, poſcentes; ne regionem Herois, qui et ipſi de genere legiſlatoris eſſent, vaſtare pergerent. Huic orationi adiiciebant, vt velint eſſe patres eorum, qui Herois religionem ſectentur z). — Temires 72.
autem cum regionem populationibus afflixiſſet, vrbesque aliquot occupaſſet, Semarchandam ſe contulit.

§. 137.

Scythas, acceperat, profectos a Tanai in regionem ſuam impetum feciſſe, praedasque egiſſe non modicas: quam quidem rem grauiſſime tulit.

Hinc recta iter inſtituit contra *Chataidas*, iis peſtem minitans a). Hi antiquitus *Maſſagetae* exſtitiſſe creduntur, et, traiicientes Araxem, regionis partem, flumini adiacentem, non modicam occuparunt; in qua et ſedes ſuas fixerunt. Hos domare parabat Temires. Proinde comparans exercitum, qui complectebatur octuaginta myriades hominum, bello eos aggrediebatur. Collatis tandem ſignis, proelio vicit Chataidas.

§. 138.

Dehinc arma contra *Agorum* regnique eorum ſedem b) ferens pactionibus eam in deditionem accepit. Conductis quoque inde mercede plurimis et optimis militibus, victor diſcedebat. Etiam obſi-

y) Ita lacunam, quae in Graecis eſt, ſuppleuit interpres.

z) Sequitur digreſſio de Arabibus et religione Muhammedica. p. 65. haec leguntur: *In Aſia, Libya et Europae regione non modica, quae ſe extendit ad Scythas et ad eos, qui hodie ſunt, Turcos, vsque ad Iberiam non parua Mechmetis exſtitit auctoritas.*

72. CHALCOCOND. p. 67—69.

a) Ἐντεῦθεν δὲ αὐτίκα ἵετο ὁμόσε ἐπὶ τοὺς Χαταΐδας.

b) ἐπὶ τὴν ἀγορὰν αὐτῶν τούτων καὶ ἐπὶ τὸ βασίλειον.

a. C. 1369—1400.

obſidibus. acceptis imperatoque tributo annuo domum reuerſa eſt [c].

Chataia vrbs eſt Hyrcaniae, verſus orientem, magna et opulenta: multitudine hominum et diuitiarum copia, reliquaque felicitate ſuperat reliquas, praeter Semarchandam et Memphim, Aſiae vrbes. Optimis legibus eam fundauere iam olim Maſagetae.

§. 139.

Mercede itaque ſibi parauit Temires Perſarum plurimos, vt qui eſſent gnari rerum Scytharum, quia plerumque cum his conuerſarentur, nec amplius forent in victus ratione delicatuli. His munitus, animo agitabat vim belli vertere omnem in Agoram eorum, quam *Vrdam* nominant [d].

Audiens autem, eam gentem omnium, quas orbis habet, eſſe antiquiſſimam, nec vllum, qui praeceſſerant, regum domare eam quiuiſſe, quamuis magna damna dediſſent Europae Aſiaeque ſuis incurſionibus, et hinc plurimas corraſiſſent opes, eo magis ad eam expeditionem accendebatur. Praeterea animo verſans, etiam Darium, Hyſtaſpis filium regem electum et arma iſti genti inferentem nihil effeciſſe: ipſe ſibi hoc decus eximium petere ſtatuit.

§. 140.

Vt iſtam vero rem ad optatum duceret finem, optimum eſſe ratus, vt quam proxime ad ipſos accederet; in *Cheriam* vrbem coloniam ducere decreuit, transferens eo milites alioſque homines plurimos ex Semarchanda. Huc, vt regis ſententiam intellexere, con-

c) ὁμηρους δε λαβων, και των ἀριστων τας παιδας, και φορον ταξαμενος τουτοις ἀπαγειν τε ἐνιαυτα, ἀπηλαυνε.

d) ἐν τῳ ἐχων ἐπι Σκυθας στρατευεσθαι ἐπι την ἀγοραν [emporium] αὐτων την Οὐρδαν [in marg. *Hordam*, potius *Iurtam*] καλουμενην.

conuenerunt et alii plurimi proceres regni [e]. Cum autem ipſe in eadem vrbe verſaretur, optimates Aſiaeque milites optimi ad ipſum quotidie confluebant. Hinc vrbs illa [f] breui incredibiliter aucta eſt. Etiam bonis et ſaluberrimis legibus gubernabatur, ſuperſtite adhuc Temire [g]. In qua autem Aſiae parte ea vrbs ſita ſit, an in Aſſyriorum [h], an in Medorum regione, aſſequi nequeo. Sunt quidam, qui tradunt, Ninum antiquitus Cheriam exſtitiſſe [i], et in Aſſyriorum regione locatam eſſe, coniecturam facientes a Pagdatina Babylone.

§. 141.

Temires vt vrbem Cheriam habitatoribus repleuit, et in ea regni ſui ſedem parauit, in animum induxit bellum inferre Aegypto, Scythis et horum Agorae, quam Vrdam nuncupant. Conſcripto igitur exercitu maximo, et aſſumtis Chataidis, recta ad Tanaim contendit. Scythae vt acceperunt, Temirem cum copiis accedere, vt montium anguſtias, qua Temires exercitum traducere cogitabat, praeoccuparent, miſerunt et ipſi exercitum hoſti obuiam.

§. 142.

Scythae quidem, iam olim in tribus quasdam diſcreti, tenebant regionem ab Iſtro excurrentem vsque ad Caucaſi accolas. Nunc autem genus quoddam illorum hominum in Aſiam aduenit et ibi ea loca, quae orientem ſpectant, inhabitauit, et hinc ad reliquam Aſiae penetrauit regionem. Illud hominum genus *Sachataeos* vocant [k]. Supra Perſarum regionem vsque ad *Saccas* et *Cad-*

e) ἐς την χωραν Χεριην πολιν κατοικησας, ἀπο τε της Σεμαρχανδης και στρατιωτων ἀριστων ἀυτῳ στελλομενων ἐς την ἀποικιαν, ᾠκισε πολιν ὀυτω καλλιμενην, μεγαλην τε και ἐυδαιμονα.

f) ἡ Χερια.

g) και ἐυνομηθη μαντα και ὑπερον, ὀυχ ἡκιστα δε βασιλεως Τεμηρεω περιϊοντος.

h) Ἀσσυριων, interpres Syriorum.

i) Νινον την Χεριην γενεσθαι το παλαιον.

k) Σαχαταιοι ἐκληθησαν.

Caddaeos l), domicilia habent. Quidam ex his originem ducere Temirem aſſerunt. Gens iſta fortitudiae et bellicarum rerum gloria vincit reliquas omnes Aſiae gentes. His auxiliaribus Scythis Temires, vt quidam docent, ad Aſiae imperium euaſit, deuictis omnibus, praeterquam Indis.

§. 143.

'Reliqui Scythae a praedictis nihil differunt. Regem vnum habent m). Regni ſedem Vrdam conſtituere, creaueruntque regem 'qui ex vetuſtiſſima deſcenderet proſapia n).

Exſtat et alia pars eorum non exigua, per Europam 'vsque ad Boſporum Thracium nn) habitans, per eam regionem diſperſa: quibus et ipſis rex eſt, 'qui ex antiquiſſima regum gente o) proceſſit, ATZICERIES p) ei nomen eſt. Hi itaque vt ſe commiſerunt regi, in hanc venere regionem, progreſſi vsque ad Iſtrum. Hinc manus quedam horum non modica Iſtrum transuecta, Thraciam vaſtauit, plurimas incurſiones faciendo. Relicta Sarmatia, Tanain verſus iter ingreſſi ſunt, et pleraque gentis huius pars in regione Iſtro adiacente manſit. 'Eorum quoque non pauci, transuecti Iſtrum, ſub rege Paiazite aetatem egerunt.

Scytharum genera ſingula habitant ſeparata a reliquis. Pars 'quaedam eius gentis relicta cis Iſtrum q), ſub Cazimiro, Lituanorum rege, degit r). Eamdem regionem etiamnum tenent, ſtrenue ope-

l) ἐς τες Σακκας τε και Καδδαιες. in marg. *Caddusios.*

m) ὁι δε λοιποι Σκυθαι κατα ταὐτο Φρονεσι τε και ὑφ' ἑνι ἀρχοντι βασιλεα.

n) γενες τε ὀντα τε βασιλεα τον παλαιοτατον.

nn) ἐς τον Βοσπορον. Interpres perperam addit *Thracium.* Intelligitur enim *Cimmerius.*

o) ὀικε των βασιλεων.

p) Ατζικερις, in marg. Ακικερις.

q) ὡν το πλεον ἐπι Παιαζητεω διαβαν τον Ιςρον, ἐνεμαναν. ὀυδη χωρις ἑκαςον μερος τε γενες τετε γενομενον, το δε ὑπολεφθεν μερος ἀυτε παραν τε Ιςρε [*trans* non cis Iſtrum].

r) Chalcocond. p. 40. Daciae *adiacent quidam de Scytharum genere non pauci, qui opibus plurimum poſſunt, Jubiecti Cazemiro Polon. regi. Iſtum regem comitantur Scythae Nomades, quocumque bellum verterit.*

operam nauantes ſuo regi in bellis, quae cum finitimis gerit. Genus enim iſtud hominum quocunque acceſſerit, primas in rebus bellicis tenet, fortitudinisque gloria emicat.

§. 144.

Qui ante Boſporum s) et Tauricam inſulam, quae dirimit Maeotim paludem et Euxinum pontum, accolunt, imperio Atziceriis reguntur. Subegerunt Gotthos et Ianuenſes t), vrbem Capham inhabitantes, vt cogerentur tributum pendere. Etiam Sarmatiae quaedam pars huic regi tributaria eſt. Sarmatae, qui incolunt regionem verſus Euxinum pontum et oceanum, magno Scytharum regi, qui in Agora regni ſedem habet, tributum pendunt, iam inde ex illo tempore, quo in Sarmatiam populabundi curſitantes, partim hominum, partimque aliarum rerum praedas egerunt: eamque diu obtinuere, impoſito tributo, quod ſingulis annis magno Scytharum regi tribuerunt.

Sarmatia a Scythis paſtoribus vsque ad Dacos et Lituanos ſe fundit v). —

§. 145.

[Scytharum Nomadum] gens numero, fortitudine, nec non 73. generoſitate, ſi comparationem facere libuerit, facile omnibus per orbem

s) περι τον Βοσπορον.

t) Ιανυας. *Genuenſes*, Nicephorus Greg. τας ἐκ Γεννυας vocat.

v) Sequuntur varia de Sarmatis (Ruſſis), Pruſiis, Polonis etc. quae vide ſuis locis. Ad Tataros quae pertinent, haec ſunt. p. 69. *Sarmatae — ſupellectilis apparatu repraeſentant Scythas* p. 70. *Latitudo ſupra Tanain amplectitur regionem maximam a Sarmatia vsque ad Aſſyrios, quam Scythae colunt.* ibid. *Pruthenum monaſterium opponitur Samotis nec non Scythis paſtoribus*, (*qui et Tartatari* interpres addit) *ibi in propinquo iam ab antiquo ſedes habentibus.*

73. CHALCOCONDYLAS p. 71—74. His demum, poſt digreſſionem, de qua dixi, pergit: *Redeo nunc ad Scythas Nomadas; quae gens numero* cet.

orbem gentibus ſuperior eſt: niſi quod per Aſiam et Europam diſperſa et nunc in alia regione, a regno remota, habitet, vt quae incurſionibus faciendis inuigilet, et in ea regione morari, quae forte arriſerit, in animum inducat. 'Si ea gens concordiam inter ſe celebraret [x], vnamque regionem regemque amplecteretur: non arbitror aliquam gentem in toto orbe adeo ferocem eſſe viribus, quae Scythis bellum indicere auderet [y]. Nunc autem cum vndique per Aſiam et Europam, nec non per Thraciam 'vſque ad Boſporum [z] diſſipati habitent, 'quam longiſſime 'a ſua regia ſubmoti cernuntur [a].

§. 146.

Qui regionem, quae ſe ad Boſporum pandit, tenent, finitimis *Tzarcaſis* [b] et *Migcreliis* [c] Sarmatiſque multa negotia faceſſunt praedis agendis. Abducentes igitur inde mancipia plurima, pergunt ad Boſporum et ad vrbem Caream [d]. 'Poſtea [e] agentes mancipia ad Maeotim paludem, ea paruo aere vendunt Venetorum et Ianuenſium mercatoribus. Hunc vitae modum tenent.

At Scythae, qui morantur in Agora; 'plauſtris et iumentis vehuntur [f]. Lacte plerumque, etiam equina carne victitant. Nec frumenti, nec hordei vſus apud hos, quod ſciam, frequentatur: 'verum vtuntur panico et ficis [g]. Chlaenis, ſiue linei, veſtibus veſtiuntur. Quantum ad margaritas lapideſque pretioſos pertinet, feliciſſimi et ditiſſimi cenſentur. Sagittae eorum nec non gladii barbariem redolent. Scuta habent, qualia geſtant Daci [h]. Pileis autem plerumque vtuntur, neque [i] * * * qua attingunt Sarmatiam

x) ἐι μεν ὄυν ξυΦρονα κατα τα ἀυ.

y) ὀυδενες ὄι των ἐν τῃ ὀικεμενῃ ἐνισαιντο ἀν, ὠς τε μη συνομολογειν ἀυτῳ.

z) και ἐπι τον Βοσπορον.

a) ἀπῳκισται της σφων βασιλειας της ἐς το Ὀυρδαν.

b) την τε Τζαρκασων.

c) Μιγκρελιων.

d) Καφαν, al. ἐπι Καφαν, in marg. *Capham*.

e) και.

f) ἐπι ἁμαξων τε και ὑποζυγιων τον βιον ποιεμενοι.

g) μελινῃ δε το πλεον και συκαλῃ.

h) Hoc nomine *Blachos* intelligit Chalcocondylas.

i) Hic lacuna eſt.

tiam: neque veſtitus ipſis eſt ex filis contextus, verum ouium vellera induunt k).

§. 147.

Agora Scytharum magnique eorum regis patet itinere quindecim dierum. Itaque regione fruuntur, qua ipſis commodiſſimum viſum fuerit. Quidam, numero pauci, diſperſi ab vtroque latere vnum habentes ducem, Agoramque faciunt longiſſimam, et regionem depaſcunt, iumentis larga praebentes pabula. Reliqui in eum ordinem rediguntur, qui penes ipſos optimus eſſe creditur. Nam regem ſolum regnique proceres circulo circumdant, munimentaque l) facientes, regiam ſedem regi praebent ex ligneis compagibus praeparatam. Deinde partientes Agoram hanc vniuerſam in quasdam partes, ſingulis magiſtratus ſeu duces m) praeficiunt: et quando imperauerit rex, confeſtim omnes aduolant, imperata facturi.

§. 148.

Ea igitur tempeſtate cum Temirés ductaret Aſiae exercitum, Scythaeque intelligerent, eum aduerſum ſe hoſtiliter proficiſci: rex vniuerſa Agora in exercitum allecta, imponens onera plauſtris, propriis viribus hoſti obuiam procedebat. Exercitus partem praemiſit ad praeoccupandas anguſtias montium n), qua traducturus exercitum Temires erat. Hos iuſſit fortiter reſiſtere hoſtibus, eos aditu prohibentes. Qui dicto audientes fuere o).

Temires accedens, exercitum recta verſus Tanain mouebat, a dextra habens montem Caucaſum. Vbi autem irruit in Scythiam; deprehendit, Scythas caſtra metatos eſſe. Qui vt acceperunt aduentum Temiris, aciem inſtruunt, proelii copiam facturi.

 Ipſe

k) οὐτε ἱματιοις ἀπο ἐριων, ὁτι μηλωτοις νομιζεσι.

l) περιοδους.

m) ἀρχοντας.

n) την παροδον καταληψομενους.

o) ὁυτοι μεν δη παραλαβων την μεθ᾽ ἑαυτου μοιραν.

a. C. 1369 — 1400.

Ipſe quoque Temires ſuos in aciem educebat. Tandem in anguſtiis commiſere proelium: 'non tamen vicit Scythas Temires, verum propemodum aequo marte eſt pugnatum p). 'Dehinc cum receptui ceciniſſent, die poſtero iterum ad proelium accingebantur q). 'Adeo autem fortiter dimicarunt Scythae, vt pellerent Temirem r), planeque vt deſperaret, ſe in ipſorum regionem intrare poſſe. Clades maxima ibi Temiris exercitui illata eſt a Scythis. Deinde cum non poſſet 'ſuperare anguſtias s), exercitum abduxit et domum reuerſus eſt.

§. 149.

Aeſtate autem inſequenti conſcribens exercitum quam potuit maximum, bello petere Aegyptum ſtatuit. 'Poſtea inito conſilio tranſuerſis itineribus peragens curſus quam maximos, omnem belli tempeſtatem in Scythas denuo vertit t). Et quidem ſua celeritate Scythas praeueniens, Scythiam ingreſſus eſt: et dimicans cum iis, 'qui ad anguſtias tutandas properabant v), eos vertere coegit: 'neque id flagitium militiae ducitur. Ita habent mores x). Scythae namque maximam iſtam commoditatem habent, vt in fugam ſe conuertere poſſint, proeliumque cum hoſte redintegrare, nihil interim periculi in fuga ſuſtinentes.

Deinde cum Scythiarum regem infeſto animo peteret; 'longius progreſſus eſt, et ad proelium ſuos inſtruebat y). Scythae 'eludentes Temiris conſilium z), nocturno itinere profecti ſunt a caſtris eius ſtadiis circiter centum et viginti. 'Horum veſtigia toto die

p) καὶ οὐδὲν πλέον ἔσχε Τεμήρης ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ.

q) μετὰ δὲ ὡς ἐπηυλίσατο τῇ ὑστεραίᾳ αὖθις παρετάσσετο.

r) καὶ ἐμαχέσαντο καὶ ἐξεκρούσαντο αὐτόν.

s) ἄνω παρελθεῖν, διακωλυόμενος.

t) μετὰ δὲ ὑποστρέψας ἤλαυνεν αὖθις ἐπὶ Σκύθας, σταθμοὺς ἐλαύνων ὡς μεγίστους.

v) αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἔφοδον ἐκπεμ-νας.

x) οὐ μέντοι γε ἀπεγίνετο, ὅ,τι καὶ ἄξιον λόγου, ἐν ταύτῃ τῇ συμβολῇ.

y) παρετάξατό τε ὡς μάχῃ.

z) Addit h. interpres.

die ſecutus Temires, tandem eos aſſecutus eſt. Quemadmodum igitur antea ſic et nunc noctu diſcedunt Scythae [a]. 'Itaque inſequendi ſtudio [b] grauiter affligebatur Temiris exercitus.

§. 150.

Hinc 'motus Temires [c], Scytharum regem ad proelium prouocat. 'Scythae [d] caſtra locantes eo die, qui ſequebatur, ordines explicant, 'aciemque contra Temirem dirigunt, in turmas collecti [e]. 'Temires et ipſe ſuos in aciem educit: aciem mediam occupat ipſe [f]. In dextro cornu Chaidarem cum Maſſagetis ponit; in ſiniſtro cornu filium ſuum *Saruchum* [g] curare iubet. Hinc additi ſunt Perſae, Aſſyrii et *Chatagii* [h], quotquot militantem Temirem ſequebantur. Cum iam vtrinque ſatis inſtructi exercitus concurriſſent, tandem vehementi proelio commiſſo, Scythae nequaquam victoria potiti ſunt. Proinde quaſi vi propulſaturi hoſtem, cooriuntur in Temiris exercitum. Cum autem nec ſic quidem coepta ſuccederent, fugam ineunt, plurimis in eo proelio deſideratis. Ceciderunt quoque non pauci Perſae.

Poſtea cum proeliando nihil efficerent [i] contra Temiris exercitum, 'circumducere parant hoſtes [k], vt eos intra regionem concludant. Verum Temires, 'cognitis Scytharum inſidiis [l], 'ſententiam mutauit, atque ex infeſta regione copias ducere inſtituit, priorque ad Tanain peruenit [m]. Poſtea in Iberiam Aſiae delatus, iter per Colchidem intendit, tranſito fluuio Phaſide, qui,

a) ὡς δε ἴχνη Τεμηρης διημερευων ἐπηλαυνε νυκτος, αὖθις ἀπεχωρεν οἱ Σκυθαι.

b) ὡς τε δη ταυτα ποιεμενος.

c) Addit h. interpres.

d) Supplet h. interpres.

e) παρετάξετο [ὁ Σκυθ. βασιλευς] πυργηδον ἴλαις.

f) Τεμηρης δε παρετασσετο ἐπι το βαθος.

g) Σαχρεχον.

h) Χαταγιων. marg. Χαταιων.

i) Σκυθαι omiſit interpres.

k) ἤλαυνον ἐς το προσω ἐχομενοι.

l) Addit h. interpres.

m) συγγραφας ἤλαυνε τε αὐτος τω ἔμπαλιν γενομενος, και πως ἰθυς ἐς τον Ταναϊν ἀφικομενος.

a. C. 1369 — 1400.

ex Caucaſo monte fluens, vadit in Euxinum pontum. Tandem cum attigiſſet Armeniam, maturato itinere Cheriam venit. Exercitus vero, quem armatum in Scythas mouerat, grauiter afflictus eſt.

§. 151.

Anno abhinc tertio Scythae ad arma conuolant, et, vlturi temeritatem Temiris n), impetum dederunt in regionem, quae ſupra Aſſyrios colitur. Temires, rei acerbitate coactus, legatos miſit, qui peterent pacem. Promittebat rex Temires, ſi pax daretur, et in foedus reciperetur, ſe affinitatem iuncturum cum rege ODIEO et cum vniuerſa Scytharum Agora o). Foedus ergo ictum eſt, quo iubebantur eſſe amici hoſpiteſque inter ſe.

§. 152.

Compoſitis rebus in hunc modum Scythicis, Coeleſyriam ſubigere aggreſſus eſt. Adortus eſt Damaſcum, eamque vrbem obſidione arctauit. Admouens deinde muro machinas bellicas, captam vi foede diripuit, cum fuiſſet vrbs maxima et feliciſſima opibus. Hinc abduxit octo millia camelorum. Raptis opibus plurimis ex ea vrbe, praeda multa et diuiti oneratus, domum remeauit. Legatos quoque dimiſit ad Soldanum regem Memphis, cum huiusmodi mandatis. „ Regem Temirem poſtulare, vt ſibi tradat Coeleſyriam. Quod ſi fecerit, bellum pace ſe mutaturum. Vt iſta legatio irrita fuit, armata manu cepit et diripuit Damaſcum, vrbem opibus vigentem. Tandem diſceſſit ea de cauſa, quam infra q) trademus r). —

§. 153.

74. CHALEPIAM vrbem ſuo dominio adiecit Temires, cum arma inferret Damaſco: et, ſubacta Coeleſyriae non modica regione, diſ-

n) ὡς ἀμυνεμενοι βασιλεα Τεμηρη.

o) ἐπρεσβευετο μεν ὀυν ὑστερον περι σπονδων προς τε τον βασιλεα Τὸνοδιμω. και προς συμπασαν την Αγοραν, ἐπιγαμιαν τε ὑπισχνεμενος.

p) ἐπρεσβευετο μεν τοι και προς τον της Μεμφιος βασιλεα Σελδαν [in marg. Σελτανον ὀυτω κ.] ὀυτω δη ἐξοχως καλεμενον.

q) §. 153.

r) Sequuntur quaedam de regno Memphitico.

74. CHALCOCONDYLAS p. 76.

diſceſſit, huiusmodi cauſa motus. Nam *Chatagiae* [s] [y] rex, vnus de numero nouem ducum [t], etiam Indiae imperitabat. Hic Araxem traiecit, Temiriſque regionem vaſtans, mancipiis captis plurimis, domum rediit. Fama eſt, eum in armis habuiſſe circiter quadraginta et centum myriades hominum. Temires autem regione excedens, et muro loca Chatagiorum [v] regioni finitima firmans, quam celerrime hoſtem inſecutus eſt, nec eum vel in Perſarum vel in *Candiorum* [x] regno indipiſci valuit. Hinc legatione miſſa bellum pace mutatum eſt, cum in animo agitaret, Paiaziti, Amuratis filio, arma inferre hoſtilia. Pax autem hac conditione compoſita eſt, vt tributum magnum quotannis penderet pro Maſſagetarum regione, quam armis ſubegerat.

CAPVT

s) *της Κατωγιας.*
t) *βασιλευς των ἐννεα πολεμαρχων.*
v) Χατταιων.
x) Καμδιων, in marg. *ἐν ἑνι* Κανδιων.
y) *Temir*, puta.

CAPVT XIII.

Bellum Temirem inter et Baiazitem geſtum, a capta inde a Temire Sebaſtia vsque ad proelium Ancyranum; a. C. 1400, 1401.

Imp. EMANVELE *Pal.*

§. 154.

a. C. 1400. a)

75. α) BELLVM hoc [cum Chatagiae rege] vt intercedente foedere fuit ſopitum, accidit, vt [Temires] cauſam ducum inferioris Aſiae ſuſciperet. Venerant enim numero circiter centum, et Melitinem vrbem auſpiciis Paiazitis obſidione circumdederunt c). Comparato itaque quam potuit exercitu maximo, hoſtili

α) DVCAS: *Dum haec geruntur* [Baiazites Conſtantinopolin ſibi dedi poſtulat b)] *nuncii Amaſia aduenerunt, qui, Temyrem Chan in Syriam tendere, afferunt. quapropter Baiazites, ſuperato freto, Pruſam contendit, ibique commorans, copias ſuas tam ab occidente, quam ab oriente ex omni parte euocatas collegit. Interea Armeniam pertranſiit Temyr Chan, primumque Arſyngam expugnat, omnesque colonos, qui a Baiazite illuc deducti erant, interficit. Sebaſtiam* —. vid §. 155. in var narr.

75. CHALCOCONDYLAS p. 76—81. Ducas p. 32, 33.

a) Apud Ducam in marg. „ Sebaſtiam expugnat Temyr a. Hegirae 802. Chriſti 1400. Leuncl. in Hiſt. Muſulm. L. VII. „

b) Chalcocond. p. 44. haec habet: *Vrbem eam* [CPl.] *certe cepiſſet* [Baiazites], *niſi Temires nunciatus eſſet magna manu aduerſus ipſum aduentare. Quod quidem eo tempore accidit, quando a Temire Paiazites captus, pleraque Aſiani imperii amiſit.*

c) ξυνηνεχθη αὐτῳ τε ἐς τους ἐν της κατω Ασιας Τερκων ἡγεμονας ἀφιχθαι τε παρ ἑκατον, και τε περι την Μελιτηνην ἐπολιορκησαντι τον την τῳ Παιαζιτῃ.

ſtili animo profectus eſt contra Sebaſtiam, Cappadociae vrbem, opibus vigentem: quae quondam, vt apparet, regia exſtitit. —

Temires itaque vt aduenit, vrbem exercitibus circumſedit. Paiazites forte tum aberat, quia expeditionem ſuſceperat contra Lebadiam Boeotiae et contra Peloponneſum Theſſaliamque. Reliquit tamen Sebaſtiae Orthobulem d) filium cum exercitu. Quae omnia cum in eum modum diſpoſuiſſet, ipſe contra Peloponneſum copias duxit. At vt accepit, Sebaſtiam a Temire oppugnari, mutato conſilio reuerſus eſt: nec potuit irrumpere in Peloponneſum.

§. 155.

β) Cum [Paiazites] maturaret iter in Aſiam, audiuit, Sebaſtiam eſſe captam, Temiremque e), mancipiis collectis plurimis, abiiſſe Cheriam. Vt enim Temires impetum in murum dedit diebus aliquot, oppidani vim hoſtilem fortiter propulſarunt. Cum autem haberet octo millia foſſorum in caſtris: iis negotium dedit, vt cuniculos haberent ſubterraneos, per quos vbique poſſent emergere in vrbem. Et quidem oppidani ſenſerant, id parari. Proinde et ipſi fodiendo hoſtibus occurrebant: verum pellebantur f). Amplius

β) DVCAS: *Sebaſtiam deinde vrbem, quae ampla erat, venit: ibique caſtra metatus, illam deditione a ciuibus facta recipere quaerebat; cumque ei non auſcultarent, muros per ambitum ab imis fundamentis ſuffodit, ſublicisque et trabibus fulcit. Neque, quibus artibus hoſtes aggrederentur vrbem, muris ex latere non cocto cinctam, ciues nouerant, quod foſſores plus quam vno ab vrbe milliari cuniculos agere coepiſſent. Eo opere peracto, monet iterum, ſollicitatque ciues, vt ſe dedant, ſi ſe ſaluos velint. At illi, ſpreto hoſte, conuicia in eum atrocesque contumelias torquent. protinus ergo igne immiſſo ſublicis trabibusque, quibus ſuffoſſi muri ſuſtentabantur, ab imo cor-*

d) Ορθογρελην.

e) Nomen ſupplet interpres.

f) και ἀντορυσσοντες και αὐτοι, ἐξεκρουοντο.

Imp. EMANVELE Pal.

a. C. 1400.

plius enim efficiebat Temires, vt qui foſſorum numero excelleret. Muri cum iam vndique eſſent ſuffoſſi, hoſteſque ſtarent in aggere excelſo et ligneo g), ignem iniecerunt, murique ſua ſponte corruerunt. Deinde per loca ruinis patentia irruentes Temiris milites in vrbem, eam in hunc modum occuparunt.

Oppidanos, ſic imperante Temire, capta iam vrbe, illico occiderunt. Liberos et mulieres eius vrbis in vnum locum agens immiſſo equitatu omnes trucidauit. Vrbis iſtius adeo miſerabilis clades fuit, vt nec vir h), nec mulier, nec etiam puer aliquis potuerit exitium ſubterfugere. Homines in iſta vrbe fuerunt plurimi, adeo vt paene ſuperarent numero duodecim myriades hominum. Praeterea reperta magna leproſorum multitudine, omnes interfici curauit. Hos enim vbicunque adeptus foret, incolumes abire haud ſinebat: nequaquam fas eſſe dicens, vt hi ſuperſtites ſint, reliquosque homines inficiant, ipſi plerumque miſerrime viuentes. Fama exiit, excidium vrbis iſtius miſerrimum ſuperaſſe calamitates omnes, quae in vllas vnquam redundarant vrbes. Ortobalem hh), Paiazitis filium, cum viuus in manus veniſſet, aliquot diebus ſecum circumduxit: poſtea cuidam negotium dedit, vt eum interficeret.

Paia-

runt: hoſteſque vrbem ingreſſi ciues promiſcue caedere eorumque res compilare ac diripere coeperunt. Iuſſit praeterea Temyr Chan praecipuos omnes vrbis viros in vnum locum cogi; lacus in modum amplorum ſepulcrorum effodi, illosque vinciri modo tyrannis anteactorum temporum ignoto. Adducta enim inter femora ceruix tantiſper flectebatur, dum nares miſeri ac infelicis illius, quisquis fuerit, podici immitterentur, ſuraeque et genua ab vtraque aure penderent. Tum is in globum, tanquam echinus, conuolutus ac conſtrictus in ſepulcrum coniiciebatur: et vbi in vnam foſſam decem vel plures abiecti ſunt, terra non obruebantur; ſed, tabulis, foſſae ſuperſtratis, terra congere-

g) καὶ [τὰ τείχη] ἐπὶ ξύλων ἤδη ἦν μετέωρα.

h) ὡς τε μηδένα τῶν τῆς πόλεως, μήτε ἄνδρα cet.

hh) Ὀρθοβαλήν, in marg. Ὀρθογβλήν: ita reliquis locis omnibus Graece effertur.

Paiazitem, vt vrbis excidium miſerabile filiique interitum accepit [i], calamitas luctuſque apprehendit maximus. Tranſiens enim in Aſiam, vt vidit paſtorem quemdam tibia canentem, fertur dixiſſe, moerorem ſuum indicans, quam acerbus eſſet: „ Cane cantilenam, cuius argumentum ſit: Neque Sebaſtiam amittas [k], nec etiam filium Orthobulem „ —.

Expeditio Temiris contra Sebaſtiam hunc finem ſortita eſt.

§. 156.

Nec multo poſt legatio miſſa eſt ad Paiazitem Laelapa [l], quae iuſſit [m], „ Vt ducibus reſtitueret regionem. Daret tantum butyri, quantum ferunt duo millia camelorum. His adderet duo millia tentoriorum, cuiusmodi in vſu habent paſtores per Aſiam. Poſtulabatur quoque, vt per vniuerſum Paiazitis regnum Temires pronunciaretur rex. Volebat quoque, vt Paiazites in ſuam regionem Temiris numiſma reciperet, et ſuum irritum faceret. Poſtremo imperabatur, vt vnus de numero filiorum Paiazitis militaret in Ianuis Temiris. Quod ſi Paiazites haec faceret, fore eum amicum et neceſſarium regis Temiris: ſin autem has petitiones aſperſaretur, ſciret, Temirem ipſum pro hoſte habiturum „.

 His

batur, ne cito ac facile ſuffocati vita priuarentur. taleque tormentum tyranni commentum fuit. Vrbe poſtmodum illa euerſa, ac deleta, in Phoeniciam diſceſſit, et Damaſcum vsque peruenit [vid. ſupra §. 152. 153.], *omnia igne vaſtat, diripit, ingentes diuitias congerit, ac plurimos captiuos abducit. Damaſco itaque deuaſtata et in ſolitudinem redacta, Halepum profectus eſt, quam quoque euertit, multosque artifices in Perſiam inde tranſtulit. Arabas demum veritus, Samarchandam, Perſiae caput, reuerſus eſt.*

i) και ὁ παις μετ' ου πολυ ηγγελτο τελευτησαι ὑπο βασιλεως Τεμηρεω.

k) ἀπωλεσῃ.

l) Λαιλαπα, turbinem, Turcica lingua *Hyldrim.* marg.

m) Haec iam ſupra §. [illegible] ex eodem Chalcocondyla allata vide.

Imp. EMANVELIS Pal.

a. C. 1400.

His auditis ferunt Paiazitem ira commotum, illud reſponſum dediſſe, quod ſupra declarauimus, videlicet: „ Si non veniat, quemadmodum minitatur, precor, vxorem ſuam ter repudiatam recipiat „. Quod quidem dictum magnam infamiam importat ei, in quem dicitur.

§. 157.

γ) Cum igitur cum tali reſponſo legatos dimiſiſſet, Temires expeditionem ſuam, quam animo verſabat, non amplius diſſert contra Paiazitem. Sed confeſtim contractis copiis quam potuit plurimis, *Scytharum* n) et *Tzachaidarum* o), qui praeſto erant, delectu habito, conſcripſit exercitum, qui complectebatur octuaginta myriades hominum: et profectus eſt contra Paiazitem, per Phrygiam Lydiamque iter faciens.

Paiazites, vt hoſti obuiam procederet p) inſtructus, comparauit et ipſe quam potuit exercitum maximum, aſſumtis etiam Try-

γ) DVCAS: *Cum Baiazeti nunciata eſſent, quae ad Arſyngam et Sebaſtiam geſta erant, quamque cladem Syria, Damaſcus et Halepum accepiſſent: celeritate ſumma atque diligentia in orientalibus partibus et Aſia militem recenſet, nouumque et praeter modum numeroſum conſcribit exercitum. Temyr Chan ineunte vere ex Perſia verſus Tanain mouet, collectoque Tauroſcytharum, Zynchorum* (Ζυγχῶν) *et Abaſgorum ingenti numero, euerſisque oppidis, quae Boſporo* (*Cimmerio*, interpres add.) *adiacent, in Armeniam dein et Cappadociam acceſſit: adiunxitque copiis ſuis Armeniorum agmen numeroſum; indeque in Galatiam venit, exercitum ducens, ei, quem Xerxes olim conſcripſit, multitudine parem, Paiazites vero cum vniuerſis copiis Thraciis et orientalibus ſimul collectis, nouoque conſcripto milite et auxiliaribus Seruiorum haſtatorum cohortibus, quos ducebat Lazari F. Stephanus, in occurſum Temiris proceſſit.* reliqua vide infra ad §. 160.

n) Σκυθῶν τῶν Νομάδων.
o) Τζαχαϊτάδων.

p) Παιαζήτης δὲ ὡς ἐξώρμησε [marg. ἐξορμήσας]· Ταραχο.

Trybalis satellitibus suis, qui numero erant quasi decies mille q). In his ſpem maximam habebat Paiazites; vt qui fortitudinis eſſent ſemper memores, quocunque veniſſent. Quos cohortabatur, dicens: Alexander Philippi, Macedones r) * * * habens, tranſgreſſus eſt in Aſiam, crimini dans Dario Xerxis in Graecos expeditionem, pauca ſuorum manu pergens in hoſtem, Darium deuicit, et Aſiam ſubegit, peruenitque vsque ad Rhain Aſiae s). In ſpem erigor et ipſe t), me facile noſtro exercitu deſtructurum Temiris regnum, et deinde acceſſurum ad Indos vsque". Aſſumens itaque Europaeum Aſiaticumque exercitum, qui complectebatur quaſi duodecim myriades hominum, recta iter inſtituit aduerſus Temirem, cupiens eum praeuertere et in ipſius regione u) caſtra locare iuxta Euphratem, animo agitans, ibi dimicare cum Temire.

Temires quidem exercitum per Phrygiam ducebat: at Paiazites citato agmine ferebatur per Cappadociam, praeoccupare volens Euphratem per Armeniam. Vt autem, cum foret in Armenia, accepit, Temirem iam in ſuam acceſſiſſe regionem, iter per Phrygiam facientem, mutato conſilio, recta in Phrygiam contendit: vbi obuiam progredi Temirem intellexerat. Cum autem accelararet iter, accidit, vt exercitus, longo itinere grauiter vexatus, Paiaziti indignaretur, quod ipſorum opera, etiam ſua audacia, cum nulla neceſſitas moneret, abuteretur x). Praeterea contigit vt exercitus affligeretur maxima frumenti et hordei inopia, propter Pruſam. Hinc equitatus grauiter periclitabatur y). Exercitus rem iſtam iniquo animo ferebat, et iam detrectabat militiam. Sentiebat enim

 inter-

q) ἐς μυρίας μάλιστα τὸν γενομένας τούτους, interpres in marg. al. *mille.* infra, §. 161. in var. narrat. *quinque millia* fuiſſe memorantur.

r) In marg. „ Numerum non habet exemplar Graecum „.

s) ἐς τὸ ἐπὶ Ἐρυθρᾶν τῆς Ἀσίας. In marg. „ In vno ἐς ἐρυθ. τῆς Ἰνδικῆς et in ora ὕφαιν „.

t) ἐλαύνειν δὲ καὶ αὐτός.

u) ἐν τῇ χώρᾳ.

x) καὶ ἤχθετο αὐτῷ, ὅτι μὴ ἐν δέοντι ἐχρήσατο [in marg. χρήσαιτο] τῇ ἑαυτοῦ τόλμῃ.

y) [illegible] καὶ τὸ [illegible] [illegible] ἐπ' ἀγρὰς καὶ [illegible] ἐπὶ Προύσης, [illegible] [illegible] τοῦ ἵππου.

[illegible] Pal.

a. C. 1400.

interdictum erat, ne quis manus admoliretur frumento: addens, ſe acerbius vindicaturum eum, qui fraudem huic ſuo edicto feciſſet.

§. 158.

Fama eſt, cum caſtra metatus eſſet in Cappadocia, venti turbinem violentiſſimum incubuiſſe exercitui, adeo vt tentoria diſiecta et in ſublime tracta deſtrueret planiſſime. quod quidem exercitus pro omine parum fauſto accepit. Poſtea cum in Phrygiam mouens caſtra communiuiſſet, tentorium ſuum in tres pueros, qui ibi aderant, ſua ſponte ceciderat z): ſiue quod terra nequiuerit ſuſtinere retinacula, ſiue alia eſt cauſa, in quam caſus ille reduci poterit. Quidam Graeci et Trybali, qui praeſto erant, omen id eſſe dicebant, ne aſcenderet in Phrygiam. Ferunt tamen, priusquam tranſiret in Aſiam, Aliem, Charatinis filium, virum eorum, qui cum Paiazite erant, prudentia primarium, conſuluiſſe, ne exercitum contra Temirem duceret: verum anniteretur, vt iſta controuerſia quam tutiſſimis rationibus diſſolueretur, et componeretur. Se legatum fore in hac re, promittebat, et iuxta animi ipſius ſententiam Temirem reconciliaturum. Paiazites reſpondit: „Nunquam tantum felicitatis conſcendiſſem faſtigium, nec etiam tot duces imperium accipere coëgiſſem, ſi tuae prudentiae me commiſiſſem. Impetu vehementi meaque generoſitate ductus, tanta opera deſignaui. Praeterea quidam reges, fortunam et audaciam ſecuti, neglecta prudentia, eximia fecere opera: cum reliqui interim, qui in omnibus praetulerunt prudentiam, turpiſſime perierunt„.

§. 159.

Cum in Armenia foret, animus erat, vniuerſis copiis in aciem eductis, ſumma vi certare cum hoſte. Adhibitis igitur in conſilium optimatibus, vt proelium faciendum eſſet, deliberabat a). Cum eſſent

[illegible] τε σκηνὴ μέση ἐς τρεῖς [illegible] συμπεπτωκυῖα τὰς [illegible] [illegible] [illegible].

a) Μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐν τῇ Ἀρμενίῳ ἐγένετο, ἐπὶ Τεμήρῃ στρατευόμενος, ἐβουλεύετο, ὡς ἂν κρατίστην μάχην ποιήσαιτο μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς ἀρίστους, ἐς βουλὴν [illegible].

eſſent, quorum ſententiae in vtramque partem inclinarent, fama eſt, Praimen, Alii filium b), qui plurimum pollebat apud Paiazitem, ſic locutum eſſe c): O rex, contra viros adornas proelium, qui peritia rerum bellicarum feruntur eſſe primi, ab iis, qui eorum animos et virtutem ſunt experti. Cum his ego quoque ſaepius in colloquium veni, audiuique virtutem eorum miris modis celebrari. Praeterea annunciatur, Temiris copias multis modis numero ſuperare noſtras. Itaque vt modo vtrorumque intellexi ſententias, ſi et meum dandum eſt conſilium, conſulueram noſtro exercitui fidens, irruere in caſtra Temiris. Verumtamen etſi proelii aleam iecerimus, proeliumque nos victores declarauerit, neſcio, ſi quae inde nobis ſit futura vtilitas. Sed ſi hoſtium regionem fuerimus ingreſſi, ibique proelii fortunam fuerimus experti, commoda plurima feremus, pugnaturi videlicet pro regno et potentia Temiris d) acquirendis. Nunc autem, ſi ſummam rei certamini commiſerimus, ea nequaquam euenient. Sin autem, abſit omen, in contrarium res ceciderit, vide, quae damna paſſurus ſis, amittens potentiam tantam, regnumque tantum? Apparet igitur, quod tu et ille non ex aequo pugnetis e). Arbitror autem, nec Temirem, ſi modo ſapit, cum vniuerſo exercitu proelium initurum: verum copias ſuas diſtribuet in turmas magnas et multas, et in hunc modum nos tentabit. Et ſi, reſiſtentes fortiter, turmam vnam vicerimus, alteram et recentem nobis opponet tamdiu donec laborantes deficiamus, illis ſtrenue pugnantibus f). Haud enim ſic Temiris g) copiae ſunt comparatae, vt, vbi ad proelium ventum fuerit, ſtatim in fugam abeant: verum etiam in fuga nobis meliores ſunt, et facilius in vnum colliguntur diſperſi, magna virtutis edentes opera. Cenſeo itaque, non obuiam eundum eſſe Temiris exercitui: verum melius et vtilius mihi videtur h), vt eum ſubſequamur, per montes quam proxime ſemper inſtantes, eiusque exer-

b) Πραϊμαν του Αλιου. In textu Lat. eſt *Alcis*, in marg. *Charambeus Halies F.* al. *Hali.*

c) βαλλοντα λεξαι τοιαδε.

d) Addit h. interpres.

e) ἐαν ὁυν σοι μη ἀπο τε ἰσε ἀγωνιζεσθαι σοι κεχαιης.

f) μαχομενοις ἱκανοις.

g) ἱκανα.

h) Addit h. interpres.

Pal. [illegible]

exercitum laedentes, vbicunque occaſio ſe dederit i). Hinc apparebit a populationibus eum cohibitum iri, dum nos ei vsque inſecuti fuerimus, nullibi ſubmoti longius. Nec etiam ſatis frumenti acquirere poterit: proinde commeatus ſufficiens deerit. Vbi autem in hoſtilem venerimus regionem k), ſecuti Temiris exercitum, ſtrenue demum manus conſeremus cum hoſte, cupiente redire domum l).„

Haec cum peregiſſet Praimes, reliqui duces pedibus in hanc ſententiam ibant.

At Paiazites talem exorſus eſt orationem: „Multitudo hoſtilis exercitus, quantum intelligo, vobis terrorem infert. Verum et vos noſtis, multitudinem inconditam m) nihil ſani vel momenti habere, ſi virtus ei opponatur n). Scitis Xerxem, Darii filium, regem Perſarum, copias quantas in Europam tranſiens ſecum adduxerit, et propemodum peremtus abierit, niſi Mardonius periculum ſubſtitiſſet, et indicaſſet, ei mortem imminere, niſi confeſtim rediret Suſa o). Etiam haud vos fugit, vt Alexander deuicto regi Dario regnum ademerit, ipſumque interfecerit. Plurimos audiuiſſe ſoleo, paucam Turcorum manum ſaepe ſtrenue rem geſſiſſe, magnaque fortitudinis opera patraſſe. Et nos frequenter in Europa praeliantes, Gallos et Pannones, gentes earum, quas orbis habet, generoſiſſimas, in fugam coniecimus. Quapropter ne nos contemſeris, et ne peiores contemtioreſque, quantum ad fortitudinem attinet, nos Scythis et Tzachataeis p) oſtenderis: qui nunquam gladiis rem gerunt, ſed ſagittas et iacula emittentes, nunquam libenti animo q) ad pugnam accedunt.„

V.

i) [illegible] ἐν μέρει τὸ [illegible] στράτευμα.

k) ἐν τῇ ἐκείνου γενώμεθα.

l) τηνικαῦτα δὴ ὁρμωμένῳ οἴκαδε τῷ στρατεύματι, καὶ ἐχομένῳ τῆς οἴκαδε ὁδοῦ ἐπιχειρῶμέν τε ἄν, καὶ ἀμυνόμενοι μαχεσώμεθα.

m) Addit h. interpres.

n) ὅπη ἂν ἀρετὴ παραγένηται.

o) ἐμήνυεν αὐτῷ τὸν ὄλεθρον [illegible] [an μὴ [illegible]] ἐς Σοῦσα.

p) Τζαχαταίων.

q) ὃν [illegible] τοῖς

a. C. 1400. *Imp.* EMANVELE *Pal.*

Vt dicendi finem fecit rex, vnus de numero nouem ducum r) huiuſmodi ſermonem habuit: „ Quoniam igitur, o rex, certum eſt, et animo tuo iam fixum, vt in hoſtem pergamus: age, theſauros reclude, et diſpartire eos per exercitum laborantem. Vtcunque inde belli ceciderit alea, ſi in eum modum theſauros militibus diſtribueris, nobis hi lucro erunt s). Si victoriae caſum inuenerimus, immenſa bonorum aderit copia. Si Perſa vicerit, non poenitebit, quemadmodum conſulo, cum theſauris egiſſe „. Paiaziti tamen perſuadere nequiuit. Hinc fertur dux dixiſſe: „ Ergo Temiris ſignum Paiazitis numiſma tenet. Qua re permotus, non audet id diſtribuere per milites „.

Haec quidem hactenus deliberabat Paiazites.

§. 160.

a. C. 1401. v)

δ) Poſtea proficiſcens cum nihil perficeret, peruenit Vncram x), Phrygiae vrbem. Ibi cum exercitu erat et Temires bellum 76.

δ) DVCAS: *Cumque* [continuantur, quae ſupra ad §. 157. attuli] *ad Galatiae limites perueniſſet, certior factus eſt, Temyrem ad Ancyram caſtra habere. Exercitum itaque prope admouet, caſtraque in medio campo Ancyrae vicino collocat, fluuium illic vicinum labentem habuit, aquationemque facilem et commodam vniuerſo exercitui et equis: cum Temyr loca arida et aquis*

r) τον ἐννε ἀρχοντων. marg. Εἰνε ἀρχ.

s) ὡς ἐφ' ὁ, τι ἀν γενοι το τα πραγματα ἰοντα. τουτων δε των συν θησαυρων ὀυτω διδομενων τοις στρατιωταις, ἐν κερδει ἐσομενων ἡμιν και ὀυκ απολλυμενων.

t) ὡς τη Τεμηρεω σφραγιδι ἐσφραγισται ἀρα τα Παιαζητεω χρηματα.

76. CHALCOCOND. p. 81—84. Ducas p. 33—37.

v) Apud Ducam p. 36. in marg. Baiazites a Tartaris captus a. C. 1401. Aug. 1. fer. 1. Heg. 803, triduo poſt d. 11. Aug. annus 804. incepit. fer. 5.

x) ἐπι Ο'υγκραν. „ marg. olim *Ancyra*, nunc *Angori* „.

Imp. EMA-
NVELE
Pal.

a. C. 1401.

lum promouens contra Myſiam y), animo agitans bello petere Pruſam, regiam Paiazitis ſedem. Cum autem appropinquaſſet Temiris exercitui etiam ipſe caſtra poſuit, ſpatio inter vtrorumque caſtra relicto ſtadiorum quindecim.

Fama eſt, Temirem, vt accepit, in propinquo eſſe cum exercitu Paiazitem z), viri audaciam admodum eſſe miratum, videlicet quod tanta celeritate ex Armenia veniſſet a), et iam ex aperto ſecum bellum gereret. Conſcenſo igitur equo, profectus eſt, et, quam proxime potuit, ad Paiazitis caſtra acceſſit. Vt autem cuſtodias et vigilias, nec non ſitum caſtrorum eſt ſpeculatus, cum riſu fertur dixiſſe: „ Dignus profecto vir ille eſt, vt turbini b) conferatur: non propter ſuam virtutem; verum magis propter inſignem audaciam. Attamen praeclare ſecum actum eſſe pu-

carentia teneret. Verum quid accidit? Iubet Paiazites in mediis caſtris edictum promulgari, vt poſtridie omnes ad venationem exirent. Cum vniuerſo itaque exercitu per triduum venationi ceruorum operam dedit: quo temporis ſpatio, quem tenebat locum, deſerit Temyr, et caſtra mouet, inque fluminis locat ripa, in qua Paiazites pridie conſederat. Aquae tunc penuria erat, quod anni tempus ageretur, quo ſignum leonis ſol permeat. nec tamen de aquatione Temyr amplius fuit ſollicitus. Verum Paiazites vane ſuperbiens, venatione tempus terendo demonſtrabat, contemnere ſe et aliis rebus poſthabere pugnam, ſi cum Temyre ineunda eſſet: vnde infortunium et clades eius initium habuerunt. Nam ipſo meridie egreſſus, aeſtu feruente milites intercipiebantur, et aquam fruſtra quaerentes deficiebant, et exſtinguebantur. atque penuria aquae quinque millia militum perierunt. Poſt triduum ad caſtra, quae tenuerant, reuerſus Paiazites, deprehendit, Temyrem ea praeoccupauiſſe, nec aquandi facultatem amplius ſe habere: hinc praeuiſum omnibus poſtridie pugnandi ſibi impoſitam neceſſitatem.

y) ἔνθα δὴ καὶ Τεμύρης ἐστρατοπέδευσε ἐπὶ Μυσίαν.

z) ὡς ἐκεῖνον τα στρατοπεδευθῆναι ἐπύθετο.

a) παρεγένετο ἐπ' αὐτόν.

b) Vide ſupra p. 156.

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

putabit, ſi poterit incolumis effugere. Genio ſuo parum dextro inſtigatur, adeo planiſſime inſanit vir ille, nec rationis amplius compos eſt infelix „. His dictis vt finem ſtatuit, celeriter in caſtra ſua reuerſus eſt.

§. 161.

a) Poſtero die cum delecta manu militum, numero circiter c) * * * miſit Sachruchum d), filium, contra Paiazitem. Qui, vt accepit, aduerſum ſe properare hoſtem, aciem inſtruit in colle quodam, quaſi pugnae copiam facturus. Siniſtrum cornu tenebat dux ab oriente, dextrum regebat Europae dux: in medio autem curabat Paiazites cum peregrinis et ſatellitibus ſuis. Sachruchus, habens Tzachataidas e) et Perſarum optimates, pergebat agmine compoſito contra Paiazitem: nec tamen eos circumuenire ſtatuebat, con-

Hhhhhhh 2

a) DVCAS: *Eo anno, vere iam affecto, dum ſol Geminorum dodecatemorion emetiebatur, in occidentali plaga ſignum in coelo, malorum nuncium, apparuit. Cometes is erat lucidus et clarus, comam erectam explicans ignis flammantis ſpecie —. Hoc portentum conſpexerunt Indi, Chaldaei, Aegyptii, Phryges, Perſae, Aſiae minoris incolae, Thraces, Hunni, Dalmatae, Itali, Hiſpani et Germani et ſi quae aliae gentes Oceani littora accolunt: rutilansque ac ſplendens hoc maxime horrendum portentum — vsque ad aequinoctium autumnale perdurauit, cum ſol librae ſignum permeare incepit. Verum ad rem redeamus, conſideremusque, quomodo Deus nouo mirabilique prodigio Pharaonem vnum in profundum mare per alterum demerſerit, qui etiam Dei populus a malis et aerumnis vacationem ceſſationemque obtinuerit; et quam non vidit, nec intellexit. Scytha igitur veſpere per caſtra vbique edixit, vt omnes ſequenti luce equis inſidentes et armati adſint. Ipſe deinde ſummo mane lecto excitatus, cohortium praefectos et chiliarchas in aciem ordi-*

c) Interpres in marg. „ Numerus non eſt in exemplari Graeco. Sed Schilt Perger, qui interfuit, ponit ſedecies centum millia virorum et mille camelos. Paiazitae vero attribuit quaterdécies centum millia virorum „.

d) Σαχρουχον. marg. Σαχρουχον.

e) Τζαχαταϊδας, in marg. Καχαταϊδας.

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

a. C. 1401.

concedens ipſis abeundi, ſi vellent, locum; ne ſcilicet circumuenti ab omni parte ex deſperatione, quaſi incluſi, animos ſumerent, et acrius pro ſalute deinde certantes, victoriam inuenirent *f*), primo aggreſſus eſt Europae exercitum.

Vt autem pugna ad multum diei eſt extracta, neque quietem a pugnando Paiazitis milites haberent, ibi Trybali priſtinae ſuae virtutis memores, proelium ciebant magna cum fortitudine et gloria *g*): impetumque dantes in Tzachataidas, haſtas infregerunt, magna cum vehementia proelio incumbentes. Paiazites vt co-

nauit. dextroque cornu filium natu maiorem praefecit; ſiniſtro, quem ex eo habebat, nepotem (annos etenim ſexaginta Timur iam exceſſerat); ipſe vero aciem poſtremam duxit. His deinde verbis ſuos adhortatus eſt: „O multitudo mea, inuicti exercitus, naturae adamantinae mure ahenee, generatio inſuperabilis, audiſtis, quae a principio maiores noſtri praeclare geſſerunt, non inter orientales gentes, oriens quippe patria noſtra eſt; ſed in Europa et Africa, et, vt verbo dicam, per vniuerſum orbem terrarum. Accurate nouiſtis aduerſus Graecos expeditionem a Xerxe et Artaxerxe ſuſceptam, Graecos, inquam, ſemideos et heroas, cum quibus profecto hi Turci ſemibarbari hybridae (οἱ μιξοβαρβαροι Τερκοι) *comparari nequeunt, niſi quomodo confertur cum leone locuſta. Neque, vt in vobis audaciam excitem, talia in memoriam veſtri omnium reuoco (iam etenim praeda manibus noſtris elabi non poteſt); verum ne locus effugiendi detur huic terriculamento; vtque etiam viuum integrumque capiatur, hincque in Perſidem abducamus ſpectaculum futurum liberis noſtris, erudiamusque, vt in poſterum nos per coniuges noſtras non adiuret. Vos itaque iubeo hunc latum campum in ambitu circumdare, dextrumque cornu et ſiniſtrum pariter in falcem curuata acie procedere: totum itaque campum circumuallate, vt hoſtis in medio, velut punctum polare, reperiatur„. Amba inde cornua dextrum ſiniſtrumque, cum adhuc mane eſſet, campum, circulo facto, clau-*

f) ὡς ἂν μη κυκλουμενοι, σφων ἀμυνονες γενοιτο [γενοιντο] περι ψυχης ἀγωνιζομενοι.

g) ἐνταυθα ἀνδρες γενομενοι ἀγαθοι, ἐμαχοντο ἀξιως λογου.

conſpicatus eſt Europaeum exercitum longius a ſe euectum cupidine pugnae; illico ducem Europaei exercitus reuocat, timens, ne, ſi eius exercitus eſſet longius a monte ſubmotus, ipſe ab hoſtibus circumduceretur, et in periculum vitae veniret h). Iubebat igitur eum regredi in eum locum, vbi, ab initio collocatus erat. At dux primo nequaquam dicto audiens fuit, veritus rem, quae parabatur. Deinde, cum rex violentius ſaeuiret, nec conuiciis abſtineret, paruit, aciesque reuocata eſt. Ibi tum Tzachataides acriter inſtantes occidebant Turcos plurimos, donec terga darent i). Qui cum fugerent, perſequentibus hoſtibus, etiam exercitus Aſianus haud ſtetit, verum continuo fugam arripuit. Paiazites

dere coeperunt. Paiazites etiam oriente ſole legiones ſuas diſpoſuit, aciemque inſtruxit, claſſicum cani iuſſit, Scytharum deinde impreſſionem exſpectans ſtabat. Scythae ſine ſtrepitu et clamoribus ducis ſui iuſſa capeſſunt, tacentesque, velut impigrae formicae operi incumbunt. Quare Paiazites verba plurima effutire coepit, contumeliiſque exagitare praecipuos hoſtilis exercitus viros, Giabuzidasque (τας Τζιαβουιδας) deprimere, probrisque proſcindere, quod in pugna haud ſtrenue ſe gererent. At vnus inter primarios, qui ſub vexillis Atinis ſtipendia meruerat, cum audiiſſet, dominum ſuum Atinem cum fratre in acie Temiris adeſſe, effuſis habenis, vexilloque rapto, cum quingentis equitibus armatis ad Scythas transfugit; quos ſecuti ſunt Sarchanis ſubditi, Mantachiae et Carmianii, a principibus ſuis clamore ac geſtu acceſſiti. Ad hoſtes igitur omnes transeunt, et, tanquam fabulae graculus, Paiazites ſenſim ſpoliatur. Scytharum interim multitudo in orbem diſponi circulumque ſtatim concludere. Quod cum animaduertiſſet Stephanus, Lazari filius, Paiazitis ſororius, quique in hoc proelio quinque millia haſtatorum Seruiorum ducebat, vinci ſe non ferens, martiali animo in Scythas, haſtis in eorum ora verſis, impreſſionem facit. Cuius audaciam furentemque impetum videntes, minime ſuſtinuerunt; ſed, ex vtraque latere cedentes, exitum ei patefecerunt Scythae, qui, telis ac ſagittis in equorum poſteriora miſſis, cum ferreis loricis armatos vectores nequirent, equos

h) μη περιεργως κυκλωθῃ, και κινδυνευσῃ διαφθαρηναι.

i) Marg. adſcribitur, Tamerlani victoria circa a. C. 1397.

Imp. EMA-NVELE Pal.

a. C. 1401.

zites videns, in quo ſtatu res ſuae eſſent, conſcendit equum; totisque viribus fugit. Temires, cum prius praeconium dimiſiſſet per caſtra, ne quem de Paiazitis exercitu caperent, et ad mancipiorum conditionem miſeram deducerent k), curauit, vt ſpoliatis abire liceret. Non enim fas eſſe ducebat, vt gentiles ſuos ad mancipiorum formam redigerent. At Paiazites contrarium, antequam proelium iniretur, per caſtra voce praeconis nunciari iuſſerat, nempe, vt quemcunque de Temiris militibus fuerint nacti, eum illico obtruncarent. Sachruchus igitur vt in fugam verterat ho-

vulnerarunt. At Seruii, flexis equis, in hoſtes iterum inuecti, viam denuo ſibi, Scythis cedentibus, et ab vtraque parte multis cadentibus, aperuerunt. Acceſſit deinde Stephanus ad Paiazitem, multumque ſermonem in aurem ei fecit, ſed perſuadere nequit, vt fugam arripiat. Illum equidem iam concluſerant canes multi, tauri pingues ambiebant. Attendens ergo Stephanus ad ea, quae gerebantur, exitumque proelii inſtantem praeuidens, copias ſuas et primogenitum Paiazitis filium, Muſulmanum, abduxit, mediosque rurſus hoſtes valida impreſſione perrumpit, ac diſturbat: tandemque manu ſua multis hoſtibus caeſis, ſuorum plurimis amiſſis, ipſe circumſtantes vix effugit, quod Scytharum ordines, a primo circulo ad interiorem et confertiorem, denſati admodum eſſent. Stephanus itaque fugae ſe mandat, et Pruſam verſus viam direxit. At Scythae Turcos omnes aufugientes, nemini parcendo, occiderunt, donec Paiazites in tumulum quemdam, qui in medio campo erat, per anguſtias aſcendiſſet, in quo collocatos habebat decem millia ſeruorum pecunia emtorum, quos Genitzaridas vocant, cum caeteri in fugam verſi dilaberentur. Quapropter Scythae, Turcorum tergo inſtantes, Paiazitem veluti lucium ſubſilientem ac palpitantem infra media retia conſpexere, (ac) pactione facta, vt a caedibus vtrinque abſtineretur, ſpoliatos dimiſerunt. Hanc equidem legem a maioribus ad poſteros deriuatam, non ſolum Romani, ſed etiam Perſae, Triballi et Scythae, quod eandem religionem profiteantur, inuiolatam ſeruant, „ ſolam veſtem auferre, corpora libera dimittere, nullumque extra proelium occidere „.

k) μηδένα καταδουλῶσιν [marg. in vno ſuperſcriptum καταστῶσι] τῶν τε Παιαζήτου.

hoſtem, iam Temiris copiae, quae in caſtris exſpectarant, iunctae pugnantibus impetu ferebantur, volentes praeuertere Paiazitis exercitum. Conuerſi itaque ad populationes, maximam vaſtitatem fecere in Ionia et Helleſponto. Vici occupati ſunt plurimi: oppidula in deſolationem migrarunt plurima, vbique equitibus Temiris in Paiazitis regione graſſantibus.

§. 162.

r) Interim autem haec accidere Paiazitl 'fugienti l). Cum fugeret perniciſſimo curſu, fugientem inſequebantur Tzachataides m), affectantes eum capere. Iam multum itineris confecerat, vt qui velociſſima veheretur equa. Poſtea cum forte veniſſet, ad flumen, equa, intoleranda ſiti ſtimulata, bibere cupiebat. Paiazites autem chiragra grauiſſime laborabat. proinde equam a potandi cupidine inhibere haud poterat. 'Equa igitur vt bibit, parum diſſoluta n), nonnihil de curſus pernicitate remiſit, adeo vt milites Temiris Paiazite potirentur, captumque 'ad ſuum regem o) traherent.

In hoc proelio captus eſt Moſes, capti ſunt reliqui paene omnes Paiazitis duces. Nec tamen quidquam periculi paſſi ſunt, niſi quod veſtibus ſunt ſpoliati. Etenim Moſes videbatur reliquis prae-

r) DVCAS: *Tunc Paiazitis ſatellites tanquam leones in Scythas irruunt; qui, quod multitudine ſuperiores longe eſſent, Turcorum vim repreſſerunt, et ad internecionem deleuerunt, qui etenim decem aduerſus centum obſiſtere poſſent? eoque improſpera fortuna Paiazitem adduxit, vt ad eum Scythae accurrentes clamarint: „ Equo deſcende, domine Paiazites, huc que accede, te arceſſit Temyr Chan „. Tumque, etſi inuitus, ab Arabico maximique pretii equo deſiliit; iſti vero humili viliique equo inſtrato Paiazitem imponunt, et ad Chan Temyrem adducunt.* —

l) Addit h. interpres.

m) Τζαχαταΐδαι.

n) ἐνταῦθα δὴ ὑποχαλάσῃ τὴν ἵππον ἀπὸ τοῦ ὕδατος.

o) παρὰ βασιλέα Τεμύρην.

Imp. EMA-
NVELE
Pal.

a. C. 1401.

praeſtantior robore p): proinde eum circumductum ſecum in caſtris habuit, victum miniſtrans.

Paiazitis vxor in hoſtium manus venit Pruſae. Nam incurſionem etiam in Pruſam fecerunt, et gynaeceum inde rapuerunt. Eleazari filiam, Paiazitis vxorem, rapientes abduxerunt ad regem. Muſulmanes q), Ieſus r), Mechmetes et reliqui Paiazitis filii in hoſtium poteſtatem venere. Qui in Europa et Aſia erant, vt poterant, ſaluabantur.

§. 163.

ζ) Paiazitem, cum adductus eſſet in conſpectum regis, ſic Temires allocutus eſt: „ O infelix, quid adeo malum tuum coëgiſti genium, vt nos bello laceſſeres? An non audiuiſti, quod meo exercitui miſerorum filii reſiſtunt? „ Paiazites, respondens, inquit, „ Nequaquam ad tantam infelicitatem veniſſem, ni tu mihi negotia feciſſes, 'caetera quoque pronocatus a gentibus heroi noſtro infeſtis s) „. Verum ait Temires, „ Si non adeo ſublati tibi eſſent ani-

ζ) DVCAS: *Qui* [Temyr] *cum audiuiſſet, Paiazitem in ſuam poteſtatem deueniſſe, iuſſit tentorium erigi, ſub quo cum filio ſedit, Zatrichum ludens, quem ludum Perſae Santratz vocant, Latini vero Scacum. Hoc ludicro oblectamento, quod de Paiazite comprehendendo non ita ſollicitus fuerat, demonſtrare voluit, certamque copiis ſuis innumeris praedam intra retia habuiſſe; at, quod res fuit, diſſimulabat. Quamuis enim aciem duplo maioribus copiis inſtructam habuiſſet, anxius tamen admodum ac iratus apud ſe erat, donec feliciter res ſibi ceſſiſſe, ſenſit. Tuncque aſtute et vafre diſſerere ipſe, et fortunae dona fortitudine ſua admetiri et aeſtimare. Paiazitem demum adducunt, ſtantemque in tentorii veſtibulo collocant, elataque voce Chan Temyrem fauſtis acclamationibus proſecuti ſunt, interque illas nomen Paiazitis ſaepius eſt auditum: „ Ecce Turcorum*

p) *κρειττων.*

q) Interpres perperam *Mulſumanes.*

r) Marg. *Ioſua.*

s) *ταυτα ἀλλα και ἀπο ἐθνων τῳ Μεχμετη τῳ ἡρωϊ πολεμιῳ* [an *πολεμιων*?] *θηρια ἀνακαλαμενος.*

animi, nunquam ad iſtam praecipitatus eſſes miſeriam. Sic namque ſolet numen plerumque faſtuoſos deprimere, et ad humilem fortunam deiicere„.

Deinde miſit Temires Paiaziti accipitres, et canes, et reliquum huiusmodi apparatum, vt qui venatori potius, quam imperatori in hoſtes ducenti comparandus eſſet t). Aiunt, Paiazitem habuiſſe ſeptem millia virorum, qui accipitres curarent: praeterea aluiſſe canes ſexies mille. Reſpondens itaque Temiri Paiazites, inquit, „Verum, o Temires, qui es Scytha et latro, latrocinandique artem vsque exerces, ſatis ſcio, parum tibi conuenire cum canum accipitrum-

princeps victus coram te ſtat„. Temyr porro Scacorum ludo intentus ad acclamantium voces non exſiliit. rurſus ergo contentiori voce acclamare adſtantes, nomenque Paiazitis denuo repetere. Ludo Scacorum tunc Temyr a filio victus, ei nomen Siachruch impoſuit, eoque deinceps appellauit; quae vox Perſica ab Itaiis per Scaccum zoccum redditur, victi regulo ad extremas anguſtias redacto (τοτε και ὁ Τεμυρ ἡττηθεις ἐν τῳ του σκακου παιγνιῳ παρα του υἱου αὐτου, δους αὐτῳ Περσιστι Σιαχρουχ, ὁ λεγεται και Ἰταλοις Σκακω ζογκω, ἐκαλεσε το ὀνομα αὐτου ἐκ τοτε Σιαχρουχ, ἠγουν του υἱου αὐτου). *Intentis itaque in turbam circumfuſam oculis, Paiazitem in medio tanquam ſceleſtum reum intuitus eos ſic interrogat: „Hiccine eſt, qui paulo ante a coniugibus noſtris diuortium nobis mandabat, niſi bellum ei inferremus„? Ad quae reſpondit Paiazites: „Ille ſum, nec te decet victoriam ſuperbe habere, et deſpicere: ſed diſce tu, qui princeps quoque es, imperio limites et modum imponere„. Ex iis tunc cognouit Temyr, bilem illius immodice accenſam, quod a mane ad veſperam ieiunus permanſiſſet, aeſtuque acerrime et puluere deſiccatus ac retorridus eſſet. Et cum rectus ſtaret, iuſſit Temyr coram ſe eum ſedere, mitique ac blando ſermone deliniuit et conſolatus eſt. Imperauit deinde tria ta-*

t) ἐνταυθα δη ἐπιπεμψασθαι [interpres ἐπιμεμψασθαι, quod in vno ſupraſcriptum fuerit, legendum putat] αὐτῳ λεγεται, βασιλευ Τεμηρη, την ἐπι τας κυνας τε και ἱερακας φιλοτιμιαν, ὡς ἀνδρι κυνηγῳ ἐοικυια την τεχνην, και ουκ ἀρχοντι ἀγοντι ἐς πολεμους.

Imp. EMANVELE Pal.

a. C. 1401.

pitrumque ſtudio v). Mihi vero, qui ſum natus et educatus ab Amurate, Orchanis filio, qui ambo reges extitere, congruit canum et accipitrum ſtudium „. Rex Temires hoc reſponſo grauiter offenſus, impoſitum mulo per caſtra agi iubet, propinans eum militibus deridendum. Vt autem iam omnibus ſatis ridiculo fuit, reductum ad ſe interrogauit, an etiam ſui generis et iſta ſtudia ſint, quemadmodum accipitrum et canum? Deinde Paiazitem in vincula coniecit.

CAPVT

bernacula ſplendida, quae tentae vulgo dicuntur, erigit, dixitque illi: „ Secede et quieſce, et noli reformidare, vt in te admittam, quae in alios patrauiſti: per Deum tibi iuro eiusque prophetam, quod nullus alius animam tuam a corpore ſeparabit praeter Deum, qui illam coniunxit. Paiazites tentoria ſtatim ingreditur, quae Temyr ipſi conceſſerat: quibus etiam huius mandato foſſa circumducta eſt, illis aſſeruandis cuſtodiendisque per ambitum mille armati Perſae impoſiti, extra foſſam vero quinque millia expeditorum militum ex domeſticis lectorum collocata ſunt, ſingulisque noctibus ac diebus deducta, aliis cuſtodiae vices obeuntibus. reliqua vid. infra ad *ſ.* 166.

v) *ὧν κατα τοὺς ἂν προσηκα ἄγρας, οὐδὲ κυνηγεσιων.*

CAPVT XIV.

Res a Temire poſt Ancyranum proelium vsque ad Baiazitis obitum geſtae; a. C. 1401. 1402.

§. 164.

a. C. 1401, 1402.

Motis poſtea caſtris, [Temires] iter in Ioniam et finitimam 77.
eius regionem intendit, in animo habens, ibi hibernare. Vere appetente in Europam profectionem parabat, quemadmodum ſupra docui a), vt in eam tranſuectus, vniuerſam in ditionem acciperet, vsque ad Herculis columnas progrediens. Inde in Libyam iter auertere, et ex Libya in ſuam regionem redire in animum inducebat, vniuerſa iſta orbis continente imperio ſuo iuncta.

Miſit legatos ad Byzantii regem, petens liberum tranſitum et naues triremeſque, quibus copias ſuas tranſmittere poſſet b).

§. 165.

Etiam iſtam iniuriam Temires Paiaziti fecit. Vt enim Eleazari filia, Paiazitis vxor, quam prae caeteris ardentiſſimo amore complectebatur, et ſecum in caſtris ſemper habebat, captiua abducta eſt ad Temirem, iuſſa eſt in conſpectu mariti ſui vinum in-

Iiiiiii 2

77. CHALCOCONDYLAS p. 84, 85. Ducas p. 38. vbi haec iis, quae cap. praecedenti leguntur, ſtatim ſubiungit Chalcocondylas.

a) Vid. §. 123.

b) Addit h. interpres.

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

a. C. 1401, 1402.

infundere. Hinc Paiazites ira accenſus, in haec verba prorupit: „Neque paterno, neque materno tuo genere digna facis. Cum enim natus ſis ex parentibus idiotis, et ingloriis pauperibusque, haud tibi decorum eſt, adeo turpiter inſultare regum liberis et vxoribus c). Hoc modo etiam eos, qui tibi natura ſunt domini probris oneras,. Haec dicens, ingentem riſum mouebat Temiri, qui hominem pro ludibrio habebat, vt qui nihil ſani nec diceret, nec ſaperet.

§. 166.

a) Paiazitis duces cum in colloquium veniſſent Temiris foſſoribus, eos promiſſis accendebant daturi immenſam argenti vim, ſi cuniculo acto in eam caſtrorum partem, vbi vinctus aſſeruabatur Pa-

a) DVCAS: *In* [continuantur, quae ſupra ad §. 163. attuli] *campo itaque, vbi pugnam conſeruerant, octo dies conſumſit, per quos Perſicus exercitus a Galatia in Phrygiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Aſiam minorem, Cariam, Lyciam et Pamphyliam ſeſe diffudit, ita, vt in ſingulis prouinciis totus Temyris exercitus cum ipſo duce adeſſe videretur: hoc igitur occiduo multitudo illa diffuſa reſtagnauit. Iamque Temyr, diuitiis ingentibus compilatis, mancipiisque p.uribus Ancyra abductis, Cotyaeum Phrygiae metropolin accedit, obuios quoscunque flammis tradens, Paiazitem quoque in cuſtodia diligenter aſſeruatum, quomodo ſupra diximus, trahebat. Contigit autem, dum Ancyrae morabantur, quidpiam, cuius meminiſſe operae pretium eſt. Dum Paiazites bellum adhuc gerebat, aderant ei in exercitu quatuor filii — Muſulmanus, — Eſſes, — Mechmetes, — Moſes; domi vero duos adhuc infantes, Muſtapham et Orchanem tenebat. Anno autem illo, quo pugnatum eſt, Mechemeti, liberorum tertio, Galatiam prouinciam, vt eam regeret, pater attribuerat. qui, cum patrem in Scytharum manus ianiam venturum vidit, cum ſuis aufugit, et, rerum exitum exſpectando, per montes fugitiuus vagabatur. Inuentis itaque foſſoribus apprime induſtriis ac impigris, noctu de montibus in planitiem deſcendit: terramque vertendo ab eis in ut-*

c) ἰδιωτῶν γὰρ τούτων καὶ πενήτων [illegible], βασιλέων τε καὶ [illegible], [illegible] ἂν εἴης, [illegible] καὶ γυναιξί.

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

Paiazites, euerſiſſent, eumque inde eripuiſſent d). Fodientes itaque verſus caſtra et tentorium, vbi in vinculis erat Paiazites, tandemque prorepentes viſi ſunt cuſtodibus et capti. Non enim intra tentorium, vbi Paiazites erat, ſed extra ex cuniculo prodierunt, vbi viri erant, quibus Paiazitis cuſtodia a Temire erat mandata. Ea igitur parte ex cuniculo foſſores egreſſos et captos rex iuſſit obtruncari e).

§. 167.

COTYAEO diſcedens Temyr, omnia euertens, ſeruituti cunctos mancipans, omnes theſauros contrectans, ſuppliciis variis adhibitis,

dia tentoria peruentum erat, opusque iam perfectum, niſi diuina virtute quadam obſiſtente prohibiti fuiſſent, quominus ſcelus illud liberarent. Iamque orta luce, ſol eo tempore nouem horas infra horizontem conſumebat, leonem permeans, recens cuſtodum cohors ad ſtationem aduenit. qui, conſpectis ad oſtium foſſae aggeribus, clamorem ſuſtulerunt, quo nocturni cuſtodes excitati pariter vociferantur, ingensque trepidatio per vniuerſum exercitum eſt orta. Poſtea ingreſſi, Paiazitem in medio tabernaculo ſtantem et Chotziapheruzem, eunuchorum eius principem, qui ſimul captus fuerat, inuenerunt: foſſores vero et Mechemetes ee) *aufugerunt. Mane iam facto Temyr eum adiit, probris ac conuiciis lacerauit, cumque eo ſermonem minarum plenum habuit, et Chotziapheruzi caput abſcindi coram iuſſit. Sub arcta cuſtodia deinceps habitus eſt Paiazites, ferreis compedibus ac manicis per noctem vinctus; interdiu militibus tantummodo frequentibus aſſiduisque cuſtoditur.* his quae Ducas ſubiungit, ea vide *§. 167.*

d) οἱ ὑφελοῦντα Παιαζήτη ὑπορύξαντες.

e) Hic quae ſequuntur, infra ad *§. 167.* adfero.

78. DVCAS p. 39. vbi haec iis, quae ad *§. 166.* attuli, ſubiunguntur.

ee) Ducas p. 78. res huius Mechemetis enarrans *Mechemetem*, inquit, *etiamnum adoleſcentem Temyr* (Ταμηρ h. l. ſcribitur), *qui patrem eius occiderat, per Galatiae montes, Ancyraeis agris vicinos, inſecutus fuerat, in quibus celebris illa pugna commiſſa eſt, quam ſupra deſcripſimus. Fugiens ille in graues calamitates ac aerumnas incidit, exſul huc et illuc vagatus, et a Perſis pulſus; eandem fortunam malam cum eo expertus eſt* quidam Paiazites, Veſires et Paſſa.

vrendo ſcilicet miſeros, et ſuſpendio afficiendo, viuos ſepeliendo, caeteriſque tormentorum generibus torquendo, Pruſam venit: reſeratoſque theſauros exhaurit: et, quae Romanis erepta fuerat, auream argenteamque ſupellectilem, pretioſos lapides margaritaſque, quas (tanta fuit earum copia) velut grana frumenti choenice admetiebatur. Illic quoque Paiazitis vxores pellicesque inuenit, interque eas Lazari filiam. Omnibuſque abreptis ſpoliatiſque theſauris, quos nactus eſt Pruſae, Nicaeae, Nicomediae et in vicinis vrbibus, in Phrygiam inferiorem ire pergit: omneſque in itinere vrbes ac oppida populatur, et in Aſiam abit praeteritiſque Adramyttio et Aſſo, Pergamum acceſſit: ibique diebus aliquot immoratus, theſauros vrbium vicinarum compilat, puerosque et puellas captiuos comprehendit, omnesque Turcos et Romanos ſuppliciis diris vexauit, vt aurum et argentum ab eis extorqueret; aliosque igni tradidit, alios concluſos fame enecauit.

Cunctis itaque diuitiis earum vrbium corraſis, Magneſiam, ad Sipylum montem ſitam, profectus eſt; illic congeſſit vniuerſam Lydiae auream argenteamque ſupellectilem, omnemque, quam Sardeis, Philadelphia et Attalus poſſidebant.

§. 168.

79. β) Smyrnam deinde profectus, caſtrametatur iuxta oppidulum ab Hieroſolymitanae militiae fratribus Rhodiis equitibus; tem-

β) CHALCOCONDYLAS: *Veniens autem Smyrnam* [Temyres], *eam vrbem rotis cepit* (εἷλε τροχίσκοις). *Praetereà arcem in littore ſitam, in qua erat Romanorum praeſidium, vbi ſuffodiens penitus ſubuertit. Hanc occupauit, etiam a reliquis ius belli non abſtinuit: verum accedens oppida, qua ſibi videbatur aptiſſimum aggrediebatur. Vt autem ver iam appetierat,* ** *rotis vrbes capiebat Temyres* (ὡς δὲ ἔαρ ἦν τε καὶ ὑπέφαινε, τείχη γὰρ λέγεται δίηρα τὰς πόλεις Τεμήρης, τοῖς τε τροχοῖς). *Hae erant circuli, et infra ſcalas habebant, quibus aſcendebatur in mu-*

79. DVCAS p. 39—42. Chalcocond. p. 85.

tempore memorati Homuris exſtructum f), idque ſibi dedi poſtulat. 'At Rhodii fratres equites id tenuere g), quod plurimi viri feminaeque in illud confugiſſent, Epheſii, Thyraei, Nymphaei, aliarumque vrbium Chriſtiani, loci firmitate freti, nec a quoquam expugnatum iri confidentes. Cum enim illud vi fruſtra ſaepe tentaſſet Paiazites, quotannis praeſidiis impoſitis aditus occupabat, vt ſame expugnaret.

Tum expugnandae arcis conſilio capto, Temyr portus ingreſſum obſepire aggreditur, edicitque ſub veſperam, vt craſtina luce ſinguli milites lapidem afferant, et in portus fauces proiiciant. Quod deinde factum iis, qui in oppido concluſi erant, timorem ingentem obiecit. Triremes porro caeteraque nauigia, niſi prima diei hora in altum deduxiſſent, a Scythis incenſa foret. 'qui cum ad ſolis ortum lapides congerere coepiſſent, vtrumque littus aggere iunxerunt, et portus oſtium deſiccarunt h). 'atque decima pars militum, quid decima dico? ipſa centeſima operi faciundo plus quam ſatis fuit i). Vbique enim innumera militum multitudo diffuſa ab-

vos: Et quando in foſſam dirigebantur, recipiebant viros ducentos ſeparatim poſitos, donec ſinguli rotas intrarent (ὡς τε ἀναβωμεν ἐπι το τειχος, ἐς την ταφρον ἀγοντες, ἐπετιθεσαν ἀνδρες διακοσιοι ἑκαστον τεταγμενοι, δια τε τροχε ἑκαστον ἑκαστος). *Poſtea veniebant in alteram, quae ex aduerſo erat, foſſae partem, ſatis muniti et tecti a rotis. Quo cum veniſſent, ſcalas conſcendebant, et eo modo capiebant vrbes. Deinde reliqui, qui erant in caſtris, vrbem vallo cingebant, aggeresque fundebant, qui facile murum ſuperarent; ex quibus deinde muro facile potiebatur. Praeterea foſſores habuit Temires circiter decem mille, qui ſuffoſſum murum ſuſtentabant: per nudata inde muro loca milites ruebant in vrbem. His tribus modis Temires in oppugnatione vrbium vtebatur.* Quae ſequuntur, *vid.* §. 174.

f) κάστρον τετειχωσας ἐν τῳ πολιχνιῳ των Φρεριων, ὁ ἀνηγειρεν ἐν ταις ἡμεραις τε προῤῥηθεντος Ομυρ.

g) ὡς δε ἀντελεγον οἱ Φρεριοι.

h) ἀρξαμενοι δε πρωϊ ἀχρι της πρωτης ὡρας, ἐποιησαν την ὑγραν ξηραν.

i) ὀυδε το δεκατον — ὑπηργησεν το της διαλαλιας προσταγμα.

Imp. EMANVELE Pal.

a. C. 1401, 1402.

aberat, omnem regionem per ambitum occupantium, aliamque ex alia, priusquam de eorum aduentu praeſciretur, percurrentium. Vno equidem die tridui itinere emenſo, vt volucrum nubes terras ſaepius circumcurſabant, nullis impedimentis grauati, ſed iis ſolum ſarcinis et commeatu, quae ad facile vincendum ſatis ſunt, ad quod apte ſe comparant, dum numero magnam ſatis multitudinem, ipſamque celerem ac expeditam, educunt. Quodque horum praecipuum eſt, ſibi nullatenus parcunt, et aduerſus hoſtes, ferarum agreſtium more, in pugnam procedunt.

Portus oſtio iam ſuperato, ad foſſas oppidi accedere Scythae k): at equites Rhodii l) fortiter e propugnaculis obſiſtere, Scythaſque, vt paſſeres locuſtas, in foſſas deiicere, quae eorum cadaueribus implebantur. Hi vero m), vt hydrae capita, ſuccreſcere. Congeſta itaque cadaueribus foſſa, reſidui immenſo numero Scythae, caeſorum calcantes cadauera, ſcalaſque admouentes, aſcenderunt, aliique in moeniorum pinnas euaſerunt, alii, quae ad inferos et letum ducit, viam ingreſſi ſunt. Neque ſuperſtes caeſorum patris, aut liberorum cadauera calcare auerſabatur, aut eorum ab aliis diſcrimen aliquod faciebat: ſed vni tantum intentus erat quisque, quomodo prior aſcenderet, telumque turri infigeret x). Vndequaque igitur muros ſubeuntes, in interiorem arcis locum fratres compellunt, qui, ſalutem fuga quaerentes, triremes prope arcem adducunt, ipſaſque tumultuantes ac trepidantes ingreſſi ſunt Ballivus n) et caeteri fratres. At Chriſtiani, qui in id oppidum ſecuritatis cauſa ex aliis locis ſe receperant, omnes cum vxoribus et liberis mare ingreſſi, partim triremium clauis adhaerentes, partim in remos nitentes, alii funibus anchoriſque arreptis, vectorum fidem inclamabant: „ Miſeremini noſtri, qui Chriſtiani ſumus, neque hic nos deſerite „ Vectores vero manus vociferantium protenſas

k) Supplet nomen interpres.

l) οἱ μεν Φρεριοι.

m) και οἱ Σκυθαι.

x) και το σκηπτρον ἐπηξ ἐν τῳ πυργῳ.

n) τον Μπαλιουλον.

tenſas contis quatientes ac ſubmouentes, panſis velis in altum feruntur, hosque ſemimortuos deſerunt o).

Scythae, expugnato caſtro, coactos in vnum ſupra mille captiuos, mulieres ac pueros, ad Temyrem adducunt, quos ad vnum omnes interfici imperat, occiſorumque capita abſcindi; in aedificanda deinde turre ordines lapidibus capitibusque diſtinxit, ita vt caput vnum ad lapidis latus coagmentaretur, faciesque ordine diſpoſitae eſſent: atque in ſecundo ordine lapidi caput, lapis capiti, opere reticulato p), ſuperſtruebatur: vultusque in exteriorem ſuperficiem omnes verſi ſunt; conſpiciendum illic exhibebatur nouum prodigium inhumanumque commentum.

§. 169.

At Phocaearum principes q) legatos ad eum deſtinarunt, priusquam in Ioniam perueniſſet, et multis donis placauere: quibus ille acceptis pacem cum iis compoſuit. harum altera, quae noua

o) Smyrnae a Temyre captae etiam infra meminit Ducas p. 58, 59. Cum magnus Rhodi magiſter ob caſtrum, quod a Temyre euerſum erat, ipſeque inſtaurare coeperat, Machumetis iuſſu dirutum, ad hunc accedens, quereretur, minis etiam additis: *Machumetes hiſce ſermonibus aequo animo auditis, nihil inclementius reſpondit. Recens enim adhuc Turcorum animis inhaerebat memoria eorum, quae a Scythis, in eos ſeuere ac aſpere animaduertentibus, paſſi erant. — Sane,* inquit, *cum in has regiones aduenisſem, multi coram me ſe ſtiterunt Muſulmani, qui animum noſtrum ad id incitauerunt, hac ratione ducti; Quamuis Temyr in Aſia nihil, quod vtile ſit, patrauerit, inſigne tamen ſeruatae Ioniae monumentum poſuit, euerſa ac diruta arce, quae Smyrnae impoſita erat: omnes enim ſeruilis conditionis Iones, in illam arcem confugientes, liberi euadebant. — et hoſtiliter tam mari, quam terra in ſe inuicem inuehebantur fratres Rhodii equites et Turci Hac de cauſa bene audiebat impius Temyr. viſne igitur, vt iſto tyranno magis impie me geram?*

p) Addit h. interpres.

q) οἱ δὲ Φωκαεῖς.

Imp. EMANVELE Pal.

a. C. 1401, 1402.

none vocabatur, Genuenſibus parebat; altera, quae et vetus, Mitylenes duci ſubdita erat.

Cum Smyrnam Temyr accederet, eamque bello peteret, nepotem ſuum Phocaeas exploratum miſit. Quod cum reſciuiſſet Lesbi princeps: conſcenſa trireme, Phocaeam appulit, vrbeque egreſſus in occurſum Temyris nepotis, comiter ac perhumane, prout decebat, eum ſuſcepit r); et, poſtquam conuiuiis ac compotationibus indulſerunt, et ſe ſimul oblectauerunt, eum multis donis remiſit. Temyris etiam nepos ſceptrum illi, dilectionis amorisque ſignum, largitus eſt: mutuis tandem ſalutationibus ac oſculis ſeſe complexi, diſceſſerunt, ille quidem trireme vectus, hic equo inſidens.

§. 170.

Qui [nepos Temyris] ad caſtra reuerſus, Smyrnam a fundamentis euerſam dirutamque offendit, atque adeo Epheſum verſus tendentem exercitum, eoque confluentem s). Edixerat namque Temyr, Ancyra digrediens t), vt omnes proceres magnatesque, vbicunque agerent, eum Epheſi adirent, illucque conuenirent; Epheſo quippe diſcedens imperii ſui prouincias repetiturus erat. Ibi caſtris collocatis, triginta dies conſumſit, interimque ex vicinis illi vrbi oppidis et vicis omnes incolas congregat: multisque cruciatibus et deuſtionibus ab iis extorquet, quicquid a maioribus auri argentique, pretioſarum rerum veſtisque relictum erat. Hinc Mylaſum v), Cariae metropolin, profectus eſt. Tamque aſpera et acris hiems inuaſit, geluque ita intenſum eſt, vt quadrupedes, volucres aëriae, aquatiliaque animalia gelu induruerint, eorumque natalis calor frigore exſtinctus ſit.

§. 171.

r) και ἐξελθων ἐξω της πολεως, και φιλοξενησας, ὡς ἐχρην, τον ὑιονον τε Τεμυρ.

s) προς την Ἔφεσον την πορειαν ἐποιειν, και πανταχοθεν το στρατευμα συνεῤῥεεν.

t) ἦν γαρ προσταγμα και ὑπο ἐκειθεν ἐξ Αγκυρας.

v) προς την Μιλασσαν, in marg. leg. Μυλασσαν.

§. 171.

Cum vero ab vna vrbe in aliam migraret exercitus Temyris, eam, vnde mouebat, iam deſertam ac ſolitudinis horrore plenam reliquit, vt neque canis latrare vsquam audiretur, non aues domeſticae et cicures cucurrire, non infans vagire, ſed quo pacto laxato reti et in littus poſtea ex mari reducto, quicquid implicitum ſiue minutus piſcis, ſiue amplus occurrit, in terram piſcator trahit, etiamque piſciculum viliſſimum cancrumque minutulum; non aliter iſti totam Aſiam egerunt et tulerunt, et, Mylaſſo relicta x), in Phrygiam Cappatianam, cuncta pariter agendo ferendoque iter direxerunt. A Laodicea vero viam capeſſiuerunt, quae in Phrygiam Salutariam ducit, quam prouinciam Turci lingua ſua Karaſar appellant.

§. 172.

Illic aerumnis confectus Ilrim Paiazites fato conceſſit y). affirmant plurimi, quod veneno mortem ipſe ſibi conſciuerit z). Volebat equidem Temyr hunc viuere, et in Perſidem abducere, vt vniuerſae genti oſtenderet, qualem cuiusque ſoli feram comprehenderat; ſpectandumque exhibere ad triumphi ornatum et magnificentiam. tandem multis aerumnis ac miſeriis attritum ad mortem ſibi inferendam ipſum cogere. Verum vbi animam agere coepit [Paiazites], poſtremaque ſuſpiria ducere, Temyri talia ſignificat: „Vitam cum morte iam commuto, tu laetus et hilaris mortuum me conſpice a), cadauerque meum trade ſepeliendum in monu-

x) εἴσω δὲ Μιλησίων. vid. not. praec.

y) In marg. „ Moritur Baiazites Anno Heg. 804. Chriſti 1402. regni ſui XIV. [ſecundum Chalcoc. p. 86. XXV.].

z) Chalcocond. p. 261. Mater Chaſanis Longi [Vſun - Haſſani], Armeniae principis, ad Mechmetem [II.] a filio miſſa, inter alia, *ignoras*, inquit, *Paiazitem Laelapa, Amuratis filium, qui cum circa haec eadem erraret, et plurimum delinqueret in gentis ſuae homines, tandem ſenſit vltionem? Nam iuſtitia accedens eique manus iniiciens, effecit, vt trucidaretur ab Temire rege.*

a) σὺ δὲ ἱλαρῶς βλέψον τεθνηκότα με.

Imp. EMANVELE Pal.

a. C. 1401, 1402.

mento, quod mihi aedificaui „. His auditis, Scytha, animi rigore remiſſo, emollitus eſt, et libertatem centum illius ſeruis conceſſit, qui funus procurarent, Pruſamque cadauer abducendum permittitur, vbi in ſepulcro, quod viuus ſibi poſuerat, ſepultum.

§. 173.

Temvr in Lycaoniam inde mouit, deincepſque Caeſariam peruenit, taudemque in Armeniam minorem ac maiorem reuerſus eſt. Annum in expeditione extra Perſiam exegit, demumque victor ac triumphator rediit praeda ac ſpoliis onuſtus, quantas nullus vnquam Perſarum tyrannus reportauit.

CAPVT

CAPVT XV.

Rerum a Temire poſt bellum Turcicum vsque ad eius obitum, nec non á filiis eius ac nepotibus geſtarum memoria; ab a. C. 1403 —

§. 174.

a. C. 1403 a)

VER b) vt iam illuxit, legati veniunt, qui referebant, Indorum regem cum magna manu adueniſſe, vrbemque Cheriam intolerandis malis affeciſſe c). etiam ad theſauros regios procedentem, tributo anni ademto, domum abiiſſe d). Minae quoque ferebantur, Indorum regem nolle amplius foederatum eſſe Temiri.

Haec vt Temires intellexit, terror ingens infectus eſt, ne, ſi rediiſſet legatio ad regem Indorum, ipſe exercitum armaret, regionemque hoſtiliter accedens occuparet, ſe interim externis occupato bellis. Simul etiam rerum humanarum conditio mentem tangebat, quae nullo in loco ſatis firmas tutasque res conſiſtere patitur. Deinde grauiter ferens, Indorum legatos adeo impuden-

80. CHALCOCONDYLAS p. 85 — 89.

a) Vid. ſupra §. 172. not. g.

b) Haec iis, quae ſupra ad §. 168. attuli, ſubiungit Chalcocondylas.

c) ἀφίκετο καὶ αὐτῷ ἀγγελία, ὡς τε Ἰνδῶν βασιλέως πρεσβεία ἀφικομένη ἐπὶ Χερίαν, μεγάλῃ χειρὶ δεινά τε τὴν πόλιν ἐργασαμένη.

d) τόν τε φόρον λαβὼν ᾤχετο.

Imp. EMANVELE. Pal.

ter ſibi contumeliam feciſſe, citato agmine Cheriam properauit, Paiazitem et filium e) eius ſecum vehens, cuius paruum reſpectum egit. Proinde in patriam fuga euaſit regionem. Paiazitem autem tradunt prae nimia aegritudine fato functum eſſe. — Exſpirauit in Ionia, cum eo in hiberna mouiſſet Temires f).

§. 175.

At Indorum rex, de quo nunc verba facimus, vnus eſt de numero nouem regum, et Tzachataae rex appellatur g). Conſtat, eum fuiſſe de grege nouem illorum regum, qui per Maſſagetas exercitum magnum contra Temirem miſit. Qui, tranſito Araxe, et pleraque regionis parte, quae ſubiecta eſt Temiri, ſubacta h), domum reuerſus eſt. Suo imperio parent Syena i), India et Xypriſa k). Huius regio patet vltra Taprobanen l) inſulam vſque ad Indicum mare, in quod deferuntur Ganges, Indus, Anythines, Hydraſpes m), Hydraotes n), Hyphaſis, fluuii iſtius regionis maximi.

§. 176.

Indiae autem regio multa ſuppeditat bona, magnamque fundit felicitatem, ſed totius Indiae imperium penes hunc regem eſt, qui, profectus ab ea regione, quae ſupra Gangem eſt, et a maritima Indiae regione, nec non a Taprobane inſula, venit ad regem Achatagiae o), quae intra Gangem et Indum eſt ſita. Qui deinde ſuae ditioni adiecta, vrbem eius regionis regni ſui ſedem de-

e) *Moſen*, conf. infra §. 177.

f) Vid. ſupra §. 172.

g) ὁ δὲ Ἰνδων βασιλευς οὗτος ἐςιν, ὁ τον [l. των] ἐννεα βασιλεων τ'α-νομα ἐχων, Τζαχαταης βασιλευς.

h) καὶ τα πλεω της ταυτης χωρας καταςρεψαμενον.

i) Συηνης. marg. Σιηνης.

k) Ξυπρισης. marg. Ξυμπρ. interpres, *Chypriſa*.

l) Ταπροβανην.

m) Ὑδασπης. marg. Ὑδρασπης.

n) Ὑδραοτης. marg. Ὑδραωτης. Ὑδρωτης.

o) Αχαταγιας. marg. Χαταγ.

Imp. EMA-NVELE Pal.

declarauit. Exinde vnius imperio vniuerſa gubernatur India. Rexiſte et p) qui Chatagiam q) regionem incolunt, Deos eſſe cenſent, quos colunt, Apollinem, Dianam Iunonemque. Diuerſa inter ſe vtuntur lingua: haud enim omnibus eadem eſt. Siquidem in plurimas diſcreti gentes reguntur, abundante hominum numero tam in vicis, quam in vrbibus. Victimas immolant equos Apollini, boues Iunoni, Dianae pueros iam pubeſcentes. Haec ſacrificia frequentantur quotannis. Regio iſta producit, vt fama eſt, frumentum, cuius altitudo excedit quindecim cubitos regios, eadem etiam hordeo altitudo eſt, ſimiliter et panico. Arundineis autem nauibus vtentes, flumen traiiciunt. Fert regio illa, ſic enim fama habet, arundinem tantae magnitudinis, vt ex ea aedificentur naues, quae capiunt medimnos Graecos quadraginta.

At genus iſtud hominum cum nobis parum ſit cognitum, fit, vt plurima, quae de illis feruntur, nullam apud nos fidem inueniant. Nam cum India a nobis quam longiſſime ſubmota habitetur, ignoratur, quibus moribus et qua victus ratione Indi vtantur. Hoc hominum genus cum robore plurimum praeſtaret antiquitus, Perſarum et Aſſyriorum reges, qui Aſiam imperio temperabant, coluiſſe fama tenet. Semiramis et Cyrus, Cambyſis filius, Araxem tranſeuntes, quondam magnam belli molem eo verterunt. Nam Semiramis, Aſſyriorum regina, arma contra Indorum regem maximo apparatu mouens, vbi flumen ſuperauit, clade ſuorum maxima accepta, occubuit. Praeterea Cyrus, Cambyſis filius, Perſarum rex, traiecto fluuio cum Maſſagetis congreſſus, in grauiſſimum praecipitatus eſt periculum, ibi peremtus a muliere Maera Maſſagetarum regina r).

§. 177.

Temires, vt allatum eſt, quae feciſſet regis Indorum s) legatio, maxima celeritate Cheriam ſe recepit. Paiazites, vt ſupra dixi

p) Reddit ki interpres.

q) Χαταγην.

r) ὑπο γυναικος μοιρας της Μασσαγετων βασιλευουσης, ἀπεθανεν.

s) τα Καταγης [marg. Χαταϊης] βασιλεως.

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

a. C. 1401, 1402

diximus, in itinere prae aegritudine naturae debitum ſoluit. Moſes, Paiazitis filius, dimiſſus a Temire, in partiam profectus eſt regionem.

Rex Temires vt peruenit in ſuam regiam, quae ad regni curam attinebat, ſumma diligentia exſecutus eſt. Deinde hoſtili animo ſumto, bellum cum Indorum rege ex profeſſo gerebat. Haud multo poſt pax inter vtrumque conuenit t).

§. 178.

Temiri nati ſunt filii *Sachruchus*, *Paiangures* et *Abdulatuphes* v). Sachruchum, filium natu maximum regno praefecit. Ipſe autem, amori operam dans, totumque huic rei curioſius ſe mancipans, mortem tandem obiit.

Aiunt, Temirem libidine reliquos mortales longe ſuperaſſe. Nam adoleſcentes in conſpectu ſuo mulieres conſtuprare iubebat, ſic prouocans naturam, vt ipſe deinde coire poſſet. Quando autem relictis amoribus ad bellum protrudebatur, bello confecto ad ſolitam redibat libidinem, nullo modo quietiorem vitam ſectatus. Etiam naturae ſuae vim facere non erubuit, luxurioſiorem ſecutus victus rationem, quo magis rei venereae indulgere poſſet vv).

§. 179.

t) *μετα δε ταυτα ἀρχην τε ἐποιησαντο, ἐφ᾽ ὁ τε ξενοι τε και φιλοι εἰναι ἀλληλοις.*

v) *Σαχρουχος τε και Παιαγγαρης, και Αβδυλλατιφης.*

vv) His alia quaedam ſubiiciam loca, quibus belli Temirici quaſi in tranſitu ſcriptores Byz. meminerunt. DVCAS p. 6c. *Per illud etiam tempus* [quo Muhammedes II. Blachis bellum intulit] *quidam innotuit Chriſtianus Philadelphius, inter ciues primarius, caeterum ſubdolus ac veterator. Hic, cum vnus inter reip. adminiſtratores eſſet, quando Scythae in Aſiam irruperunt, complures Chriſtianos, quod opulenti eſſent, impiis iſtis tradidit, vt a Temyre imperatas pecunias ſoluerent: quos, cum ſoluendo non eſſent, barbari combuſſerunt: atque etiam Philadelphiae archiepiſcopum tam diris ſaeuisque tormentis diuexauere, vt Chriſtianam religionem eierauerit.* Id. p. 101. Ioannes, Emanuelis Pal. F. *comperto Moratis conſilio* [CPlin oppugnandi] — *apocriſiarium ad*

Imp. EMA-
NVELE
Pal.

a. C. 1404.

§. 179.

Temire defuncto, SACHRVCHVS, vir caetera aequitatis ſtudioſus, et plerumque cum finitimis foedera iungens, tranquillitatisque amator, regni gubernacula tenuit.

Haud tamen multo poſt excedente e viuis Sachrucho, PAIANGVRES, Temiris filius natu minimus, regno potitus eſt. Vade ei

eum mittit, nomine Coracem, Theologum, qui Philadelphia venerat, et Conſtantinopolin, Tataris (των Ταταρων. hoc loco Tataros ſuo nomine Ducas vocat) *Aſiam inuadentibus, habitationis ſedem tranſtulerant.* Id. p. 43. *Vere inchoante poſtque horrendam illam procellam ſedato aeſtu, fames dira peſtisque vehemens graſſatae ſunt per prouincias omnes, quas Scythae inuaſerant, bellaque inteſtina orta. Carmianus namque, qui Alyſar cognominabatur, facultatem a Temire conſecutus in paternam ditionem redeundi, eam recuperauit.* Id p. 44. *Ineunte vere alteroque anno ab horrenda illa Scytharum excurſione, Atinis filiorum vnus, qui Homur quoque vocabatur, ad auunculum ſuum Mantachiam — ſe confert —.* Hi *reliquias, quae Scytharum vaſtationi* [Fpheſi] *ſupererant, tanquam foenum flammae deuorarunt.* vid. et p. 45. Id. p. 50 Moſes, Paiazitis F. in oratione ad ſuos poſt Muſulmani, fratris, caedem habita, *O viri*, inquit, *patris mei amici, probe nouiſtis, quanto cum horrore Aſia ad Temiris minas trepidauerit: atque etiam quod grauius eſt, patrem meum in manus illius velut paſſerem traditum eſſe. Non alius tamen, praeter Conſtantinopolin eiusque imperatorem, arceſſiuit Scythas, et Perſas caeterasque gentes in patriam noſtram euocauit.* Id. p. 95. 96. Cineites ad orationem Hamzae fratris, qua hic ipſum ad defectionem a Muſtapha faciendam hortabatur, reſpondens *Poſt Tatarorum* (των Ταταρων), *inquit, irruptionem hanc ipſam praefecturam, quam nunc mihi Morates pollicetur, quis e manibus Homuris, Atinis filii, eripuit? nonne Cineites?* Chalcocondylas p. 89. iis, quae infra *§. 182.* adfero, ſubiicit: *Mendeſis, Aedines, Sarchanes, et Allontes Paiazitis regionem occuparunt iuſſu Temiris, et in ſuam ſinguli redibant regionem.* Id. p. 90. *Poſt Temiris in Cheriam profectionem Ieſus (qui et Ioſua), filiorum Paiazitis natu maximus — regnum occupauit.* paulo inferius: *Ieſus igitur vbi primum in Aſiam venerat, poſt Temiris diſceſſum in Cheriam, ducens ſecum peregrinorum cohortes*

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

a. C. 1404.

ei non admodum bene cum fratribus conuenit: verum inimicitiae inter ipſos exarſerunt. *Vlies* x) enim, Caddusiorum regionem et Hyrcaniam retinens, inimicitias ſuſcipiens aduerſus fratrem Abdulatuphem, cum eo bellum gerebat. Paiangures adueniens, regionem ei adimebat y), et ipſum captum in carcerem miſit.

§. 180.

Mortuo deinde Paiangure, ad regni moderamen euaſit TZOKIES z). Cum hoc affinitatem iungens *Paeampures* a), vnus de numero nouem regum, et conuerſus regnum occupauit b). Oppreſſis enim et occupatis Semarchandae rebus, contractis etiam Indorum auxiliis, bello petiit Tzokiem, Paianguris filium. Tzokies, adducens Scythas, Aſſyriorumque regioni imperans, contra fratrem *Paiangurem* c) bellum mouit. In hoc bello victor exſtitit, et Semarchandam in ditionem accepit. Nec multo poſt in belli ſocietatem adhibito vno de numero nouem regum, et regia ſede in *Tabreze* d), Aſſyriorum vrbe opulenta, conſtituta, bello laceſſebat Leucariae e) ducem: etiam *Samachiam* f) vrbem, *Carailacis* g) regiam, oppugnabat.

Ta-

et optimos quosque, qui Temiris euaſerant manus, Pruſam — obtinuit. Id. p. 28. 29 *Ne quis perſuadeat, quod hic vir* [Amurates I. pater Paiazitis], *ſi armis appetitus fuiſſet a Temire, peſſime iſtud bellum adminiſtraſſet. Pugnaſſet etenim fortiter. Et ſi non victor, nec tamen victus iſto ex proelio exceſſiſſet. Pugnae enim locum elegiſſet opportunum, in quo non facile vinci potuiſſet. Temiris autem exercitum hoſtiliter accedentem, vi ferro, vbicunque occaſio ſe dediſſet, decreuerit, grauiſſima clade affeciſſet.*

x) Οὐλεης.

y) και ὡς Παιαγγαρης [marg. Παιαγγαρη] ἐπαγομενος, την τεχωραν ἀφειλετο cet.

z) Τζοκιης. marg. Κοκιης.

a) Παϊμπαρης.

b) και ἐπιστραφεις. [marg. ἐπιστραφθεις] ἐσχε την βασιλειαν.

c) ἐπι Παιαγγαρην τον ἀδελφον. hic itaque patri cognominis fuit.

d) ἐν τῃ Ταβρεζῃ.

e) Λευκαριας.

f) Σαμαχην.

g) τε Καραιλακου.

Tabreze autem fertur vrbs eſſe magna et opibus florentisſima: etiam omnes Aſiae vrbes, extra Semarchandam, opum acceſſu et reliqua felicitate antecedere noſcitur. Vermiculos alit ea regio, ex quibus ſericum producitur pulcherrimum, quod longe paeſtat ei ſerico, quod Samachia ſuppeditat. Fert quoque Crinizin [h], iſto nomine vermiculum, qui purpureum colorem admiratione dignum tribuit veſtibus ex filis e ſerico contextis. Abundat autem regio, Perſis, quos Atzamios vocant [i]. Quotquot enim Atzamiorum Perſarum lingua vtuntur [k], omnes hi Perſae ſunt, et Perſarum linguam in vſu habent. Incolunt Tabrezen, Cagrinum [l] et Nigetiam, vrbes opulentas, in Aſſyriorum et Medorum regione ſitas.

Samachia autem, cuius ſitus eſt verſus Armeniam, vrbs perhibetur opulenta et populoſa.

§. 181.

Ex filia Tzokiis [m], quae matrimonio iuncta fuit Caraiſuphi [n], natus et *Tzaniſas* [o], Tzokiis nepos, et Caraiſuphis filius. Is Pagdatiam Babylonem rexit, et Aſſyriorum regionem iure belli poſſidens, Tabrezen ſuo imperio addidit. Arma idem Paimpuris [p] filio intulit, profectus contra Artzinganim [q] vrbem, eam oppugnatione cepit. Armeniam, quae iacet intra Euphratem, in ſuam ditionem redegit. Hinc Tzokiis filio profecto a Semarchanda, Babylonem oppugnabat. Ipſum adeuntem proelio vicit. Exinde, Babylonem capiens, et contra Tabrezem exercitum ducens, cum illo bellum geſſit.

h) Κρημιζιν. in marg. „ Noſtri Chermeſinum ſiue coccum vocant „.

i) Περσων των Ατζαμιων [marg. Ατζαμιδων αγκιαμιων] καλεμενων.

k) οσοι γαρ ες την Ατζαμιων (marg. αγκιαμιων) φωνην προϊενται.

l) Καγινον.

m) Τζοκϊεω. marg. Κιοκιεω.

n) Καραϊτυφεω.

o) Τζανισας. marg. Κιανισας.

p) Μπαϊμπκρεω.

q) Ατζιγγανιν. marg. Αρκιγγανιν.

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1404.

§. 182.

Chaſanes quidem Longus r), Scenderis, qui Artzingaim tenebat, nepos exſiſtens, et ex familia Carailucis, regnum Armeniae adeptus erat, adiutus ab Carailucis filiis, qui vna cum illo profecti erant. Hi cum a rege Tzaniſa, Caraiſuphis filio, Samachiae grauiſſima obſidione premerentur, resque eorum admodum lubricae eſſent, precibus aggreſſi ſunt Paimpurem t), vt irrueret in Mediae regionem. Qui facile, quod petiuere, impetrarunt, nam in Mediam irrupit. Qui rumor vt perlatus eſt ad Tzaniſam, obſidionem, vrbe abſcedens, ſoluit, iterque flexit aduerſus Paimpurem, partim quidem regionem eius in ditionem accipiens, partim vero vaſtans.

§. 183.

a. C. 1422.

81. [DVM Conſtantinopolis a. M. 6930. ind. 15. menſis Iunii d. 10. anno 32. imperii Manuelis Palaeogi et Ioannis, illius filii v), ab Amurate oppugnatur] Graecorum — multitudo proſpectans bellica Turcorum facinora et apparatus, nec non ex innumeris nationibus exercitus abundantiam, Tartarorum x) impetum, et Muſulmanorum audaciam, — potiori ex parte fugam meditabantur.

§. 184.

a. C. 1442. y)

82. EODEM tempore [quo Ioannes, CPlitanus imperator a Genuenſibus bello diſſidebat] etiam Scythis, (qui et Tatari) bellum in-

r) Χασανης ὁ μακρος in marg. „alii Vſſan Caſſanum, Naſſum Caſſanum et Aſſembegnum vocant„.

s) Αρτζιγγαναν. vid. ſupra §. 181. et ibi not. q.

t) Μπαϊμπαρων. ita et infra.

81. IO. CANANVS de bello CPl. (Acropolit. p. 194).

v) Annum habet p. 188.

x) των Ταρταρων.

82. CHALCOCONDYLAS p. 56, 57.

y) Vid. *Tom. II. P. II. Vlachica* §. 30. not. t.

inferebant Ianuenſes z). Scythae namque, qui circa Boſporum colunt, inimicitiis moti, quas cum Caphenſibus gerebant, Capham vrbem egerunt et tulerunt. Propter quae miſerant legatos ad regem Scytharum ATZIKAREM a), petitum pacem: hac tamen conditione, vt ſua reciperent b). Cum nihil eorum, quae petiiſſent, impetrare potuiſſent Caphenſes, vrbem ad Italiam reduxere c), cum Ianuenſes iniquis animis paterentur, vrbem ſuam ab Scythis adeo grauiter diuexari.

§. 185.

Eodem tempore iis [Genuenſibus] diſcordia cum Graecis fuit. Parabant itaque contra vtrosque ſimul rem gerere et vtrosque armis domare. Appulerunt itaque Byzantium, indicentes Byzantiis bellum: et inde legentes Euxinum Pontum, venere Capham. Ibi igitur egreſſi nauibus in Cherſoneſum, recta pergebant contra Scythas, non multum in vrbe morati.

Scythae audientes, hoſtes accedere, ſine ordine palantes, plenos contemtu, et ipſi arma arripiunt. Nam praeterito die affuſi flumini cuidam, in ea regione caſtra poſuerant, nec ſolitas ordinarant vigilias. Putabant enim Scythas nunquam eo audaciae progreſſuros, vt ſecum ex acie dimicare ſuſtinerent. Ibi igitur cum primi non exſpectaſſent eos, qui agminis poſtremi erant, vt, in vnum et in iuſtam aciem collecti, proelium inirent, verum pedetentim et palantes incedentes pergebant contra hoſtes, extenuato maxime agmine. Scythae igitur vbi compererunt, hoſtes appropinquare, confeſtim eis obuiam progrediuntur, agminiſque incompoſiti primos aggreſſi, fuderunt, et in fugam coniecerunt d). Fugien-

z) και ἦσαν τοις Σκυθαις τοις περι Βοσπορον ἐστρατευοντο.

a) προς τον βασιλεα των τηδε αυτα Σκυθων Ατζικαρειν marg. Αχιμαρειν de hoc vide ſupra §. 143, 144.

b) ὡς ξυμβαινειν ἐπι τοις διαφοροις.

c) ἀνηνεγκαν την πολιν ἐπι την Ιταλιαν.

d) Σκυθαι δε ἐνταυθα ἐπεκαντο τοις πρωτοις αυτων, ὡς τετοις μαχομενοι, ἐτρεψαντο αυτικα ἐπιθεμενοι.

Imp. IOANNE EMAN. Pal.

a. C. 1442.

gientes acerrime perſecuti ſunt. Ianuenſes, fuga ad ſuos delati, etiam eos fugae ſocios traxerunt. Tandem proelium ad extremos venit, quos, terga dare cogentes, ceciderunt impigre, nulli, quemcunque nacti erant, parcentes. Pauci quidam fuga euaſere incolumes in vrbem.

Liberati igitur bello, quod geſſere parum feliciter cum Scythis in Boſporo habitantibus, nauigarunt verſus Byzantium

Imp. CONSTANTINO Pal.

§. 186.

a. C. 1450. — 1453. e)

83. TZANISES f), Cariaſuphis filius, legationem miſit ad regem [Mechmetem], petens, ne regionem Sebaſtiae finitimam popularetur g) * * * butyri et mille camelos. 'Caeterum omiſit bello eum petere, quamuis prior bellum indixiſſet hoſtis h). Tzanizes i) autem ille pertinet, vt ſupra memorauimus, ad *Nigros Mauroprobatantes* k) dictos, qui Cariaſuphis filios, priuatos Dabriza l), compulit eos in Samatiam m) vrbem: quos, profectus a Pagdatia Babylone, obſidione premebat. Deinde ſubiugans Armeniam, exercitum mouit contra Etzeganam n), Armenorum regiam ſedem, eamque occupauit, habens in ſuo exercitu circiter octo myriadas hominum. Hinc mouens, ingreſſus eſt in Aſiam et Mechmetis regionem vaſtare aggreſſus eſt. Qui circa Sebaſtiam colebant, ne ipſorum regio vaſtaretur, butyri magna onera portabant, et ſuam regionem a populationibus illaeſam retinebant.

§. 187.

83. CHALCOCONDYLAS p. 200.

e) Anni ab initio imperii Muhammedis II. vſque ad CPlin ab eo captam.

f) Τζαγνισα. marg. Ζαγνισα. vid. ſupra *§. 181, 182.*

g) Deeſt aliquid.

h) καὶ ἐμέλησε μεν πολεμον ἀντι προαποντα ἐλαυνειν.

i) Τζαγνισας.

k) τελων ἐς τας μελανας Μαυροπροβατωντας.

l) Δαβριζιην. marg. την Πεδαβριζ.

m) Σαματιην.

n) Ερζηγανην.

Imp. CONSTANTINO *Pal.*

a. C. 1442.

§. 187.

Tzokies [o], vnus de numero Temiris nepotum, profectus ad Semarchanda, eam Cariaſuphis filii regionem ſubegit. Praeterea Pagdatiam Babylonis vrbem, vt ſupra edocuimus, obſidione cinxit. Chaſanem cognomento Longum in inferiorem Aſiam et Armeniam mittens, omnia, quae ad iſtam regionem pertinebant, in poteſtatem accepit.

§. 188.

a. C. 1462. [p]

[TRAPEZVNTII imperatores] affinitatem iunxerunt cum bar- 84.
baris finitimis, quos *Albos Probatantes* [q] nominant. Etiam cum Temiris nepotibus, qui nati erant ab Tzokiis et Caraiſuphis liberis, affinitas interceſſit, ne regio illorum ab his euaſtaretur.

§. 189.

SCYTHAE finitimi his [Iberis] bellum intulere: et ingreſſi 85.
regionem Iberiae, eam planiſſime corrumpebant, et euaſtabant. Viros, qui praeſto erant, captos in mancipiorum numerum retulerunt. Iberorum vero reges confugerunt in montes, vt in iis ſeruarentur. Poſtea cum Scythae ex regione exceſſiſſent, reuerſi ad ſua, etiam Iberi ex montibus ad ſua deſcenderunt, et regi deinceps Scytharum quotannis tributum ferentes, in regno ſuo manſerunt.

§. 190.

Breui autem tempore interiecto, poſtquam pugnauit Scytharum rex contra *Alanos*, etiam *Hunnos* et *Saſos* [r] bello petiit: de quibus quatenus comperi, eatenus memorabo [s].

ADDEN-

o) Τζοκιης. marg. Κιομιης.

84. CHALCOCONDYLAS p. 245.

p) Cfr. *Tom. II. P. II. Valachica §. 14.* not. *a.*

q) *τυς λευκυς Ασπροβατυντυς.*

85. CHALCOCOND. p. 249.

r) Ο'υνας και Σακας.

s.) *τοσον δε επισαμενος, επιμνησομαι περι αυτων.*

Ad Tom. III. p. 1081. poſt §. 6.

(*) CAETERVM imperator generum ſuum facere et tam arcta neceſſitudine deuincire ſibi Tuctain ſtuduit, notha ei filia Maria deſpondenda. 'Accepit oblatum honorem Tuctais, riteque profectam ad ſe regiam virginem in vxorem admiſit; nuptias tamen diſtulit, et remiſſa vnde venerat, quoad debellatum cum Noga foret. Adhuc enim ille, cladibus licet attritus magnis, velut ſerpens longo corpore crebris afflictus plagis, motu adhuc extremae caudae vitam indicans, etiam ad vltimum exſurgendi conatum ſeſe arrigere videbatur: vſum coniugii effeminare viros aptum et eneruare vires corporum, minus arbitrabatur opportunum. Quare ſegregandam a ſe ſponſam tantiſper, exiſtimauit reddiditque patri filiam, apud eum ſeruandam donec plena victoris otium et ſecuritatem attuliſſet nuptiali celebritati conſentaneam *a*). longius id ſpatium, 'quam vtrique voluerant *b*), fuit. 'Alternis enim reciprocationibus aeſtuans belli diu anceps vtrimque fortuna variauit. Tandem tamen nomen omne rebellium cum Noga Tocharorum, vltima huius clade, ſuccubuit Tuctai *c*). 'Qui ſimul in hoſtili prius ſolo cuncta iam ſub ſe proſtrata, nihil aduerſum contra frontem erigere audens vidit; miſſis ad ſocerum Auguſtum laureatis victoriae nunciis, admonuit tempus nunc eſſe, ſi ei videretur, commodum, ſuae ſibi remittendae coniugis *d*). quam nihil cunctatus imperator, ſpecioſo cultu ac pompa, frequenti etiam comitatu ac ſatellitio, 'perhonorifice deduci ad virum curauit *e*).

Hunc in modum Nogas deſtructus, non modo vltorem paſſus, ac ſucceſſorem nactus Tuctain eſt; 'ſed eundem habuit imitatorem in genere coniugii; fideque foederis Romani nuptiali pignore firmanda. Itaque hic quoque in parti deinceps adminiſtratione regni, pacis initae nobiſcum ferme quantam oportebat rationem habuit *f*).

ERRATA

(*) PACHYMERES Tom. II. 181, 182.

a) ἡ δη και ἁρμοσαμενος ὁ Τοχταῒς, ἱνα και ἐτι τα τῳ Τοχαρικῳ πολεμῳ συνεκροτητο, και τα κατα τον Νογαν ὡς ἐρημον παρεσκευαζεν σφισι, ἀσχολιαις πολεμικαις ἐκεινος θελων ἑαυτον διδοναι, και μη γαμοις το σωμα ἐκθηλυνεσθαι, ἀντακοστελλει και παλιν Μαριαν προς βασιλεα.

b) Addit h. interpres.

c) ἑως οὑ κατα κρατος ἐκεινος το Τοχαρικον ἐχειρωσατο.

d) ὡς μηδεν το ἀντιξοουν εἰναι, ἁπαντων ὑποκλιθεντων. και τοτε πεμψας προς βασιλεα, ἀπῃτει την συζυγον.

e) ἐκπεμπει.

f) τας σπονδας δια το κηδος βεβαιοτερας ἀποταμιευομενος.

FINIS PARTIS SECVNDAE
TOMI TERTII.

ERRATA

TOM. III. Pag. 5. lin. 25. poſt v. *Turcia* add. *redeuntium*.
pag. 11. col. 2. lin. 11. *ſitam* leg. *ſitae*.
— 21. l. *reverſus* l. *re verſus*.
— 45. not. *m.* ἂς l. ἂν.
not. n. χαιροοτες l. χαιροντες.
— 46. not. *t.* lin. 5. ὁι l. ὅι.
— 81. l. 2. *ob* l. *ab*.
— 82. var. narrat. l. 17. τετως l. τετων.
— 83. var. narrat. l. 4. *gerendem* l. *gerendam*.
— 84. l. 3. *viedebatur* l. *videbatur*.
— not. *b.* col. 2. l. 10. *ac* l. *a*.
— 87. l. 12. poſt v. *Tabrezium* add. *et Tephlidem*.
— 109. ad l. 12-15. add. Graeca, quae ſic habent: Καταοχων μετ την Ηεραπολιν χωμασι και ταχομαχιαις και ϛρατιωτικαις ἐπεξελυσεσι, το ἐπασακτον δε των ϛρατιωτικων δυναμεων ἐπι συμφωνοις γυμνας και ἀοπλες διαφας.
— l. 19. poſt v. *coniunctus* add. *h.*)
— 110. l. 16. poſt v. *ademerunt* add. *k.*)
— — *abciſſa* l. *abſciſſa*.
— 111. variet narrat. l. 3. *coniiecit* l. *coniecit*.
— 119. l. 13. *non* deleatur.
— 126. var. narrat. l. 12. *intus* add. [*ictus*.]

):(

TOM. III. pag. 130. l. 6. *quod* l. *quoad*.
pag. 142. l. 18. *ipſim* l. *ipſum*.
— 154. l. 5. *Otaniatae* l. *Botaniatae*.
— 167. l. 6. *fiio* l. *filio*.
— 175. l. 2. *putant* l. *putans*.
— 178. l. 24. *confractosque* l. *confractasque*.
— 179. not. *c.* l. 5. *Chiacus* l. *Chiaous*.
— 186. l. 7. *et* l. *te*.
— 190. l. 21. *fllius* l. *filius*.
— 196. l. 7. *Pazitnacarum* l. *Patzinacarum*.
— — in var. narrat. l. 3. poſt v. *ſubacto* add. *ne*.
— 197. l. 22. *turret* l. *turres*.
— 214. not. *f.* col. 2. l. 3. *aperiret* l. *operiret*.
— 215. var. narrat. l. 8. *funeſteſſima* l. *funeſtiſſima*.
— 223. not. *b.* col. 2. l. 1. δελιαϛαντες l. δαλιασαντες.
— 231. l. 4. poſt v. *Clitziaſtran* add. *z*).
— 235. ad fin. §. 192. add. *p*).
— 236. l. 7. *idoneo* l. *idonee*.
— 237. not. *b.* l. 1. συντῃθεται l. συντιθεται.
— 237. l. 5. *afferunt* l. *offerunt*.
— 239. l. 21. *mogis* l. *magis*.
— 241. not. *v.* καταλελοιπες l. καταλελοιπως. et deinde pro ἐτιεραν l. ἑτεραν.
— 254. not. *m.* l. 5. ἀμφοδυς l. ἀμφοδας.

TOM. III. p. 254. not. o. l. 3. *διεχχο-ονος* l. *διερχομένοις*
pag. 255. not. q. *νομισμας* l. *νομισμας*.
— 257. l. 19. *propriae* l. *proprie*.
— 263. l. 13. *a.* l. *ac*.
— 264. l. 4. *eum* l. *cum*.
— 268. l. 13. *Turciae* l. *Turcicae*.
— 270. not. c. l. 1. *Σελτυκι-κων* l. *Σελτυκικον*.
271. l. 25. ad marg. add. *168*.
— 274. l. 16. *alios* l. *alias*.
— 277. l. 8. *occipere* l. *accipere*.
— l. 11. *allacrius* l. *alacrius*.
— l. 22. *belum* l. *bellum*.
— 289. l. 5. poſt v. *admonet* add. *ne*.
— 290. not. *l.* *δο* l. *δε*.
— 299. l. 8. *quo* l. *quae*.
— 304. l. 28. *reſiliebent* l. *reſiliebant*.
— 312. l. 4. poſt v. *Perſidem* add. *impetum facere conſtituit. Perſae ſiquidem*.
— 315. l. 17. *telicto* l. *relicto*.
— 319. l. 27. *comminuſcitur* l. *commiminiſcitur*.
— 320. l. 7. *conſilium* l. *conſilium*.
— 326. not. c. *γενεαρχη νιεονους* l. *γενεαρχων ἄυτοις*.
— 328. l. 11. *caſtra* l. *caſtra*.
— 334. l. 21. *ferabatur* l. *ferebatur*.
— 337. l. 8. *acerrimum* l. *acerrimam*.
— 338. l. 28. *doi guem* l. *doignem*.
— 339. l. 13. *conſlatam* l. *conflatam* l. 29. *bellorum* l. *bellatorum*.
— 341. var. narrat. l. 15. *ſet* l. *ſed*.

TOM. III. p. 342. l. 3. *itrupit* l. *irrupit*.
— 343. l. 5. *Quo* l. *Quod*.
— l. 19. *vidi* l. *vidit*.
— 344. l. 3. *ſuppellectilem* l. *ſupellectilem*.
not. 5. *ſ.* 208. l. *ſ.* 302.
— 358. l. 29. *tenetem* l. *tacentem*.
— 360. not. k. l. 2 *σρατηγικω* l. *στρατηγικων*.
— 361. not. n. 3. *πε διδο-νους* l. *περιδεδμενους*.
— 368. l. 16. *barbarorum* l. *barbarum*.
— 369. l. 8. *aſſectebantur* l. *aſſectabantur*.
— 383. l. 24. *Catacabou* l. *Catacalone*.
— 388. l. 14. *itorum* l. *iterum*.
— 397. not. 286. *Nicepora* l. *Nicephorus*.
— 400. l. 8. *tutu* l. *tuto*.
— not. 288. l. 1. *gertinere* l. *pertinere*.
— 408. not. 295. col. 2. *Palaeologum* l. *Palaeologum*.
— 409. l. 12. *idem* l. *iidem*.
— 413. l. 18. *bacchanlia* l. *bacchanalia*.
l. 24. *adolecentem* l. *adoleſcentem*.
— 422. l. 2. *et regione* l. *e regione*.
— 434. var. narrat. l. 2. *transgreditibatur* l. *transgrediebatur*.
— 440. l. 6 *dufta* l. *ducta*.
— 456. not. f. l. 1. *ἡ* l. *ἡ* lin. 9. *ὁρμους* l. *ὁρμας*. lin. 12. *ὑυν.* l. *ὁυν.* *ἱσταν* l. *ἱσταν*.
— 461. not. 5. l. 6. *ἰῳ* l. *ἰῳ*. not. x. l. 3. *ὁδυ.* l. *ὁδυ*.
— 462. l. 15. *quos* l. *quas*.
— 471. l. 27. *enim* l. *eum*.

TOM. III. p. 478. l. 14. *in commodum* l. *incommodum*.
not. *l.* lin. 3. ᾽αλλα l. ᾽αλλα
p. 486. l. 22. *vicino* l. *vicina*.
— 493. l. 2. *excluſae* l. *excluſi*.
— 500. var. narrat. l. 16. *deprehenditer* l. *deprehenditur*.
— 512. not. *d.* l. 2. ἐξαναλωθεντων l. ἐξαναλωθεντων.
— 516. l. 6. *colluit* l. *coluit*.
— 519. not. *k.* l. 2. ὑποκαυθεντα l. ὑποκαυθεντα.
— 530. not. *b.* l. 6. ἐην l. την.
— 536. l. 21. *contrà* l. *contra*.
l. 30. *in* l. *in*.
l. 32. *poſſent* l. *poſſent*.
— 544. l. 22-24. *plures—adiunxerunt* del.
l. 26. *meridium*. l. *meridiem*.
— 545. l. 3. *ſoror* l. *ſoror*.
— 546. l. 7. *et* ante v. *natuis* lin. praecedentis ponatur.
— 550. l. 7. poſt v. *comites* add. *fecerunt*.
— 569. l. 25. *menſibus* l. *menſibus*.
— 570. n. 7. *ſibi* l. *ſibi*.
— var. narrat. l. 3. κατακχεθεντων l. κατακχεθεντων.
not. 5. ἐταιρειαν l. ἐταιρειαν.
— 572. l. 3. *cognominabantut* l. *cognominabantur*.
— 575. not. *o.* l. 4. cum Leonem l. *cum Leonem*.
— 605. l. 12. *Mahammede* l. *Muhammede*.
— 624. l 9. *Bultze* l. *Bultzo*.
l. 10. *Butzus* l. *Bultzus*.
— 625. not. *y.* χρυσον l. χρυσον.
— 631. l. 26. *aſtoginta* l. *octoginta*.

TOM. III. p. 636. l. 16. *inſequontibus* l. *inſequentibus*.
pag. 643. l. 17. *qud* l. *quod*.
— 651. not. *a.* l. 4. *Graics* l. *Graecis*.
— 671. var. narrat l. 21. *nonulli* l. *nonnulli*.
— 675. not. *c.* extr. *nam* l. *Annam*.
— 680. l. 27. *terrasqua* l. *terrasque*.
— 703. l. 18. *ſalutatur* l. *ſalutatus*.
— 708. l. 10. *in* l. *in*.
— 725. l. 14. *qrae* l. *quae*.
— 726. not. *o.* *Addit. Chalchocondylas* l. *Addit Chalcocondylas*.
— 727. l. 10. *'accepit* l. *accepit*. et ſtatim *er* l. *et*.
— 731. l. 27. *er* l. *et*.
— 736. l. 29. *nullà* l. *nullo*.
— 744. l. 21. *vari* l. *varii*.
— 757. l. 24. 25. *quemmodum* l. *quemadmodum*.
— 760. l. 6. *trangreſſi* l. *transgreſſi*.
— 763. l. 1. *poenitendas:* l. *poenitendae,*
— 768. not. *e.* l. 3. *Chalconcondyla* l. *Chalcocondyla*.
— 769. l. 13 poſt v. *maximum* add. *f*).
— 776. l. 30. col. 2. *Charaboi* l. *Charoboi*.
— 785. l. 8. *conditur* l. *conditur*.
—— l. 12. *occupant* l. *occupant*.
— 792. l. 31. *prouincais* l. *prouincias*.
— 796. not. 1. l. 4. *Scriptt* l. *Scriptt*.
— 805. not. *y* l. 3. *e* l. *c*.

TOM. III. p. 807. not *k*. col. 2. ante v. *quas* add. *per*.
p. 816. not. *g*. l. 2. υιος l. ὑιος.
— 830. l. 15. poſt. v. *Carcaro* add. *y*).
— 835. var. narrat. l. 19. *Iſaacius* l. *Iſaacius*.
— 846. l. 7. *harbaries*. l. *barbaries*.
— 850. not. *n*. l. 2. καθαρηκα l. καθαρηκα.
l. 15. poſt v. *ditionem* add. *l*).
— not. *m*. l. 2. παροικων l. παροικων.
— 861. l. 24. totius *a*), l. *totius a*),
— 867. l. 2 *manu* l. *manu*.
— 872. not *k*. l. 3. *Friſius* l. *Friſius*.
— 874. l. 17. poſt v. *omne* add. *in*.
— 875. l. 21. *dies* l. *dies*.
— 878. l. 20. *beilicoſi* l. *bellicoſi*.
— 879. not. q. l. 1. Μανιακατων l. Μανιακατων.
— 880. l. 8. c l. *c*.)
— 888. not. 5. l. 4. τατ᾽ l. κατ᾽.
— 889. l. 2. *laeſerant* l. *laeſerat*:
— 891. l. 10. *exſpectarique* l. *exſpectarique*.
not. *a*. l. 12. *Friſing* l. *Friſing*.
— 898. not. *p*. l. 2. πολιχνιω l. πολιχνια.
— 903. l. 4. poſt v. *eſſe* add. *r*.)
— 904. l. 21. poſt v. *Scythas* add. *b*).
— 909. l. 10. *kiberatores* l. *liberatores*.
— 912. not. l. 2. *x* l. *y*.

TOM. III. *p*. 917. l. 9. poſt v. *promouebatur* add. *m*).
pag. 919. not. *r*. l. 2. Σκυθικων l. Σκυθικων.
— 924. l. 22. *fuae* l. *ſuae*.
— 929. l. 6. *inprudenter* l. *imprudenter*.
— 941. l. 3. *mutitudine* l. *multitudine*.
— 944. l. 23. *eohors* l. *cohors*.
— 971. l. 14. poſt v. *habuit* add. *b*).
l. 24. poſt v. *Tagentam* add. *i*)
— 974. l. 27. *caſpectos* l. *conſpectos*.
— 978. not. *m*. l. 8. *vacuam* l. *vacuam*.
— 980. l. 6. *alias* l. *aliis*.
— 983. l. 13. *niſſi* l. *niſi*.
— 989. l. 9. *diſpotae* l. *deſpotae*.
not. *d*. l. 1. *elipſeos* l. *eclipſeos*.
— 992. not. *m*. l. 5. *tradis* l. *tradit*.
l. 6. *Iridi* l. *Iridis*.
— 1004. not. *c*. l. 1. *at* l. *et*.
— 1009. l. 9. *Romanos* l. *Romanas*.
— 1014. l. 24. *Bulgarorum* l. *Bulgarorum*.
— 1016. l. 5. *Sebaſtim* l. *Sebaſtiam*.
— 1021. not. *c*. l. 2. *is* l. *is*.
— 1020. not. *g*. l. 15. *mhoris* l. *maioris*.
1030. l. 28. *totarum* l. *tot earum*.
— l. 29. *eos* l. *eas*.
— 1031. l. 15. *diffluera* l. *diffluere*.
— 1038. not. 8. l. 15. *nongenteſſimo* l. *nongenteſimo*.

TOM.

TOM. III. p. 1042. not. *c*. l. 3. *Duecangius* l. *Ducangius*.

p. 1043. l. 13. *ſique* l. *ſicque*.

— 1051. not. *h*. l. 2. ἀλλοσεκη l. ἀλλοσε κη.

— 1052 l. 3. *armato* l. *armatos*.

— 1055. l. 4. *propoſitam* l. *propoſitum*.

l. 15. *contratias* l. *contrarias*.

l. 27. *ſoluendoe* l. *ſoluendae*.

not. *g*. l. 1. ἀντον l. αὐτον.

— 1064 not *q*. ὀζυτε l. ὀξυτε.

— 1065. l. 12. *veterameta* l. *veteramenta*.

— 1066. l. 19. *inſperſa* l. *inſperſi*.

— 1070. l. 15. *opportuum* l. *opportunum*.

— 1078. not. p. l. 2. ἐρυμων l. ἐρημων.

not. *q*. l. 4. ὑποπιοχταῃ l. ὑποποιουνται.

— 1081. l. 14. *victo* l. *victor*. poſt §. 60. add. quae leguntur infra p. 1192.

— 1082. l. 7. *illic* l. *ille*.

TOM. III. *p*. 1087. l. 10. *cantumacem* l. *contumacem*.

p. 1090. not. *m*. προπαιον l. τροπαιον.

— 1097. not. *e*. l. 6. ὀτεροις l. ἑτεροις.

— 1100. not. col. 2. l. 8. *ſempes* l. *ſemper*.

— 1113. l. 2. *beatum* l. *beatam*.

— 1120. var. narrat. l. 6. *Stythis* l. *Scythis*.

— 1126. huc referatur nota *m*. quae pag. 1127. legitur.

— 1128. not. *n*. δαιχιδαιμονα l. δεισιδαιμονα.

— 1137. not. *i*. l. 4. πευδαν l. ψευδαν.

— 1146. not. *f*. ὑμυξων l. ἁμαξων.

— 1166. var. narrat. l. 21. *infra* l. *intra*.

— 1173. var. narrat. l. 15. *vlnctus* l. *vinctus*.

— 1180. l. 7. *Temvr* l. *Temyr*.

— 1185. not. col. 1. l. 23. *Fpheſi* l. *Epheſi*.

— 1187. l. 14. *antem* l. *autem*.

— 1188. l. 17. *Palaeogi* l. *Palaeologi*.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

JAN 2 2 1916

FEB 1 0 1916

form 410